
HISTORIÆ
AUGUSTÆ
SCRIPTORES VI.
TOM. II.
LUGD. BATAV.
Ex Officina HACKIANA.

JULII CAPITOLINI MAXIMINI DVO, AD CONSTANTINUM AUG.

NE fastidiosum esset clementiæ tuæ, Constantine maxime, singulos quosque principes, vel principum liberos per libros singulos legere, adhibui moderationem qua in unum 1

CASAUBONUS.

2 MAXIMINI DVO.] Græci & Latini scriptores non aliter fere istos, quam Maximinos nominant: Aurelio tamen Victori dicitur uterque CAIVS IVLIVS MAXIMINVS. in veteribus verò inscriptionibus, CAIVS IVLIVS VERVS MAXIMINVS. neque dubitamus studio fecisse hominem superbissimum, dissimulandæ origini Barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret.

SALMASIUS.

1 IVLII CAPITOLINI.] Hucusque Spartianus. superiores enim omnes vitas ab uno Spartiano fuisse conscriptas tam liquido mihi liquet, quam nullum alium præter Spartianum, non Capitolinum, non Lampridium, non Volcatium denique, earum auctorem merito posse videri. Hactenus enim Spartiani excerpta, antiquissima & optimæ notæ: quæ quidem excerpta in Alexandrum Severum desinunt, eumque omnium, quæ præcesserunt vitarum auctorem recte faciunt. Hinc igitur incipit Julius Capitolinus. sed posset aliquis quærere, utrum idem Capitolinus etiam scripserit aliorum imperatorum vitas qui post Cæsarem dictatorem extiterunt, an ab his duobus Maximinis exordium duxerit scriptionis suæ? breviter exponam, quod sentio Propositum quidem fuisse sibi omnium qui post Cæsarem dictatorem, vel Cæsares vel Augusti vel Principes appellati sunt, vitas litteris mandare, scriptum reliquit in fine Veri Spartianus. sed an id propositum executus sit, & quo usque sit persequutus, nemo est qui scire possit. Nos tamen videmur id jure optimo posse adfirmare, non quidem non plures reliquisse Spartianum, nam magna pars eorum quæ scripserit, potuit intercidere, sed non plures quam quas hodie habemus ab Hadriano ad Alexandrum usque, Spartiani nomine in manibus studiosorum fuisse, abhinc retro annos mille. ea enim vetustas fuit libelli simul ac bonitas qui excerpta illa Spartiani continebat, quique prima pagina & ipsa fronte libri Cæsares in ordinem digestos præferebat, quorum vitam Spartianus in litteras retulisset, ut illorum excerptorum compilatori facile eredam non plures illa ætate Spartiani Cæsares extitisse, quam ex quibus excerpta illa confecerit. Hoc igitur non dubitanter affirmamus, illud vero indubitarius,

unum volumen duos Maximinos, patrem filiumque, con-

Capitolinum ab his duobus Maximinis memoriam vitæ Cæsarum cepisse, ubi scilicet desiit Spartianus. quod ex ipso proœmio quivis facile potest intelligere: contestatur enim statim initio, se in unum volumen duos Maximinos congessisse, atque hunc se deinceps ordinem servaturum in exponendis imperatorum viris, ne fastidiosum esset Constantino, cui hos libros dedicabat singulos quosque principes per singulos libros legere. apparet hæc verba hominis esse novum opus adgredientis, & rationem incœpti sui reddentis. quod magis certum apparebit ex initio Gordianorum vitæ, ubi hæc verba legimus, quæ huc necessario sunt adducenda: *Fuerat quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores exemplo multorum libris singulis ad tuam clementiam destinarem, nam id multos fecisse vel ipse videram vel lectione conceperam, sed improbum visum est vel pietatem multitudine distinere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare.* Ex quibus id maxime discimus, Julium Capitolinum cum propositum prius habuisset singulis libris singulos imperatores exponere, more scriptorum pervagato, postea mutavisse consilium. inde autem maximum argumentum licet ducere, à Maximinis incepisse Capitolinum, quod mentionem nusquam faciat diversæ rationis quam sequutus sit in aliis principum priorum vitis conscribendis, dicit enim: *nam id multos fecisse videram.* poterat dixisse: *sicut ipse in aliis feci.* at contra Spartianus ubique hanc rationem in scribendo tenuit, ut singulis imperatoribus singulos daret libros. ita ut Macrini & Diadumeni vitas non conjunctim, & uno volumine ediderit, sicut moris est Capitolino, sed separatis voluminibus, & filii quidem vitam patris vitæ præposuerit. ut hinc manifestum sit, falso ascribi Capitolino Macrini imperatoris vitam. nam, ut heic videmus, hunc ubique morem servavit Capitolinus, ut sicubi jungi potuerunt, & in unum volumen congeri duorum imperatorum gesta, nusquam illorum expositionem separatim ediderit sic duos Maximinos uno volumine comprehendit, tres Gordianos uno etiam libro complexus est: Maximum & Balbinum simul junxit: Valerianos patrem & filium junctim edidit: Gallienos etiam non diversis libris exposuit. nam & Gallienos optimæ membranæ Julio Capitolino non Trebellio Pollioni vindicant. Ælium vero Spartianum in omnibus quæ scripsit Julio Capitolino contrarium videmus ire. poterat enim Opilium & Diadumenum patrem & filium, poterat & Severum cum filiis, Marcum Antoninum & Commodum simul contexere & in unum congestos volumen evulgare: quod contra fecit, atque ubique in proposito suo mansit. unus igitur & idem auctor ab Hadriano ad Alexandrum usque, res imperatorum gestas singulis libris singulorum mandavit, isque Spartianus est. à Maximinis vero ad Triginta Tyrannos, Capitolinus pertexuit multos imperatores, *σωρηδὸν συνεξῆς* unius libri fasce concludens: quem excepit Trebellio qui triginta Tyrannos uno libello edidit, & vitam Claudii imperatoris majore cum cura & studio in litteras digessit. post qu[illegible] Flavius Vopiscus reliquos imperatores, quorum ultimus Carinus, qui in hoc volumine continentur, descripsit. Atque hæc nostra est de his auctoribus sententia. si quis contra sentit, nihil eum sentire, rebus ipsis convincam. nam alia multa sunt quæ me verum probent dixisse ut de stilo nihil dicam qui adeo diversus ac dispar est in sequentibus libris, ab eo quo sunt scripti priores, ut facile diversitatem scriptorum prodat. atque hæc hactenus.

congererem. [1] Servavi deinceps ordinem quem pietas tua etiam [2] à Tatio Cyrillo clarissimo viro, qui Græca in Latinum vertit, servari voluit: quod quidem non in uno tantum libro, [3] sed etiam [4] in plurimis deinceps reservabo: [5] exceptis magnis imperatoribus, quorum res gestæ plures atque clariores, longiorem desiderant textum. Maximinus senior sub Alexandro imperatore enituit. Militare autem sub Severo cœpit. [6] Hic [7] de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus, [8] quorum [9] alter è Gothis, alter ex Alanis, geni-

GRUTERUS.

1 *Servavi deinceps hunc ordinem, &c.*] Pronomen *hunc* adsertum auctori, volente Palatino.

2 *A Statio Cyrillo.*] Sic proxime Palat. nempe *ab Tatio Cyrillo.*

4 *In pluribus deinceps.*] Est à codice Regio. nam noster *plurimis*, ut vulgati.

7 *De vico Thraciæ vicino, barbaro etiam, &c.*] Pal. ambo *Threiciæ.* primus præterea *vicini barbaris.*

9 *Alter è Gothis.*] Uterque Palatinus è *Gothia.*

CASAUBONUS.

2 *A Tatio Cyrillo.*] Regius, *Statio Cy.*

3 *Sed etiam in plurimis deinceps reservabo.*] Scribe cum regio, *in pluribus.* Ex illis pluribus duo supersunt: unus quo Gordianos tres singulari libro descripsit; alter quo Maximum ac Balbinum.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus.*] Lege ex melioribus libris etiam editis, *de vico Thraciæ, vicino Barbaris, Barbaro &c.* altera lectio falsam sententiam continet. nam vicus ubi natus Maximinus, non Thraciæ fuit vicinus, sed in Thracia. sequitur, *in Thracia in vico ubi genitus fuerat possessiones comparavit.* Sed erat is vicus in ultima Thracia Barbariæ vicinus. Herodianus: ἦν δ' ὁ Μαξιμῖνος τὸ γένος τῶν ἐνδοτάτω Θρᾳκῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης.

SALMASIUS.

5 *Exceptis magnis imperatoribus.*] Nihil habemus Capitolini, unde id verum appareat, in magnis imperatoribus scribendis eum aliud moris servavisse, nisi sequimur veteres membranas, quæ non solum triginta Tyrannorum libellum, sed etiam Claudii vitam Julio Capitolino auctori defendunt. de quo alibi ad locum dicemus.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, barbaro etiam patre.*] Optimus Palatinus scriptum heic præfert: *hic de vico Threiciæ vicini barbaris, barbaro etiam patre.* omnino scribendum: *heic de vico Threiciæ vicinæ barbaris, barbaro etiam patre:* vel: *vicino barbaris.* nam vicus ille in quo genitus Maximinus non Thraciæ vicinus fuit, sed plane in Thracia positus. infra Thraciæ vicum vocat: *& in Thracia in vico ubi genitus fuerat possessiones comparavit.* ad limitem igitur vicus ille Thraciæ fuit, & vicinum barbaris ideo fuisse eum dicit Capitolinus. *Threiciæ* autem pro *Thraciæ.* sic *Threicio* apud Ausonium:

Threicio princeps bella movens gladio.

ita & *Threces* quam *Thraces* magis frequentaverunt auctores. Latini. unde & infra scriptum est, *Threcisse.* sic *Threissa Harpalyce* Virgilio: & *Threissi campi* Sallustio.

8 *Quorum alter è Gothis, alter ex Alanis*

genitus esse perhibetur. [1] Et patri quidem [2] nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur. Sed hæc nomina Maximinus primis temporibus, ipse prodidit, postea verò ubi ad imperium venit, occuli præcepit, ne utroque parente Barbaro genitus imperator esse videretur.
2 [3] Et in [4] prima quidem pueritia fuit pastor, [5] nonnunquam

lanis.] Pal. & vetus editio: *quorum alter è Gotthia, alier ex Alanis.* nec vero *alter* in *altera* mutandum. subintelligitur enim vox *parens.* parentes antem patrem & matrem, qui Latine loquuntur, dicunt. sed & nihil subintelligi necesse est. moris habent Latini, cum de duobus sermo est viro & femina, alterum & alterum ennnciare per viri genus. Ovidius in epistola Medeæ de sorore Medeæ quæ opem & auxilium Minyis & Jasoni ut daret, petebat:

Orat opem Minyis: alter petit, alter habebit:

Æsonio juveni quod rogat illa, damus.

ubi *alter petit* de femina dictum est. quod loquendi genus qui minime intelligebant, mutarunt, ut hodie legitur: *petit altera, & alter habebit.* ita autem ut posuimus, scriptum reperi in vetustissimis membranis P. Puteani.

CASAUBONUS.

8 *Quorum alter è Gotthis, alter ex Alanis.*] Scribendum, *altera.* de matre enim accipiendnm. Jornandes ex Symmacho, *in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur.*

1 *Et patri quidem nomen Micæa, matri Ababa fuisse dicitur.*] Barbara hæc nomina varie scripta invenio. Regius, *Micca* & *Habala.* Jornandes in rebus Geticis: *Micca* & *Ababa.* in Regnorum successione, *Micca* & *Abagua.* Robertus à Porta, *Matha* & *Abala.*

3 *Et in prima quidem pueritia fuit pastor, nonnumquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Herodianus libro sexto, ἐλέγετο πρότερον ἐν παισὶ ποιμαίνειν. sed uberius libro sequenti: ubi scribit pastorem initio fuisse apud suos Thraces montanos: postea verò corporis robore eò provectum, ut ducatum levem inter populares sustineret. ἐπιδόὺς, inquit, αὐτὸν διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς διπλῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν. claret ex his mens Capitolini hoc loco. *procerem* enim appellat, qui pastorum, ad pugnandum contra latrones adunatorum, ducem ageret. qui in rep. eminent supra cæteros, proceres dicuntur: οἱ ἔξαρχοι καὶ πρωτοπολῖται, ut vertitur in Gloss. & apud Sosipatrum. ita autem dixit Capitolinus, quià neque ducem neque tribunum poterat: ea enim sunt propria Romanæ militiæ verba, & cum honorificentia conjuncta. ideo & Herodianus non στρατείαν simpliciter, sed cum adjectione διπλῆ καὶ ἐπιχώριον: *Procer* in singulari, cur non feremus in Capitolino, cum auctoritate Juvenalis possit usurpationem hanc defendere? illius est in VIII.

Agnosco procerem, salve Getulice.

At viri docti *porcorum* nomen emendatione sua in hunc locum ingerunt. Apage. non placet.

GRUTERUS.

2 *Nomen Micca, matri Ababa fuisse dicitur.*] Sic & Pall. nisi quod iidem, *Hababa.*

SALMASIUS.

1 *Et patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse perhibetur.*] Pro *Micea* habet idem Palatinus, *Micca.* cui scripturæ magis accedit Symmachus, apud quem *Mecca* legitur. matris etiam nomen aspirant membranæ & scribunt, *Hababa.*

4 *Pri-*

quam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret. [1] Prima stipendia, equestria huic fuere. [2] Erat enim magnitudine corporis conspicuus, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, [3] asper, superbus, contemptor, sæpe tamen justus. Innotescendi sub Severo imperatore prima hæc fuit causa: Natali Getæ filii minoris, Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis, id est armillis, torquibus & baltheolis. [4] Hic adole-

4 *Prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam procer qui latronibus insidiaretur.*] Laborant viri docti in adstruenda hoc loco voce *procer*, & ejus significatione eruenda. sed frustra omnia. mendum enim huic loco inhæsit, ut fidem faciunt membranæ Palatinæ, & editio vetus, quæ constanter legunt: *prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam etiam procerte qui latronibus insidiaretur & suos ab incursionibus vindicaret.* una littera mutata veram habebis lectionem. legendum enim: *nonnunquam etiam procerto, qui latronibus insidiaretur.* procerto autem heic nihil aliud significat quam propugnatorem, qui suos vindicabat ab incursionibus latronum, eorumque vim & injuriam propulsabat, *procertonem* vocat: Herodianus, ἐπιχώριον καὶ λιτῇ στρατείαν appellat. nec certe valde honorata illa esse militia potuit, in vico tenui & ignobili. nam quod placet eruditissimo viro procerem heic accipi pastorum ducem, id neutiquam potest mihi placere. rationes quivis intelligit. ne quis autem non forma Latina procusam hanc vocem *procertonem* esse existimet, sciat sic Latinos *volonem* militem voluntatium à *volo* appellitasse: sic Sallustio *colonem* dictum pro cliente, à verbo *colo*: sic *incubonem* ab *incubo* Laberio formatum, & alia sexcenta. ita *procertonem* à *procerto*, quod idem est cum propugno. *procerte* autem scriptum erat in libro Pal. ut *copte* infra pro *copta*.

GRUTERUS.

5 *Nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Palatinus uterque, *nonnunquam etiam procerte qui latronibus*, emendatumque in altero, *procer*, & *qui latronibus*, &c. quod probo.

CASAUBONUS.

1 *Prima stipendia equestria huic fuere.*] Nempe inter eos equites quos Tacitus gregarios vocat, Historiarum libro III.

2 *Erat enim magnitudine corporis consp.*] Eandem affert rationem Herodianus: Διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας κατετάγη.

4 *Hic adolescens & semibarbarus.*] Herodiani vocem expressit, μιξοβάρβαρος.

SALMASIUS.

3 *Asper, superbus, contemptor.*] *Contemptorem* heic vocat, quem alio loco *moribus aspernabilem* dixit.

4 *Hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ.*] *Hominem Latinæ linguæ* eleganter appellat qui linguam Latinam callet: sic Græci, ἄνθρωπον αἱμάτων hominem in cædibus & sanguine versatum: sic τὸν εὐτράπελον, *hominem jocorum*, Tertulliano vocatum alibi observavimus. nec temperant etiam infimi ordinis Grammatici hujus loquutionis usurpatione: ut ecce modo mihi aliud agendo sub manum venit locus ex Glossario nomico ubi notarius expo-

 nitus,

adolescens & semibarbarus, & [1] vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica, imperatorem publice petiit ut sibi daret licentiam contendendi cum iis qui jam non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Severus miratus, primum eum cum lixis composuit, sed fortissimis quibusque, [2] ne disciplinam militarem corrumperet. Tunc Maximinus XVI. lixas [3] uno sudore devicit, XVI. acceptis primiis minusculis, non milita-
3 ribus, jussusque militare. Tertia forte die quum processisset Severus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum vidit, [4] jussitque statim tribuno

nitur, ἄνθρωπος τῶν χαμμάτων, hoc est χαμματάς. Νοτάριος ὁ τῶν χαμμάτων. νόται γὰρ τὰ χάμματα. sed nos alibi plura ejusdem exempli collegimus & congessimus. distinguendum autem hoc loco: *hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica imperatorem publice petit, ut sibi daret licentiam contendendi*, &c. subaudiendum *lingua*. vix adhuc linguæ Latinæ, prope Threcica lingua imperatorem petit. nec sequor eruditissimum virum lectionem hujus loci sollicitantem. etsi vetus quoque editio heic præferat, *& vix adhuc Latina lingua.*

CASAUBONUS.

1 *Vix adhuc Latinæ linguæ.*] Proba locutio est, *homo Latinæ linguæ*, hoc est, callens Latinam linguam. sic *homo vitiorum omnium*, & passim. sed liber Puteani habet, *Latina lingua*. Quare ita lego, *vix adhuc Latina lingua promtus, prope Threcica imperatorem petiit*. qui non poterat expedite loqui Latine; quo poterat modo imperatorem est allocutus: hoc est, semibarbara voce, & prope Threcica. Jornandes ex Symmacho, qui eadem dixerat Capitolino: *Princeps Severus militares dederat ludos: quod cernens Maximinus, qui erat semibarbarus adolescens, positis præmiis barbara lingua petit ab imperatore, ut sibi luctandi cum militibus licentiam daret.*

2 *Ne disciplinam militarem corrumperet.*] Hoc est, ne videretur militem quasi athletam cum Maximino commisisse; quod per disciplinam militatem non licebat. hoc alibi, si voluerit Deus, pluribus exposituri sumus. Symmachus, sive Jornandes, malè accepit hunc locum: nam ita expressit: *jussit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus viris veniret injuriæ.* plane aliud auctor voluit.

3 *Uno sudore.*] Locutio è media palæstra elegans, & τεχνική. at Symmachus, quot verbis idem dicit? *Tunc*, ait, *Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos nullam sibi requiem intercapedine temporum daret.* quanto illud elegantius? *uno sudore*: id est, priusquam defatigaretur. πρὶν ἀπειπεῖν. vide mox.

SALMASIUS.

4 *Jussitque statim tribuno cum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Palatinus & editio vetus: *ut eum coerceret, ac Romanam disciplinam imbueret.* meo periculo legas licet: *ut eum coërcêret, & ad Romanam disciplinam imbueret.* sic enim Symmachus apud Jordanem: *ut eum coercitum ad Romanam disciplinam imbueret.*

1 *Ut enim*

buno [1] ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret. Tunc ille ubi se intellexit imperatorem loquutum, suspicatus Barbarus & notum se esse principi & inter multos conspicuum, [2] ad pedes imperatoris equitantis accessit. Tum volens Severus explorare quantus in currendo esset, [3] equum admisit multis circuitio-

CASAUBONUS.

1 *Ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Regius, *coërceret ad Romanam disciplinam & imbueret.* accedit Symmachus: *ut eum coërcitum, ad Romanam imbueret disciplinam.*

2 *Ad pedes imperatoris equitantis accessit.*] Symmachus: *accessit ad eum, equitantemque praeire pedibus cepit.* aliquanto planius.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Comparent studiosi cum istis verba Symmachi: non pœnitebit operæ: nam idem ille penitus verbis leviter immutatis: ita tamen ut appareat ex eodem fonte. Sic ille: *Tunc imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus interpedavit.* recte explicat, quid sit *admittere equum.*

GRUTERUS.

1 *Ut eum coërceret, & Romana disciplina imbueret.*] Nihil mutaverim; quamvis & Pall. nostri abeant à vulgato habeantque, *ac Romanam disciplinam imbueret.*

SALMASIUS.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Emendandus Symmachus, cujus verba referuntur apud Jordanem, quæ idem plane dicunt quod heic Capitolinus, sed vitio non carent: *tunc imperator equo adacto in cursum calcaribus incitatum multos orbes, huc atque illuc usque ad suam defatigationem variis inflexibus interpedavit.* nam quid est *equum interpedare*? dum quærent alii quid sit, ego legere non dubitabo: *equum multis inflexibus intripedavit.* *tripedare* est saltare vel tripudiare. nam utriusque verbi eadem origo. *tripudium*, τριπόδιον. unde tripedare est saltare. Græci τριποδίζειν dicunt. trepidare autem & tripudiare est ter pede terram ferire: quod faciebant saltantes ad illa carmina proprie quæ tot pedis percussionibus gaudent. Horatius:

Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

id est gaudet saltare. Calpurnius:

Seu cantare juvat, seu ter pede læta ferire
Carmina.

id est, seu cantare juvat, seu saltare. nam qui saltabant ejusmodi carmina trinis pedum percussionibus incedentia, ter pede terram feriebant. id dicebatur de jambico carmine trimetro acatalecto, sed & non minus de trochaico quod erat saltationibus & ballisteis accommodum. tripedare igitur proprie est ter pede terram percutere, & saltare. Glossæ: τριποδίζω, tripedo. τριπόδιον, tripudium. Vegetius lib. II. cap. XXIV. *saltus quoque & ictus facere pariter assuescant, insurgere tripedantes in clypeum, rursusque subsidere, nunc gestiendo provolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire.* vulgo *tripudiantes* ibi legitur. sed cum veteres omnes libri eo loco agnoscant, *trepidantes*, facile fuit nobis videre legendum, *tripedantes*. idem mendum in epistola quadam Ivonis, ubi *trepidantes* habetur in libris pro *tripedantes*, quod ille posuit pro tripudiantes. hinc vox vetus Gallica *triper*, quæ saltare significat. à trepido, trepidino: ut intrico, intricino: ago, agino: sic *trepidinare*, est quod vulgo dicimus

trepigner. tripedare vero dicebantur equi cum ad illud genus cursus incitantur, qui medius est inter citatissimum cursum, & communem simplicemque incessum. Græci equisones τριποδισμὸν vocant. Leo in tacticis: μετὰ τῆς συνηθείας ἐπελαύνειν διδάσκοντας τριποδισμῷ μόνῳ, ἤγουν κινήματι συμμέτρῳ τοῦ λεγομένου κάλπου, καὶ μὴ βιαίως τρέχειν. ubi opponit βιαίως τρέχειν, & τριποδίζειν. tripedare autem dicebantur equi in hoc genere cursus, quod altius pedes tollendo, & volubiliter glomerando gressus, quodammodo saltare viderentur vel subsultim ambulare. καλπάζειν etiam hoc vocabant, & κάλπην, istum cursuræ modum. Pelagonius: καὶ ἀναπαύστως ἐπιτηδεῦσαι ποιήσεις, δρόμῳ διὰ κάλπης γύμναζε, ἤτοι τοῦ λεγομένου τριποδισμοῦ. καλπάζειν Græci ita interpretantur: καλπάζειν, ἔστι δὲ σκιρτᾶν, οὐ τὸ ἁπλῶς θεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνιστῶς τε δίχα ἐπιβαίνειν, καὶ πηδητικῶς καὶ οἷον ὀρχηστικῶς κατὰ τοὺς καλπάζοντας. καλπάζειν & τριποδίζειν de equis idem est; utrumque autem saltare & trepidare significat. veteres tamen videntur *trepidare* pro *tripedare* corrupte enunciasse. Servius ad illud Æneidis:

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

trepidant vero hoc loco sensim accipiunt, non ut alibi festinant, ut, Heic me dum trepidis: quia saltus non cursu, sed sensim cinguntur. Quidam trepidant ab equis, qui hodieque trepidare dicuntur, appellatos putant. Cato: sedere non potest in equo trepidante. minime sane dubium est, quin *equum trepidantem*, dixerit Cato τὸν τριποδίζοντα καὶ καλπάζοντα. sed nec illud dubitandum, *trepidare* pro *tripedare* veteribus dictum fuisse, & eam esse illius vocabuli originem. *trepidare metu* est πάλλεσθαι φόβῳ, ὀρχεῖσθαι φόβῳ. sic καρδίαν φόβῳ ὀρχουμένην dixit Æschylus. hinc *trepidare* pro festinare. sed & trepidare apud Persium de his qui lætitia elati gestiunt, & subsiliunt:

Tum videas neque more probo, neque voce serena
Ingentes trepidare Titos.

Trepidium pro tripudio quoque dixere. hinc *trepidiarii equi* Vegetio, qui trepidant vel tripedant. οἱ τριποδίζοντες vel τριποδιστικοί. qua ratione *trepidantes* non male scriptum esset apud Vegetium pro *tripudiantes.* trepidare igitur pro tripedare. sic *trepallum* dicebant pro tripallo vel triphallo. Glossæ: *Trepallum*, πάσσαλος. sic *trepondo* pro tripondo, teste Quintiliano proferebant. sic *trepudia* in vetustissimis Glossis manuscriptis: *trepodia, tripedia id est scabellum quod tres pedes habet, vel mensa in sacris Apollinis, vel nummus consecratus.* Servio porro credendum qui sua ætate *trepidare* de equis dictum observat, eo quem supra retulimus loco. at *trepidare* est quod Græcis τριποδίζειν vel καλπάζειν. trepidare igitur & tripedare pro eodem dixere. falletur enim si quis trepidantem equum acceperit pro eo, quem Græci πτυρτικὸν vocant, nos vulgo *umbragiosum* appellamus: qui ejusmodi sunt, ad cujuscumque hominis, aut animalis aut rei occursum subito exterrentur, & suam ipsi umbram timent. trepidare autem est πτύρεσθαι. Glossæ: *trepido*, ἀγωνιῶ, δειλιῶ, πτύρομαι, πτοοῦμαι. κάλπις autem & κάλπας ejusmodi equos trepidantes vel tripidiarios, & genus ipsum cursus, uno eodemque nomine appellant Græci. Pelagonius κάλπαν & τριποδισμὸν idem facit, & τὸν διὰ κάλπης δρόμον, τὸν τριποδισμὸν interpretatur. sed & equi ipsi ad hoc genus cursus instituti, & edocti ita vocabantur. Hesychius: κάλπης, ἵππου βάδισις καὶ εἶδος δρόμου. illud εἶδος δρόμου, est quod τριποδισμὸν Leo & Pelagonius vocant. κάλπης quoque δρόμος Olympiacis ludis aliquando admissus. κάλπην ita interpretatur Pausanias in Eliacis: ἦν δὲ ἡ μὲν θήλεια ἵππος. καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς ἀποπηδῶντες ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου δρόμου συνέθεον οἱ ἀναβάται ταῖς ἵπποις εἰλημμένοι

εἰλήποδες τῷ χαλινῷ. τόλπη igitur dicebatur equa ad ejuſcemodi curſum inſtituta, qui nec nimis lentus, nec concitatiſſimus eſſet. τόλπην vel τροπόδιν hodie dicimus *le trot.* hinc *tripedare equum* Symmacho eſt quod vulgo dicimus, *mettre ſon cheval au trot. tolutare, trotare,* & inde noſtrum *troter.* nam tolutim incedere equus etiam dicebatur qui trepidabat. hinc *tolutarii,* & *tolutares* equi qui & trepidiarii. *tolo* vetus verbum pro *tollo.* nam veteres non geminabant conſonantes. unde compoſitum *abſtulo* apud Diomedem, & *attulo.* Nævius: *dotem ad vos nullam attulat.* Plautus: *aulas abſtulas.* à tolo igitur, *tolui, tolutum.* hinc *tolutim,* ut volutim. dicti autem tolutim ire ejuſmodi equi quod crura altius tollerent in curtendo, & ſubſultim incederent. ut autem à voce τόλπη quæ curſum Græcis ſignificat, verbum καλπάζειν & καλπᾶν quod eſt currere. ſic Latini *calpare* vel *calupare* dixerunt ἀπὸ τῦ καλπᾶν. ſic enim Τέκμησσαν, Tecumeſſam veteres Latini: & Ἀλκμήνην, *Alcumenam:* Ασκληπιὸν, Æſculapium dicebant. & ita receciores *cycinum* pro *cygnos lucinum* vel *lycinum* pro lychno: *antbiliam* pro *antlia.* ſic calupare pro calpare, τὸ καλπᾶν. inde noſtrum *galopare* pro currere de equis. differebat tamen currendi modus ille in equis quem Græci τόλπην vocent, & quem nos *galopum* vocamus. Græcorum enim τόλπη curſus eſt quem *trotum* vulgo nuncupamus, qui medius eſt inter *galopum* & *paſſum.* ut vulgo loquimur. haud dubie tamen inde effecta vox eſt illa noſtra Gallica unde diximus. Ceterum ſciendum eſt Græcos τόλπην non tantum de hac ſpecie curſus, quam diximus uſurpare, ſed præterea ſic quoque vocare mollem illam, & ad delicias compoſitam vecturam, qualem exhibent cum magna ſedentium commoditate & voluptate, tolutarii vel aſturcones. Heſychius cum τόλπην interpretatus eſt, βαδισμὸν ἵππων καὶ εἶδος δρόμου, utrumque deſignavit. nam Græci βαδίζειν κατ' ἐξοχὴν de hoc molli delicatoque aſturconum greſſu dixerunt, ut Latini *ambulare,* & nos *amblare,* Vegetius ambulaturam vocat, quam nos *amblam* dicimus. quæ & ipſa vox Latina eſt, & ex Latinorum conſuetudine, facta. ſic enim *reſonum* pro reſonatione, à reſono. ſic *ornam* pro ornatione vel ornatura. ſic *curam* pro curatione vel curatura à curo: ſic *ſudam* pro ſudatione vel ſudato, de quibus nos alibi. ita *amblam* pro amblatura. Vegetius lib. IV. cap. VI. *inter celatorios enim, & eos quos guttonarios vulgus appellat, ambulatura certam media eſt.* idem alio loco *ambulare* de iiſdem dixit: *non enim circulis,* inquit, *aut ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant.* Plautus *tolutim badiſſare.* Suidas: καλπάζειν, ἀτρέμας βαδίζειν. ſed & βαδίζειν, ut dixi, ſimpliciter & abſolute dicebantur ejuſmodi equi. καλπάζειν autem ideo Græci tam de tripedantibus equis quam de tolutariis uſurparunt, quod proxime tripedariorum ille curſus accederet ad hunc tolutariorum greſſum. facile quinetiam & de proximo tripedarii tolutim docebantur, & ad levitatem mollitiemque vecturæ qualis eſt in aſturconibus, edomabantur. Vegetius: *quod nihilominus inventum conſtat à Parthis quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire: non enim circulis, atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos quos vulgo tripedarios militari verbo guttonarios vocant, ita edomant ad lenitatem, & quadam blandimenta vecturæ, ut aſturconibus ſimiles videantur.* tolutim quoque incedere quod proprium eſt aſturconum, trepidantibus equis, ſive trepidiariis Latini tribuunt. Pomponius apud Nonium: *& ubi inſilui in calceatum equuleum ibi tolutim tortor.* de aſturcone hæc non poſſunt dici, cujus blanda vectura eſt, & ad delicias uſque mollis. de tripedante igitur dictum, qui & ipſe tolutim incedit, ſed cum tortura & ſuccuſ-

JULII CAPITOLINI MAXIMINI DVO, AD CONSTANTINUM AUG.

NE fastidiosum esset clementiæ tuæ, Constantine maxime, singulos quosque principes, vel principum liberos per libros singulos legere, adhibui moderationem qua in unum 1

CASAUBONUS.

2 MAXIMINI DVO.] Græci & Latini scriptores non aliter fere istos, quam Maximinos nominant: Aurelio tamen Victori dicitur uterque CAIVS IVLIVS MAXIMINVS. in veteribus vero inscriptionibus, CAIVS IVLIVS VERVS MAXIMINVS. neque dubitamus studio fecisse hominem superbissimum, dissimulandæ origini Barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret.

SALMASIUS.

1 IVLII CAPITOLINI.] Hucusque Spartianus. superiores enim omnes vitas ab uno Spartiano fuisse conscriptas tam liquido mihi liquet, quam nullum alium præter Spartianum, non Capitolinum, non Lampridium, non Volcatium denique, earum auctorem merito posse videri. Hactenus enim Spartiani excerpta, antiquissima & optimæ notæ: quæ quidem excerpta in Alexandrum Severum desinunt, eumque omnium, quæ præcesserunt vitarum auctorem recte faciunt. Hinc igitur incipit Julius Capitolinus. sed posset aliquis quærere, utrum idem Capitolinus etiam scripserit aliorum imperatorum vitas qui post Cæsarem dictatorem extiterunt, an ab his duobus Maximinis exordium duxerit scriptionis suæ? breviter exponam, quod sentio. Propositum quidem fuisse sibi omnium qui post Cæsarem dictatorem, vel Cæsares vel Augusti vel Principes appellati sunt, vitas litteris mandare, scriptum reliquit in fine Veri Spartianus. sed an id propositum executus sit, & quo usque sit persequutus, nemo est qui scire possit. Nos tamen videmur id jure optimo posse adfirmare, non quidem non plures reliquisse Spartianum, nam magna pars eorum quæ scripserit, potuit intercidere, sed non plures quam quas hodie habemus ab Hadriano ad Alexandrum usque, Spartiani nomine in manibus studiosorum fuisse, abhinc retro annos mille. ea enim vetustas fuit libelli simul ac bonitas qui excerpta illa Spartiani continebat, quique prima pagina & ipsa fronte libri Cæsares in ordinem digestos præferebat, quorum vitam Spartianus in litteras retulisset, ut illorum excerptorum compilatori facile credam non plures illa ætate Spartiani Cæsares extitisse, quam ex quibus excerpta illa confecerit. Hoc igitur non dubitanter affirmamus, illud vero indubitatius,

unum volumen duos Maximinos, patrem filiumque, con-

Capitolinum ab his duobus Maximinis memoriam vitæ Cæsarum cepisse, ubi scilicet desiit Spartianus. quod ex ipso proœmio quivis facile potest intelligere: contestatur enim statim initio, se in unum volumen duos Maximinos congessisse, atque hunc se deinceps ordinem servaturum in exponendis imperatorum vitis, ne fastidiosum esset Constantino, cui hos libros dedicabat singulos quosque principes per singulos libros legere. apparet hæc verba hominis esse novum opus adgredientis, & rationem incœpti sui reddentis. quod magis certum apparebit ex initio Gordianorum vitæ, ubi hæc verba legimus, quæ huc necessario sunt adducenda: *Fuerat quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores exemplo multorum libris singulis ad tuam clementiam destinarem, nam id multos fecisse vel ipse videram vel lectione conceperam, sed improbum visum est vel pietatem multitudine distinere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare.* Ex quibus id maxime discimus, Julium Capitolinum cum propositum prius habuisset singulis libris singulos imperatores exponere, more scriptorum pervagato, postea mutavisse consilium. inde autem maximum argumentum licet ducere, à Maximinis incepisse Capitolinum, quod mentionem nusquam faciat diversæ rationis quam sequutus sit in aliis principum priorum vitis conscribendis, dicit enim: *nam id multos fecisse videram.* poterat dixisse: *sicut ipse in aliis feci.* at contra Spartianus ubique hanc rationem in scribendo tenuit, ut singulis imperatoribus singulos daret libros. ita ut Macrini & Diadumeni vitas non conjunctim, & uno volumine ediderit, sicut moris est Capitolino, sed separatis voluminibus, & filii quidem vitam patris vitæ præposuerit. ut hinc manifestum sit, falso ascribi Capitolino Macrini imperatoris vitam. nam, ut heic videmus, hunc ubique morem servavit Capitolinus, ut sicubi jungi potuerunt, & in unum volumen congeri duorum imperatorum gesta, nusquam illorum expositionem separatim ediderit. sic duos Maximinos uno volumine comprehendit, tres Gordianos uno etiam libro complexus est: Maximum & Balbinum simul junxit: Valerianos patrem & filium junctim edidit: Gallienos etiam non diversis libris exposuit. nam & Gallienos optimæ membranæ Julio Capitolino non Trebellio Pollioni vindicant. Ælium vero Spartianum in omnibus quæ scripsit Julio Capitolino contrarium videmus ire. poterat enim Opilium & Diadumenum patrem & filium, poterat & Severum cum filiis, Marcum Antoninum & Commodum simul contexere & in unum congestos volumen evulgare: quod contra fecit, atque ubique in proposito suo mansit. unus igitur & idem auctor ab Hadriano ad Alexandrum usque, res imperatorum gestas singulis libris singulorum mandavit, isque Spartianus est. à Maximinis vero ad Triginta Tyrannos, Capitolinus pertexuit multos imperatores, συνόλῳ σωματεῖς unius libri fasce concludens: quem excepit Trebellio qui triginta Tyrannos uno libello edidit, & vitam Claudii imperatoris majore cum cura & studio in litteras digessit. post quem Flavius Vopiscus reliquos imperatores, quorum ultimus Carinus, qui in hoc volumine continentur, descripsit. Atque hæc nostra est de his auctoribus sententia. si quis contra sentit, nihil eum sentire, rebus ipsis convincam. nam alia multa sunt quæ me verum probent dixisse: ut de stilo nihil dicam qui adeo diversus ac dispar est in sequentibus libris, ab eo quo sunt scripti priores, ut facile diversitatem scriptorum prodat. atque hæc hactenus.

I Servati

congererem. [1] Servavi deinceps ordinem quem pietas tua etiam [2] à Tatio Cyrillo clariſſimo viro, qui Græca in Latinum vertit, ſervari voluit: quod quidem non in uno tantum libro, [3] ſed etiam [4] in plurimis deinceps reſervabo: [5] exceptis magnis imperatoribus, quorum res geſtæ plures atque clariores, longiorem deſiderant textum. Maximinus ſenior ſub Alexandro imperatore enituit. Militare autem ſub Severo cœpit. [6] Hic [7] de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus, [8] quorum [9] alter è Gothis, alter ex Alanis, geni-

GRUTERUS.

1 *Servavi deinceps hunc ordinem, &c.*] Pronomen *hunc* adſertum auctori, volente Palatino.

2 *A Statio Cyrillo.*] Sic proxime Palat. nempe *ab Tatio Cyrillo.*

4 *In pluribus deinceps.*] Eſt à codice Regio. nam noſter *plurimis*, ut vulgati.

7 *De vico Thraciæ vicino, barbaro etiam, &c.*] Pal. ambo *Threiciæ.* primus præterea *vicini barbaris.*

9 *Alter è Gothis.*] Uterque Palatinus *è Gabiâ.*

CASAUBONUS.

2 *A Tatio Cyrillo.*] Regius, *Statio Cy.*

3 *Sed etiam in plurimis deinceps reſervabo.*] Scribe cum regio, *in pluribus.* Ex illis pluribus duo ſuperſunt: unus quo Gordianos tres ſingulari libro deſcripſit; alter quo Maximum ac Balbinum.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus.*] Lege ex melioribus libris etiam editis, *de vico Thraciæ, vicino Barbaris, Barbaro &c.* altera lectio falſam ſententiam continet. nam vicus ubi natus Maximinus, non Thraciæ fuit vicinus, ſed in Thracia. ſequitur, *in Thracia in vico ubi genitus fuerat poſſeſſiones comparavit.* Sed erat is vicus in ultima Thracia Barbariæ vicinus. Herodianus: ἦν δὲ ὁ Μαξιμῖνος τὸ γένος τῶν ἐν-δοτάτων Θρᾳκῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης.

SALMASIUS.

5 *Exceptis magnis imperatoribus.*] Nihil habemus Capitolini, unde id verum appareat, in magnis imperatoribus ſcribendis eum aliud moris ſervaviſſe, niſi ſequimur veteres membranas, quæ non ſolum triginta Tyrannorum libellum, ſed etiam Claudii vitam Julio Capitolino auctori defendunt. de quo alibi ad locum dicemus.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, barbaro etiam patre.*] Optimus Palatinus ſcriptum heic præfert: *hic de vico Threiciæ vicini barbaris, barbaro etiam patre.* omnino ſcribendum: *heic de vico Threiciæ vicinæ barbaris, barbaro etiam patre:* vel: *vicino barbaris.* nam vicus ille in quo genitus Maximinus non Thraciæ vicinus fuit, ſed plane in Thracia poſitus. infra Thraciæ vicum vocat: *& in Thracia in vico ubi genitus fuerat poſſeſſiones comparavit.* ad limitem igitur vicus ille Thraciæ fuit, & vicinum barbaris ideo fuiſſe eum dicit Capitolinus. *Threiciæ* autem pro *Thraciæ.* ſic *Threicio* apud Auſonium:

Threicio princeps bella movens gladio.

ita & *Threces* quam *Thraces* magis frequentaverunt auctores. Latini. unde & infra ſcriptum eſt, *Threciſce.* ſic *Threiſſa Harpalyce* Virgilio: & *Threiſſi campi* Salluſtio.

8 *Quorum alter è Gothis, alter ex A-*

genitus esse perhibetur. [1] Et patri quidem [a] nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur. Sed hæc nomina Maximinus primis temporibus, ipse prodidit, postea verò ubi ad imperium venit, occuli præcepit, ne utroque parente Barbaro genitus imperator esse videretur.
2 [3] Et in [4] prima quidem pueritia fuit pastor, [5] nonnunquam

lanis.] Pal. & vetus editio: *quorum alter è Gotthia, alter ex Alanis.* nec vero *alter* in *altera* mutandum. subintelligitur enim vox *parens*. parentes autem patrem & matrem, qui Latine loquuntur, dicunt. sed & nihil subintelligi necesse est. moris habent Latini, cum de duobus sermo est viro & femina, alterum & alterum enunciare per viri genus. Ovidius in epistola Medeæ de sorore Medeæ quæ opem & auxilium Minyis & Jasoni ut daret, petebat:

Orat opem Minyis: alter petit, alter habebit:

Æsonio juveni quod rogat illa, damus.

ubi *alter petit* de femina dictum est. quod loquendi genus qui minime intelligebant, mutarunt, ut hodie legitur: *petit altera, & alter habebit.* ita autem ut posuimus, scriptum reperi in vetustissimis membranis P. Puteani.

CASAUBONUS.

8 *Quorum alter è Gotthis, alter ex Alanis.*] Scribendum, *altera.* de matre enim accipiendum. Jornandes ex Symmacho, *in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur.*

1 *Et patri quidem nomen Micaa, matri Ababa fuisse dicitur.*] Barbara hæc nomina varie scripta invenio. Regius, *Micca* & *Habala.* Jornandes in rebus Geticis 1 *Micca* & *Ababa.* in Regnorum successione, *Micca* & *Abagua.* Robertus à Porta, *Matha* & *Abala.*

3 *Et in prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Herodianus libro sexto, ἐλέγετο πρῶτον ἐν παισὶ ποιμαίνων. sed uberius libro sequenti: ubi scribit pastorem initio fuisse apud suos Thraces montanos: postea verò corporis robore eò provectum, ut ducatum levem inter populares sustineret. ἐπιδοὺς, inquit, αὐτὸν διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς ἁπλῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν. claret ex his mens Capitolini hoc loco. *procerem* enim appellat, qui pastorum, ad pugnandum contra latrones adunatorum, ducem ageret. qui in rep. eminent supra cæteros, proceres dicuntur: οἱ ἔξαρχοι καὶ πρωτοπολῖται, ut vertitur in Gloss. & apud Sosipatrum. ita autem dixit Capitolinus, quià neque ducem neque tribunum poterat: ea enim sunt propria Romanæ militiæ verba, & cum honorificentia conjuncta. ideo & Herodianus non στρατείαν simpliciter, sed cum adjectione ἁπλῆ καὶ ἐπιχώριον. *Procer* in singulari, cur non feremus in Capitolino, cum auctoritate Juvenalis possit usurpationem hanc defendere? illius est in VIII.

Agnosco procerem, salve Getulice.

At viri docti *porcorum* nomen emendatione sua in hunc locum ingerunt. Apage. non placet.

GRVTERVS.

2 *Nomen Micca, matri Ababa fuisse dicitur.*] Sic & Pall. nisi quod iidem, *Habala.*

SALMASIVS.

1 *Et patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse perhibetur.*] Pro *Micea* habet idem Palatinus, *Micca.* cui scripturæ magis accedit Symmachus, apud quem *Mecca* legitur. matris etiam nomen aspirant membranæ & scribunt, *Hababa.*

4 *Pri-*

quam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret. [1] Prima stipendia, equestria huic fuere. [2] Erat enim magnitudine corporis conspicuus, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, [3] asper, superbus, contemptor, sæpe tamen justus. Innotescendi sub Severo imperatore prima hæc fuit causa: Natali Getæ filii minoris, Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis, id est armillis, torquibus & baltheolis. [4] Hic adole-

4 *Prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam procer qui latronibus insidiaretur.*] Laborant viri docti in adstruenda hoc loco voce *procer*, & ejus significatione eruenda. sed frustra omnia. mendum enim huic loco inhæsit, ut fidem faciunt membranæ Palatinæ, & editio vetus, quæ constanter legunt: *prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam etiam procerte qui latronibus insidiaretur & suos ab incursionibus vindicaret.* una littera mutata veram habebis lectionem. legendum enim: *nonnunquam etiam procerto, qui latronibus insidiaretur.* procerto autem heic nihil aliud significat quam propugnatorem, qui suos vindicabat ab incursionibus latronum, eorumque vim & injuriam propulsabat, *procertonem* vocat: Herodianus, ἐπιχώριον καὶ ἁπλῆ στρατείαν appellat. nec certe valde honorata illa esse militia potuit, in vico tenui & ignobili. nam quod placet eruditissimo viro procerem heic accipi pastorum ducem, id neutiquam potest mihi placere. rationes quivis intelligit. ne quis autem non forma Latina procusam hanc vocem *procertonem* esse existimet, sciat sic Latinos *volonem* militem voluntarium à *volo* appellitasse: sic Sallustio *colonem* dictum pro cliente, à verbo *colo*: sic *incubonem* ab *incubo* Laberio formatum, & alia sexcenta. ita *procertonem* à *procerto*, quod idem est cum propugno. *procerte* autem scriptum erat in libro Pal. ut *copte* infra pro *copto*.

GRUTERUS.

5 *Nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Palatinus uterque, *nonnunquam etiam procerte qui latronibus*, emendatumque in altero, *procer, & qui latronibus, &c.* quod probo.

CASAUBONUS.

1 *Prima stipendia equestria huic fuere.*] Nempe inter eos equites quos Tacitus gregarios vocat, Historiarum libro III.

2 *Erat enim magnitudine corporis consp.*] Eandem affert rationem Herodianus: διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας κατετάχθη.

4 *Hic adolescens & semibarbarus.*] Herodiani vocem expressit, μιξοβάρβαρος.

SALMASIUS.

3 *Asper, superbus, contemptor.*] *Contemptorem* heic vocat, quem alio loco *moribus aspernabilem* dixit.

4 *Hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ.*] *Hominem Latinæ linguæ* eleganter appellat qui linguam Latinam callet: sic Græci, ἄνθρωπον αἱμάτων hominem in cædibus & sanguine versatum: sic τὸν εὐτράπελον, *hominem jocorum*, Tertulliano vocatum alibi observavimus. nec temperant etiam infimi ordinis Grammatici hujus loquutionis usurpatione: ut ecce modo mihi aliud agendo sub manum venit locus ex Glossario nomico ubi notarius exponitur,

adolescens & semibarbarus, & [1] vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica, imperatorem publice petiit ut sibi daret licentiam contendendi cum iis qui jam non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Severus miratus, primum eum cum lixis composuit, sed fortissimis quibusque, [2] ne disciplinam militarem corrumperet. Tunc Maximinus XVI. lixas [3] uno sudore devicit, XVI. acceptis primiis minusculis, non militaribus, jussusque militare.

3 Tertia forte die quum processisset Severus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum vidit, [4] jussitque statim tribuno

buno

nitur, ἄνθρωπος τῶν χαμμάτων, hoc est χαμματᾶς. Νοζερὸς ὁ τῶν χαμμάτων. νόττα γὰρ τὰ χάμματα. sed nos alibi plura ejusdem exempli collegimus & congessimus. distinguendum autem hoc loco: *hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica imperatorem publice petit, ut sibi daret licentiam contendendi*, &c. subaudiendum *lingua*. vix adhuc linguæ Latinæ, prope Threcica lingua imperatorem petit. nec sequor eruditissimum virum lectionem hujus loci sollicitantem. etsi vetus quoque editio heic præferat, *& vix adhuc Latina lingua.*

CASAUBONUS.

1 *Vix adhuc Latinæ linguæ.*] Proba locutio est, *homo Latinæ linguæ*, hoc est, callens Latinam linguam. sic *homo vitiorum omnium*, & passim. sed liber Puteani habet, *Latina lingua*. Quare ita lego, *vix adhuc Latina lingua promtus, prope Threcica imperatorem petiit.* qui non poterat expedite loqui Latine; quo poterat modo imperatorem est allocutus: hoc est, semibarbara voce, & prope Threcica. Jornandes ex Symmacho, qui eadem dixerat Capitolino: *Princeps Severus militares dederat ludos: quod cernens Maximinus, qui erat semibarbarus adolescens, positis præmiis barbara lingua petit ab imperatore, ut sibi luctandi cum militibus licentiam daret.*

2 *Ne disciplinam militarem corrumperet.*] Hoc est, ne videretur militem quasi athletam cum Maximino commisisse; quod per disciplinam militarem non licebat. hoc alibi, si voluerit Deus, pluribus exposituri sumus. Symmachus, sive Jornandes, male accepit hunc locum: nam ita expressit: *Jussit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus viris veniret injuriæ.* plane aliud auctor voluit.

3 *Uno sudore.*] Locutio è media palæstra elegans, & τεχνική. at Symmachus, quot verbis idem dicit? *Tunc*, ait, *Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos nullam sibi requiem intercapedine temporum daret.* quanto illud elegantius? *uno sudore*: id est, priusquam defatigaretur. πρὶν ἀπειπεῖν. vide mox.

SALMASIUS.

4 *Jussitque statim tribuno eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Palatinus & editio vetus: *ut eum coërceret, ac Romanam disciplinam imbueret.* meo periculo legas licet: *ut eum coërceret, & ad Romanam disciplinam imbueret.* sic enim Symmachus apud Jordanem: *ut eum coercitum ad Romanam disciplinam imbueret.*

1 Ut enim

buno [1] ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret. Tunc ille ubi se intellexit imperatorem loquutum, suspicatus Barbarus & notum se esse principi & inter multos conspicuum, [2] ad pedes imperatoris equitantis accessit. Tum volens Severus explorare quantus in currendo esset, [3] equum admisit multis circuitio-

CASAUBONUS.

1 *Ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Regius, *coërceret ad Romanam disciplinam & imbueret.* accedit Symmachus: *ut eum coërcitum, ad Romanam imbueret disciplinam.*

2 *Ad pedes imperatoris equitantis accessit.*] Symmachus: *accessit ad eum, equitantemque præire pedibus cepit.* aliquanto planius.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Comparent studiosi cum istis verba Symmachi: non pœnitebit operæ: nam idem ille penitus verbis leviter immutatis: ita tamen ut appareat ex eodem fonte. Sic ille: *Tunc imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus interpedavit.* recte explicat, quid sit *admittere equum.*

GRUTERUS.

1 *Ut eum coërceret, & Romana disciplina imbueret.*] Nihil mutaverim; quamvis & Pall. nostri abeant à vulgato habeantque, *ac Romanum disciplinam imbueret.*

SALMASIUS.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Emendandus Symmachus, cujus verba referuntur apud Jordanem, quæ idem plane dicunt quod heic Capitolinus, sed vitio non carent: *tunc imperator equo adacto in cursum calcaribus incitatum multos orbes, huc atque illuc usque ad suam defatigationem variis inflexibus interpedavit.* nam quid est *equum interpedare*? dum quærent alii quid sit, ego legere non dubitabo: *equum multis inflexibus intripedavit.* *tripedare* est saltare vel tripudiare. nam utriusque verbi eadem origo. *tripudium*, τριπόδιον. unde tripedare est saltare. Græci τριποδίζειν dicunt. trepidare autem & tripudiare est ter pede terram ferire: quod faciebant saltantes ad illa carmina proprie quæ tot pedis percussionibus gaudent. Horatius:

Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

id est gaudet saltare. Calpurnius:

Seu cantare juvat, seu ter pede læta ferire
Carmina.

id est, seu cantare juvat, seu saltare. nam qui saltabant ejusmodi carmina trinis pedum percussionibus incedentia, ter pede terram feriebant. id dicebatur de jambico carmine trimetro acatalecto, sed & non minus de trochaico quod erat saltationibus & ballisteis accommodum. tripedare igitur proprie est ter pede terram percutere, & saltare. Glossæ: τριποδίζω, *tripedo.* τριπόδιον, *tripudium.* Vegetius lib. II. cap. XXIV. *saltus quoque & ictus facere pariter assuescant, insurgere tripedantes in clypeum, rursusque subsidere, nunc gestiendo provolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire.* vulgo *tripudiantes* ibi legitur. sed cum veteres omnes libri eo loco agnoscant, *trepidantes*, facile fuit nobis videre legendum, *tripedantes.* idem mendum in epistola quadam Ivonis, ubi *trepidantes* habetur in libris pro *tripedantes*, quod ille posuit pro tripudiantes. hinc vox vetus Gallica *triper*, quæ saltare significat. à trepido, trepidino: ut intrico, intricino: ago, agino: sic *tripedinare*, est quod vulgo dicimus

 trepi-

trepigner. tripedare vero dicebantur equi cum ad illud genus cursus incitantur, qui medius est inter citatissimum cursum, & communem simplicemque incessum. Græci equisones *τρίποδον* vocant. Leo in tacticis: *μετὰ τῆς συνεζευγμένης ἐπιλαύνειν διδάσκεται τρίποδον μόνον, ἤγουν κινήματι συμμέτρῳ τοῦ λεγομένου κάλπου, καὶ μὴ βιαίως τρέχειν.* ubi opponit *βιαίως τρέχειν*, & *τριποδίζειν*. tripedare autem dicebantur equi in hoc genere cursus, quod altius pedes tollendo, & volubiliter glomerando gressus, quodammodo saltare viderentur vel subsultim ambulare. *καλπάζειν* etiam hoc vocabant, & *κάλπην*, istum cursuræ modum. Pelagonius: *καὶ ἀναβάτην ἐπικαθῆσαι ποιήσας, δρόμον διὰ κάλπης γύμναζε, ἤτοι τοῦ λεγομένου τριπόδου. καλπάζειν* Græci ita interpretantur: *καλπάζειν, ἔστι δὲ σκιρτᾷν, οὐ τὸ ἁπλῶς θεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνέτως καὶ δίχα ἐπιταγῆς, καὶ πηδητικῶς καὶ οἷον ὀρχηστικῶς κατὰ τοὺς καλπάζοντας. καλπάζειν* & *τριποδίζειν* de equis idem est; utrumque autem saltare & trepidare significat. veteres tamen videntur *trepidare* pro *tripedare* corrupte enunciasse. Servius ad illud Æneidis:

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

trepidant vero hoc loco sensim accipiunt, non ut alibi festinant, ut, Heic me dum trepidi: quia saltus non cursu, sed sensim cinguntur. Quidam trepidant ab equis, qui hodieque trepidare dicuntur, appellari putant. Cato: sedere non potest in equo trepidante. minime sane dubium est, quin *equum trepidantem*, dixerit Cato *τὸν τριποδίζοντα καὶ καλπάζοντα*. sed nec illud dubitandum, *trepidare* pro *tripedare* veteribus dictum fuisse, & eam esse illius vocabuli originem. *trepidare* autem est *παλλεσθαι φόβῳ, ὀρχεῖσθαι φόβῳ.* sic *καρδίαν φόβῳ ὀρχουμένην* dixit Æschylus. hinc *trepidare* pro festinare. sed & trepidare apud Persium de his qui lætitia elati gestiunt, & subsiliunt:

Tum videas neque more probo, neque voce serena
Ingentes trepidare Titos.

Trepidium pro tripudio quoque dixere. hinc *trepidiarii equi* Vegetio, qui trepidant vel tripedant. *οἱ τριποδίζοντες* vel *τριποδιστικοί*. qua ratione *trepidantes* non male scriptum esset apud Vegetium pro *tripudiantes*. trepidare igitur pro tripedare. sic *trepallum* dicebant pro tripallo vel triphallo. Glossæ: *Trepallum, τρίφαλλος*. sic *trepondo* pro tripondo, teste Quintiliano proferebant. sic *trepodia* in vetustissimis Glossis manuscriptis: *trepodia, tripedia id est scabellum quod tres pedes habet, vel mensa in sacris Apollinis, vel numus consecratus.* Servio porro credendum qui sua ætate *trepidare* de equis dictum observat, eo quem supra retulimus loco. at *trepidare* est quod Græcis *τριποδίζειν* vel *καλπάζειν*. trepidare igitur & tripedare pro eodem dixere. falletur enim si quis trepidantem equum acceperit pro eo, quem Græci *πτυρτικὸν* vocant, nos vulgo *umbragiosum* appellamus: qui ejusmodi sunt, ad cujuscumque hominis, aut animalis aut rei occursum subito exterrentur, & suam ipsi umbram timent. trepidare autem est *πτύρεσθαι*. Glossæ: *trepido, ἀγωνιῶ, δειλιῶ, πτύρομαι, πτοοῦμαι. κάλπεις* autem & *κάλπας* ejusmodi equos trepidantes vel tripidiarios, & genus ipsum cursus, uno eodemque nomine appellant Græci. Pelagonius *κάλπην* & *τρίποδον* idem facit, & *τὸν διὰ κάλπης δρόμον, τὸ τρίποδον* interpretatur. sed & equi ipsi ad hoc genus cursus instituti, & edocti ita vocabantur. Hesychius: *κάλπης, ἵππος βαδιστὴς καὶ εἶδος δρόμου.* illud *εἶδος δρόμου*, est quod *τρίποδον* Leo & Pelagonius vocant. *κάλπης* quoque *δρόμος* Olympiacis ludis aliquando admissus. *κάλπην* ita interpretatur Pausanias in Eliacis: *ἦν δὲ ἡ μὲν θήλεια ἵππος. καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀποπηδῶντες ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου δρόμου συνεθεῖον οἱ ἀναβάται ταῖς ἵπποις εἰλημμένοι*

εἰλήλουθοι τῷ χαλπῶν. κάλπη igitur dicebatur equa ad ejuſcemodi curſum inſtituta, qui nec nimis lentus, nec concitatiſſimus eſſet. κάλπαν vel τρίποδιν hodie dicimus *le trot.* hinc *intripedare equum* Symmacho eſt quod vulgo dicimus, *mettre ſon cheval au trot. tolutare, tlotare,* & inde noſtrum *troter.* nam tolutim incedere equus etiam dicebatur qui trepidabat. hinc *tolutarii,* & *tolutares* equi qui & trepidiarii. *tolo* vetus verbum pro *tollo.* nam veteres non geminabant conſonantes. unde compoſitum *abſtulo* apud Diomedem, & *attulo.* Nævius: *dotem ad vos nullam attulat.* Plautus: *aulas abſtulas.* à tolo igitur, *tolui, tolutum.* hinc *tolutim,* ut volutim. dicti autem tolutim ire ejuſmodi equi quod crura altius tollerent in currendo, & ſubſultim incederent. ut autem à voce κάλπη quæ curſum Græcis ſignificat, verbum καλπάζειν & καλπᾶν quod eſt currere. ſic Latini *calpare* vel *calupare* dixerunt ἀπὸ τοῦ καλπᾶν. ſic enim Τέκμησσα, Tecumeſſam veteres Latini: & Ἀλκμήνη, *Alcumenam:* Ἀσκλήπιον, Æſculapium dicebant. & ita recentiores *cycinum* pro *cygno*: *lucinum* vel *lycinum* pro lychno: *anthiliam* pro *antlia.* ſic calupare pro calpare, τὸ καλπᾶν. inde noſtrum *galopare* pro currere de equis. differebat tamen currendi modus ille in equis quem Græci κάλπαν vocent, & quem nos *galopum* vocamus. Græcorum enim κάλπη curſus eſt quem *trotum* vulgo nuncupamus, qui medius eſt inter *galopum* & *paſſum.* ut vulgo loquimur. haud dubie tamen inde efficta vox eſt illa noſtra Gallica unde diximus. Ceterum ſciendum eſt Græcos κάλπαν non tantum de hac ſpecie curſus, quam diximus uſurpare, ſed præterea ſic quoque vocare mollem illam, & ad delicias compoſitam vecturam, qualem exhibent cum magna ſedentium commoditate & voluptate, tolutarii vel aſturcones. Heſychius cum κάλπην interpretatus eſt, βαδιστὴν ἵππον καὶ εἶδος δρόμου, utrumque deſignavit. nam Græci βαδίζειν καθ' ἐξοχὴν de hoc molli delicatoque aſturconum greſſu dixerunt, ut Latini *ambulare,* & nos *ambler,* Vegetius ambulaturam vocat, quam nos *amblam* dicimus. quæ & ipſa vox Latina eſt, & ex Latinorum conſuetudine, facta. ſic enim *reſonum* pro reſonatione, à reſono. ſic *ornam* pro ornatione vel ornatura. ſic *curam* pro curatione vel curatura à curo: ſic *ſudam* pro ſudatione vel ſudaro, de quibus nos alibi. ita *amblam* pro amblatura. Vegetius lib. IV. cap. VI. *inter colatorios enim, & eos quos guttonarios vulgus appellat, ambulatura earum media eſt.* idem alio loco *ambulare* de iiſdem dixit: *non enim circulis,* inquit, *aut ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant.* Plautus *tolutim badiſſare.* Suidas: καλπάζειν, ἁβρῶς βαδίζειν. ſed & βαδίζειν, ut dixi, ſimpliciter & abſolute dicebantur ejuſmodi equi. καλπάζειν autem ideo Græci tam de tripedantibus equis quam de tolutariis uſurparunt, quod proxime tripedariorum ille curſus accederet ad hunc tolutariorum greſſum. facile quinetiam & de proximo tripedarii tolutim docebantur, & ad levitatem mollitiemque vecturæ qualis eſt in aſturconibus, edomabantur. Vegetius: *quod nihilominus inventum conſtat à Parthis quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire: non enim circulis, atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos quos vulgo tripediarios militari verbo guttonarios vocant, ita edomant ad lenitatem, & quadam blandimenta vecturæ, ut aſturconibus ſimiles videantur.* tolutim quoque incedere quod proptium eſt aſturconum, trepidantibus equis, ſive trepidiariis Latini tribuunt. Pomponius apud Nonium: *& ubi inſilui in calceatum equuleum ibi tolutim tortor.* de aſturcone hæc non poſſunt dici, cujus blanda vectura eſt, & ad delicias uſque mollis. de tripedante igitur dictum, qui & ipſe tolutim incedit, ſed cum tortura & ſuccuſ-

JULII CAPITOLINI MAXIMINI DVO, AD CONSTANTINUM AUG.

NE fastidiosum esset clementiæ tuæ, Con- 1
stantine maxime, singulos quosque principes, vel principum liberos per libros singulos legere, adhibui moderationem qua in unum

CASAUBONUS.

2 MAXIMINI DVO.] Græci & Latini scriptores non aliter fere istos, quam Maximinos nominant: Aurelio tamen Victori dicitur uterque CAIVS IVLIVS MAXIMINVS. in veteribus vero inscriptionibus, CAIVS IVLIVS VERVS MAXIMINVS. neque dubitamus studio fecisse hominem superbissimum, dissimulandæ origini Barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret.

SALMASIUS.

1 IVLII CAPITOLINI.] Hucusque Spartianus. superiores enim omnes vitas ab uno Spartiano fuisse conscriptas tam liquido mihi liquet, quam nullum alium præter Spartianum, non Capitolinum, non Lampridium, non Volcatium denique, earum auctorem merito posse videri. Hactenus enim Spartiani excerpta, antiquissima & optimæ notæ: quæ quidem excerpta in Alexandrum Severum desinunt, eumque omnium, quæ præcesserunt vitarum auctorem recte faciunt. Hinc igitur incipit Julius Capitolinus. sed posset aliquis quærere, utrum idem Capitolinus etiam scripserit aliorum imperatorum vitas qui post Cæsarem dictatorem extiterunt, an ab his duobus Maximinis exordium duxerit scriptionis suæ? breviter exponam, quod sentio. Propositum quidem fuisse sibi omnium qui post Cæsarem dictatorem, vel Cæsares vel Augusti vel Principes appellati sunt, vitas litteris mandare, scriptum reliquit in fine Veri Spartianus. sed an id propositum executus sit, & quo usque sit persequutus, nemo est qui scire possit. Nos tamen videmur id jure optimo posse adfirmare, non quidem non plures reliquisse Spartianum, nam magna pars eorum quæ scripserit, potuit intercidere, sed non plures quam quas hodie habemus ab Hadriano ad Alexandrum usque, Spartiani nomine in manibus studiosorum fuisse, abhinc retro annos mille. ea enim vetustas fuit libelli simul ac bonitas qui excerpta illa Spartiani continebat, quique prima pagina & ipsa fronte libri Cæsares in ordinem digestos præferebat, quorum vitam Spartianus in litteras retulisset, ut illorum excerptorum compilatori facile credam non plures illa ætate Spartiani Cæsares extitisse, quam ex quibus excerpta illa confecerit. Hoc igitur non dubitanter affirmamus, illud vero indubitatius,

unum volumen duos Maximinos, patrem filiumque, con-

Capitolinum ab his duobus Maximinis memoriam vitæ Cæsarum cœpisse, ubi scilicet desiit Spartianus. quod ex ipso procemio quivis facile potest intelligere: contestatur enim statim initio, se in unum volumen duos Maximinos congessisse, atque hunc se deinceps ordinem servaturum in exponendis imperatorum vitis, ne fastidiosum esset Constantino, cui hos libros dedicabat singulos quosque principes per singulos libros legere. apparet hæc verba hominis esse novum opus adgredientis, & rationem incœpti sui reddentis. quod magis certum apparebit ex initio Gordianorum vitæ, ubi hæc verba legimus, quæ huc necessario sunt adducenda: *Fuerat quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores exemplo multorum libris singulis ad tuam clementiam destinarem, nam id multos fecisse vel ipse videram vel lectione conceperam, sed improbum visum est vel pietatem multitudine distinere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare.* Ex quibus id maxime discimus, Julium Capitolinum cum propositum prius habuisset singulis libris singulos imperatores exponere, more scriptorum pervagato, postea mutavisse consilium. inde autem maximum argumentum licet ducere, à Maximinis incepisse Capitolinum, quod mentionem nusquam faciat diversæ rationis quam sequutus sit in aliis principum priorum vitis conscribendis, dicit enim: *nam id multos fecisse videram.* poterat dixisse: *sicut ipse in aliis feci.* at contra Spartianus ubique hanc rationem in scribendo tenuit, ut singulis imperatoribus singulos daret libros. ita ut Macrini & Diadumeni vitas non conjunctim, & uno volumine ediderit, sicut moris est Capitolino, sed separatis voluminibus, & filii quidem vitam patris vitæ præposuerit. ut hinc manifestum sit, falso ascribi Capitolino Macrini imperatoris vitam. nam, ut heic videmus, hunc ubique morem servavit Capitolinus, ut sicubi jungi potuerunt, & in unum volumen congeri duorum imperatorum gesta, nusquam illorum expositionem separatim ediderit. sic duos Maximinos uno volumine comprehendit, tres Gordianos uno etiam libro complexus est: Maximum & Balbinum simul junxit: Valerianos patrem & filium junctim edidit: Gallienos etiam non diversis libris exposuit. nam & Gallienos optimæ membranæ Julio Capitolino non Trebellio Pollioni vindicant. Ælium vero Spartianum in omnibus quæ scripsit Julio Capitolino contrarium videmus ire. poterat enim Opilium & Diadumenum patrem & filium, poterat & Severum cum filiis, Marcum Antoninum & Commodum simul contexere & in unum congestos volumen evulgare: quod contra fecit, atque ubique in proposito suo mansit. unus igitur & idem auctor ab Hadriano ad Alexandrum usque, res imperatorum gestas singulis libris singulorum mandavit, isque Spartianus est. à Maximinis vero ad Triginta Tyrannos, Capitolinus pertexuit multos imperatores, συώδυο συντεὶς unius libri fasce concludens: quem excepit Trebellio qui triginta Tyrannos uno libello edidit, & vitam Claudii imperatoris majore cum cura & studio in litteras digessit. post quem Flavius Vopiscus reliquos imperatores, quorum ultimus Carinus, qui in hoc volumine continentur, descripsit. Atque hæc nostra est de his auctoribus sententia. si quis contra sentit, nihil eum sentire, rebus ipsis convincam. nam alia multa sunt quæ me verum probent dixisse: ut de stilo nihil dicam qui adeo diversus ac dispar est in sequentibus libris, ab eo quo sunt scripti priores, ut facile diversitatem scriptorum prodat. atque hæc hactenus.

congererem. [1] Servavi deinceps ordinem quem pietas tua etiam [2] à Tatio Cyrillo clarissimo viro, qui Græca in Latinum vertit, servari voluit: quod quidem non in uno tantum libro, [3] sed etiam [4] in plurimis deinceps reservabo: [5] exceptis magnis imperatoribus, quorum res gestæ plures atque clariores, longiorem desiderant textum. Maximinus senior sub Alexandro imperatore enituit. Militare autem sub Severo cœpit. [6] Hic [7] de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus, [8] quorum [9] alter è Gothis, alter ex Alanis,

geni-

GRUTERUS.

1 *Servavi deinceps hunc ordinem, &c.*] Pronomen *hunc* adsertum auctori, volente Palatino.

2 *A Statio Cyrillo.*] Sic proxime Palat. nempe *ab Tatio Cyrillo.*

4 *In pluribus deinceps.*] Est à codice Regio. nam noster *plurimis*, ut vulgati.

7 *De vico Thraciæ vicino, barbaro etiam, &c.*] Pal. ambo *Threiciæ.* primus præterea *vicini barbaris.*

9 *Alter è Gothis.*] Uterque Palatinus *è Gethiâ.*

CASAUBONUS.

2 *A Tatio Cyrillo.*] Regius, *Statio Cy.*

3 *Sed etiam in plurimis deinceps reservabo.*] Scribe cum regio, *in pluribus.* Ex illis pluribus duo supersunt: unus quo Gordianos tres singulari libro descripsit; alter quo Maximum ac Balbinum.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus.*] Lege ex melioribus libris etiam editis, *de vico Thraciæ, vicino Barbaris, Barbaro &c.* altera lectio falsam sententiam continet. nam vicus ubi natus Maximinus, non Thraciæ fuit vicinus, sed in Thracia. sequitur, *in Thracia in vico ubi genitus fuerat possessiones comparavit.* Sed erat is vicus in ultima Thracia Barbariæ vicinus. Herodianus: ἦν δὲ ὁ Μαξιμῖνος τὸ γένος τῶν ἐνδοτάτων Θρᾳκῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης.

SALMASIUS.

5 *Exceptis magnis imperatoribus.*] Nihil habemus Capitolini, unde id verum appareat, in magnis imperatoribus scribendis eum aliud moris servavisse, nisi sequimur veteres membranas, quæ non solum triginta Tyrannorum libellum, sed etiam Claudii vitam Julio Capitolino auctori defendunt. de quo alibi ad locum dicemus.

6 *Hic de vico Thraciæ vicino, barbaro etiam patre.*] Optimus Palatinus scriptum heic præfert: *hic de vico Threiciæ vicini barbaris, barbaro etiam patre.* omnino scribendum: *heic de vico Threiciæ vicina barbaris, barbaro etiam patre:* vel: *vicino barbaris.* nam vicus ille in quo genitus Maximinus non Thraciæ vicinus fuit, sed plane in Thracia positus. infra Thraciæ vicum vocat: *& in Thracia in vico ubi genitus fuerat possessiones comparavit.* ad limitem igitur vicus ille Thraciæ fuit, & vicinum barbaris ideo fuisse eum dicit Capitolinus. *Threiciæ* autem pro *Thraciæ.* sic *Threicio* apud Ausonium:

Threicio princeps bella movens gladio.

ita & *Threces* quam *Thraces* magis frequentaverunt auctores Latini. unde & infra scriptum est, *Threcisce.* sic *Threissa Harpalyce* Virgilio: & *Threissi campi* Sallustio.

8 *Quorum alter è Gothis, alter ex Alanis*

genitus esse perhibetur. [1] Et patri quidem [2] nomen Micea, matri Ababa fuisse dicitur. Sed hæc nomina Maximinus primis temporibus, ipse prodidit, postea verò ubi ad imperium venit, occuli præcepit, ne utroque parente Barbaro genitus imperator esse videretur.
2 [3] Et in [4] prima quidem pueritia fuit pastor, [5] nonnunquam

lanis.] Pal. & vetus editio: *quorum alter è Gotthia, alter ex Alanis.* nec vero *alter* in *altera* mutandum. subintelligitur enim vox *parens.* parentes autem patrem & matrem, qui Latine loquuntur, dicunt. sed & nihil subintelligi necesse est. moris habent Latini, cum de duobus sermo est viro & femina, alterum & alterum enunciare per viri genus. Ovidius in epistola Medeæ de sorore Medeæ quæ opem & auxilium Minyis & Jasoni ut daret, petebat:

Orat opem Minyis: alter petit, alter habebit:

Æsonio juveni quod rogat illa, damus.

ubi *alter petit* de femina dictum est. quod loquendi genus qui minime intelligebant, mutarunt, ut hodie legitur: *petit altera, & alter habebit.* ita autem ut posuimus, scriptum reperi in vetustissimis membranis P. Puteani.

CASAUBONUS.

8 *Quorum alter è Gotthis, alter ex Alanis.*] Scribendum, *altera.* de matre enim accipiendum. Jornandes ex Symmacho, *in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur.*

1 *Et patri quidem nomen Micaa, matri Ababa fuisse dicitur.*] Barbara hæc nomina varie scripta invenio. Regius, *Micca* & *Habala.* Jornandes in rebus Geticis: *Micca* & *Ababa.* in Regnorum successione, *Micca* & *Abagua.* Robertus à Porta, *Matha* & *Abala.*

3 *Et in prima quidem pueritia fuit pastor, nonnumquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Herodianus libro sexto, ἐλέγετο πρότερον ἐν παισὶ ποιμαίνειν. sed uberius libro sequenti: ubi scribit pastorem initio fuisse apud suos Thraces montanos: postea verò corporis robore eò provectum, ut ducatum levem inter populares sustineret. ἐπιδόξως, inquit, αὐτὸν διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς ὁπλῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν. claret ex his mens Capitolini hoc loco. *procerem* enim appellat, qui pastorum, ad pugnandum contra latrones adunatorum, ducem ageret. qui in rep. eminent supra cæteros, proceres dicuntur: οἱ ἔξαρχοι καὶ πρωτοπολῖται, ut vertitur in Gloss. & apud Sosipatrum. ita autem dixit Capitolinus, quià neque ducem neque tribunum poterat: ea enim sunt propria Romanæ militiæ verba, & cum honorificentia conjuncta. ideo & Herodianus non στρατείαν simpliciter, sed cum adjectione ὁπλῆ καὶ ἐπιχώριον. *Procer* in singulari, cur non feremus in Capitolino, cum auctoritate Juvenalis possit usurpationem hanc defendere? illius est in VIII.

Agnosco procerem, salve Getulice.

At viri docti *porcorum* nomen emendatione sua in hunc locum ingerunt. Apage. non placet.

GRUTERUS.

2 *Nomen Micca, matri Ababa fuisse dicitur.*] Sic & Pall. nisi quod iidem, *Habala.*

SALMASIUS.

1 *Et patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuisse perhibetur.*] Pro *Micea* habet idem Palatinus, *Micca.* cui scripturæ magis accedit Symmachus, apud quem *Mecca* legitur. matris etiam nomen aspirant membranæ & scribunt, *Hababa.*

quam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret. [1] Prima stipendia, equestria huic fuere. [2] Erat enim magnitudine corporis conspicuus, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, [3] asper, superbus, contemptor, sæpe tamen justus. Innotescendi sub Severo imperatore prima hæc fuit causa: Natali Getæ filii minoris, Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis, id est armillis, torquibus & baltheolis. [4] Hic adole-

4 *Prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam procer qui latronibus insidiaretur.*] Laborant viri docti in adstruenda hoc loco voce *procer*, & ejus significatione eruenda. sed frustra omnia. mendum enim huic loco inhæsit, ut fidem faciunt membranæ Palatinæ, & editio vetus, quæ constanter legunt: *prima quidem pueritia fuit pastor, nonnunquam etiam procerte qui latronibus insidiaretur & suos ab incursionibus vindicaret.* una littera mutata veram habebis lectionem. legendum enim: *nonnunquam etiam procerto, qui latronibus insidiaretur.* procerto autem heic nihil aliud significat quam propugnatorem, qui suos vindicabat ab incursionibus latronum, eorumque vim & injuriam propulsabat, *procertonem* vocat: Herodianus, ἐπιχώριον καὶ ἁπλῆ στρατείαν appellat. nec certe valde honorata illa esse militia potuit, in vico tenui & ignobili. nam quod placet eruditissimo viro procerem heic accipi pastorum ducem, id neutiquam potest mihi placere. rationes quivis intelligit. ne quis autem non forma Latina procusam hanc vocem *procertonem* esse existimet, sciat sic Latinos *volonem* militem voluntarium à *volo* appellitasse: sic Sallustio *colonem* dictum pro cliente, à verbo *colo*: sic *incubonem* ab *incubo* Laberio formatum, & alia sexcenta. ita *procertonem* à *procerto*, quod idem est cum propugno. *procerte* autem scriptum erat in libro Pal. ut *copte* infra pro *copta*.

GRUTERUS.

5 *Nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur.*] Palatinus uterque, *nonnunquam etiam procerte qui latronibus*, emendatumque in altero, *procer, & qui latronibus, &c.* quod probo.

CASAUBONUS.

1 *Prima stipendia equestria huic fuere.*] Nempe inter eos equites quos Tacitus gregarios vocat, Historiarum libro III.

2 *Erat enim magnitudine corporis consp.*] Eandem affert rationem Herodianus: διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας κατετάγη.

4 *Hic adolescens & semibarbarus.*] Herodiani vocem expressit, μιξοβάρβαρος.

SALMASIUS.

3 *Asper, superbus, contemptor.*] *Contemptorem* heic vocat, quem alio loco *moribus aspernabilem* dixit.

4 *Hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ.*] *Hominem Latinæ linguæ* eleganter appellat qui linguam Latinam callet: sic Græci, ἄνθρωπον αἱμάτων hominem in cædibus & sanguine versatum: sic τὸν εὐτράπελον, *hominem jocorum*, Tertulliano vocatum alibi observavimus. nec temperant etiam infimi ordinis Grammatici hujus loquutionis usurpatione: ut ecce modo mihi aliud agendo sub manum venit locus ex Glossario nomico ubi notarius expo-

 nitus,

adolescens & semibarbarus, & [1] vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica, imperatorem publice petiit ut sibi daret licentiam contendendi cum iis qui jam non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Severus miratus, primum eum cum lixis composuit, sed fortissimis quibusque, [2] ne disciplinam militarem corrumperet. Tunc Maximinus XVI. lixas [3] uno sudore devicit, XVI. acceptis primiis minusculis, non militaribus, jussusque militare.

3 Tertia forte die quum processisset Severus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum vidit, [4] jussitque statim tribuno

nitur, ἄνθρωπος τῶν χαμαιγειτόνων, hoc est χαμαιγείτονας. Νομαδικὸς ὁ τῶν χαμαιγειτόνων. οὕτω γὰρ τοὺς χαμαιγεί-τονας. sed nos alibi plura ejusdem exempli collegimus & congessimus. distinguendum autem hoc loco: *hic adolescens & semibarbarus, & vix adhuc Latinæ linguæ, prope Threcica imperatorem publice petit, ut sibi daret licentiam contendendi*, &c. subaudiendum *lingua*. vix adhuc linguæ Latinæ, prope Threcica lingua imperatorem petit. nec sequor eruditissimum virum lectionem hujus loci sollicitantem. etsi vetus quoque editio heic præferat, *& vix adhuc Latina lingua.*

CASAUBONUS.

1 *Vix adhuc Latinæ linguæ.*] Proba locutio est, *homo Latinæ linguæ*, hoc est, callens Latinam linguam. sic *homo vitiorum omnium*, & passim. sed liber Puteani habet, *Latina lingua*. Quare ita lego, *vix adhuc Latina lingua promtus, prope Threcica imperatorem petiit.* qui non poterat expedite loqui Latine; quo poterat modo imperatorem est allocutus: hoc est, semibarbara voce, & prope Threcica. Jornandes ex Symmacho, qui eadem dixerat Capitolino: *Princeps Severus militares dederat ludos: quod cernens Maximinus, qui erat semibarbarus adolescens, positis præmiis barbara lingua petit ab imperatore, ut sibi luctandi cum militibus licentiam daret.*

2 *Ne disciplinam militarem corrumperet.*] Hoc est, ne videretur militem quasi athletam cum Maximino commisisse; quod per disciplinam militarem non licebat. hoc alibi, si voluerit Deus, pluribus expósituri sumus. Symmachus, sive Jornandes, male accepit hunc locum: nam ita expressit: *jussit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus viris veniret injuriæ.* plane aliud auctor voluit.

3 *Uno sudore.*] Locutio è media palæstra elegans, & τεχνική. at Symmachus, quot verbis idem dicit? *Tunc*, ait, *Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos nullam sibi requiem intercapedine temporum daret.* quanto illud elegantius? *uno sudore*: id est, priusquam defatigaretur. πρὶν ἀπειπεῖν. vide mox.

SALMASIUS.

4 *Jussitque statim tribuno eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Palatinus & editio vetus: *ut eum coerceret, ac Romanam disciplinam imbueret.* meo periculo legas licet: *ut eum coërceret, & ad Romanam disciplinam imbueret.* sic enim Symmachus apud Jordanem: *ut eum coercitum ad Romanam disciplinam imbueret.*

1 *Ut eum*

buno [1] ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret. Tunc ille ubi se intellexit imperatorem loquutum, suspicatus Barbarus & notum se esse principi & inter multos conspicuum, [2] ad pedes imperatoris equitantis accessit. Tum volens Severus explorare quantus in currendo esset, [3] equum admisit multis circuitio-

CASAUBONUS.

1 *Ut eum coërceret, ac Romana disciplina imbueret.*] Regius, *coërceret ad Romanam disciplinam & imbueret.* accedit Symmachus: *ut eum coërcitum, ad Romanam imbueret disciplinam.*

2 *Ad pedes imperatoris equitantis accessit.*] Symmachus: *accessit ad eum, equitantemque praire pedibus cepit.* aliquanto planius.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Comparent studiosi cum istis verba Symmachi: non pœnitebit operæ: nam idem ille penitus verbis leviter immutatis: ita tamen ut appareat ex eodem fonte. Sic ille: *Tunc imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus interpedavit.* recte explicat, quid sit *admittere equum.*

GRUTERUS.

1 *Ut eum coërceret, & Romana disciplina imbueret.*] Nihil mutaverim; quamvis & Pall. nostri abeant à vulgato habeantque, *ac Romanam disciplinam imbueret.*

SALMASIUS.

3 *Equum admisit multis circuitionibus.*] Emendandus Symmachus, cujus verba referuntur apud Jordanem, quæ idem plane dicunt quod heic Capitolinus, sed vitio non carent: *tunc imperator equo adacto in cursum calcaribus incitatum multos orbes, huc atque illuc usque ad suam defatigationem variis inflexibus interpedavit.* nam quid est *equum interpedare*? dum quærent alii quid sit, ego legere non dubitabo: *equum multis inflexibus intripedavit.* tripedare est saltare vel tripudiare. nam utriusque verbi eadem origo. *tripudium*, τριπόδιον. unde tripedare est saltare. Græci τριποδίζειν dicunt. trepidare autem & tripudiare est ter pede terram ferire: quod faciebant saltantes ad illa carmina proprie quæ tot pedis percussionibus gaudent. Horatius:

Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

id est gaudet saltare. Calpurnius:

Seu cantare juvat, seu ter pede læta ferire
Carmina.

id est, seu cantare juvat, seu saltare. nam qui saltabant ejusmodi carmina trinis pedum percussionibus incedentia, ter pede terram feriebant. id dicebatur de jambico carmine trimetro acatalecto, sed & non minus de trochaico quod erat saltationibus & ballisteis accommodum. tripedare igitur proprie est ter pede terram percutere, & saltare. Glossæ: τριποδίζω, *tripedo.* τριπόδιον, *tripudium.* Vegetius lib. II. cap. XXIV. *saltus quoque & ictus facere pariter assuescant, insurgere tripedantes in clypeum, rursusque subsidere, nunc gestiendo provolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire.* vulgo *tripudiantes* ibi legitur. sed cum veteres omnes libri eo loco agnoscant, *trepidantes*, facile fuit nobis videre legendum, *tripedantes.* idem mendum in epistola quadam Ivonis, ubi *trepidantes* habetur in libris pro *tripedantes*, quod ille posuit pro tripudiantes. hinc vox vetus Gallica *triper*, quæ saltare significat. à trepido, trepidino: ut intrico, intricino: ago, agino: sic *tripedinare*, est quod vulgo dicimus

trepigner. tripedare vero dicebantur equi cum ad illud genus cursus incitantur, qui medius est inter citatissimum cursum, & communem simplicemque incessum. Græci equisones τρίποδον vocant. Leo in tacticis: μετὰ τῆς συμβολῆς ἐπελαύνειν διδάσκειν τοὺς τριποδισμένους, ἤγουν κινήματι συμμέτρῳ τοῦ λεγομένου κάλπου, καὶ μὴ βιαίως τρέχειν. ubi opponit βιαίως τρέχειν, & τριποδίζειν. tripedare autem dicebantur equi in hoc genere cursus, quod alrius pedes tollendo, & volubiliter glomerando gressus, quodammodo saltare viderentur vel subsultim ambulare. καλπάζειν etiam hoc vocabant, & κάλπην, istum cursuræ modum. Pelagonius: καὶ ἀναβάτην ἐπικαθῆσαι ποιήσεις, δρόμον διὰ κάλπης γύμναζε, ἤτοι τοῦ λεγομένου τριπόδου. καλπάζειν Græci ita interpretantur: καλπάζειν, ἔστι δὲ σκιρτᾶν, οὐ τὸ ἁπλῶς θεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνιστῶντα δίχα ἐπιβαγῆς, καὶ πηδητικῶς καὶ οἷον ὀρχηστικῶς κατὰ τοὺς καλπάζοντας. καλπάζειν & τριποδίζειν de equis idem est; utrumque autem saltare & trepidare significat. veteres tamen videntur *trepidare* pro *tripedare* corrupte enunciasse. Servius ad illud Æneidis:

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

trepidant vero hoc loco sensim accipiunt, non ut alibi festinant, ut, Heic me dum trepide: quia saltus non cursu, sed sensim cinguntur. Quidam trepidant ab equis, qui hodieque trepidare dicuntur, appellari putant. Cato: sedere non potest in equo trepidante. minime sane dubium est, quin *equum trepidantem*, dixerit Cato τὸν τριποδίζοντα καὶ καλπάζοντα. sed nec illud dubitandum, *trepidare* pro *tripedare* veteribus dictum fuisse, & eam esse illius vocabuli originem. *trepidare* autem est πάλλεσθαι φόβῳ, ὀρχεῖσθαι φόβῳ. sic καρδίαν φόβῳ ὀρχουμένην dixit Æschylus. hinc *trepidare* pro festinare. sed & trepidare apud Persium de his qui lætitia elati gestiunt, & subsiliunt:

Tum videas neque more probo, neque voce serena
Ingentes trepidare Titos.

Trepidium pro tripudio quoque dixere. hinc *trepidiarii equi* Vegetio, qui trepidant vel tripedant. οἱ τριποδίζοντες vel τριποδιστικοί. qua ratione *trepidantes* non male scriptum esset apud Vegerium pro *tripudiantes*. trepidare igitur pro tripedare. sic *trepallum* dicebant pro tripallo vel triphallo. Glossæ: *Trepallum*, τρίφαλλος. sic *trepondo* pro tripondo, teste Quintiliano proferebant. sic *trepedia* in vetustissimis Glossis manuscripris: *trepedia, tripedia id est scabellum quod tres pedes habet, vel mensa in sacris Apollinis, vel nummus consecratus.* Servio porro credendum qui sua ætate *trepidare* de equis dictum observat, eo quem supra retulimus loco. at *trepidare* est quod Græcis τριποδίζειν vel καλπάζειν. trepidare igitur & tripedare pro eodem dixere. falletur enim si quis trepidantem equum acceperit pro eo, quem Græci πτυρτικὸν vocant, nos vulgo *umbragiosum* appellamus: qui ejusmodi sunt, ad cujuscumque hominis, aut animalis aut rei occursum subito exterrentur, & suam ipsi umbram timent. trepidare autem est πτύρεσθαι. Glossæ: *trepido*, ἀγωνιῶ, δειλιῶ, πτύρομαι, πτοοῦμαι. κάλπεις autem & κάλπας ejusmodi equos trepidantes vel tripidiarios, & genus ipsum cursus, uno eodemque nomine appellant Græci. Pelagonius κάλπην & τρίποδον idem facit, & τὸν διὰ κάλπας δρόμον, τὸ τρίποδον interpretatur. sed & equi ipsi ad hoc genus cursus instituti, & edocti ita vocabantur. Hesychius: κάλπης, ἵππος βαδιστὴς καὶ εἶδος δρόμου. illud εἶδος δρόμου, est quod τρίποδον Leo & Pelagonius vocant. κάλπης quoque δρόμος Olympiacis ludis aliquando admissus. κάλπην ita interpretatur Pausanias in Eliacis: ἦν δὲ ἡ μὲν θήλεια ἵππος. καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀποπηδῶντες ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου δρόμου συνέθεον οἱ ἀναβάται ταῖς ἵπποις ἀλλόμενοι

εἰλικρινὲς τῶν χαλινῶν. *κάλπη* igitur dicebatur equa ad ejuſcemodi curſum inſtituta, qui nec nimis lentus, nec concitatiſſimus eſſet. *κάλπαν* vel *τρίποδον* hodie dicimus *le trot.* hinc *intripedare equum* Symmacho eſt quod vulgo dicimus, *mettre ſon cheval au trot.* *tolutare*, *tlotare*, & inde noſtrum *troter.* nam tolutim incedere equus etiam dicebatur qui trepidabat. hinc *tolutarii*, & *tolutares* equi qui & trepidiarii. *tolo* vetus verbum pro *tollo.* nam veteres non geminabant conſonantes. unde compoſitum *abſtulo* apud Diomedem, & *attulo.* Nævius: *dotem ad vos nullam attulat.* Plautus: *aulas abſtulas.* à tolo igitur, *tolui*, *tolutum.* hinc *tolutim*, ut volutim. dicti autem tolutim ire ejuſmodi equi quod crura altius tollerent in currendo, & ſubſultim incederent. ut autem à voce *κάλπα* quæ curſum Græcis ſignificat, verbum *καλπάζειν* & *καλπᾶν* quod eſt currere. ſic Latini *calpare* vel *calupare* dixerunt ἀπὸ τοῦ *καλπᾶν.* ſic enim Τέκμησσαν, Tecumeſſam veteres Latini: & Ἀλκμήνην, *Alcumenam:* Ἀσκλήπιον, Æſculapium dicebant. & ita recentiores *cycinum* pro *cygnos* *lucinum* vel *lycinum* pro lychno: *anthiliam* pro *anthlia.* ſic calupare pro calpare, τὸ *καλπᾶν.* inde noſtrum *galopare* pro currere de equis. differebat tamen currendi modus ille in equis quem Græci *κάλπαν* vocent, & quem nos *galopum* vocamus. Græcorum enim *κάλπα* curſus eſt quem *trotum* vulgo nuncupamus, qui medius eſt inter *galopum* & *paſſum.* ut vulgo loquimur. haud dubie tamen inde efficta vox eſt illa noſtra Gallica unde diximus. Ceterum ſciendum eſt Græcos *κάλπαν* non tantum de hac ſpecie curſus, quam diximus uſurpare, ſed præterea ſic quoque vocare mollem illam, & ad delicias compoſitam vecturam, qualem exhibent cum magna ſedentium commoditate & voluptate, tolutarii vel aſturcones. Heſychius cum *κάλπην* interpretatus eſt, *βαδιστὴν* ἵππον καὶ εἶδος δρόμου, utrumque deſignavit. nam Græci *βαδίζειν* κατ' ἐξοχὴν de hoc molli delicatoque aſturconum greſſu dixerunt, ut Latini *ambulare*, & nos *amblare*, Vegetius ambulaturam vocat, quam nos *amblam* dicimus. quæ & ipſa vox Latina eſt, & ex Latinorum conſuetudine, facta. ſic enim *reſonum* pro reſonatione, à reſono. ſic *ornam* pro ornatione vel ornatura. ſic *curam* pro curatione vel curatura à curo: ſic *ſudam* pro ſudatione vel ſudato, de quibus nos alibi. ita *amblam* pro amblatura. Vegetius lib. IV. cap. VI. *inter colatorios enim, & eos quos guttonarios vulgus appellat, ambulaturæ eorum media eſt.* idem alio loco *ambulare* de iiſdem dixit: *non enim circulis*, inquit, *aut ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant.* Plautus *tolutim badiſſare.* Suidas: *καλπάζειν*, ἀτρέμας βαδίζειν. ſed & *βαδίζειν*, ut dixi, ſimpliciter & abſolute dicebantur ejuſmodi equi. *καλπάζειν* autem ideo Græci tam de tripedantibus equis quam de tolutariis uſurparunt, quod proxime tripedariorum ille curſus accederet ad hunc tolutariorum greſſum. facile quinetiam & de proximo tripedarii tolutim docebantur, & ad levitatem mollitiemque vecturæ qualis eſt in aſturconibus, edomabantur. Vegetius: *quod nihilominus inventum conſtat à Parthis quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire: non enim circulis, atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos quos vulgo tripediarios militari verbo guttonarios vocant, ita edomant ad lenitatem, & quadam blandimenta vecturæ, ut aſturconibus ſimiles videantur.* tolutim quoque incedere quod proprium eſt aſturconum, trepidantibus equis, ſive trepidiariis Latini tribuunt. Pomponius apud Nonium: *& ubi inſilui in calceatum equuleum ibi tolutim tortor.* de aſturcone hæc non poſſunt dici, cujus blanda vectura eſt, & ad delicias uſque mollis. de tripedante igitur dictum, qui & ipſe tolutim incedit, ſed cum tortura & ſuccuſ-

ſuccuſſatione ſeſſoris ſui. hinc illa apud Catonem : *ſedere non poteſt in equo trepidante.* de molli quodam fortaſſe ac delicato qui agitationem & ſuccuſſum ferre non poterat equi trepidantis. & ſane nullum genus vecturæ quod tam torqueat, ac ſuccutiat quam equi trepidiarii. ſunt autem *trepidiarii*, ut jam docuimus, quos vulgo *tolotarios* vel *trotarios*, quaſi *tolutarios* appellamus. hujuſmodi vero trepidiarios Parthi ſumere ſolebant quos condoſacerent aſturconum modo blande molliterque vehere, greſſuque ſpiſſo & minuto ſedentem erigere, & mollicula grataque ſuccuſſione commovere, poſtquam hac arte delicate vehendi edocti erant, mediam quamdam ambulaturam habebant inter aſturcones, & trepidantes. atque hi ſunt quos Latini *tricenarios*, nos corrupto inde vocabulo *traquenarios* vocamus. & *tricinarii* vel *tricenarii* videntur appellati, quod tricinio ſpiſſoque gradu ambularent, vel quod in ambulando greſſus intricenarent hoc eſt intricarent, & crura volubiliter implicarent, & explicarent. *intricinare* veteres pro *intricare*: & *tricinare* pro *tricare. tricenum, & intricenare* apud Nonium ſcriptum eſt in vetuſtis libris. inde *tricenarii* equi dicti quod greſſibus intricatis, & minutiſſime cribratis incedant. nam crebra genuum inflexione, & alternis crurum voluminibus, gradu per minutias fracto inceſſum ſuum celeriter impediunt expediuntque : non autem longis & extenſis paſſibus, plenoque gradu ſpatium carpunt, quod cantherii faciunt. καλπάζειν igitur iſti dicebantur, ut & aſturcones & tolutarii. Suidas: ἀθρόως βαδίζειν exponit. Heſychius : καλπάζει, ὀξυποδεῖ, σακκίζει. ita legendum apud Heſychium. ὀξυποδεῖν eſt minuto citatoque gradu ire. & quaſi pedibus argutari. idque proprium eſt tolutariorum. *acupedes* Latini veteres dixerunt quos Græci ὀξύποδας, quaſi acutipedes. inde *acupedium* Feſtus interpretatus, *cui præcipuum erat in currendo acumen pedum. acipedem* pro *acupedem* dixerat Lucilius. Gloſſæ : *acupedium*, ὀξυποδία. ſic Pindarus ἀκμὰν ποδῶν, id eſt acumen pedum eleganter dixit. ὀξυποδεῖν quoque proprie de fullonibus dictum dum ſaltu illo ſuo fullonio veſtimenta condenſant. Gloſſæ : *addenſator*, ὀξυποδητής. ita ſcribendum. aliæ Gloſſæ : ὀξυποδία, *acupedium, addenſatio.* ὀξυποδία, *addenſo, denſo.* Titinnius, *argutari pedibus* de fullone : *terra hæc eſt non aqua, ubi tu ſolitus argutari pedibus. cretam dum compeſcis, veſtimentaque lavas. argutari pedibus* ad verbum eſt ὀξυποδεῖν. argutarii canes vel acutarii in lege Salica ſunt ὀξύποδες, quos & vertragos dicebant, de quibus alibi. quia autem fullones, dem veſtimenta cogerent, & denſarent, ſaltabant, hinc *denſare* hodieque dicimus pro ſaltare. nam & qui ſaltant, ὀξυποδοῦσι. ὀξυποδίαν, & micationem argutationemque pedum in ſaltantibus, ita eleganter expreſſit Apollonius : μαρμαρυγαῖς θηεῖτο ποδοῖν. equi quoque καλπάζοντες, & tolutim badiſſantes, ὀξυποδοῦσι, & crebris denſiſque greſſibus terram feriunt, & crura altius tollendo quaſi ſaltitant. Veniamus ad alterum interpretamentum Heſychii, qui καλπάζειν, σακκίζειν quoque exponit. elegantiſſime ſane σακκίζειν dicebantur aſturcones, & tolutares equi quorum gradus in ambulando perinde minutus & creber, quaſi ſacco colatus eſſet, & eliquatus. liquores enim per ſaccum dum exprimuntur, crebris & minutis guttis eunt. haud abſimili, immo prorſus eadem metaphora, de minutiſſimo ac ſpiſſiſſimo gradu dixit Plautus, eum ſuccretum eſſe cribro pollinario. Vegetius de Perſicis equis qui noſtris traquenariis ſimiles erant: *Perſiſci & ſtatura & poſitione à ceteris equorum generibus non plurimum differunt, ſed ſolius ambulaturæ quadam gratia diſcernuntur à ceteris. gradus eſt minutus & creber, & qui ſedentem delectet & erigat, nec arte doceatur, ſed natura ve-*

luti

luti jure præstetur. idem alio loco de Parthicis qui tolutim docebantur: *præterea minutos gressus imitatur, ut inter antices ungulas ponat, nam si extendere voluerit, offendit in cumulum. minutim autem equus ambulans commodius vehit, & pulcrius videtur incedere.* sic tricinarios eos supra notabamus appellatos à tricino, & spisso, minutatimque fracto & mollito gradu. quod igitur minutissime, & quasi per colum gressus saccarent & eliquarent, vel quod viam minutim carperent, & quodammodo percolarent, σακκάζειν vel σακκίζειν dicebantur sic ὑποσακκίζειν τὴν ὁδὸν dicebant Græci de his qui gradum movent, & promovent, & eundo subinde aliquid de via subtrahunt, & eam sensim quasi eliquant & consumunt, haud secus ac si colo vel sacco illam transmitterent. Eustathius: ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον τὸ πολεμικὸν σκεῦος, ἀλλὰ καὶ ὁ κοινῶς λεγόμενος σάκκος δι' οὗ ὁδὸς κόπτεται προσφέρεται παρ' Ἀθηναίοις, καθὰ φησὶν Αἴλιος Διονύσιος. ὅθεν καὶ σακκίζειν τὸ ὑλίζειν, ὡς Ἡρόδοτος, χρήματα ὑποσακκιζόμενοι. καὶ ὑποσακκίζειν τὴν ὁδὸν τὸ προκόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι. τοῦτο δὲ ἴσως καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ μικρὸν ἐκκενουμένου σάκκου. Hesychius: ὑποσακκίζεσθαι, ὑπανθεῖν τῷ σάκκῳ, καὶ τὸ προκόπτειν. perperam apud Hesychium hodie legitur, προσκόπτειν. σακκίζειν igitur, & ὑποσακκίζειν, est progredi, & promovere, & minutim ambulare, quod de asturconibus, & asturconum similibus equis proprie dicebatur. unde & colatorii nuncupati. Vegetius: *inter colatorios enim, & eos quos guttonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media est.* ubi *colatorii* sunt σακκισταὶ vel σακκιστικοί. apud Senecam in epistolis ubi vulgati libri *mannos tolutarios* habent, ibi libri manuscripti ad unum omnes, *colutarios*, aut *colatarios* præferunt. si possem *colutarios* improbare libenter utique probarem *colatorios*. distinguit autem guttonarios à colatoriis Vegetius. colatorii enim sunt qui tolutario, & asturconino gradu ambulant: *guttonarii* vero iidem cum trepidiariis vel trepidantibus. duobus locis hanc vocem Vegetio restituimus: nam *cottonarios* pro *gottonarios*, perperam scriptum exhibent excusa exemplaria. lib. IV. cap. VI. *inter colatorios enim, & eos quos vulgus gottonarios appellat, ambulatura eorum media est.* & lib. I. cap. LVI. *sed ipsos equos quos vulgo trepidiarios, militari verbo guttonarios vocant.* eadem autem prope ratione dicti guttonarii, qua colatorii. nam ut colatorii dicti sunt equi minutim ambulantes, à sacco, vel colo quod minutim vacuefieri consuevit: sic guttonarii à gutto, vel guttone, qui propter oris angustiam minutim guttatimque evacuatur. ut enim Græci σακκίζεσθαι, προκόπτειν, & σακκισμὸν, vel ὑποσακκισμὸν προκοπὴν interpretantur, hoc est minutam, & per gradus promotionem progressionemque: sic Latini *guttum* quoque, & *gutturnium*, in eadem significatione acceperunt. Optimæ Glossæ: *gutturnium*, εἶδος σκεύους ὀστρακίνου. *gutturnium*, βαλμός, προχοή, ὡς Βάρρων. Festus gutturnium vas esse scribit, *ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustiam guttatim fluat.* guttus idem quoque significat, vas nempe angusti oris unde oleum guttatim it. guttum & guttonem dicebant ut situlum & situlonem, & alia. *gutto* igitur & *gutturnium* promotionem etiam provectionemque quæ fit per gradus significat, ut & σακκισμὸς & ὑποσακκισμὸς ab eadem ratione. hinc *guttonarii equi*, gradatim & minutim ambulantes. nam & ipsi trepidiarii gradu etiam minuto incedunt, etsi non tam minutim succreto colatoque quam asturcones. *trepidare* enim quod trepidiariorum est proprium, significat sensim minutimque moveri & festinare, & subsultare. præterea *guttonarios* vulgus dum eos appellavit, in eo Græci vocabuli filum & lineamentum plane expressit & reddidit. Græci enim κάλπαν vocant, cursum, gradumque tripedariorum. κάλπη autem ad verbum est.

cuitionibus, [1] & quum senex imperator laborasset, [2] neque ille à currendo per multa spatia desisset, ait ei, [3] *Quid vis Threcisce? nunquid delectat luctari post cursum?* Tum ille, *Quantum libet*, (inquit) *Imperator*. Post hoc ex equo Severus descendit, & recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari jussit. Tum ille more solito [4] VII. fortissimos uno sudore vicit, solusque omnium à Severo [5] post argentea præmia torque aurea donatus est, jussusque inter stipatores corporis semper in aula consistere. Hinc igitur factus con-

est, guttus, vel gutturnium. Hesychius: κάλπις, εἶδος δρόμου. Pelagonius κάλπαν, τρίποδον, exponit. ita & Leo. κάλπη Græcis est στάμνος, vel ὑδρία. Latini guttum, vel gutturnium dicerent. hinc *guttonarii* equi, sunt οἱ καλπάζοντες, vel καλπαστικοί. nec dubium est Græcos ab eo vase κάλπῃ, quod liquorem ore angusto minutim guttatimque funderet, minutum illum crebrumque in cursu gradum tolutariorum & tripedantium equorum exprimere voluisse.

1 *Et quum imperator laborasset.*] Adde ex Pal. *& quum imperator senex laborasset.* quam additionem otiosam non esse, nemo non videt. vetus etiam retinet editio. quare omiserint recentiores, nescio. senem autem jam tum fuisse Severum patet.

2 *Neque ille accurrendo per multa spatia desisset.*] Ne dubita emendare: *neque ille à currendo per multa spatia desisset.* præcessit enim, *tum volens Severus explorare quantus in currendo esset.* sed & latinitas sic legi postulat. nam *desinere accurrendo*, non vidi qui mihi Latinum esse diceret. sic *à militia desinere* pagina sequenti.

3 *Quid vis Threcisce.*] Palatinus: *Thracisce.* sed *Threces & Thraces* indiscriminatim auctores dicunt. Threciscum autem ὑποκοριστικῶς, qua forma sæpius utuntur scriptores in nationibus appellandis. sic *Syriscus*, pro Syro apud Comicum. sic *Hunnisci equi* apud Vegetium lib. III. *Prœliis circensibus, vel ad bellum, Hunniscorum longe prima docetur utilitas.* ita *Phrygisci* pro Phrygibus. *tertio loco Phrygiscos non minus velocitate quam continuatione cursus invictos*, & *Dacisci*, pro Dacis in libro Noticiarum. unde *Dacisciani exercitus*, ut infra à nobis emendatum est. sic & *Francisci*, nisi fallor, apud Æthicum in Cosmographia. quem nos auctorem longe auctiorem & emendatiorem quam hactenus prodiit, dabimus ex vetustissimis schedis. unde & *Francisca*, genus securis, quas ab usu Francorum Hispani Franciscas appellarunt Isidoro teste. sic *Spaniscum argentum*, pro Hispanico apud Anastasium de vitis Pontificum Romanorum. & *Gabatha Saxisca* apud eumdem. sic *Persisci equi* Vegetio.

GRUTERUS.

1 *Et cum Imperator laborasset.*] Pall. auctiores voce, *& cum senex Imperator lab.*

CASAUBONUS.

4 *Septem fortissimos uno sudore vicit.*] Symmachus, *at ille septem valentissimos ad terram elisit: ita ut sicut antea, nihil per intervalla respiraret.* sic scribendum. iterum exprimit illa, *sine sudore*, ut antè.

5 *Post argentea præmia.*] Symmachus, *Solus à Cæsare & argenteis præmiis & aureo torque donatus est.*

1 *Locis*

conſpicuus, inter milites clarus, amari à tribunis, à commilitonibus ſuſpici, impetrare ab imperatore quod vellet, [1] locis etiam militiæ [2] à Severo adjutus [3] quum eſſet adoleſcens, longitudine autem corporis & vaſtitate, & forma, atque oculorum magnitudine & candore omnes excelleret. [4] Bibiſſe autem illum 4 ſæpe

1 *Locis etiam militiæ à Severo adjutus.*] Donatus præpoſituris locorum militarium, ut in Alexandro Severo exponebamus.

SALMASIUS.

2 *A Severo adjutus quum eſſet adoleſcens.*] Palatinus liber hoc loco habet *peradoleſcens.* quod eſt valde adoleſcens, ut *pervirgo* apud Martianum Capellam. ſic *pervesperi* apud Ciceronem in Epiſtolis.

GRUTERUS.

3 *Cum eſſet peradoleſcens.*] Debetur Palatinis. editi enim *adoleſcens* tantum habebant, quod non ſatis erat ad exprimendum mentem auctoris.

CASAUBONUS.

4 *Bibiſſe autem ſæpe in die vini Capitolinam amphoram conſtat.*] Bibit igitur Maximinus una die octies & quadragies tantum, quantum una cœna Auguſtus, etiam cum liberalius ſe invitabat. nam ille ſenos ſextantes, ſive binos ſextarios non exceſſit, ut ſcribit Suetonius. Et conſtat ex Horatio, Vopiſco in Tacito aliiſque, eum vini modum in cœnam ſatisfeciſſe hominibus, qui non vivebant ut biberent, ſed bibebant ut viverent. Budæus libro de Aſſe quinto ſextarium Romanum comparat cum Pariſienſi pinta. Scribit Hieronymus in Ezechielem, poſſe aliquem, etſi ægre, tamen vivere, ut non bibat in die amplius ſextariis duobus Italicis, vel ſolius aquæ. Amphora vero ſive quadrantal ſextarios cepit XLVIII. In libro XIV. Plinii habes de Novellio Torquato, cui cognomen Tricongio, quod tres congios ſive octodecim ſextarios uno impetu hauſiſſet. Apud Athenæum quoque libro IV. & libro X. ſimiles hiſtoriæ leguntur, & alibi apud Græcos: etiam apud Vopiſcum phagonis cujuſdam πολυποσία celebratur, & plura ſimilium exemplorum, cum in iſtis ſcriptoribus, tum apud alios. De amphora Capitolina Fannius in carmine de ponderibus & menſuris:

Amphora fit cubus: quam ne violare liceret,
Sacravere Jovi Tarpeio in monte Quirites.

Erat enim moris, ut publicæ menſuræ & pondera in Capitolio ſervarentur: ſicut teſtator etiam antiquæ menſuræ inſcriptio à doctis publicata in hæc verba: IMP. CÆSARE. VASPAS. VI. COS. T. CÆS. AVG. F. III. I. MENSVRÆ. EXACTÆ. IN. CAPITOLIO. Ad has menſuras, ceu ad lapidem Lydium, exigebantur privatorum menſuræ: quod cum difficile eſſet, multique ex libidine pondera & menſuras ſibi componerent, inſtituit Valentinianus per regiones urbis univerſas pondera, ut in XXVII. libro ſcribit Ammianus. Obſervo fuiſſe moris poſtea, ut acceptas ab imperatore menſuras & pondera ſervarent vel Papa, vel ſenatus. extat enim Juſtiniani pragmatica ſanctio, cujus cap. XVIII. jubentur dari vel ſuſcipi ſpecies vel pecuniam *in illis menſuris*, inquit, *vel ponderibus, quæ beatiſſimo Papæ, vel ampliſſimo ſenatui noſtra pietas in præſenti contradidit.* Hæ ſunt quæ dicebantur Capitolinæ vel urbanæ menſuræ, aut Italicæ à aliis majores quarum vulgo uſus ſaltem in certis rebus etiam Romæ, ne dum in provinciis. Sym-

ſæpe in die vini capitolinam amphoram conſtat: [1] comediſſe & XL. libras carnis: ut autem Cordus dicit, etiam LX. Quod ſatis conſtat, [2] oleribus ſemper abſtinuit, [3] à frigidis prope ſemper, [4] niſi quum illi potandi neceſſitas eſſet. Sudores ſæpe ſuos excipiebat, & in calices vel in vaſculum mittebat, ita ut duos vel tres ſextarios ſui ſudoris oſtenderet. Hic diu ſub Antonino Caracallo [5] ordines duxit, centuriatus, & cæteras mili-

Symmachus libro x. ep. xxvi. *mille ſexcentas auri libras decennalibus imperii tui faſtis devotus ordo promiſit, urbanis ponderibus conferendas: id eſt trutinæ largioris examine.* at Hieronymus Italicis menſuris opponit *caſtrenſes:* quæ ut ex illjus verbis apparet, urbanis erant dimidio majores. *hinc*, ait, *duos* χόας *Atticos facit: quos nos appellare poſſumus duos ſextarios Italicos: ita ut hinc menſura ſit Judaici ſextarii, noſtrique caſtrenſis: cujus ſexta pars facit tertiam partem ſextarii Italici.* In tertia Sacrarum Ariſtidis, ἡμίνα βασιλικὴ, videtur eſſe Capitolina, ſive urbana hemina. Ait ſe cum propter valetudinem vino abſtinuiſſet diu, monitum à deo ſuo, ut heminam regiam ſive imperatoriam vini biberet. hemina Romana ſextarii dimidium erat: quem dicebamus conſuetum modum fuiſſe modicorum potorum. Ariſtides quoque ibi oſtendit, antea, id eſt, cum valeret, ſolitum ſe bibere alterum tantum, ſive ſextarium Romanum. ipſe eam menſuram confert cum cotyla, cujus erat tum in Aſia uſus, ubi illa ſcribebat. De hac cotyla aut non multum diſpari, Chryſoſtomi verba accipio, in caput v. epiſtolæ ad Epheſios: οἴνου κοτύλη καὶ ἄρτος εἰς δῶρον χαρίεν ἐμπιπλῆσαι ἄνθρωπον. in libris medicorum harum menſurarum ratio longe diverſa.

1 *Comediſſe & XL. libras carnis.*] Sive ita legas, ſive, ut ſubjicitur, LX. mediocris tamen erit hæc voratio, præ iis quæ de nobili Phagone refert Vopiſcus in Aureliano.

2 *Oleribus ſemper abſtinuit.*] Ut quorum eſus firmando corporis robori parum conduceret.

3 *A frigidis prope ſemper, niſi cum illi potandi neceſſitas eſſet.*] Infra de juniore Gordiano: *Pomorum & olerum avidiſſimus fuit: frigidorum percupidus: nec facile per æſtatem niſi frigida edit, & quamplurimum bibit.* qui ſint cibi ψυχικοὶ, non eſt hujus loci dicere.

5 *Ordines duxit, centuriatus, & cæteras militares dignitates ſæpe tractavit.*] Clara ſententia, quam involvit Symmachus: *ordines duxit, ac ſæpe famam factis extendens, inter plures militiæ gradus centuriaſque, ſtrenuitatis ſuæ pretium tulit.* vides calamiſtros inuſtos imitatione Virgiliana: ſed interea mens malè concepta. ſed legitur in aliis Jornandis libris, *centuriatumque*, idque melius.

GRUTERUS.

4 *Niſi cum illi potandi neceſſitas.*] Sic Pall. ambo, excluſa voce *eſſet*, quæ adjicitur publicatis.

5 *Ordines duxit centuriatus.*] Pall. duo, *centuriatos.* quod non nimium diſplicet.

SALMASIUS.

5 *Ordines duxit, centuriatus & ceteras dignitates ſæpe tractavit.*] Verba Symmachi quibus eamdem rem memorat, nondum mihi videntur ex toto menda vacare. ſic igitur emendanda: *ordines duxit, ac ſæpe famam factis extendens, inter plures militiæ gradus centuriatus quoque ſtrenuitatis ſuæ pretium tulit.* ordines ducere, & centurionem eſſe, tan-

militares dignitates sæpe tractavit. Sub Macrino [1] (quod eum qui imperatoris sui filium occiderat, vehementer

tanquam diversa heic ponuntur à Capitolino & Symmacho, atque ita quidem ut major videatur fuisse centurionis dignitas quam ejus qui ordines duceret. in veteri quoque inscriptione centurio altius est ab ordinum ductore:

SERGIVS. TERENTIVS.
SERG. F. ÆMILIANVS
CENTVR. EMBR. VIX. A. LXX.
ORDIN. DVX. SVB
L. POSTVMIO. MODES
TINA. MARITO
MERENTISSIMO.

Qui ordines ducebant, *ordinarii* dicebantur. ordinarii à centurionibus distincti in vita Clodii Albini: *Nam sæpe ordinarios & centuriones ubi causæ qualitas non postulabat in crucem sustulit.* vulgo legitur: *ordinarios centuriones.* perperam. ordinarios autem, sive ordinum ductores multum centurionibus dignitate inferiores fuisse, licet ex hoc loco Capitolini cognoscere. idque clarius constat ex verbis Symmachi. ordinarios igitur tunc videntur vocasse manipulorum ductores. manipulus autem illo tempore, decem tantum militum fuit. quibus qui præerat, manipularius, & ordinarius, vel ordinum ductor dicebatur. Glossæ veteres: ταξίαρχος, *ordinarius, manipularius.* aliæ Glossæ: *manipularius*, δεκάρχης λόχου. de manipulo decem militibus tum temporis constante supra diximus. in vita Pescennii decem commanipulones manipulum constituunt. Ammianus: *convocatis cohortibus & centuriis, & manipulis.* qui manipulis igitur præerant, ordinarii, vel ordinum ductores: qui centuriis, centuriones: qui cohortibus, tribuni. Festi breviator: *sunt quidam etiam qui manipularem eum qui infimi ordinis sit appellatum credant ordinarium.* nescio an manipularem eo loco Festus accipiat, non pro gregali milite sed pro manipuli ductore, ut supra quosdam accepisse ostendimus. sic enim *manipularius infimi ordinis*, ut *centurio primi ordinis* apud Tacitum: *Justus Catonius primi ordinis centurio.* apud Velleium: *non incruentis centurionibus, qui etiam primi ordinis cecidere.* aliis auctoribus centuriones primorum ordinum. si manipularem in ea significatione accipiemus apud Festum, tunc ordinarii secundum quosdam proprie dicti fuerint infimi ordinis centuriones. ordinarii etiam dicebantur evocati. atque hi minime centuriones erant, sed centurionum insigne vitem gerebant. Glossæ: *evocatus*, ταξίαρχος. Vegetio ordinarii, sunt etiam primorum ordinum ductores. nec dubium ab eo ita vocari qui veteribus primorum ordinum centuriones. at ejus ætate non centuriones dicebantur, sed centenarii, qui centum homines ducebant. sic illo tempore majores & digniores fuerint ordinarii centurionibus. nam ordinarii illi, quo sensu eos accipit Vegetius, hoc est primorum ordinum ductores, partim quartuor centurias, partim duas regebant. erant & qui centum quinquaginta homines ducerent, de quibus alio loco dicemus. Polybius centuriones ταξιάρχους passim appellat, id est ordinum ductores. nullo modo tamen dubitandum quin ordinum ductores ætate Severi & Maximini fuerint diversi à centurionibus, iisque longe inferiores dignitate. quod evidentissime patet ex hoc loco.

CASAUBONUS.

1 *Quod eum qui imperatoris sui filium occiderat, vehementer odisset.*] Symmachus: *nunquam se oculis obtulit Macrini, indignum ducens ejus imperium, quod perpetratum facinus erat quæsitum ab Heliogabalo.* hæc ita sunt edita etiam à doctissimis viris nuper: quæ tamen deformiter sunt corrupta. Scribendum, *quod per patratum facinus erat quæsitum.*

menter odisset) à militia desiit, & in Thracia in vico ubi genitus fuerat, possessiones comparavit, ac semper cum Gotthis commercia exercuit. Amatus est autem unice à Getis quasi eorum civis. [1] Alani quicunque ad ripam venerunt, amicum eum donis vicissim recurrentibus approbabant. Sed occiso Macrino cum filio suo, ubi Heliogabalum quasi Antonini filium [2] imperatorem comperit, jam maturæ ætatis ad eum venit, petiitque ut quod avus ejus Severus judicii circa se habuerat, & ipse haberet. Sed apud impurum hominem valere nihil potuit. Nam dicitur cum eo jocatus esse Heliogabalus turpissime, dicens, *Maximine*, XVI. *&* XX. *&* XXX. *milites diceris aliquando lassasse,* [3] *potes tricies cum muliere perficere.* Tum ille ubi videt [4] infamem principem sic exorsum, à militia discessit, & tamen retentus est per amicos Heliogabali, ne hoc quoque illius famæ accederet quod virum temporis sui fortissimum, & quem alii *Herculem*, [5] alii *Achillem*, alii *Aja-*
5 *cem* vocabant, à suo exercitu dimoveret. Fuit igitur Maximinus sub homine impurissimo [6] tantum honore præditus tribunatus, sed nunquam ad manum ejus accessit, nunquam illum salutavit per totum triennium huc

Ad Heliogabalum dehinc quasi ad Antonini filium revertens, tr. etiam in nonnullis editis rectè legitur *per patratum f.* cætera emendavimus ex historia & Capitolino: unde mutuatus videtur Symmachus.

1 *Alani quicunque ad ripam venerunt.*] Scrib. *venerant.*

2 *Imperatorem comperit.*] Scripti, *imperare.*

5 *Alii Achillem, alii Ajacem.*] Supple ex scripta lectione, *alii Ac. alii Hectorem, alii Aj.*

SALMASIUS.

3 *Potes tricies cum muliere perficere.*] Sic ἐνεργεῖν Græci. Alciphron: οἷός τι ἦν τὴν ψαλτρίαν ἐν ὀφθαλμοῖς πάντων ὁρώντων ἐνεργεῖν. In fabula Tiresiæ, τοῦτον Ζεὺς καὶ Ἥρα διαφερόμενοι κριτὴν, οἷα πεπειραμένον ἑκατέρας φύσεως, εἰ δέοι μᾶλλον τὸ ἄρρεν ἢ τὸ θῆλυ ἐνεργοῦντα γίγνεσθαι.

4 *Infamem principem sic exorsum.*] Palatinus & prima editio: *infamem Principem sic exosum* quod & editiones quædam recentes retinuerunt.

GRUTERUS.

5 *Alii Achillem, alii Ajacem.*] Sic & Pall. sine illo adhuc quorundam mss. *alii Hectorem.*

6 *Tantum honore tribunatus.*] Sic uterque Pal. ejecta voce *præditus*, quæ præterea adest vulgo editis.

1 *Discur-*

hucatque illuc [1] discurrens. modo agris, modo otio,
modo fictis languoribus occupatus est. Occiso Helio-
gabalo, ubi Maximinus comperit Alexandrum prin-
cipem nominatum, Romam contendit, quem Alexan-
der miro cum gaudio, mira cum gratulatione suscepit,
ut in senatu verba faceret talia: *Maximinus P. C. tri-
bunus cui ego latum clavum addidi, ad me confugit, qui
sub impura illa bellua militare non potuit. qui apud di-
vum parentem meum Severum tantus fuit quantum il-
lum fama comperitis.* Statim denique illum tribunum
[2] legionis quartæ quam ex tyronibus ipse composue-
rat, dedit, & eum in hæc verba provexit: *Veteres mi-
lites tibi, Maximine mi charissime atque amantissime,
idcirco non credidi, quod veritus sum [3] ne vitia eorum sub
aliis inolescentia emendare non posses. [4] Habes tyrones ad
tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem: eos fac
militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos Reip. op-
tabiles solus efficias.* Accepta igitur legione, statim 6
eam exercere cœpit. Quinta quaque die jubebat
[5] milites decurrere, simulacra bellorum agere: gla-
dios,

1 *Discurrens; modo agris, modo otio, modo fictis languoribus occupatus est.*] Abjecta vocula *est*, resultaret lectio melior; tali utique distinctione: *salutavit; per totum triennium huc atque illuc discurrens, modo agris, modo otio, modo fictis languoribus occupatus.*

5 *Milites decurrere, simulacra bellorum agere.*] Palat. *decurrere, in se simulacra bell.* non improbem.

CASAUBONUS.

2 *Legionis quartæ quam ex tironibus ipse composuerat.*] Videtur hæc legio prioribus quas describit Dio, ab Alexandro adjecta. nam aliud est *componere legionem*, aliud numeros supplere. obscurius Herodianus: τ̃ δὴ Μαξιμῖνον τῦτον ὁ Ἀλέξανδρος ἐπίστησι πάσῃ τῇ τ̃ στρατῦ νεολαίᾳ.

3 *Ne vitia eorum sub aliis inolescentia.*] Participio præsentis, dat significationem præteriti temporis: quo Latina lingua caret.

SALMASIUS.

4 *Habes tirones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem.*] Vitiosissimus hic locus ab interpunctione, quem sic sanabis licet: *veteres milites tibi Maximine mi carissime atque amantissime ultirco non credidi, quod veritus sum, ne vitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses. Habes tirones. ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem eos fac militiam addiscere, ut mihi multos Maximinos Reip. optabiles solus efficias.*

5 *Milites decurrere, simulacra bellorum agere.*] Simulacra bellorum agebant milites in illa prolusione, quam armaturam dixerunt recentiores, & armaturæ exercitium, quod milites armati sub signis decurrerent, & veræ pugnæ simulacra ederent. de arma-

turæ

dios, lanceas, loricas, galeas, ſcuta, tunicas, & omnia arma illorum [1] quotidie circumſpicere: [2] calceamenta quinetiam ipſe proſpiciebat, [3] prorſus ut ſe parem militibus præberet. Sed quum eum quidam tribuni reprehenderent, dicentes, *Quid tantum laboras, quum ejus loci jam ſis, ut ducatum poſſis accipere?* dixiſſe fertur, *Ego verò quo major fuero, tanto plus laborabo.* [4] Exercebat cum militibus [5] ipſe luctam, quinos, [6] ſenos, & ſeptenos [7] jam grandævus ad terram proſternens. Denique invidentibus cunctis, quum quidam tribunus ſuperbior, magni corporis, virtutis notæ, atque

turæ exercitio multa in ſuperioribus ex Vegetio diximus, quæ heic non ſunt repetenda.

CASAUBONUS.

1 *Quotidie circumſpicere.*] Circumſpiciebat: non enim pendet à verbo *jubebat.* Similia his in Avidio Caſſio, & alibi.

3 *Prorſus ut ſe parem militibus præberet.*] Exemplo, quod efficaciſſimum docendi genus eſt, ad omnia præibat, quæ militibus imperaret. Lege hîc Herodianum.

7 *Jam grandævus.*] Scripti, *idem quindenos.*

SALMASIUS.

2 *Calceamenta quinetiam ipſa proſpiciebat.*] Melius: *calciamenta quinetiam ipſe proſpiciebat.* ut habent Pal. & prima editio. *Proſpicere calceamenta* dixit, ut Spartianus in Alexandro, *veſtem proſpicere: omnem veſtem quam donavit ipſe proſpexit.* ita enim ex veteri libro legendum docuimus, pro *perſpexit.* ita Cicero pro Sylla, *ferramenta proſpicere: ſed tamen munere ſervili obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda, præfuit vero nunquam.*

3 *Prorſus ut ſe parem militibus.*] Vetus editio: *prorſus ut autem patrem ſe militibus præberet.* nec tantillum dubito, quin reponendum ſit *patrem* pro *parem.* hoccine vero eſt parem ſe militibus præbere, arma circumſpicere illorum, calciamenta etiam proſpicere, videre ut bene veſtiti, beneque calciati eſſent milites? hoc erat plane, patrem ſe militibus præbere. itaque heic legendum ex optimo Palatino: *calceamenta quinetiam ipſe proſpiciebat: prorſus autem patrem ſe militibus præbebat.* hæc enim tam anxia de militibus Maximini cura, patris eum loco apud milites haberi viderique faciebat.

4 *Exercebat cum militibus ipſe luctam.*] *Exercebat cum militibus ipſe luctamina.* Pal. & vetus editio.

GRUTERUS.

3 *Prorſus ut ſe parem militibus præberet.*] Nihil plane præceſſit, quo paritas iſthæc exprimeretur. cura tantum ejus & diligentia narrata fuit. & vero cum reſtet in Palatino; *prorſus ut autem patrem militibus præbuit* videat lector, an illud *parem* non poſſit augeri littera. porro Excerpta Palatina heic jam finiunt, itaque non eſt, quod eorum quis teſtimonium deinceps requirat.

5 *Ipſe luctam.*] Pall. *luctamina.*

6 *Senos & ſeptenos grandævus.*] Non agnoſcit Pal. noſter aliorum, *idem quindenos jam grandævus,* &c. quod vix vel ideo feram, quia numerus non adſcendat gradatim.

atque ideo ferociorei dixisset, [1] *Non magnam rem facis si tribunus tuos milites vincis:* Ille ait, *Visne congrediamur?* Quumque adversarius annuisset, venientem contra se palma in pectus percussum supinum rejecit, & continuo dixit, *Date alium, sed tribunum.* Erat præterea (ut refert Cordus) magnitudine tanta, [2] ut octo pedes

CASAUBONUS.

1 *Non magnam rem facis si tribunus tuos milites vincis.*] Ad gratiam tribuno suo cedentes, & ἐθελοκακοῦντας.

2 *Ut octo pedes digito videretur egressus.*] De hac statura diximus ad Suetonii librum tertium capite LXVIII, Symmachus: *erat, ut fertur, statura ejus procera, ultra octo pedes.* Observa locutionem, *videretur egressus.* id est egrederetur. sic passim in his scriptoribus. Lampridius in Alagabalo: *si quando ea erant designanda, quæ sub eo facta videbantur.* pro facta essent. ibidem: *serica vestis tunc in raritate videbatur & honore.* pro erat. in Alexandro: *Gallia semper etiam minusculis imperatoribus subjecta fuisse videbatur,* id est, fuerat. Spartianus in Geta: *ejus qui à fratre videretur occisus.* pro esset occisus. sic in extremo Caracallo, *ut à patre videretur occisus:* obscuro sensu, nisi exponas, ut à patre occideretur. sic Capitolinus in Macrino, *epigramma videtur extare:* cum deinde subjiciat ipsum epigramma. & Vopiscus in Probo, *Lugdunenses ab Aureliano graviter contusi videbantur.* ita loqui & M. Tullium facile observabunt studiosi elegantiarum Latini sermonis. Cæterum de statura Maximini plura inferius notamus.

GRUTERUS.

2 *Ut octo pedes digito videretur egressus.*] Sic Pal. aliter tamen de proceritate ejus loquitur in vita filii cap. 1.

SALMASIUS.

2 *Ut octo pedes digito videretur egressus.*] Vir magnus hoc loco corrigit: *ut octo pedes digitis sex videretur egressus.* quod in Maximino juniore ubi de statura hujus Maximini loquitur, pedum octo & prope semis fuisse dicit. non igitur octo pedes & totum semissem habuit, sed prope semissem. itaque valde mihi fit verisimile cum doctissimo Casaubono scriptum prius fuisse: *ut octo pedes digitis* VI. *videretur egressus.* numerus autem ille VI. facile potuit absorberi similitudine prioris syllabæ sequentis vocabuli *videretur,* quod ab iisdem litteris incipit. pedem vero heic intelligit Italicum Capitolinus, non regium aut Alexandrinum, de quo intelligebat Julianus Ascalonites apud Harmenopulum nostrum cum scriberet: ὁ ποῦς ἔχει παλαιστὰς δ΄. ὁ δὲ παλαιστὴς δακτύλους δ΄. at pes Italicus tredecim digitos habebat & trientem. Hero in Isagoge manuscripta quam penes me habeo: ὁ ποῦς, inquit, ὁ μὲν βασιλικὸς καὶ φιλεταίρειος λεγόμενος ἔχει παλαιστὰς δ΄. δακτύλους ις΄. ὁ δὲ Ἰταλικὸς ποῦς ἔχει δακτύλους ιγ΄. γ΄΄. obiter dicam, pedem quem Hero φιλεταίρειον & βασιλικὸν appellat, Hygino Agrimensori Ptolemaicum appellari: & quem ille Græcus Italicum pedem vocat, monetalem eidem Hygino vocari. convenit igitur ad mensuram pedis Italici, vel monetalis quod de statura Maximini duobus locis retulit Capitolinus. cum enim in Juniore Maximino dixerit staturam ejus fuisse pedum octo & prope semis, heic scribit octo pedes cum digitis sex excessisse. cui mensuræ si dimidium pedis & trientis semissem addas, octo pedes & semissem habebis integrum. ne cui vero mira videatur hæc proceritas staturæ usque ad octo pedes & semis-

pedes digito videretur egressus: [2] pollice ita vasto [2] ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.[3] Jam illa prope

sem, Philostratus hanc staturam esse ait proceri Germani, apud quos qui justæ & commodæ staturæ viderentur esse, septem pedes non raro excederent. cum proceri & magnæ inter ipsos staturæ vulgo octo pedes longitudinis haberent, longuriones barbari. locus Philostrati habetur in vita Herodis: δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν ἰσθμὸν, Ποσειδῶνος δεῖσθαι ἢ ἀνδρός, ὃν ἐκάλουν οἱ πολλοὶ Ἡρώδου Ἡρακλία. νεανίας ἦν ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ Κελτοῦ μεγάλου ἴσος καὶ ἐς ὀκτὼ πόδας τὸ μέγεθος. de Burgondionibus septipedibus notum esse potest iis qui Sidonium Apollinarem triverunt. Itaque verbum non faciam unum amplius.

CASAUBONUS.

2 *Pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.*] Uxoris Maximini alibi Capitolinus non meminit: quæ tamen digna fuit matrona cujus nomen in literas mitteretur: quod studiose factum ab Ammiano fuerat in libris qui perierunt, ut ipse testatur libro XIV. *Dextrocherium* armillarum species est. Solebant sæpe veteres non in utroque brachio, sed altero tantum has gestare: interdum lævo, viri quidem, ut de Sabinis notissima historia fidem facit; interdum dextro, ut nomen hoc declarat dextrocherium, quasi δεξιόχειρον. & brachium enim χειρὸς appellatione Græci aliquando complexi sunt. Dextrocherii meminit iterum Capitolinus in Maximino juniore, & Trebellius etiam in Quieto Tyranno. Lucifer Caralitanus De non parcendo in Deum delinquentibus, ad Constantium, *debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam & dextrocher a.* B. Ambros. De passione Agnetis: *Discede à me quia jam ab alio amatore præventa sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarravit me, longe te nobilior & genere & dignitate. ornavit me inæstimabili dextrocherio: dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretiosis.* Vetus quoque Juvenalis interpres, *succina grandia*, quorum poëta meminit satyra IX. interpretatur *gemmata dextrocheria*. Postea vero appellarunt, ut videtur, dextras: nam Isidorus lib. XIX. cap. XXXI. inter catellas & armillas recenset dextras, quas ait fuisse communes virorum ac fœminarum: quæ ante manicam portarentur, (manus cum brachio commissuram puto intelligi) & ibi clavo uno jungerentur. Dextrocherium autem gestasse imperatores testatur etiam Chrysostomi locus in laudatione Babylæ Martyris. ubi pompam imperialem & φαντασίαν describens ait inter cætera: ὑπόχρυσον αὐτὸν σημειόπτερον ἀπὸ τῶν ἱματίων φαινόμενον, καὶ τῆς ἁλουργίδος, καὶ τῶν λίθων τῶν πανταχοῦ διεσπαρμένων κατὰ τὴν δεξιάν, κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς χλαμύδος, τῶν ἀπὸ τοῦ διαδήματος. nam per gemmas quas ait fulsisse in dextra Cari imperatoris, (de eo enim loquitur: etsi nominat nunquam:) dextrocherium illius intelligit; per chlanidis commissuram, fibulam.

3 *Jam illa prope in vulgi ore sunt posita.*] Regius & alter Puteani, *in elogio f. p.* quod nolui prætermittere.

SALMASIUS.

2 *Ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.*] *Dextrocherium*, vox à Græcis ex Græca & Latina composita, postea Latinis quoque usurpata. *dextrale* autem pro dextrocherio Latini quoque dixerunt, ne neges eos suam quoque vocem habuisse: & corrigendus Isidorus ad hunc modum: *Dextrale est commune virorum & mulierum, quia utriusque sexus dextræ sunt.* hodie legitur *dextras esse communes*, quod ferri non potest.

prope [1] in vulgi ore sunt posita, quod hamaxas mani-
bus attraheret, rhedam onustam solus moveret: equo
si pugnum dedisset, dentes solveret: si calcem, crura
frangeret: [2] lapides tophicios friaret, arbores tenerio-
res scinderet. Alii denique eum *Crotoniatem Milonem*,
alii *Herculem*, [3] *Antæum* alii vocant. His rebus con- 7
spicuum virum Alexander, magnorum meritorum ju-
dex, in suam perniciem [4] omni exercitui præfecit, gau-
dentibus cunctis ubique tribunis, ducibus, & militi-
bus. Denique totum ejus exercitum qui sub Helioga-
balo

potest. & falsi sunt doctissimi viri qui ex illo corruptissimo Isidori loco *dextras* pro dextrocheriis nobis obtrudunt. hæc ratio Isidori quare dextralia tam sint virorum quam fœminarum, quia, inquit, uterque sexus dextras habet, ideo & uterque sexus dextralia quæ dextro gestantur habere debet. egregiam vero rationem & Isidoro dignam. quæ sequuntur apud eumdem in explicatione ejusdem vocis, non sunt Isidori sed inepti & insulsi cujusdam Monachi; *ampla & ante manicam portantur, & possunt sibi jungi clavo uno.* nam veteres omnes libri illa verba non agnoscunt: plures autem studiose consului cum quibus contuli diligentissime illos Isidori Originum libros. Dextralia igitur dextrocheria sunt idem Isidorus in Glossis: *Dextralia, brachialia.* Arculphus tamen de locis sacris brachialia & dextrocheria, ut diversa posuit, cujus hæc verba sunt, is enim scriptor nondum est editus: *ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextroceria, murenæ, monilia, anuli, capitulares, cingella, irata, baltei, coronæ, imperium ex auro, vel gemmis & ornamenta plurima. pendentes* autem vocat quos Græci κρεμαστῆρας, barbarogræci etiam κρεμαστίρια. nos vulgo etiam *pendentes* vocamus.

GRUTERUS.

1 *In vulgi ore sunt posita.*] Sic & Pal. non, *in elogio sunt posita:* quod tamen haud omnino spreverim.

2 *Lapides tophicios friaret.*] Ita & Pal. sed à manu non nimis antiqua, quod scilicet linea tota & amplius excidisset, negligentia librarii.

3 *Antæum alii vocarent.*] Est à Palatino, melius quam, ut vulgati prius, *vocant.*

SALMASIUS.

2 *Lapides tophicios friaret.*] Nihil variant nostri libri. nec *tophaceos*, aut *tophinos* malim cum viro docto. *fricare* autem pro *friare* exhibet editio princeps. *fricare* & *friare* idem. nam posterioris latinitatis auctores fricare etiam ἀντὶ τοῦ *friare* posuerunt. Glossæ; *fricare*, ψαίχειν, & fricare manu spicas, est friare.

3 *Antæum alii vocant.*] Eadem editio; *vocarent.* forte, *vocarunt.*

CASAUBONUS.

2 *Lapides tophicios friaret.*] Melius scripti, *tophinos.* vel scribe, *tophaceos.*

3 *Antæum alii vocant.*] Scripti melius, *vocarent.* ut hæc superioribus connectantur.

4 *Omni exercitui præfecit.*] Hoc nusquam Herodianus: & puto vix esse verum. sic tamen & Aurelius Victor: nam recte viri docti scribendum apud illum viderunt, *præfuleus rei bellicæ*; non autem *Trebellicæ.*

balo magna ex parte torpuerat, ad suam militarem disciplinam retraxit. Quod Alexandro, ut diximus, optimo quidem imperatori, sed tamen cujus ætas ab initio contemni potuerit, gravissimum fuit. Nam quum in Gallia esset, & non longe ab urbe quadam castra posuisset, subito immissis militibus, ut quidam dicunt, ab ipso, ut alii, à tribunis barbaris, Alexander ad matrem fugiens interemptus est, Maximino jam imperatore appellato. Et causam quidem Alexandri interimendi alii aliam fuisse dicunt. Quidam enim Mammæam dicunt auctorem fuisse ut filius deserto bello Germanico Orientem peteret, atque ideo milites in seditionem prorupisse. Quidam, quod ille nimis severus esset, & voluisset ita in Gallia legiones exauctorare, ut exau-
8 ctoraverat in Oriente. Sed occiso Alexandro,[1] Maximinus primum è corpore militari, & nondum senator, sine decreto senatus, Augustus ab exercitu appellatus est, filio sibimet in participatum dato: de quo pauca quæ nobis sunt cognita mox dicemus. Maximinus autem ea fuit semper astutia[2] ut milites non solum virtute regeret,[3] sed etiam præmiis & lucris sui amantissimos redderet. [4] Nunquam annonam cujuspiam tulit. [5] Nunquam fuit qui in exercitu faber, aut alterius rei

(ut

1 *Maximinus primum è corpore militari, & nondum senator sine decreto senatus, Aug.*] Accedet lux aliqua sententiæ, si scribas *primus*. nam ea mens. etsi equidem non video quid hic sit adeo singulare, & quod ante in Opilio Macrino non esset factum. Aurel. Victor: *Cajus Julius Maximinus præsidens rei bellicæ, primus è militaribus litterarum fere rudis, potentiam cepit, suffragiis legionum. quod tamen etiam patres, dum periculosum existimant inermes armato resistere, approbaverunt.*

3 *Sed etiam præmiis & lucris sui amantissimos redderet.*] Herodianus, ἵνα τε καὶ δώροις αὐτοὺς καὶ παιδεύσεσιν ἡμέραις φιλανθρωπεύηται.

4 *Nunquam ann*] Scripti, *nunquam ille annonam.*

5 *Nunquam fuit qui in exercitu faber.*] Quasi fabrilis opera & omne artificium militem Ro. dedeceret: quod veterum disciplina aliter fuerat constitutum. Sed studio rerum novarum hoc innovatum Maximino.

GRUTERUS.

2 *Ut milites non solum virtute regeret.*] Pal. omisit dictionem *solum*. & abesse poterat. utpote quæ satis subintelligeretur.

4 *Numquam ille annonam.*] Ita & Pal. nam edd. veteribus aberat. pronomen.

5 *Nunquam fuit qui in exercitu faber, &c.*]

(ut plerique sunt) artifex esset. [1] solis venationibus legiones frequenter exercebat. Sed inter has virtutes tam crudelis fuit [2] ut illum alii *Cyclopem*, alii *Busiridem*, alii *Scironem*, nonnulli *Phalarim*, multi [3] *Typhonem*, vel *Gygem* vocarent. Senatus eum tantum timuit ut vota in templis publice privatimque mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne ille unquam urbem Romam videret. [4] Audiebat enim alios in crucem sublatos, [5] alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris objectos, alios fustibus elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis, quum videretur disciplinam velle regere militarem, [6] cujus exemplo [7] civilia etiam corrigere voluit: quod non convenit principi qui velit diligi.

&c.] Pal. malle videtur, *quis in exercitu miles faber, &c.* non pejus, si non melius. maluissem tamen reponi: *nunquam tulit ut quis in exercitu miles faber, &c.*

SALMASIUS.

5 *Nunquam fuit qui in exercitu faber, aut alterius rei, ut plerique sunt, artifex esset.*] *Nunquam fuit, ut esset, ut plerique sunt.* non placet hæc mihi lectio. Palatinus & vetus editio, in bonum ubique consentientes sic legunt: *nunquam fuit qui sine exercitu.* omnino scribendum; *nunquam fuit quis in exercitu faber, aut alterius rei, ut plerique sunt, artifex, sed solis venationibus legiones frequenter exercebat.*

GRUTERUS.

1 *Solis venationibus legiones frequenter exercebat.*] Pal. *exercens*; quod si admittimus, nota periodi tollenda, ut isthæc adhuc pendeant à superioribus.

4 *Audiebant enim alios in crucem sublatos, &c.*] Sic & Pal. nam editi prius, *Audiebat.*

7 *Civilia etiam corrigere voluit.*] Non aliter etiam Pal. noster.

SALMASIUS.

2 *Ut illum alii Cyclopem, alii Busiridem.*] Hæc corruptissime scripta reperi in optimo Palatino: sic enim ille habuit, cui ex parte consentit editio prima: *ut illum alii Cyelopem, alii Busirem, alii cironam, nonnulli phalarem, multi Typhonam vel gigantam.* quæ commode sic posse restitui videntur: *ut illum alii Cyclopem, alii Busirem, alii Scirona, nonnulli Phalarem, multi Typhona, vel giganta vocarent.* si quis tamen *Gygen* mutari nolit, ducat me non trahat.

4 *Audiebat enim eos.*] *Audiebant enim eos.* ita libri, & melius.

CASAUBONUS.

3 *Typhonem, vel Gygem.*] Hesiodus de Cœli & Telluris filiis gigantibus:

Τρεῖς παῖδες μεγάλοι τε καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοὶ,
Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ' ὑπερήφανα τέκνα.

Typhon ἑκατοντακέφαλος ex Græcis poëtis notus.

4 *Audiebat enim.*] Scribe, *Audiebant enim.* cum libris.

5 *Alios animalibus nuper occisis inclusos.*] Lege vitam Opilii Macrini.

6 *Cujus exemplo civilia etiam corrigere voluit.*] Membranæ, *c. e. etiam civilia rigere voluit.*

ligi. Erat enim ei persuasum, *nisi crudelitate imperium non teneri.* Simul & verebatur [1] ne propter humilitatem generis barbarici [2] à nobilitate contemneretur. Meminerat præterea se Romæ etiam à servis nobilium contemptum esse, [3] ita [4] ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur. [5] Et ut se habent stultæ opiniones, [6] tales eos contra sperabat futuros, quum jam imperator esset. [7] *Tantum valet conscientia degeneris a-*
9 *nimi.* Nam ignobilitatis tegendæ causa omnes conscios generis sui interemit: [8] nonnullos etiam amicos qui

GRUTERUS.

1 *Ne propter humilitatem generis barbarici à nobilitate, &c.*] Consentit & in hanc lectionem Pal. vulgati prius habebant, *generis barbarica novitate contemn.* quæ lectio nata ab antiquo scribendi more *novilitate*, quemadmodum adhuc apparet in Pal. nostro.

6 *Tales eos contra se sperabat futuros.*] Illud *se* est à codice Regio. aberat ante vulgatis.

CASAUBONUS.

2 *A nobilitate contemneretur.*] Hæc lectio regii, cui assentiuntur & Puteani. perspicue: etsi vulgatam aliter poteramus concinnare, non inepte: sic, *ne propter humilitatem generis à barbarica novitate contemneretur.*

4 *Ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur.*] Scribebam, *viseretur.* sed habent regius & Puteani, *audiretur.* scribendum, *adiretur.*

5 *Et ut se habent stultæ opiniones.*] Reg. *ut habent .... opiniones.* nihil mutandum: nisi *stultorum* malis quam *stultæ.* in Alexandro: *verum Gallicanæ mentes, ut se habent duræ.*

6 *Tales eos contra sperabat futuros.*] Membranæ, *contra se.* optime. *contra*, pro erga vel adversum. *sperare*, pro δοκεῖν, translatitium apud hos scriptores, ut apud Græcos ἐλπίζειν.

7 *Tantum valet conscientia degeneris animi.*] Ideo celebratum apud Græcos proverbium,

Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας.

cujus & Dio meminit historia LVIII.

SALMASIUS.

3 *Ita ut ne à procuratoribus quidem eorum videretur.*] Cave mutandum censeas istud *videretur* cum doctissimo viro. proprium enim huic officio verbum. nam videri imperatores & alii proceres dicebantur, quibus quotidie matutinæ salutationis officium exhibebant clientes sui. de quo verbo satis supra diximus. Spartianus: *unde hodieque imperatores sine penulis à togatis videntur.* plura ad eam rem facientia adducerem, si istuc ageretur, aut nisi properarem.

8 *Nonnullos etiam amicos qui ei sæpe misericordiæ ac pietatis causa donaverant.*] Qui *pietatis* heic substituebant, non attendisse videntur quo sensu pietas dicatur à Latinis, & pietatem heic pro misericordia dici ἐν τῷ γαλλικῷ putaverunt: quod retinet etiam nunc idioma Gallicum. bene igitur princeps editio, in qua legitur, *misericordiæ paupertatis causa.* lege, *nonnullos etiam amicos qui ei sæpe misericordia, paupertatis causa, donaverant.* liceat etiam ex Palatino legere, *qui ei sæpe misericordiæ ac paupertatis causa pleraque donaverant.* paupertas Maximini, cum primum Romam venit, ea fuit, ut liberalitatem quorundam amicorum provocaverit, qui misericordia moti pleraque

qui ei sæpe misericordiæ ac pietatis causa pleraque donaverant. Neque enim fuit crudelius animal in terris: omnia sic in viribus suis ponens quasi non posset occidi. Denique quum immortalem se prope crederet [1] ob magnitudinem corporis sui virtutisque, mimus quidam in theatro præsente illo dicitur [2] versus Græcos dixisse, quorum hæc erat Latina sententia:

Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur.
[3] *Elephas grandis est, & occiditur:*
[4] *Leo fortis est, & occiditur:*

Tigris

que ei donaverunt, quos tamen postea interemit, ut paupertatis olim suæ conscii non exstarent, ut nec exstare voluit ignobilitatis.

CASAUBONUS.

1 *Ob magnitudinem corporis sui virtutisque munus.*] Posset ferri, nisi palam rectum esset, quod suggerunt scripti. nam in regio est *minus.* unde liquido constat esse scribendum *mimus.* & ita emendaverat è suis libris Puteanus. Lege igitur, *ob m. c. virtutisque, mimus quidam in th.* sequitur, *interrogaret quid mimus scurra dixisset.*

2 *Versus Græcos dixisse.*] An istos?
Ἓν ὃς πεφοβηὼς, κτείνεται πολλῶν βίᾳ.
Ἐλέφας μέγιστός ἐστι θὴρ, καὶ κτείνεται·
Ἰσχυρός ἐστι χ᾽ ὁ λέων, καὶ κτείνεται·
Καὶ τίγρις ἐστὶν ἄλκιμος, καὶ κτείνεται·
Πολλοὺς φύλαττε τοὺς καθ᾽ ἓν οὐ φοβούμενος.

similis elegantiæ venustate compositum est epigramma de Chatino apud Martialem libro primo.

3 *Elephas grandis est & occiditur.*] Non dissimile illud Sophoclis de bove, in Ajace.
Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς, ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
Μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

4 *Leo fortis est & occiditur.*] Eandem sententiam elegantissimo proverbio expressam invenimus, cum Arabicorum proverbiorum libellum describeremus: *Culex leonini oculi pupillam fodit.*

GRUTERUS.

1 *Ob magnitudinem corporis sui virtutisque mimus quidam in theatro.*] Ita diserte erat à manu emendatrice in Pal. cum prius fuisset *minus.* inepte prius legebamus, *virtutisque munus; quidam, &c.* quod & jam alii improbarant.

SALMASIUS.

2 *Versus Græcos dixisse, quorum hæc erat Latina sententia, & qui ab uno non potest occidi à multis occiditur.*] Ex versibus qui heic subditi sunt, primus in Græco videtur fuisse trochaicus, ceteri jambici. nos etiam tentavimus an Græca ipsa reddere ut olim ab auctore sunt edita, possemus, & iisdem verbis, quæ videntur hæc fuisse, aut non multum dissimilia:
Ὃν κτανεῖν εἷς οὐχ οἷός τε, κτείνεται πολλῶν ὕπο.
Ἐλέφας μέγιστός ἐστι, κἀποκτείνεται.
Λέων τε καρτερός ἐστι, κἀποκτείνεται.
Κρατερή τε τίγρις ἐστὶ, κἀποκτείνεται.
Πολλοὺς φυλάττου τοὺς καθ᾽ ἓν εἰ σὺ μὴ φοβῇ.

Primum autem versiculum si quis contendat jambicum fuisse, quod non putamus, sic reddi poterit:
Ἄκτιστος ἐστὶ γ᾽ ὢν κτείνεται πολλῶν ὕπο.

3 *Quid*

Tigris fortis est, & occiditur:
Cave multos, si singulos non times.

Et hæc imperatore ipso præsente jam dicta sunt. Sed quum Maximinus interrogaret amicos [1] quid [2] mimicus scurra dixisset, dictum est ei quod antiquos versus cantaret contra homines asperos scriptos, & ille, ut erat Thrax & barbarus, credidit. Nobilem circa se neminem passus est,[3] prorsus ut Spartaci [4] aut Athenionis exemplo imperaret. [5] Præterea omnes Alexandri ministros variis modis interemit. Dispositionibus ejus invidit. [6] Et dum suspectos habet amicos ac ministros ejus, crudelior factus est. [7] Quum esset ita moratus ut fera-

1 *Quid mimus scurra dixisset.*] Alterum tollebam, nam scurra mimum, & mimus scurram significat. ad quam rem igitur utrumque hoc loco positum? sed consultus Palatinus suggessit legendum: *quid mimicus scurra dixisset.* variæ illis temporibus vocis *scurra* significationes. nam & scurræ pro famulis & protectoribus dicebantur, ut superius animadvertimus. ut illum autem denotarent qui in scena agit, *mimicum scurram* appellarunt. ita scurras mimarios dixit in Vero Spartianus: *adduxerat secum & fidicinas & tibicines & histriones, scurrasque mimarios, & præstigiatores, &c. mimarios*, simpliciter vocat auctor vetustæ orbis περιηγήσεως nondum editæ: *quoniam autem oportet & singula eorum describere, quid in singulis civitatibus delectabile esse potest, & hoc dicere necessarium est. Habes ergo Antiochiam quidem in omnibus delectabilibus abundantem, maxime autem circensibus. omnia autem quare? quia imperator ibi sedet: necesse est omnia propter eum. ecce similiter Ladicia circenses & Tyrus & Berytus, & Cæsarea. sed Ladicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus & Berytus mimarios, Cæsarea Pantomimos, Heliopolis Coraulas, &c.*

3 *Prorsus aut Spartaci.*] *Spartaci* Pal. & princeps editio.

4 *Aut Athenionis exemplo imperaret.*] Eadem editio: *imperavit.* quæ si vera est, legendum: *nobilem circa se neminem passus est. prorsus aut Spartaci aut Athenionis exemplo imperabat.*

GRUTERUS.

1 *Quid minus scurra dixisset, &c.*] Pal. *mimicus scurra.*

4 *Aut Athenionis exemplo imperaret, &c.*] Sic & Pal.

CASAUBONUS.

2 *Mimus scurra.*] Membranæ, *inimicus.* scribendum *mimicus.*

4 *Aut Athenionis.*] Regius, *Cremonis.* non mutandum: Athenio enim dux non obscuræ famæ servorum fugitivorum, qui in Sicilia aliquando rebellarunt. Appianus libro de bellis Mithridaticis.

5 *Præterea omnes Alexandri ministros variis modis interemit.*] Narrat Herodianus: atque in his multi fideles Christiani occisi, quos in ministerio suo habuit Alexander. Eusebius Historiæ eccles. libro VI. capite XXVIII.

6 *Et dum suspectos habet amicos ac m.*] Herodianus, τοὺς δὲ πλείστους αὐτῶν καὶ ἀνῄρει πτοῶν ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων.

7 *Cum esset ita moratus ut ferarum more viveret.*] Pergit cum Herodiano ordine eodem: sed verba videntur ab alio Græco scriptore, qui dixerat, θηριώδης δὲ ἦν τὰ ἤθη. Aristoteles vocat

ferarum more viveret, triſtior & immanior factus eſt factione [1] Magni cujuſdam conſularis viri contra ſe parata: qui [2] cum multis militibus & centurionibus ad eum confodiendum conſilium inierat, quum in ſe imperium transferre cuperet. [3] Et genus factionis fuit tale. Quum ponte juncto in Germanos tranſire Maximinus vellet, [4] placuerat ut contrarii cum eo tranſirent, pons poſtea ſolveretur, [5] ille in barbarico ſolo circumventus occideretur, imperium Magnus arriperet. [6] Nam omnia cœperat agere, & quidem fortiſſime, [7] ſtatim ut factus imperator, peritus utpote rei militaris, [8] volens exiſtimationem de ſe habitam tenere, [9] & ante omnes Alexandri gloriam quem ipſe occide-

vocat θηριότητα, & diſtinguit ἀπὸ τῆς κακίας. iterum infra: *immanior fiebat ferarum more, quæ vulneratæ magis exulcerantur.* vide in Gordianis.

1 *Magni cujuſdam conſularis viri.*] Herodianus, Μάγνος τις ὄνομα ἦν τῶν εὐπατριδῶν τε καὶ ὑπατευκότων.

2 *Cum multis militibus & centurionibus.*] Suſpicari licet deeſſe membrum unum, *& ſenatoribus.* nam ait Herodianus quem deſcribit pæne ad verbum: πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἁπάντων. ecce centuriones & ſenatores: ſed & militum ſtatim meminit: καὶ στρατιώτας τινὰς πείθειν.

3 *Et genus factionis fuit tale.*] Ad verbum ex Græco, ἡ δὲ συσκευὴ τοιαύτη τις ἐλέγετο εἶναι. Addit Capitolinus, *cum ponte juncto in Germaniam tranſire Maximinus vellet.* Herodianus, γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. in proximis verbis nonihil variat.

4 *Placuerat ut contrarii cum eo tranſirent.*] *Contrarii* dixit pro conjurati. At Turnebus emendabat *contarii.* οἱ κοντοφόροι. ex Herodiano quid ſtatuendum ſit, non cognoſcas; etſi in pleriſque cum auctor ſequitur.

GRUTERUS.

5 *Ille in barbarico circumventus.*] Ita libuit ſcribere cum Palatino, ejecta voce quæ in aliis edd. *in barbarico ſolo circumventus.* ad nauſeam enim ſupra docui hæc talia intelligi voluiſſe hos ſcriptores.

6 *Nam omnia bella cœperat.*] Ita quoque Pal. cum voce *bella*, quam male excluſerant impreſſi.

CASAUBONUS.

6 *Nam omnia cœperat agere.*] Reg. *omnia bella cœperat agere.* nempe Maximinus, non Magnus. vertit Herodianum, ſed liberius. adſcribam ejus verba, ut conferri poſſint: ἅμα γὰρ τῷ τὴν ἀρχὴν παραλαβεῖν, εὐθέως πολεμικῶν ἔργων ἤρξατο.

7 *Statim ut factus imperator, peritus utpote rei militaris.*] Id eſt, qui ſciret ideo ſe factum imperatorem, quia eſſet rei militaris peritus. Herodian. διὰ σώματος μέγεθος, καὶ ἰσχὺν στρατιωτικὴν καὶ ἐμπειρίαν πολεμικὴν δοκῶν ἐπιλελέχθαι.

8 *Volens exiſtimationem de ſe habitam tenere.*] Ἔργοις τὴν δόξαν καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὑπόληψιν ἐπιστοῦν. Herod.

9 *Et ante omnes Alexandri gloriam, quem ipſe occiderat, vincere.*] Obſervat paullo poſt Capitolinus, Herodianum Alexandri odio gloriæ Maximini plurimum

ciderat, vincere. [1] Quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat. [2] Eratque in armis ipse magnus exercitio, & corpore multa semper ostendens, & istam quidem factionem [3] Maximinus ipse finxisse per-

mum favisse. dicemus ad illum locum ea de re quid nobis videatur: sed exemplum hic illustre: nam Herodianus scripserat, τὴν Ἀλεξάνδρου μέλλησιν καὶ τὴν πρὸς τὰ πολεμικὰ ἔργα δειλίαν ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο εἰκότως καταγνωσθεῖσαν. *conabatur*, inquit, *rebus probare, damnatam merito fuisse Alexandri cunctationem, & meticulosum in bellicis rebus animum.* quare hæc dicat Herodianus, ex historia ejus sexta clarum est. at Capitolinus qui de rebus bello gestis ab Alexandro idem cum Lampridio sentiebat, quam in contrariam sententiam hæc vertit?

1 *Quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat.*] Ἀσκῶν τε αὐτοὺς καὶ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας οὐ διέλειπεν. Herod.

2 *Eratque in armis ipse magnus in exercitio, & corpore multa semper ostendens.*] Hæc sunt corrupta: quod apparet ex auctore quem vertit: nam Herodiani sunt verba: αὐτός τε ἐν ὅπλοις ὤν, καὶ τὸν στρατὸν ἀεὶ παρορμῶν. ex comparatione horum locorum, suboluit statim menda in voce *exercitio.* nec decepti sumus: nam in regio & Puteani invenimus *exercitui.* hoc igitur recte, sed locus nondum purgatus. Lego vero: *eratque in armis ipse, manu exercitui & corpore multa semper ostendens.* profecto non aliter scripserat Capitolinus: qui paullo quidem liberius, sed eleganter tamen τὸν στρατὸν ἀεὶ παρορμῶν, vertit, *manu & corpore exercitui multa semper ostendere.* Non semel notamus in his libris *ostendere* Græco more positum pro ἔργα ἀποδεικνύειν. ita hic: vel pro διδάσκειν, & exemplo præire.

3 *Maximinus ipse finxisse perhibetur.*] Herodianus rem in incerto relinquit, ἐπὶ ἄδηλον ἀνεβάλετο, ait.

GRUTERUS.

2 *Eratque in armis ipse magnus exercitui & corpore, &c.*] Sic & Pal. non ut editi *magnus exercitio:* adeo ut nihil sit verosimilius legendum adhuc cum Casaub. *manu exercitui & corpore, &c.*

SALMASIUS.

2 *Eratque in armis ipse magnus exercitio & corpore.*] Hæc ex parte illustravit jamdudum vir doctissimus, auxilio librorum veterum, quibus & nostri adstipulantur. nondum tamen ex toto bene habet hic locus, qui & vitiosa interpunctione laborat, & male hactenus est intellectus. sic igitur legendum & distinguendum: *quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat, eratque in armis ipse, manu, exercitui, & corpore multa semper ostendens.* quorum verborum hæc erit sententia: Maximinum etiam imperatorem, non secus atque Tribunum milites in exercitio quotidie detinuisse, eisque in exercitio militari semper præivisse, cum ipse armidoctoris cujusdam more, & in armis esset & multa manu & corpore militibus semper ostenderet & monstraret. non enim multa manu ostendere sic accipiendum isto quidem loco, pro multa manu facere & fortia facta in prælio edere, ut de Alexandro Spartianus; *manu semper plurimum fecit,* hoc est, αὐτουργός τε καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης ἐγένετο. Nam de exercitio tantum militari heic loquitur auctor, cui præerat Maximinus reliquorum more imperatorum, ut Severum paulo supra vidimus. Tacitus apud Vopiscum, cum eligendus esset imperator jam senex: *en,* inquiebat, *membra quæ jaculari valeant, quæ hastile torquere, quæ clypeis intonare, quæ ad exemplum docendi militis frequenter equitare.*

1 Sine

perhibetur, ut materiam crudelitatis augeret. Denique [1] sine judicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit: [2] & plus IIII. millibus hominum occisis, se satiare non potuit. [3] Fuit etiam sub eodem factio, desciscentibus 11
sagittariis Osdroenis ab eodem ob amorem Alexandri & desiderium, quem à Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud persuaderi potuerat. [4] Denique

CASAUBONUS.

1 *Sine judicio, sine accusatione, sine delatione, sine defensione.*] Μήτε κρίσεως ἔσης μηδενὸς, μήτε ἀπολογίας.

2 *Et plus quatuor millibus hominum occisis, se satiare non potuit.*] Hoc Capitol. aliunde quam ex Herodiano; qui hoc solum: πάντας οὓς ὑπώπτευσεν, αἰφνιδίως συναρπάσας ἀφειδῶς ἐφόνευσεν. *quoscunque suspectos habuit, repente correptos, sine misericordia occidit.* de numero occisorum nihil. an ut facti invidiam minueret? nescio. sed quin ita ejus silentium Capitolinus sit interpretatus, nullum dubium.

3 *Fuit etiam sub eodem factio, desciscentibus sagittariis Osdroenis ab eodem.*] Et hæc narratio tota ex Herodiano est, ἐγένετο δέ τις καὶ Ὀσροηνῶν τοξοτῶν ἀπόστασις.

SALMASIUS.

4 *Denique etiam ipsi Tycum ex suis sibi ducem atque imperatorem fecerunt.*] Palat. *Ticum* hic legit. an *Titum* reponemus, ut apud Pollionem nominatur? certe scimus in veteribus libris *c* pro *t* sæpius positum. ut infra *acrolicam statuam* libri præferebant, quæ *acrolita statua* est. apud me fere constat hunc Titum Romanum fuisse ex iis quæ in ipsius vita narrat Pollio, quem cum Quartinum vocet Herodianus, verisimile est huic Tito Quartino fuisse nomen. sed plura apud Pollionem dicturi sumus.

CASAUBONUS.

4 *Denique etiam ipsi Tycum ex suis sibi ducem atque imperatorem fecerunt.*] Videtur aliter apud Herodianum legisse, quam ut hodie editur: συντυχόντες τῷ ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου ἑνὶ, (Κουαρτῖνος δὲ ἦν ὄνομα, ὃν Μαξιμῖνος ἐκπέμψας ἦν τοῦ στρατοῦ) ἁρπάσαντες ἄκοντα καὶ οὐδὲν προειδότα, στρατηγὸν ἑαυτῶν κατέστησαν. quem Græcus Quartinum, noster Tycum nominat. Trebellius Pollio, qui triginta suis tyrannis hunc accudit, appellat Titum. & tamen auctores laudat Trebellius Dexippum & Herodianum. ait autem imperasse hunc sex mensibus: sed ita obscurum fuisse ejus imperium, ut de eo omnia varie sint ab auctoribus tradita, ipsumque adeo hominis nomen vix agnoscatur. sed Herodiani verba expendamus. Ait, τῷ ἀπὸ ὑπατείας. consularem virum fuisse minusculum hunc imperatorem sive tyrannum, neque Capitolinus dicit, neque Pollio: nisi tamen obscure hoc significatum volumus istis verbis: *Fuit hic vir de primis erga Remp. domi forisque laudabilis.* Juvant quæ de ejus uxore Calphurnia sancta, ut appellat ipse, & venerabili femina de genere Censorinorum sive Pisonum, ibi subjicit. sed hanc conjecturam labefactat Pollio idem, qui tribunum Maurorum hunc Titum vocat. videamus igitur, num apud Herodianum scribendum sit, τῷ ἀπὸ στρατείας. Addit, καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου. Capitolinus qui vertit *ex suis*, videtur legisse, καὶ φίλων ἑαυτοῖς. Ait, Κουαρτῖνος δὲ ἦν ὄνομα. scimus inter usitata Romæ tum cognomi-

que etiam ipsi Tycum ex suis sibi ducem atque imperatorem fecerunt, quem Maximinus privatum jam dimiserat: quem quidem & purpura circundederunt, regioque apparatu ornarunt, [1] & quasi sui milites obsepserunt. & invitum quidem. Sed hic Tycus [2] dormiens domi suæ ab uno ex amicis suis interfectus est, qui sibi doluit illum esse præpositum, [3] Macedonio nomine, qui eum Maximino prodidit, quique caput ejus ad imperatorem detulit. Sed Maximinus primo ei gratias egit, postea tamen ut proditorem odio habuit, & occidit. His rebus in dies immanior fiebat, ferarum more quæ vulneratæ magis exulcerantur. Post hæc transiit in Germaniam [4] cum omni exercitu, &

gnomina & hoc fuisse: sed cum istum Capitolinus Tycum, Pollio Titum, neuter Quartinum nominet, suspicatus aliquando sum, olim fortasse in Herodiani codicibus hunc locum ita fuisse scriptum: φίλων Ἀλεξάνδρου (vel ἑταίρων) ἦν, Τύκος αὐτῷ ἢ Τίτος ἦν ὄνομα. Sequitur, ὃν Μαξιμῖνος ἐκπέμψας ἦν τοῦ στρατοῦ. Capitolinus: *quem Maximinus privatum jam dimiserat*. Trebellius Pollio, *qui à Maximino inter privatos relictus fuerat*. privati opponuntur militantibus, ceu pagani, ut libro superiore dicebamus. Addit, πορφύρα τε καὶ πυρὶ προπεμπτηρίῳ (ita corrigendum) ὀλεθρίοις τιμαῖς ἐκόσμησαν. Capitol. *quem & purpura circumdederunt, regioque apparatu ornarunt*. appellat *regium ornatum*, ignis prælationem: quod inter insignia imperatoriæ majestatis fuisse vel præcipuum unus ex antiquis diversis locis docet nos Herodianus.

SALMASIUS.

1 *Et quasi sui milites obsepserunt.*] Pal. & vet. ed. *obsæpierunt*. sic apud Livium sæpe in libris manu exaratis, *sæpisse* pro *sepisse* lib. XXXIII.

CASAUBONUS.

2 *Dormiens domi suæ.*] Tentorium vocat domum militis. Herodianus; ἐν τῇ σκηνῇ καθεύδων.

3 *Macedonio nomine.*] Scribe, *Macedone nomine*. Herod. Μακεδὼν ἦν ὄνομα αὐτῷ. confer & quæ sequuntur.

GRUTERUS.

3 *Macedonio nomine.*] Sic & Palatinæ membranæ.

SALMASIUS.

3 *Macedonio nomine.*] Macedonem vocat Herodianus. non propterea tamen heic *Macedone* legerim, cum sciam in istis nominibus enunciandis Græcos & Latinos pariter variare. sic Hermogenes & Hermogenianus idem est: Diadumenus & Diadumenianus: Diogenes qui scripsit philosophorum vitas, aliis est Diogenianus, ut Tzetzæ.

4 *Cum omni exercitu & Mauris & Osroenis.*] Non primus Alexander in exercitu habuit. nam apud Hyginum Gromaticum de Castrametatione, inter auxilia legimus, Mauros equites DC; Pannonios veredarios CCCC, Palmirenos D. Getacos, Dacos, Cantabros, Britones, de quibus adfatim tractabimus in commentario nostro ad illum Hygini libellum.

1 *Quod*

& Mauris, & Osdroenis, & Parthis, & omnibus quos
secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maxi-
me orientalia secum trahebat auxilia, [1] quod nulli ma-
gis contra Germanos quam expediti sagittarii valent.
[2] Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit,
cui Maximinus multa dicitur addidisse. [3] Ingressus igi- 12
tur Germaniam Transrhenanam, [4] per ccc. vel cccc.
millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, præ-
das sustulit: barbarorum plurimos interemit, militem
divitem reduxit: cepit innumeros. [5] & nisi Germani
per amnes & paludes & sylvas confugissent, omnem
Germaniam in Romanam ditionem redegisset. Ipse
præterea manu sua multa faciebat, quum etiam palu-
dem ingressus circumventus esset à Germanis, [6] nisi
eum equo inhærentem sui liberassent. [7] Habuit enim
hoc

CASAUBONUS.

1 *Quod nulli magis contra Germanos quam expediti sagittarii valent.*] Herod. μάλιστα οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξόται πρὸς τὰς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν.

2 *Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidisse.*] Herodianus, τὸ δὲ πλῆθος τοσοῦτο τοῦ στρατοῦ καὶ πρότερον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἤθροιστο, ηὔξηθη δὲ ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου. vide Lampridium extremo libro superiore.

3 *Ingressus igitur Germaniam Transrhen.*] Herod. γενόμενος δ' ἐν τῇ πολεμίᾳ Μαξ. compara totum locum. tamen Capitolinus non omnia sumit ab Herodiano.

SALMASIUS.

4 *Per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit.*] Vetus editio: *per trecenta & quadringenta milia.* legendum censeo: *per triginta, vel quadraginta millia.* illa enim millium summa nimis immanis mihi videtur. sed in epistola Maximini ad hanc mensuram revocanda sunt illa quadringenta, quæ ibi leguntur, millia. plane enim eo loci scriptum offendimus in Palatino, *per quadraginta & quinquaginta millia Germanorum vicos incendimus.*

5 *Et nisi Germani per amnes & paludes & sylvas confugissent.*] Placet impense lectio boni codicis Palatini: *& nisi Germani per amnes & paludes ad sylvas confugissent, totam Germaniam in ditionem redegisset*: per amnes enim Germani & paludes, utpote nandi periti, ad sylvas confugiebant, quo illos sequi persequique Romanus miles non poterat. erant autem Germani illo in tempore, πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγγεγυμνασμένοι ἅτε μόνοις λουτροῖς τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι, ut de his refert Herodianus.

6 *Nisi eum equo inhærentem sui liberassent.*] Non tantum equo inhærebat Maximinus, omnes enim equites equis suis inhærent, cum in equis sedent: sed cum equo suo in palude hærebat, ibique circumventus tenebatur à Germanis. scribendum igitur: *quum etiam paludem ingressus circumventus esset à Germanis, nisi cum equo suo inhærentem sui liberassent.*

CASAUBONUS.

7 *Habuit enim hoc Barbaricæ temeritatis,*

hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret imperatorem manu etiam sua semper uti debere. [1] Denique quasi navale quoddam prælium in palude fecit, plurimosque illic interemit. Victa igitur Germania, literas Romam ad senatum & ad populum misit, se dictantè conscriptas, quarum sententia hæc fuit: *Non possumus tantum P. C. loqui quantum fecimus.* [2] *Per* CCCC. *millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captivos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnavimus.* [3] *Pervenissemus ad sylvas nisi altitudo paludum nos transire non permisisset.* Ælius Cordus dicit, hanc omnino ipsius orationem fuisse: quod credibile est. Quid enim in hac est quod non posset Barbarus miles? qui pari sententia, & ad populum scripsit, sed majori reverentia, idcirco quod senatum oderat, à quo se contemni multum credebat [4] Jussit præterea tabulas pingi ita ut erat bellum ipsum gestum, [5] & ante curiam proponi, [6] ut facta ejus pictura loqueretur: quas quidem tabulas post mortem ejus senatus [7] & deponi jussit & exuri.

tis, ut putaret imperatorem manu et.] Hic quoque Maximino æquior est Herodianus quam Capitolinus: cui videtur religio fuisse aliquid in eo homine laudare, quem propter crudelitatem satis nemo possit detestari.

1 *Denique quasi navale quoddam prælium in palude fecit.*] Herodianus, τήν τε λίμνην αὐτὴν κρατηθεῖσαν πεζομαχοῦντα στρατὸν ναυμαχίας ὄψιν παρέχειν.

4 *Jussit præterea tabulas pingi, ita ut erat bellum ipsum gestum.*] Ταύτην τὴν μάχην καὶ τὴν ἀριστείαν αὐτοῦ οὐ μόνον διὰ γραμμάτων τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ ἐδήλωσεν, ἀλλὰ καὶ γραφῆναι κελεύσας.

5 *Et ante Curiam proponi.*] Εἰκόνων ἀνέθηκε πρὸ τοῦ βουλευτηρίου.

6 *Ut facta ejus pictura loqueretur.*] Ἵνα μὴ μόνον ἀκούειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ καὶ βλέπειν ἔχωσι Ῥωμαῖοι. de hoc more supra ad Pescennium.

7 *Et deponi jussit & exuri.*] Herodianus tantum, καθεῖλεν ἡ σύγκλητος.

SALMASIUS.

2 *Per* CCCC *millia Germanorum vicos incendimus.*] In Palatino: *per quadraginta quinquaginta millia.* lege *per quadraginta & quinquaginta millia.* & vide quæ supra notavimus.

3 *Pervenissemus ad sylvas nisi altitudo nos paludum transire non permisisset.*] *Non permittere* pro *vetare.* sic *non tacere*, pro dicere. per paludes autem & fluvios ad sylvas confugerant Germani, quo illos sequi non potuere Maximini milites, non æque nandi periti ut Germani.

6 *Ut facta ejus pictura loqueretur.*] Symmachus:

Si pictura tacet fasces, tu respice fastos.

1 *Fu-*

exuri. [1] Fuerunt & alia sub eo bella plurima, [2] ex qui- 13
bus semper primus victor revertit, & cum ingentibus spoliis atque captivis. Extat oratio ejusdem missa ad senatum, cujus hoc exemplum est: *Brevi tempore P. C. tot bella gessi quot nemo veterum. Tantum prædæ in Romanum solum attuli quantum sperari non potuit. Tantum captivorum adduxi ut vix sola Romana sufficiant.* Reliqua orationis verba non sunt ad rem necessaria. [3] Pacata Germania Syrmium venit, [4] Sarmatis inferre bellum parans atque animo habens, concupiens usque ad Oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem

CASAUBONUS.

1 *Fuerunt & alia sub eo bella plurima.*] Capitolinus qui maluit loqui cum Maximino homine semibarbaro, quàm sequi Herodianum, pessimo Latinitatis exemplo *bella* dixit pro prælia. nam omnino verum est quod Herodianus ait: *γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαί*. neque aliud Capitolinus voluit. sed *bella* dixit imitatione Maximini: cujus sunt verba in iis quæ statim afferuntur: *Brevi tempore P. C. tot bella gessi quot nemo veterum.*

2 *Ex quibus semper primus victor revertit.*] Quid est *primus victor*? Ego non dubito locum esse corruptum. scriptum erat, *semper M^{no} vict. rev.* imperite scripserunt ut est editum: cum sit legendum, *semper Maximinus victor rev.* sententia est ex Herodiano. loquendi genus tritum, & antea notatum.

3 *Pacata Germania Sirmium venit Sarmatis inferre bellum parans.*] Hiemavit in Pannoniæ urbe maxima Sirmio; necessaria ad expeditionem in proximum ver parans. Herodianus: qui Sarmatas tamen non nominat.

4 *Sarmatis inferre bellum parans atque in animo habens, concupiens usque ad Oc.*] Sic & membranæ omnes. videtur tamen oriosum verbum *concupiens*. & fortasse tollendum. nisi quod multa etiam apud optimos scriptores ἐν παραλλήλῳ posita invenias.

SALMASIUS.

1 *Fuerunt & alia sub eo bella plurima.*] Palatinus: *fuerunt & alia sub eo bella plurima prælia ex quibus victor semper revertit.* sed illud *prælia* non dubito quin additum sit ex glossa quæ interpretabatur vocem *bella* hoc loco positam à Capitolino pro *prælia*. sic multis locis apud Hieronymum, *bellum* pro prælio.

4 *Sarmatis inferre bellum parans atque animos habeas, concupiens.*] Omnes membranas ita habere scribit heic vir quo doctiorem sua non vidit ætas. nos tamen & membranas vidimus quæ ita non haberent, quibus membranis credimus, legendum esse: *pacata Germania Syrmium venit Sarmatis inferre bellum parans, atque animo concupiens usque ad Oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem redigere.* nec aliter editio vetus, quam si consuluisset vir doctissimus, aliter de hoc loco pronuntiasset.

GRUTERUS.

4 *Sarmatis inferre bellum parans atque in animo habens, concupiens usque ad Oceanum, &c.*] Pal. noster non agnoscit illud *habens*. sed enim cum restet in aliis mss. non dubium est, quin *habens* notet *avens*, & *concupiens*, illud natum sit à glossa.

C 2 1 Quod

tionem redigere: [1] quod fecisset, si vixisset, ut Herodianus dicit Græcus scriptor, [2] qui ei (quantum videmus) in odium Alexandri plurimum favit. Sed quum Romani ejus crudelitatem ferre non possent, [3] quod delatores evocaret, accusatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes quicunque in judicium venissent, [4] ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret, nec aliunde nisi malo alieno pecuniam quæreret: [5] deinde sine delicto consulares viros

CASAUBONUS.

1 *Quod fecisset si vixisset, ut Herodianus dicit.*] Ἠπείλει γὰρ, καὶ πεποιήκει, ἔμελλεν ἐκκόψειν τε καὶ ὑποτάξειν τὰ μέχρι ὠκεανοῦ Γερμανῶν ἔθνη βάρβαρα.

2 *Qui ei, quantum videmus, in odium Alexandri plurimum favit.*] Duo hic objiciuntur scriptori optimo: quod Alexandrum oderit, Maximino faverit. Unde colligi potuerit amor Herodiani in Maximinum, in ejus historia nihil invenio: at in Alexandrum odium ex narratione de bello Persico & Germanico, sine dubio Capitolinus collegit. sic enim tota expeditionum illarum historia Herodiano texitur, ut gloriam nullam, ignominiam verò nonnullam ex utroque bello, maxime autem Persico, princeps alioquin laude dignissimus reportarit. Et mirum sane est de bellicis ejus imperatoris rebus adeo non diversa, sed ἐκ διαμέτρου, quod ajunt, pugnantia Herodianum & Capitolinum scripsisse. ersi aurem, amissis omnibus aliis historicis, pro certo dici hodie non potest utrius sit narratio verior; suspicor tamen Herodiano fieri à Capitolino injuriam: & quod in Alexandro non omnia laudet, in Maximino non omnia vituperet, libertate sua, & recto judicio usum potius, quam vel odio vel gratia fuisse corruptum. Videntur offendisse Capitolinum quædam in Alexandrum dicta asperius apud Herodianum: cujusmodi illud est: ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον, μηδὲ νεανικὸν εἰς Γερμανοὺς ἐλθὼν παρέσχετο. & similes loci. sed meminisse Capit. oportuit, non ex persona auctoris ista dici, neque illius judicium continere, verum capitalis hostis Maximini: quem graviora his de imperatore suo jactasse cum rebellionem pararet, quis dubitat? Cum igitur quæ laudanda erant plurima in Alexandro, ubertim sine ulla malevolentiæ nota ab Herodiano in literas sint missa; quæ in tyrannide Maximini odio & detestatione digna prolixe sint ab eo descripta, caussa nihil est, cur Capitolini judicium hoc faciamus vel tanti.

3 *Quod delatores evocaret, accusatorem immitteret.*] Herodianus, ἀνιζεις πάσας, μᾶλλον δὲ καὶ προκλήσεις διδόντα συκοφάνταις.

4 *Ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret.*] Acrius hæc queritur Herod. Cerneres, ait, diebus singulis homines pridie locupletissimos, postridie ostiatim mendicantes.

SALMASIUS.

5 *Deinde sine delicto consulares viros & duces multos interimeret.*] Sola conjectura freti, sidenter scribimus, *deinde sine delictu consulares viros & duces multos interimeret.* eandem sententiam expressit supra: *audiebant etiam alios in crucem*

ros & duces multos interimeret, [1] alios Scythicis vehiculis

crucem sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris objectos, alios fustibus elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis. Herodianus: ὧν δὲ καὶ τοῖς ὠσὶ κοῦφος εἰς διαβολὰς, ἡλικίας δὲ καὶ ἀξιώματος ἀφειδῶς εἶχεν. hoc est quod sine delectu dicit hoc in loco Capitolinus.

CASAUBONUS.

1 *Alios Scythicis vehiculis exhiberet.*] Erit sensus paullo planior si scribas, *alios sibi Scythicis vehiculis exh.* nam hoc vult: solitum Maximinum quotiescunque per calumniam aliquis esset delatus, ubicunque esse ille diceretur, eo statim mittere è Pannonia certos homines vehiculis Scythicis impositos, qui miserum raperent, & ministerio suorum nudatum, ad Maximinum mira celeritate transferrent, ejusque oculis subjicerent. *exhibere sibi aliquem*, pro jubere ut aliquis præsens sibi sistatur, non inelegans est locutio. sic autem exponendum esse, Herodianus nos docuit: πλείστους γοῦν, inquit ille, τῶν ἐθνῶν καὶ στρατόπεδα πεπιστευμένων μετὰ ὑπατείας τιμὴν, ἢ δόξαν ἐπὶ πολεμικοῖς κατορθώμασιν, ἐκ μικρᾶς καὶ ἁπλῆς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει. καὶ ἐκέλευσέ τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνους ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁδεύοντας ἐξ ἀνατολῶν, ἢ δύσεως, εἰ τύχοι, ἀπό τε μεσημβρίας ἐς Παίονας ἔνθα διέτριβε. vides quam multa verba in quam pauca noster contraxerit.

SALMASIUS.

1 *Alios Scythicis vehiculis exhiberet.*] Qui Scythas hamaxobios legerant, nobis heic Scythica vehicula substituisse patet. at quantum est veterum librorum, qua excusorum, qua manu exaratorum, *siccis vehiculis* exhibent. verba Herodiani ad hunc locum necessario adponenda ut sensum mentemque Capitolini aperiant: πλείστους γοῦν τῶν ἐθνῶν καὶ στρατόπεδα πεπιστευμένων μετὰ ὑπατείας τιμὴν, ἢ δόξαν ἐπὶ πολεμικοῖς κατορθώμασιν, ἐκ μικρᾶς καὶ ἁπλῆς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει, καὶ ἐκέλευσέ τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνους ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁδεύοντας ἐξ ἀνατολῶν ἢ δύσεως, εἰ τύχοι, ἀπό τε μεσημβρίας ἐς Παίονας ἔνθα διέτριβε. mens Herodiani, Maximinum duces & consulares de quibus aliquid suspicaretur, præsentes sibi sisti voluisse ex ultimis orbis petitos, cum solis vehiculis imponerentur absque comitatu, diu noctu iter facientes, homines illa dignitate prædlti. quæ omnia συντόμως Capitolinus, *alios siccis vehiculis exhiberet*: hoc est siccis, vel solis vehiculis impositos ad se venire juberet. *siccis* enim *vehiculis* pro *solis* dixit. ut appareat eum legisse in Herodiani verbis, μόνοις ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας. sed sive μόνους sive μόνοις legas, eodem res recidit. siccum Latini ea significatione usurparunt qua Græci ξηρὸν, quum rem solam & nudam designare cupiunt. *sic panem siccum* dixit Spartianus in Antonino Pio, qui solus & absque alio pulmento sumitur: *senex etiam antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.* & ita quoque siccum panem apud Vopiscum in vita Taciti accipiendum esse infra docebimus. sic Græci ξηρὸν ἄρτον, qui ξηρὸς pro solo, & cui nihil aliud adjunctum aut admixtum est, libenter usurpant. Eustathius Homeri interpres, qui mihi nuper erat in manibus, ξηρὸν multis locis in eo quem diximus significatu posuit. quod loquendi genus non habet à se, sed ab antiquioribus est mutuatus. Iliad. γ. ἰστέον δὲ ὅτι ἴσως μὲν Ἀγαμέμνονος ἀπειλῆς αὐτοὺς ἐκείνους ξηροὺς ἰδεῖν στίχους ὁ ποιητὴς παλλακευθῶν ὡς ἐν τοῖς φθάσασιν, ἔγραψε. & paulo post, ὥστε ἔχομεν ἐνταῦθα δύο

πρόπως ἀνακεφαλαιώσασθαι, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα ξηρὰ περιλεχθέντα πάντα φράζοντα, ἔτερον δὲ τὴν ἐπιτερχάδην τοῖς καιρίοις μόνοις ἐπεξιόντα. idem in Odyss. ι. οὕτω θαυμάσῃ τις τὴν οὔτις ὀνόματος ὥστε καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς περιβολὴν τοῦ λόγου χαριέστατα δίδωσιν. ὅτι οἱ μὲν κύκλωπες βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλοι περὶ τὸ σπήλαιον, καὶ ἠρώτων τί τὸ βλάπτον τὸν κύκλωπα, καὶ μήτις αὐτὸν κτείνῃ δόλῳ ἢ βίᾳ. ὁ δὲ λέγει αὐτὸ ἐκεῖνο ξηρὸν, (hoc est, illud solum) ὅπερ ἐνόει μαθὼν ἐν παραλογισμῷ τεχνικῷ, ὡς οὔτις με κτείνει δόλῳ οὔτε βίᾳ. idem Odyss. ρ. ὅρα δὲ ἐν τῇ ῥηθείσῃ ἀνακεφαλαιώσει, καὶ ὡς ἀκίνητον ὁ ποιητὴς παραφέρουσί τι. διὸ ξηρὰ ἔπη ἐκ τῶν προφερασθέντων εἶπε, καθάπερ αὐτὰς ἐπέκεινε. ξηρὰ ἔπη sola & mera carmina quæ prius posuerat, nulla syllaba mutata. inde exponendus Comici versus in quo se diu multumque torserunt eruditissimi hujus ætatis interpretes, ex Rudente:

Tu senex si istas amas, huc arido argento est opus.

id est, non est opus logis ac sermonibus si quidem istas amas mulieres, sed solo argento, quod si dederis, harum tibi fiet copia. sic Servius murum sicco lapide structum dicit, qui solo lapide structus est, sine calce. similiter *assum* veteres Latini pro solo dixerunt. quod eamdem habet rationem: nam assum significat tostum & aridum, & in quo nihil uvidi relictum est: unde *assam vocem*, solam & meram vocem & ore solo prolatam, & *assum* pro uno & solo. unde *assarium* & *assipondium*. *siccis* igitur *vehiculis exhibere* Capitolino non aliud est quam quod dixit Herodianus, μόνοις ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας ἄνευ θεραπείας. eum solis & nudis vehiculis impositi viri consulares absque servitio atque comitatu traherentur ad immanissimæ belluæ arbitrium puniendi. *exhibere* autem idem hoc loco valet quod repræsentare, in rem præsentem sistere, vel accersere. vetus interpres Juvenalis quem eadem ætate Capitolini vixisse multis haud dubiis argumentis collegimus, sic plane locutus est: *Locustam ex Galliis matronam veneficam Nero exhibuit ad se propter venena conficienda, quoniam magnæ famæ erat, & in familiaritate habuit, ut etiam eum doceret venena miscere.* & falluntur qui ibi *excivit* pro *exhibuit* rescribendum statuerunt. eodem pertinet tit. Cod. de reis exhibendis.

1 *Alios siccis vehiculis exhiberet.*] Idem optimus liber *vehelis* hoc loco legit pro *vehiculis*. nec de veritate lectionis dubito. *vehela* enim est vehiculum, vel vectabulum. sic autem à veho *vehela*, ut *custodela* à custodio: *loquela* à loquor: *sequela* à sequor: à fugio, *fugela* Varroni apud Nonium. nam quemadmodum fuga, & fugela pro eodem, & utrumque à fugio, sic *veha*, & *vehela* idem, & utrumque à veho. sic *blattam* & *blattelam* dicebant. vide Glossarum librum. *velam* quoque pro vehela dixerunt veteres. Oscum esse vocabulum notat Festus, apud quem ita scribendum est: *vela apud Oscos dicebatur plaustrum. unde velarii stipites in plaustro & vectura velatura.* velarios illos stipites clavulas etiam vocabant, ut supra notavimus. unde *clavulare carrum*, velariis illis stipitibus circumfixum. *velaturam facere* apud Varronem pro facere vecturam. *vela* à veho, ut *tela* à texo: *scala* à scando: *pala* à pango: *mala* à mando. sed hæc sunt grammaticorum, & grammaticis relinquenda. *vehelas* igitur heic lego, & plaustra interpretor, quibus temere impositos reos exhiberi sibi jubebat Maximinus. siccas autem vehelas pro nudis dixit, & nullo vestimento instratis, vel solis sine ullo comitatu servitiorum.

GRUTERUS.

1 *Alios Scythicis vehiculis exhiberet.*] Palat. *alios siccis vehelis* & vero *Scythica* isthæc *vehicula* non placent. de *siccis vehelis*, quid faciam, non video. posset facile fingi, *citis vehis*, sed non libet mihi jam esse conjectori.

culis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique prætermitteret [1] quod ad crudelitatem videretur operari: contra eum defectionem pararunt. Nec solum Romani, sed, quia in milites sæviebat, exercitus qui in Africa erat subita & ingenti seditione Gordianum senem, virum gravissimum qui erat proconsul, imperatorem fecerunt: cujus factionis hic ordo fuit.
[2] Erat fisci procurator in Libya, qui omnes [3] Maximini 14
studio spoliaverat: [4] hic per rusticanam plebem deinde & quosdam milites [5] interemptus est [6] per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant. [7] Sed quum viderent autores cædis ejus acrioribus remediis sibi subveniendum esse, Gordianum proconsulem, virum (ut diximus) venerabilem, natu grandiorem, omni virtutum genere florentem, [8] ab Alexandro ex senatus-

CASAUBONUS.

1 *Quod ad crudelitatem videretur operari.*] Notent tirones, *operari* pro facere, συντείνειν. συντελεῖν, vel συνεργεῖν. locutio minus Latina.

2 *Erat fisci procurator in Libya.*] Herodianus, Ἐπετρόπευέ τις τῆς Καρχηδονίας χώρας τραχύτατα.

3 *Maximini studio.*] Βουλόμενος εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ Μαξιμίνῳ.

4 *Hic per rusticanam plebem.*] Reg. *Lusitanam.* absurde. Herodianus, κελεύουσι νύκτωρ κατελθεῖν τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν νεανίσκους. possis tamen legere *Tysdritanam.* ut in sententia Cos. de Gordiani imperio: *Gratias igitur agamus Tysdritanæ juventuti.*

6 *Per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant.*] Rationalem vocat quem modo procuratorem dicebat: qua de re ad librum superiorem. Est ergo falsissimum, rationalem à suis occisum esse, quem dixit modo à rusticana plebe conjurata trucidatum. Scribo *inter eos:* nam re vera inter suos hic fuit occisus, qui & ulcisci ejus mortem sunt aggressi, sed mox à vi abstinere coacti. Herod. ita narrat. non video qui possint aliter exponi rectè hæc verba.

7 *Sed cum viderent auctores cædis ejus acrioribus remediis sibi subveniendum.*] Herod. οἱ νεανίσκοι ἅπαξ ἐν ἀπογνώσει γενόμενοι, μόλις ᾔδεσαν ἑαυτοῖς σωτηρίαν ὑπάρχουσαν, εἰ τοῖς τολμηθεῖσιν αὐτοῖς, αὐξήσειαν ἔργοις μείζοσι. & postea, ἔργου ἤδη τετολμημένου) μείζονος ἀπογνώσεως δεόμενοι, Mauricius quidam fuit hujus consilii auctor: de quo in Gordianis.

8 *Ab Alexandro ex senatusconsulto in Africam missum.*] Κλήρῳ ait Herod. quod non repugnat: nam cum ex senatus auctoritate provinciæ comparabantur, sors intercedebat, ut passim apud Livium, Marcum Tullium & Dionem. in Gordianis extat pars epistolæ qua senatui gratias agit Alexander, quod Gordianum ad Africam proconsulem destinaverit.

GRUTERUS.

5 *Interemptus est per eos qui rationalem.*] Nihil heic auxilii in Palatino. falsum tamen illud *per eos.* an fuit? *propter eos*, hoc est juxta eos.

ſenatuſconſulto in Africam miſſum, reclamantem & [1] ſe terræ affligentem, [2] opertum purpura imperare coëgerunt, [3] inſtantes cum gladiis & cum omni genere telorum. Et primo quidem invitus Gordianus purpuram ſumpſerat: poſtea verò quum vidit neque filio, neque familiæ ſuæ tutum id eſſe, [4] volens ſuſcepit imperium, & appellatus ab omnibus Afris Auguſtus cum filio [5] apud oppidum Tyſdrum: [6] inde Carthaginem venit cum pompa regali, [7] & protectoribus & faſcibus laureatis, unde Romam ad ſenatum literas miſit, [8] quæ occiſo Valeriano duce militum prætorianorum, in

CASAUBONUS.

1 *Se terræ affligentem.*] Ῥίψας ἀπὸ τοῦ σκίμποδος εἰς γῆν ἑαυτόν. vide in Gordianis.

2 *Opertum purpura.*] Verè *opertum*: non enim amictum. nam ſublata de vexillis purpura, cum non alia eſſet ad manum, temere ea ſenem invitum circumfuderunt. vide libro ſequente. Herodianus chlamydem vocat: quia loco chlamydis eſt adhibita.

3 *Inſtantes cum gladiis.*] Herod. Ξιφήρεις ἐπικείμενοι.

4 *Volens ſuſcepit imperium.*] Παραιτούμενος δὲ καὶ γῆρας προϊσχόμενος ἐκεῖνος, ἄλλως δὲ φιλόδοξος ὤν, οὐκ ἀηδῶς ὑπέστη.

5 *Apud oppidum Tiſdrum.*] Herod. Θύσδρον. ſed notum eruditis quam variè ſcriptum nomen hoc inveniatur. puto rectum eſſe *Thyſdrum*: quaſi dicas Ὀρεόπολις, vel Ταῶν πόλις, ſive κώμη.

6 *Inde Carthaginem venit cum pompa regali.*] Εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείχθη· εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή.

7 *Et protectoribus & faſcibus laureatis.*] *Protectores* appellat, quos oſtendit Herod. electos ad cuſtodiam corporis, cum è militibus qui Carthagine potuerunt reperiri, tum è civium numero altiſſimæ quemque ſtaturæ. de lauro addita faſcibus quos ut proconſul habuit etiam antea Gordianus, lege Herod. ſed omittit Capitolinus de prælato igne: quod, cæteris omnibus hiſtoricis diligentior hac in parte Herodianus, non prætermiſit.

SALMASIUS.

5 *Apud oppidum Tiſdrum.*] Pal. *Tyſdrum*. melius. nam Græcis Θύσδρον. Tabulæ itinerariæ: *Tuſdrum*.

8 *Quæ occiſo Valeriano duce militum.*] Idem liber: *Valiano*. pro *Vitaliano*. nam ita reponendum jam docuit Caſaubonus.

GRUTERUS.

4 *Apud oppidum Tiſd.um.*] Palatinum exemplar *Tyſdrum*.

CASAUBONUS.

8 *Quæ occiſo Valeriano duce militum prætorianorum.*] Quomodo occiſo? arte & dolo Gordiani. Herodian. προνοήσατο δὲ τὸν πρότερον ἀναιρεθῆναι τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην τῶν στρατιωτῶν προεστῶτα. Sed legendum hic, *Vitaliano*. quomodo rectè ſcribitur libro ſequente, ubi multa de cæde. addit enim Herod. Βιταλιανὸς δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ. & ita ſæpius apud illum nominatur. in altero codicum Puteani, *Juliano* fuit. quod propius ad veram lectionem accedit. Eſt & Valeriani

in odium Maximini gratanter acceptæ ſunt. Appellati etiam Gordianus ſenex & Gordianus juvenis à ſenatu Auguſti. Interfecti deinde omnes delatores, omnes accuſatores, [1] omnes amici Maximini occiſi ſunt. Interfectus eſt Sabinus præfectus urbis, [2] percuſſus in populo. Ubi hæc geſta ſunt, ſenatus magis timens Maximinum, aperte ac libere hoſtes appellat Maximinum & ejus filium. Literas deinde mittit ad omnes provincias, ut communi ſaluti libertatique ſubveniant: [3] quæ auditæ ſunt ab omnibus. Denique ubique amici, & adminiſtratores, & duces, tribuni & milites Maximini interfecti ſunt. [4] Paucæ civitates fidem hoſti publico ſervaverunt: quæ proditis iis qui miſſi ad eos fuerant, [5] ad Maximinum cito per indices detulerunt. Literarum ſenatus exemplum hoc fuit: *Senatus populuſque Romanus, per Gordianos principes ab illa triſtiſſima bellua liberari cœptus, proconſulibus, præſidibus, legatis, ducibus, tribunis, magiſtratibus, ac ſingulis civitatibus, & municipiis, & oppidis, & vicis, & caſtellis ſalutem, quam nunc primum recipere cœpit, dicit. Diis faventibus Gordianum proconſulem, virum ſanctiſſimum & graviſſimum ſenatorem, principem meruimus: Auguſtum appellavimus. Nec ſolum illum, ſed etiam in ſubſidium Reip. filium ejus Gordianum nobilem juvenem.* *Veſtrum*

letiani mentio in hac hiſtoria, ut libro ſequente non ſemel: ſed is princeps ſenatus fuit, qui & ipſe poſtea imperavit.

GRUTERUS.

1 *Omnes amici Maximini. interfectus eſt Sabinus.*] Malim, *interfectus & Sabinus.* Ceterum ſuſtuli duas voces quas antea habebant editi, neque repereram in Palatino, *Maximini, occiſi ſunt. Interfectus, &c.* quibus quid inanius?

CASAUBONUS.

2 *Percuſſus in populo.*] Libro ſequente, *fuſte percuſſus, occiſus, & in publico derelictus eſt.* Herod. ξύλῳ παισθεὶς κατὰ τῆς κεφαλῆς τελευτήσας.

3 *Quæ auditæ ſunt ab omnibus.*] Οἱ πλεῖστοι προσήκαντο τὴν πρεσβείαν.

4 *Paucæ civitates fidem hoſti publico ſervaverunt.*] Herod. ὀλίγοι δέ τινες ἢ διεχειρίσαντο τοὺς ἐλθόντας πρέσβεις, ἢ μετὰ φρουρᾶς πρὸς ἐκεῖνον παρέπεμψαν.

5 *Ad Maximinum cito per indices detulerint.*] Scrib. *per indices rem detul.* ſed Herodianus non rem per indices, ſed ipſos ſenatus legatos ad Maximinum ſcribit miſſos.

Vestrum est. consentire ad salutem Reip. obtinendam, & ad scelera defendenda, [1] *& ad illam belluam Maximinum atque illius amicos ubicunque fuerint, persequendos. A nobis etiam Maximinus cum filio suo hostis est judica-*
16 *tus.* Senatusconsulti autem hoc fuit exemplum. Quum ventum esset in ædem Castorum, [2] VI. Cal. Junias, acceptas literas [3] Junius Syllanus consul ex Africa, [4] Gordiani imperatoris patris patriæ proconsulis, recitavit. [5] *Invitum me, P. C. juvenes quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt. Sed intuitu vestri necessitatem libens sustineo. Vestrum est æstimare quid velitis. Nam ego usque ad senatus judicium incertus & varius fluctuabo.* Lectis literis, statim senatus acclamavit, *Gordiane Auguste, dii te servent. felix imperes, tu nos liberasti. Salvus imperes, tu nos liberasti. Per te salva Resp. omnes tibi gratias agimus.* Item cos. retulit, *P. C. de Maximinis quid placet?* responsum est, *Hostes, hostes. Qui eos occiderit, præmium merebitur.* Item consul dixit, *De amicis Maximini quid videtur?* acclamatum est,

GRUTERUS.

1 *Et ad illam belluam atque illius amicos, &c.*] Editi addiderant, *belluam Maximinum*, minus concinne. melius subintelligitur, & alioquin id vocis respuebat omnino Palatinus chirographus.

4 *Gordiani Imperatoris patris patriæ proconsulis.*] Sic & mss. Pal. ut fortassis illud *patris patriæ* additum fuerit ab eis qui Senatusconsulti exemplum, constituto pridem Gordiano, in ærarium intulerunt; idque ita ibidem reperit Capitolinus noster.

SALMASIUS.

2 VI. *Cal. Julias.*] VI. *Kalendas Juliarum.* Lege, *Julias.* nam ita & vetus editio.

CASAUBONUS.

3 *Junius Silanus consul.*] Suffectus ex Kal. Maii cum Messio Gallicano.

4 *Gordiani imperatoris patris patriæ proconsulis.*] Quod *imperatoris* nomen vel Gordianus in literarum ad senatum titulo usurpavit, vel Silanus Cos. cum de eo ad senatum relationem instituerer, manifesta ratio est: jam enim ab Africanis salutatus fuerat imperator. sed cur illa adduntur *patris patriæ?* omnino id cognomen alienum est ab hoc loco: & fortasse inde ortum quod ad vocem Gordiani adnotasset aliquis, de patre intelligendum esse, non de filio aut nepote.

5 *Invitum me P. C. juvenes quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt.*] Gordianum fecerant imperatorem juvenes rustici, & pauci milites qui se illis adjunxerant. utrosque igitur appellatione juvenum hic intelligit. Herodianus auctores consilii hujus νεανίσκους sæpius nominat. sic libro seq. *appellato Gordiano imperatore, juvenes qui auctores hujus facinoris erant, statuas Maximini dejecerunt.*

1 *Ita*

est, *Hostes, hostes. Qui eos occiderit, præmium merebitur.* [1]Ita acclamatum est, *Inimicus senatus in crucem tollatur. Hostis senatus ubicunque feriatur. Inimici senatus vivi exurantur. Gordiani Augusti, dii vos servent. Ambo feliciter agatis, ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decernimus, nepoti Gordiani consulatum spondemus. nepos Gordiani Cæsar appelletur. Tertius Gordianus præturam accipiat.* Ubi hoc senatuscon- 17
sultum Maximinus accepit, homo natura ferus, [2]sic exarsit ut non hominem sed belluam putares. [3]Jaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat. Exclamabat incondite, [4]arripiebat gladium quasi senatum posset occidere, conscindebat vestem regiam, alios verberibus afficiebat: & nisi de medio recessisset (ut quidam sunt autores) oculos filio adolescentulo sustulisset. Causa autem iracundiæ contra filium hæc fuit, quod eum Romam ire jusserat quum primum imperator factus est, & ille patris nimio amore neglexerat: putabat autem quod si ille Romæ fuisset, nihil ausurus esset senatus. Ardentem igitur Maximinum iracundia amici intra cubiculum receperunt. Sed quum furorem suum tenere non posset, ut oblivionem cogitationis acciperet, vino se primo die obruisse dicitur eo usque ut quid gestum esset ignoraret. [5]Alia die

1 *Ita acclamatum est.*] Scrib. *item acclam.*

2 *Sic exarsit, ut non hominem sed belluam putares.*] Herodianus aliter: visum quidem tristiore vultu; sed voluisse tamen videri rem contemnere.

3 *Jaciebat se in parietes.*] Ut olim Augustus ad Varianæ cladis nuntium. Suetonius libro secundo, cap. XXIII. ubi olim quædam notare meminimus. M. Tullius in tertia Tusculana, *Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi: pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.* similia de Maxim. & libro seq.

4 *Arripiebat gladium quasi senatum posset occidere.*] Non idem est, sed simile quod narrat Herodianus: Maximinum in ea concione quam habuit apud suos post acceptum hunc nuncium, iis verbis, eo gestu manuum, eo nutu vultus in senatum exarsisse, quasi præsens ob oculos illi fuisset.

GRVTERVS.

1 *Ita acclamatum est.*] Sic & Pal. Malim tamen *Item*, ut & aliis placuit.

CASAVBONVS.

5 *Alia die admissis amicis qui eum audire non poterant.*] Scripti quidam, [illegible]
dere

die admissis amicis [1] qui eum audire non poterant, sed tacebant, & qui factum senatus tacite laudabat, [2] consilium habuit quid facto opus esset: [3] è concilio ad concionem processit, in qua concione multa in Afros, multa in Gordianum, plura in senatum dixit, cohortatus-

dere non *audire*. nescio an *adire*. Herod. auctor est, Maximinum prima & altera die postquam accepisset hunc nuntium domi se continuisse, & concilium cum amicis habuisse, quid opus facto: tertia demum in concionem prodiisse.

SALMASIUS.

5 *Alia die admissis amicis qui eum audire non poterant.*] Suspecta hæc mihi semper lectio. suspectiorem porro reddidit Palatinus liber cum veteri editione, in quibus sic legitur: *qui eum videre non poterant.* sed quare ab amicis videri non poterat Maximinus? aut quinam erant ex amicis qui eum videre non poterant, sed tacebant? amici dicuntur amicos videre, cum ad eos visunt, aut salutandi gratia, aut consolandi in rebus eorum adflictis, & minime lætis, aut etiam consilio & ope juvandi. videri etiam princeps, & reliqui magnates dicebantur ab amicis & clientibus suis, cum honoris causa mane inviseren-tur solito salutationis officio. Seneca: *qui me tanquam imperatorem videt.* Spartianus in Hadriano: *unde hodieque sine pænulis imperatores à togatis videntur.* at superbi quique principes, & qui minime communes essent, raro salutantes admittebant, & videri non poterant Lampridius in Alexandro: *cum amicis tam familiariter vixit, ut communis esset ei sæpe consessus cum amicis: iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos: salutaretur vero quasi unus de senatoribus, patente velo admissionalibus remotis, aut solis iis qui minissi ad fores fuerant: quum antea salutare principem non liceret quod eos videre nemo poterat.* an cum talis esset Maximinus, ideo videri ab amicis non poterat? quos admitti tunc jussit, cum à senatu hostis judicatus est, ut consultaret, quid facto opus esset. sane superbum eum fuisse & contemptorem & moribus asperum supra dixit Capitolinus. si superbiam aut feritatem Maximini putamus in caussa fuisse, ne videri posset ab amicis, tunc ita totus hic locus refingendus fuerit, verbis aliquot transpositis quæ sua sede fuerant luxata ad hunc modum: *alia die admissis amicis qui videre eum non poterant, consilium habuit quid facto opus esset; sed tacebant, & factum senatus taciti laudabant. de consilio ad concionem processit.* non puto veriorem quam hæc est, hujus loci emendationem aut expositionem dari posse: admissis amicis qui eum videre non poterant, & qui raro admittebantur, quærebat, & eos consulebat: sed cum illi tacerent, & factum senatus taciti probarent, & sic nihil in amicis consilii reperiret, de consilio ad concionem processit. multas autem ejusmodi transpositiones in his auctoribus factas, & deprehendimus alibi, & sanavimus.

GRUTERUS.

1 *Qui eum audire non poterant.*] Extat & illud *videre* in Palat. ut forsan voluerit dicere auctor, eis odiosum fuisse adspectum Maximini. dicimus enim vulgo, *non possum te videre*, pro eo quod est, invitus te video, tædet me aspectus tui.

CASAUBONUS.

2 *Consilium habuit.*] Scrib. *concilium.*

SALMASIUS.

3 *E consilio in concionem processit.*] Vetus editio; *sed consilio ad concionem.* lege, *de consilio ad concionem processit.* nec aliter Pal.

tatusque milites ad communes injurias vindicandas.
[1] Concio denique omnis militaris fuit, cujus hoc 18
exemplum est. *Commilitones, rem vobis notam proferimus.* [2] *Afri fidem fregerunt. quid dicam, fregerunt? nam quando tenuerunt?* [3] *Gordianus senex debilis & morti vicinus sumpsit imperium. Sanctissimi autem P. C. illi, & qui & Romulum Caesarem occiderunt, me hostem judicaverunt,* [4] *quum pro his pugnarem & ipsis vincerem; nec solum me, sed etiam vos* [5] *& omnes qui mecum sunt,* [6] *quos & senatui acceptissimos, & sibi adversissimos esse crede-*

CASAUBONUS.

1 *Concio denique omnis militaris fuit, cujus hoc exemplum est.*] Videtur affirmare è publicis monumentis descriptam esse concionem quæ subjicitur: neque aliis verbis usum Maximinum. Sanè etiam in ea concione quam illi tribuit Herodianus, nonnulla observare licet, quæ istius imitationem redoleant.

5 *Et omnes qui mecum sunt.*] Regius, *sentiunt.*

6 *Quos & senatui acceptissimos, & sibi adversissimos esse credebant.*] De patribus conscriptis loquitur: quomodo igitur à patribus senatum separat? nisi voluit videri, paucos è patribus, sibi adversari, non autem totum senatum. sed vide quæ statim dicemus.

SALMASIUS.

1 *Concio denique omnis militaris fuit cujus hoc exemplum est.*] Eandem hanc concionem sed aliis verbis posuit in Gordianis Capitolinus. sed istam ut simpliciorem & genio Maximini accommodatiorem non ipse confinxisse Capitolinus, sed è monumentis publicis descripsisse. illam vero alteram quæ in Gordianis legitur, calamistris inussit. ideoque hoc loco ejus concionis quam habuerit Maximinus, exemplum se subjecisse ait: ibi autem vage scripsit, tali genere concionis cohortatum esse milites Maximinum.

2 *Afri fidem fregerunt. quid dicam fregerunt? nam quando tenuerunt?*] In altera concione: *Afri Punicam fidem præstiterunt.* quod brevius & elegantius.

3 *Gordianus senex debilis & morti vicinus sumpsit imperium.*] In altera concione ταῖς ἐμφερείαις ποικίλως τοῦ λόγου Capitolinus. hoc modo: *Nam duos nobis Gordianos, quorum alter senio ita affectus est, ut non possit assurgere, alter ita luxurie perditus ut debilitatem habeat pro senectute, imperatores fecerunt.*

4 *Quum pro his pugnarem & ipsis vincerem.*] Ibidem: *dum nos in Germania Romanam defendimus majestatem, dum nos Illyricum à barbaris vindicamus.* & paulo post: *& pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos XX viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt.*

GRVTERVS.

5 *Qui mecum sentiunt; & Gordianos patrem ac filium Augustos vocarunt.*] Obsequutus sum libris à Casaubono nostro excussis, & abjeci quatuor omnino lineas verborum intermedias, quæ in iisdem codicibus non comparebant, absuntque etiam nostro Palatino. verba enim illa omnia invecta huc ex cap. XII. vitæ Maximini ac Balbini.

SALMASIUS.

6 *Quos & senatui acceptissimos & sibi adversissimos esse credebant.*] Palatinus etiam hæc verba hoc loco agnoscit,

credebant. [1] *Quare factum est (ut diximus) ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est. Nec prius permissi sunt ad Palatium stipati armatis ire quam nepotem Gordiani Cæsaris nomine nuncuparent, & Gordianos patrem ac filium Augustos vocarent.* [2] *Ergo si viri estis, si vires habetis,* [3] *eamus contra senatum & Afros:* [4] *quorum omnium bona vos habebitis.* Dato igitur

scit, quæ tamen aliter legit. sic enim habet: *quam & senatu acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant.* quæ ex vita Maximi & Balbini huc traducta esse ad locum ostendemus. sic enim ibi debet continuari oratio: *timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant, quare factum est ut diximus, &c.* quæ importune huc translata esse & illinc avulsa, vel cæco potest patere, ut ibi pluribus aperiemus.

CASAUBONUS.

1 *Quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent.*] Ubi hoc dixit Maximinus? aut quo rejiciunt nos ista verba? hoc primum male me habet isto loco. deinde illud quod de tertio Gordiano hic loquatur Maximinus. atqui prima hæc illius fuisse concio dicitur post acceptum de senatus defectione nuntium: quo tempore de Gordiani nepote nihil dum cogitatum fuerat. tempus enim fere duorum mensium intercessit à priorum Gordianorum creatione, ad tertii designationem. Accedit quod locutus de adolescentulo Gordiano subjicit querelam de patre filioque, toto rerum gestarum ordine conturbato: quæ vitia in ea concione quam recitat Herodianus non invenias: ubi de tertio Gordiano mentio nulla: neque aliud quidquam quod historiæ non consentiat. His de caussis regium codicem sequor, qui pro legitimis omnia hæc non agnoscit: *quos & senatui acceptissimos & sibi adversissimos esse credebant. Quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est; nec prius permissi sunt ad palatium stipati armatis ire, quam nepotem Gordiani Cæsaris nomine nuncuparent.* Quid dubitamus? satis constat non posse alio hæc verba, quam ad Maximi atque Balbini creationem pertinere. quod adeo verum est, ut libro de iis scripto eadem penitus verba repetantur. is locus est legitimus. huc verò quis casus, sive quis furor ea invexerit, difficile est divinatu. Sequamur ergo regium codicem, & iis sublatis ita scribamus: *me hostem judicarunt, cum pro his pugnarem, & ipsis vincerem: nec solum me, sed etiam vos, & omnes qui mecum sentiunt: & Gordianos patrem ac filium Augustos vocarunt.* Prorsus insignis restitutio, quam imputant nobis regiæ membranæ: quibus & Puteani alter codex assentitur.

SALMASIUS.

2 *Ergo si viri estis, si vires habetis.*] Concio in vita Gordianorum: *quinimo agite ut viros decet.*

3 *Eamus contra senatum & Afros.*] Eadem concio: *properandum est ad urbem.* utriusque autem concionis ideo comparationem instituimus, ut ostenderemus eamdem plane esse, & eodem tempore à Maximino habitam, sed verbis ab auctore variatam: cujus exemplum heic proposuit, ut à Maximino habita est: illic vero sensum potius ejus quam verba ipsa maluit ponere.

CASAUBONUS.

4 *Quorum omnium bona vos habebitis.*] Et prin-

tur ſtipendio, & quidem ingenti, Romam verſus cum exercitu proficiſci cœpit. [1] Sed Gordianus in Africa 19
primum [2] à Capeliano quodam agitari cœpit [3] cui Mauros regenti ſucceſſorem dederat. Contra quem [4] filium juvenem quum miſiſſet, acerrima pugna interfecto filio, ipſe laqueo vitam finivit, [5] ſciens & in Maximino multum eſſe roboris & in Afris nihil virium, multum quinimo perfidiæ. Tunc Capelianus victor pro Maximino [6] omnes Gordiani partium, motu partium in Africa

Et principium hujus concionis idem apud Herodianum, ſi ſententia ſpectetur, potius quam verba; & clauſula plane gemina: nam ait ibi quoque Maximinus: *ὡς ὑπάρξαι ἡμῖν τι ὑμῖν τε ἐκείνων πάντα δοῦναι, ὑμῖν τε ἀδεῶς λαβοῦσι κρατῆσαι.*

GRVTERVS.

1 *Sed Gordianos in Africa primum à Capeliano quodam.*] Sic & Pal. non *Capelliano.*

6 *Omnes Gordiani partium, motu partium in Africa interemit.*] Pal. *omnes Gordiani metu partium in Africa*: ita ut liqueat reſtituendum, *omnes Gordiani partium, metu partium in Africa*, ſententia expedientiſſima. veritus, inquit, ne partes adhuc aliæ exorirentur in Africa, omnes qui eas fovere poſſent, adhæſerantque ante Gordianis, interemit.

CASAVBONVS.

2 *A Capeliano quodam.*] Melius *Capelliano.* ſenatorem fuiſſe ſcribit Herod.

3 *Cui Mauros regenti ſucceſſorem dederat.*] Διαδεχόμενόν τι αὐτοῦ ἔπεμψε, καὶ τὸ ἔθνος ἐξελθεῖν ἐκέλευσε.

4 *Filium juvenem cum miſiſſet.*] Non adeo juvenem: erat enim annorum XLVI. Herodianus hanc partem hiſtoriæ hujus aliter paullo narrat.

6 *Omnes Gordiani partium, motu partium in Africa interemit.*] Dele illa, *motu partium*, aut muta in melius. quod non poſſumus nos.

SALMASIVS.

5 *Sciens & in Maximino multum eſſe roboris & Afris nihil virium.*] Prima editio: *in Afris nihil virium.* eadem refert in Gordiani ſenioris vita, ſed verbis paulo diverſis: *cum in Africa nihil præſidii, & à Maximino multum timoris, & fides Punica perurgeret, & Capelianus inſtaret, &c* Herodianus, ἐννοῶν τὴν δύναμιν Μαξιμίνου, οὐδὲν δὲ ὁρῶν ἐν Λιβύῃ ἀξιόμαχον ἰσόρροπον.

6 *Omnes Gordiani partium metu partium in Africa interemit.*] Hæc mera balbuties eſt, cui mederi ſunt conati doctiſſimi viri, ſed irritis conatibus receſſerunt. nec melius fortaſſean nobis ſucceſſiſſet, niſi opem ſuam operæ noſtræ commodaſſet optimus liber Palatinus, in quo ſcriptum ita hunc locum reperi: *Tunc Capelianus victor pro Maximino, omnes Gordiani metu partium interemit.* ex quo primæ editionis auctor edendum curavit: *omnes Gordianos metu partium interemit.* omnino ἀστίχως. in diſtinctione tantum, non in mutatione, ſalus, hoc modo: *Tunc Capelianus victor omnes, Gordiani metu partium, interemit.* quorum verborum iſta mens eſt: Capelianus victor, metu Gordiani partium, hoc eſt metuens, ne Gordiani partes in Africa de novo reſurgerent, paſſim omnes interemit. & id ſequentibus confirmatur: *nec cuiquam pepercit, prorſus ut ex animo Maximini videretur id facere. civitates denique ſubvertit, fana deripuit, donaria militibus diviſit,*

frica interemit atque proscripsit. Nec cuiquam pepercit, prorsus ut ex animo Maximini videretur hæc facere. [1] Civitates denique subvertit, fana diripuit, donaria militibus divisit, plebem & principes civitatum concidit. [2] Ipse præterea militum animos sibi conciliabat, [3] præludens ad imperium si Maximinus perisset.
20 [4] Hæc ubi Romam nuntiata sunt, senatus Maximini & naturalem [5] & jam necessariam crudelitatem timens, mortuis duobus Gordianis, [6] Maximum Pupienum ex

visit, plebem & principes civitatum concidit. ἐπεξήγησις enim est ejus quod heic dixerat, *omnes interemit*.

CASAUBONUS.

1 *Civitates denique subvertit.*] Ipsam Carthaginem, & omnes alias quæ imagines Maximini detraxerant, aut lutaverant. *subvertit* autem, non mœnia, sed statum civitatum, omnes honoratos contrucidans.

2 *Ipse præterea militum animos sibi conciliabat, præludens ad imperium, si Maximinus perisset.*] Elegantissime expressit sumptam ex Herodiani historia sententiam: λανθανόντως οἰκειῶν ἑαυτῷ τὸ τῶν στρατιωτῶν μέρος, ἵν' εἰ καὶ πταίσειεν τὰ Μαξιμίνου πράγματα, αὐτὸς ἔχων δύναμιν οἰκείαν τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσαιτο.

4 *Hæc ubi Romam nuntiata sunt.*] Ὡς δὲ εἰς Ῥώμην ἐδηλώθη ἡ τοῦ πρεσβύτου τελευτή.

5 *Etiam necessariam.*] Expressit illa, Καὶ ἐπ' εὐλόγοις αἰτίαις.

SALMASIUS.

3 *Præludens ad imperium.*] Idem liber cum veteri editione, *proludens*. *proludere*, idem est quod præludere. sic *prorogare*, & prærogare, & utrumque pro dispensare, & *protentare* in Glossis, προπειράζειν. & similia.

6 *Maximum Pupienum ex præfecto urbi.*] Vetus editio: *ex præfectis urbi*. optime. ita enim loquuntur auctores isti. *ex præfectis*, est *præfectorius*: sic *vir ex consulibus*, consularis: *ut ex ducibus* infra in Gordiano tertio: *ante ipsam aram à Gallicano ex consulibus, & Mecenate ex ducibus interempti sunt.* ita, *viri ex militibus*, pro militares viri, in Salonino. nos multa alia ejusdem generis in superioribus animadversionibus notavimus.

GRVTERVS

3 *Præludens ad imperium.*] Palatin. nihilo deterius, *proludens ad imp.*

6 *Maximum ex præfecto.*] Adstipulatur & Pal. aliorum scriptis, excluditque nomen *Pupieni*, quod huic Maximo subjungebatur in textu vulgatis.

CASAUBONUS.

6 *Maximum Pupienum.*] Ex antiquis nummis viri docti pridem docuerunt, dictum fuisse hunc M. CLODIVM PVPIENVM MAXIMVM. sed omissis nomine & prænomine, auctores Græci Latinique cognominibus solis hunc denotarunt; illi MAXIMVM semper appellantes, hi semper PVPIENVM. Capitolinus qui Herodianum, ut ostendimus, pæne ad verbum interpretabatur, Maximum cum illo ubique nominat, non autem Maximum Pupienum, ut hic perperam scriptum est. sed delenda vox *Pupienum*, non solum quia regius & Puteani libri eam non agnoscunt; verum etiam, quia Capitolinus cum hunc librum scriberet, *Maximus* & *Pupienus*, ejusdem hominis esse cognomina penitus ignoravit. quare cum

ex præfecto urbi, [1] & qui plurimas dignitates [2] præcipue gessisset, ignobilem genere, sed virtutibus clarum, [3] & Clodium Balbinum, [4] moribus delicatiorem, imperatores creavit. Quibus à populo Augustis appellatis, per milites & eundem populum etiam parvulus nepos Gordiani Cæsar est dictus. Tribus igitur imperatoribus contra Maximinum fulta Resp. est. Horum tamen Maximus vita severior, prudentia gravior, virtute constantior: denique ipsi contra Maximinum & senatus [5] & Balbinus bellum tradiderunt. Profecto igitur ad bellum Maximo contra Maximinum, Balbinus Romæ bellis intestinis & domesticis seditionibus

eum apud Latinos scriptores Pupienum nominari observasset, quem Herodiano, Dexippo & aliis Græcis constanter sciret dici Maximum, ita impeditus hæsit, ut expedire se ex ea difficultate non potuerit. Et tamen suspicabatur Capitolinus quod res erat: sed suspicioni suæ non poterat fidem habere. ideo scribit extremo hoc libro: *Hic error unde natus sit scire non possum, nisi forte idem est Pupienus, qui & Maximus. quod ideo testatum posui, ne quis me hoc nescisse crederet: quod revera magnum stuporem ac miraculum creat.* Sed astu hoc tandem liberatus est, cum in libros Fortunatiani incidisset. nam ait in fine libri quem de Maximo & Balbino scripsit: *Sed Fortunatiano credamus qui dicit Pupienum dictum nomine suo, cognomine verò paterno Maximum: ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.* postrema verba, quæ sunt depravatissima, sic corrige, *ut omni jam stupore legentes hæc absoluti videantur.* respiciebat cum hæc scriberet, superiora verba è libri hujus fine. Sed nonne prodigii instar est, Capitolino venisse nunquam in mentem, ut lapides aut nummos inspiceret? nam ad id genus ἀπορίας dissolvendas, non aliud certius præsidium, quam quod è veteribus nummis, aut lapidum monumentis petitur.

1 *Et qui plurimas dignitates, præcipuè gessisset.*] Lego, *q. pl. dignitates, militares præcipuè g.* Herodianus, τῶν ἐν ἀξιώμασιν, ἔν τε πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς γενόμενον. plura suo loco Capit.

3 *Et Clodium Balbinum.*] Nummus apud Onuphrium, IMP. CÆS. D. CORLIVS. BALBINVS. AVG. Lege igitur *Cœlium.* tamen alibi sic vocat Capitolinus: ut in tertio Gordiano: & fortasse non aliter ipse scripserat. apud Victorem *Cæcilius.*

4 *Moribus delicatiorem.*] Herodian. Τὸ δ' ἦθος ἁπλούστερος.

GRUTERUS.

2 *Præcipue gessisset.*] Sic sine verbo alio Palat. an *præcipue* heic notet *eximie*, aut quid simile, viderint alii.

3 *Et Clodium Balbinum.*] Tres hæ voces non adsunt Pal. nisi à manu recentissima inter lineas.

5 *Et Balbinus bellum crediderunt.*] Sic Pal. melius quam vulgati *tradiderunt.*

SALMASIUS.

4 *Moribus delicatiorem.*] Videtur legisse apud Herodianum Capitolinus, τὸ δὲ ἦθος ἁπαλώτερος. pro quo hodie legimus, ἁπλούστερος.

bus urgebatur, occisis præcipue per populum [1] Gallicano & Mæcenate: qui quidem populus à prætorianis laniatus est, quum Balbinus resistere seditionibus non satis posset. [2] Denique magna pars urbis incensa est. Et recreatus quidem imperator fuerat Maximinus, audita morte Gordiani atque ejus filii, Capeliani victoria. verum ubi & aliud senatusconsultum accepit quo Maximus & Balbinus & Gordianus imperatores appellati sunt, intellexit senatus odia esse perpetua, & se vere hostem omnium judicio haberi.
21 Acrior denique Italiam ingressus est. Ubi quum comperisset Maximum contra se missum, vehementius sæviens, [3] quadrato agmine [4] Hemonam venit. Sed provincialium omnium consilium hoc fuit, ut sublatis omnibus quæ victum præbere possent, intra civitates se reciperent, ut Maximinus cum exercitu fame urgeretur. denique ubi primum castra in campo posuit, [5] neque quicquam commeatus reperiret, incensus contra

CASAUBONUS.

1 *Gallicano & Mæcenate.*] Confer cum uberiore descriptione apud Herodianum. Tangit & libro seq.

2 *Denique pars magna urbis incensa est.*] Tanta pars urbis, quanta non erat tum quævis maximarum urbium.

3 *Quadrato agmine.*] Herodian. Τὰς τῶν ὁπλιτῶν φάλαγγας εἰς τετράγωνα ἔταξε σχήματα. & caussam ibi lege.

4 *Hemonam venit.*] Varie corruptum est hoc nomen apud Græcos Latinosque scriptores. sed recta scriptura est, EMON, vel EMONA. ut dicitur Veron, & Verona, Narbo, & Narbona, & similia. Græci Ἤμων. ut Zosimus libro quinto, ubi habes de conditu hujus urbis digressiunculam. in Ptolemæi codicibus Ἤμωνα. in tabula itineraria quam Marco Velsero debemus & antiquis inscriptionibus nonnullis EMONA recte scriptum. & ita semper emendandum: nam ubique depravate hoc nomen scribitur: ut in hac historia apud Herodianum: ἐπίσημον πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσιν Ἡμῶν οἱ ἐπιχώριοι: scribendum Ἤμωνα. Et Herodianus autem, & Capitolinus ex illo Emonam Italiæ urbibus accensent: quomodo videlicet urbes finitimæ modo huic, modo illi earum provinciarum quas contingunt attribui solent à scriptoribus, talium sæpe incuriosis, ut & Strabo observat. nam revera Emona Pannoniæ superioris urbs erat, in finibus ejus sita, qua in Noricum ibatur & Italiam. ideo Ptolemæus inter Italiam & Pannoniam superiorem esse scribit, ὑπὸ τὸ Νωρικόν. Zosimus inter Pannoniam & Noricum.

GRUTERUS.

4 *Quadrato agmine Hemoniam venit.*] Haud secus quoque Pal. noster.

SALMASIUS.

5 *Neque quicquam commeatus repperiret.*]

tra eum exercitus suus, quod fame in Italia laborasset,
[1] in qua post Alpes recreari se posse credebat, murmurare primum cœpit, deinde etiam aliqua libere dicere. Hæc quum vellet vindicare, multum exarsit exercitus, & odium tacitum in tempus distulit, quod loco suo statim prodidit. [2] Plerique sane dicunt, ipsam Hemonam vacuam & desertam inventam esse Maximino stulte lætante quod quasi civitas tota cessisset. Post hoc Aquileiam venit, quæ contra eum armatis circa muros dispositis, portas clausit: [3] nec propugnatio defuit, [4] Menophilo & Crispino consularibus viris autoribus. Quum igitur frustra obsideret Aquileiam 22
Maximinus, legatos in eandem urbem misit. Quibus

riret.] Corrupte in Pal *cummeatuum.* ex quo tamen colligas legendum: *neque quicquam commeatuum reperit.* nam idem *reperit*, habet, non *reperiret*.

CASAUBONUS.

1 *In qua post Alpes recreari se posse putabat.*] Ergo Emona cis Alpes? Videtur Capitolinus qui legebat apud Herodianum in Italia esse hanc urbem, temere inductus ut cis Alpes sitam putaret. sed negligenter legerat Herodiani verba: qui ait diserte, ἱδρυμένην πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων. trans Alpes igitur: nam referendum illud *ante* ad Maximinum è Pannonia venientem. quod verum esse constat ex Ptolemæi descriptione: qui Emonam locat in commissura Cetii montis & Albani. quos montes Alpium appellatione Herodianus hoc loco, ut & alii multi veterum, est complexus. melius profecto quam Zosimus, qui Apenninos sine exemplo nominat, montes quibus Pannonia & Noricum separantur, quique Emona Aquileiam petentibus necessario superandi. sed aliter fortasse scripserat Zosimus. Ceterum excusari posse Capitolinum non negaverim, si ejus verba de fame accipiantur quam passus Maximini exercitus ad Aquileiam; non de ea quam Emonæ.

2 *Plerique sane dicunt.*] Herodianum significat, quem vide.

3 *Nec oppugnatio defuit, Menophilo & Crispino consularibus viris auctoribus.*] Mendosus locus: nam obsidentibus non obsessis convenit verbum oppugnare. Menophilus autem & Crispinus viri consulares à senatu Aquileiam missi, tuendæ urbi. Scribam, *nec oppugnatis animus defuit.* aut illa delenda, *nec oppugnatio defuit.*

SALMASIUS.

3 *Nec oppugnatio defuit.*] Mendum hujus γραφῆς viderunt eruditi homines, emendationem non item. Maximinus Aquileiam, quæ portas ipsi clauserat, oppugnabat; at oppidani propugnabant. scribendum igitur: *nec propugnatio defuit.* idque authore codice Palatino.

4 *Menophilo & Crispino consularibus viris auctoribus.*] *Menophilio* in Palatino, & ita etiam in sequentibus scribitur.

GRUTERUS.

3 *Nec oppugnatio defuit, Menophilo & Crispino Consularibus viris auctoribus.*] An *oppugnatio* idem nostro est, quod *propugnatio* alii? ita videtur. nisi forte fuit, *nec oppugnatis ratio defuit.*

bus populus pene consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset, dicens, [1] etiam [2] deum Belenum per aruspices spopondisse Maximinum esse vincendum. [3] Unde etiam postea Maximini milites jactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse, nec illam Maximi aut senatus, sed deorum fuisse victoriam. Quod quidem idcirco ab his fictum esse dicunt [4] quod erubescant armatos se pene ab inermibus victos. [5] Ponte itaque

SALMASIUS.

1 *Etiam Deum Bellenum.*] *Belenum*, Palatinus, ad cujus oram glossæ vice eadem manu adscriptum est, *id est Martem.* Apollinem tamen sic dictum fuisse docet Herodianus, apud quem scribendum: Βέλινον καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι θέλοντες. Apollinem quoque paulo post vocat Capitolinus, *unde Maximini milites jactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse.* falsus igitur illius glossulæ auctor, nec bene Capitolinum legerat. perperam, Βέλιν καλοῦσι, in Herodiano legitur. scribendum, Βέλινον. *Belinus* enim & *Belenus* dicebatur. vetus inscriptio:

BELINO
SEX
CÆSERNINUS
FAUSTUS.

item in alia:

BELINO AUGUSTO
SACRUM.

item in alio saxo:

BELINO SACRUM L.
VECTONIUS.

in quibusdam, APOLLO BELENUS AQUILEIENSIS appellatur.

3 *Unde etiam postea Maximini milites jactasse dicuntur.*] Pal. *Maximiani milites.* lego: *Maximiniani milites*: vel, *Maximinani.* sic infra: *ad Maximinianas revertimur res.*

4 *Quod erubescant armatos se pene ab inermibus victos.*] Non deterius esse judico, nisi sit melius, quod præferunt Pal. & vetus editio: *quod erubescebant armati sic pæne ab inermibus victi.*

GRUTERUS.

2 *Quod erubescant armatos se pene ab inermibus victos.*] Pal. *armati sic pæne ab inermibus victi.*

CASAUBONUS.

2 *Deum Belenum.*] Herodianus: Βέλιν καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. plura de hoc Gallorum, vel, ut ait Tertullianus, Noricorum deo, pridem viri docti. Lege Ausonianas nobilissimi Josephi Scaligeri, & Inscriptiones veteres.

5 *Ponte itaque cupis facto.*] *Cupas* dixit quæ Herodianus οἰνοφόρα σκεύη περιφερῆ ξύλα vasa lignea, transportando vino, rotunda. hæc vasa cum erant majora, recta statuebantur, & operculis tegebantur, quorum meminit Nonius ex Varrone. nec vinum solum ibi servabant, sed etiam triticum, similiaque, ut Jurisconsulti docent. minora dolia similia utrinque clausa, apta deferendo huc illuc vino, ut scribit Herodianus. his utebantur ad pontium fabricam, tanquam utribus ad eos quos vocabant ascogephros, quasi ἀσκογεφύρας. Lucanus lib. IV. de ponte à Basilo confecto:

Namque ratem vacuæ sustentant undique cuppæ:
Quarum porrectis series constricta catenis,
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

sed & majores illæ cupæ ab altera parte apertæ, usum navium aliquando præbebant: Hesychius, κύπαι εἴδος

ἀὸς ἢ ναῦς. & in Glossis veteribus exponitur cupa γαυλός. quod Græcis Latinisque certum navigii genus significat. vertitur ibidem & βυτὶς μεγάλη. recte. nam idem Græcis βυτὶς ac Latinis cupa. apud Heronem mathematicum κῦπα, (sic enim scriptum invenio in antiquiss. membranis.) & βυτὶς duo sunt nomina ingentium vasorum vinariorum: inter quæ hanc differentiam observo, quod hæc major quam illa: præterea cupa ab inferiore parte latius patet, angustius à superiore. contra buttis. proponitur enim ab Herone κύπα, ἧς ἡ κάτω διάμετρ☉ ποδῶν ι΄· ἡ δ' ἄνω ποδῶν ϛ΄· τὸ δ' ὕψ☉ αὐτῆς ποδῶν η΄. buttis vero ita describitur, ut in superiore parte dimetiens illius sit pedum sex; in inferiore autem pedum octo; altitudo totius vasis, pedum decem.

SALMASIUS.

5 *Ponte itaque cupis facto.*] Et heic glossam habuit in margine adpositam codex antiquus, *id est navibus*. sed iterum falsus est, ut in Beleno supra. Cupæ quidem genus etiam navis sunt, sed non in hoc loco, ubi grandia vasa vinaria significant, quorum usus in pontibus contexendis & tumultuariis tabulatis extruendis, ut apud Dionem in Nerone: ἐν μέσῳ τῷ μέσῳ καὶ ἐπὶ τῷ ὕδατι τά τε σκάφη τὰ οἰνηρὰ τὰ ξύλινα τὰ μεγάλα συνηρμόσθη, καὶ ἐπ' αὐτῶν σανίδες ἐπεπήγεσαν. illa σκάφη τὰ οἰνηρά, τὰ ξύλινα, τὰ μεγάλα quæ Dio vocat, sunt, quas cupas heic appellat Capitolinus. veteres Glossæ: *cupa seu vagna*, βυτὶς μεγάλη, ἣν τινες γαυλὸν καλοῦσι. eædem Glossæ in voce *Vagna*: *Vagna seu cupa*, βυτὶς μεγάλη, ἣν τινες γαυλὸν καλοῦσι. illi auctori Glossarum vagna & cupa res eadem est. & utramque βυτὶν μεγάλην exponit, quam quibusdam γαυλὸν esse dictam autumat. ibi γαυλὸν navigii genus accipit vir doctissimus ad hunc locum, quomodo Græcis & Latinis accipi censet in quo perspicue fallitur. nam γαυλὸς Græcis quoque genus vasis est vinarii, vel etiam lactarii. γαυλὸν enim Hesychius exponit ποιμενικὸν τοῦ γάλακτ☉ ἀγγεῖον. cui proxime veteres Glossæ γαυλὸν sinum interpretantur, quod vas esse in quo lac ponitur nemo ignorat. γαυλὸς, ποιμενικὸν ἀγγεῖον, *hic sinum*. in veteri epigrammate: γαυλοὶ γλαγοπιδεῦντες. sed vas quoque vinarium significat, ut discimus ex illis duobus locis Glossarum jam à nobis productis. Suidas; γαυλὸς οἰνηρὸν ἀγγεῖον, ἐκ ξύλων κατεσκευασμένον, ὃ Ἰταλοὶ μαγγάναν ὀνομάζουσι. vides γαυλὸν exponi μαγγάναν, quam vocem Italicam esse scribit. hinc non vane auguror, *Manganam* illi grammatico appellari, quæ in Glossis *Vagna* dicitur. quod ita esse facile mihi assentientur, qui norunt litterarum *m* & *v* invicem permutationem, ut *Mangana*, & *Vangana*: & inde *Vagna* idem fit. an Græculi potius more suo vocem Latinam *Vagnam*, dum exprimere conantur, sic enunciaverunt ut proxime ad Græcam aliquam formam accederet? quod in aliis sexcentis vocibus Latinis fecisse eos alibi ostendemus non dubium igitur quin vagna sit illa mangana Græculi grammatici, qui in voce μαγγάνα idem repetit: μαγγάνα, inquit, τὸ οἰνηρὸν ἀγγεῖον ἐκ ξύλων κατεσκευασμένον. & paulo post: μαγγάναν οἱ Ἰταλοὶ ὀνομάζουσιν ὃ ἐστι γαυλός. eadem verba leguntur in Glossario nomico. *Vagna* igitur & *Cupa* & *Buttis* vasa vinaria sunt ingentis magnitudinis: & notandum in illo Glossario bis cupam exponi, βυτὶν μεγάλην, ad differentiam parvarum buttium: nam βυτὶς vas magnum & parvum significat, sicut & cupa, cujus diminutivum *cupella* vas admodum exiguum designat, quod Græci γαυσπίδιον dicunt. eædem Glossæ: *cupellam*, γαυσπίδιον. mutatis in suas affines, litteris, *gobellum*, vel *gobellum* appellamus, vas quo bibitur. sed & *cu-*

que cuppis facto, Maximinus fluvium transivit, & de proximo Aquileiam obsidere cœpit. Ingens autem oppugnatio & discrimen tunc fuit, quum se cives sulfure & flammis, cæterisque hujusmodi propugnaculis à militibus defenderent: quorum alii nudabantur armis, aliorum vestes incendebantur, aliorum oculi extinguebantur, diruebantur etiam machinamenta. Inter hæc Maximinus cum filio suo adolescente, quem Cæsarem appellaverat, circumire muros quantum à teli jactu satis tutus esse posset, nunc suis verbis milites,

pam quoque vocamus genus poculi unde bibitur non valde magni sic buriculam vitrei vasis genus non nimis grande. quæ omnia longe sunt infra illam magnitudinem, qua illas cupas & *βυτῖνας μεγάλας* fuisse videmus. sed & *γαυλὸν*, *γάστριον* exponit Hesychius. veteres Glossæ Græcolatinæ: *βύτιον*, *cupella*: *βυτὶς*, *cupa*. Latini etiam *Buttionem* dixerunt. unde *Butiones argentei* apud Anastasium. corrupte tamen ubique apud eum scribitur, *Butronem*, pro *Butionem*. ut enim *δαμάλιον* Græci, Latini damalionem dixere, & *σρούθιον*, struthionem, sic *βύτιον*, *butionem*. in Leone IV. *quamobrem obtulit in basilica beati Petri Apostoli butionem argento purissimo cum gabathis argenteis pendentibus in catenulis septem*. idem in Leone III. *ipse vero almificus Pontifex in venerabili monasterio Sancti Saba fecit butionem argenteum cum canistro suspendentem lib. duodecim*. idem alibi: *& in Ecclesia beati Petri Principis Apostolorum propter honorem ac decorem ipsius Ecclesiæ fecit butionem ex argento purissimo qui pendet in Presbyterio ante altare majus, pensantem libras centum quadraginta & novem*. quibus omnibus locis *butro* perperam pro *butio* scriptum habetur apud Anastasium. sciendum præterea est *cupam*, de majore vase vinario scribendum esse unico *p*: & *cuppam* de minore scribi debere, & utriusque vocabuli diversam esse originem. *cupa* enim à Græca voce *κύπη*, quæ navis genus est. Hesychii Glossæ: *κύπαι*, *εἶδος τι νεὼς καὶ ἐξ ὕλης καὶ χόρτου εἰκῶδες*. hinc *cybæa* navis apud Ciceronem in Verrem pro cypea, hoc est *κυπαία*. male viri docti pro *cymbas* esse autumant. sic, *cubas* pro cupis Adelmus de laudibus virginum semper scribit:

En iterum sancti, stimulante dracone
Martyres in cubas mittuntur fomite farsas.

atque ita in aliis locis. *cuves* vulgo vocamus in idiomate nostro Gallico, ejusmodi grandiora vasa vinaria. *cuppa* vero cum per duo *pp* scribitur, scyphum aut pateram significat, & venit à Græco *κύππα*. *κύππα*, *cuppa*. Hesychius: *κύββα*, *ποτήριον*. illud autem *κύππα* factum est ex *κύμβη*. *κύμβη*, genus poculi, Dorice *κύμβα*, & Æolice & Laconice *κύββα*. perperam hodie viri docti *cupas*, & *cuppas* confundunt. *cuppam* hodie vocamus, *une coupe*; *cupam*, *une cuve*. *cupillum* quod in veteribus glossis habetur, & *γάστριον* exponitur, aut *cuppillum* scribendum, aut *cupillum*, vel *cupellum*, à Græco *κύπελλον* deducendum. non tamen ignoro Græcos *κυμβίον* poculum & navem vocare, & *κυμβίον* esse genus navis & pateræ. sic *βυτὶς*, & minoris & majoris formæ vas significat. sed hæc alibi pluribus.

1 Et

tes, nunc oppidanos rogare. verum nihil profecit. Nam multa & in eum crudelitatis causa, [1] & in filium qui speciosissimus erat, probra congesta sunt. Quare 23
Maximinus sperans suorum ignavia bellum trahi, duces suos interemit, eo tempore quo minime oportebat: unde sibi milites etiam iratiores reddidit. [2] Huc accedebat quod deficiebant commeatus, quia senatus ad omnes provincias & portuum custodes literas dederat ne aliquid commeatuum in Maximini potestatem veniret. [3] Miserat præterea per omnes civitates prætorios & quæstorios viros, qui ubique custodias agerent, & omnia contra Maximinum defenderent. Effectum denique est ut obsessi angustias, obsidens ipse, pateretur. Nuntiabatur inter hæc orbem terrarum consensisse in odium Maximini. Quare timentes milites, [4] quorum affectus in Albano monte erant, medio forte die [5] quum à prælio quiesceretur, & Maximinum & filium ejus quiescentes in tentorio positos occiderunt, eorumque capita præfixa contis Aquileiensibus demonstraverunt. [6] In oppido igitur vicino statim Maxi-

CASAUBONUS.

1 *Et in filium qui sp.*] Vide inferius, ubi de his plura.

3 *Miserat præterea per omnes civitates prætorios & quæstorios viros.*] Omittit consulares quos solos Herodianus nominat: cum tamen tota hæc historia pæne ad verbum ex Herodiano sit descripta. studiosos accuratius contulisse non pœnitebit.

4 *Quorum affectus in Albano monte erant.*] Vide ad Spartiani Caracallum. *affectus* dixit, pro eo quod Herodianus, παῖδας ϗ γυναῖκας. Supra de ea voce.

5 *Cum à prælio quiesceretur.*] Τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν ἀνοχῇ τοῦ πολέμου οὔσης.

SALMASIUS.

2 *Huc accedebat quod deficiebant commeatus.*] Haud paulo melius in Palatino, & prima editione: *quod deficiebatur commeatibus.* sic *defici conditione* dicitur in jure nostro. sic Suetonius, *defici facultate dicendi* in Augusto: *nam deinceps neque in senatu, neque apud populum, neque apud milites loquutus est nisi composita & meditata oratione, quamvis non deficeretur ad subita, extemporali facultate.* sic eum enim locum legimus ex libris, qui vulgo vitiatus habetur etiam in postrema præstantissimi Casauboni editione. *subita* enim & *meditata* opponuntur apud Plinium. Augustus nonnisi meditata loquebatur, etiam si non deficeretur extemporali facultate, ad subita. *defici facultate*, Suetonio sic dicitur, ut hic *defici commeatibus*, & defici conditione. nam *deficeret*, ut hodie legitur apud Suetonium Latine loquendi ratio non patitur.

CASAUBONUS.

6 *In oppido igitur vicino statim Maximini*

Maximini statuæ atque imagines depositæ sunt, [1] & ejus præfectus prætorii occisus est cum amicis clarioribus. Missa etiam Romam capita sunt eorum. Hic
24 finis Maximinorum fuit dignus crudelitate patris, indignus bonitate filii. Quibus mortuis ingens lætitia provincialium, dolor gravissimus Barbarorum. Sed milites interfectis publicis hostibus recepti sunt ab oppidanis, rogantes: & primum ita ut ante imagines Maximi & Balbini & Gordiani adorarent, [2] quum omnes dicerent priores Gordianos in deos relatos. Post hoc ingens ex Aquileia commeatus in castra quæ laborabant fame, traductus est, fessisque militibus alia die in concionem ventum est, & omnes in Maximi & Balbini verba jurarunt, Gordianos priores divos appellantes. Dici vix potest quanta lætitia fuerit, quum Romam per Italiam caput Maximini ferretur, occurrentibus cunctis ad gaudium publicum. Et Maximus quidem, quem multi Pupienum putant, apud Ravennam bellum parabat per Germanorum auxilia: qui ubi comperit consensisse exercitum sibi & collegis suis, occisos autem esse Maximinos, statim dimissis Germanorum auxiliis, quæ sibi contra hostem paraverat, Romam laureatas literas misit quæ in urbe ingentem lætitiam fecerunt, ita ut omnes per aras, & templa, & sacella, & loca religiosa gratias agerent. Balbinus autem homo timidior natura, & qui quum Maximini nomen audiret, etiam tremeret, [3] hecatombεn

mini statuæ atque imagines depositæ sunt.] Apud Herodianum nulla oppidi mentio: & constat in castris ad Aquileiam hæc gesta. fortasse Capitolinus aliter ista legit: συναραμένων δ' αὐτοῖς καὶ τῶν φρουρούντων δορυφόρων, τάς τε εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων καθαιροῦσι.

1 *Et ejus præfectus prætorii occisus est, cum amicis clarioribus.*] Lege charioribus. Herod. φονεύουσι δὲ καὶ τὸν ὕπαρχον τοῦ στρατοῦ, πάντας τε τοὺς ἐκείνῳ θυμήρεις φίλους. Præfectus præt. infra nominatur Anotinus.

2 *Cum omnes dicerent priores Gordianos in deos relatos.*] Γορδιανοὺς δ' ἔλεγον ἐκείνους εἰς οὐρανὸν καὶ θεοὺς ἀνακεχωρηκέναι.

3 *Hecatomben fecit.*] Vide alterum de hac re Capitolini locum in libro de Maximo & Balbino: ubi fuse describitur. ibi etiam de timore Balbini. Hero-

ben fecit, juſſitque per omnes civitates pari ſupplicari ſacrificio. Deinde Maximus Romam venit, [1] ſenatumque ingreſſus, [2] actis ibi gratiis, concionem habuit, atque inde in Palatium cum Balbino & Gordiano victores ſe receperunt. Intereſt ſcire quale ſenatuſconſultum fuerit, vel [3] qui dies urbis, quum eſt nuntiatus interemptus Maximinus. [4] Jam primum is nuntius [5] qui ex Aquileienſi urbe Romam miſſus fuerat, tanto impetu, mutatis animalibus, cucurrit, [6] ut quarta die Romam veniret, quum apud Ravennam Maximum reliquiſſet: [7] & forte dies ludorum erat, quum ſubitò ſedente Balbino & Gordiano theatrum nuntius ingreſſus eſt: atque antequam aliquid indicaretur, omnis populus exclamavit, Maximinus occiſus eſt: [8] ita ut nuntius præventus,

Herodianus hoc ſolum: ὁ δ' Βαλβῖνος καὶ αὐτὸς ἐκαρτέρησας ἦλθε.

GRVTERVS.

1 *Senatumque ingreſſus, actis ſibi gratiis concionem habuit.*] Sic Palatinus. & dicere videtur ſcriptor *Senatum Maximo gratias egiſſe ob expeditionem in Maximinos.* ſic cap. 26. acclamatur, *Maxime Auguſte, tibi gratias.* conſpiciuntur enim illa diſerte in Palatino noſtro, quamvis ea non repererint in ſuis membranaceis alii.

5 *Qui ex Aquileienſi Romam miſſus.*] Ita Pal. codex. antea vulgari, *Aquileienſi urbe Romam.* ſed tale quid hi ſcriptores ſubintelligi volebant, non etiam exprimebant, ut ſupra ſæpius dictum.

8 *Ita & nuntius præventus, & Imperatores qui aderant, gaudium judicaverunt.*] Sic & Palat. non ut vulgg. *Ita ut nuntius præventus, Imperatores, &c indicaverint.*

SALMASIUS.

4 *Jam is nuntius qui ex Aquileienſi urbe.*] Abeſt vox, *nuntius*, lib. Pal.

CASAUBONUS.

2 *Actis ſibi gratiis.*] *Actis ibi gr.*

3 *Qui dies urbis.*] Herod. κατ' αὐτὴν ἐπὶ λόγῳ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν ἑορτήν. Eunapius Sardianus in Legationum excerptis: οὐκ ἔπεσεν ὁ ἥλιος τοιαύτην ἡμέραν, οἵαν τότε ἐξῆν τοῖς παροῦσιν ὁρᾶν καὶ ἱστορεῖν.

6 *Ut quarta die Romam veniret.*] Confectis ſpatio cujuſque diei vel νυχθημέρου CC. ferè M. P. nam Antoninus Aquileiam inter & Mediolanum milliaria ait eſſe CCLXX. inde Romam, DXXVIII. magna ſane diligentia: ſed non incredibilis; cum ſimilis celeritatis aut etiam majoris exempla & apud veteres legantur, & hodieque edi ſæpiſſime videamus. Conſtat hodiernos veredarios Roma Luteriam ſæpe diebus ſex ſeptem commeare: quæ longe major contentio eſt.

7 *Et forte dies ludorum erat.*] Aliter Herodianus: neque enim ludorum diem fuiſſe; ſed populum gaudio exultantem poſt acceptum nuntium, in circum quaſi ad concionem concurriſſe. quod & Capitolinus mox ſignificat, cum ait, populum ad concionem cucurriſſe: nam ita exponendum ex Herodiano.

8 *Ita ut nuntius præventus.*] Scribe

ventus, imperatores qui aderant, gaudium publicum nutu & consensu indicaverint. Soluto igitur spectaculo, omnes statim ad suas religiones convolarunt: [1] atque inde senatus ad principem, populus ad concionem cucurrerunt. Senatusconsultum hoc fuit: Recitatis in senatu per Balbinum Augustum literis acclamavit senatus, *Hostes populi Romani dii persequuntur. Jupiter optime tibi gratias. Apollo venerabilis tibi gratias.* [2] *Maxime Auguste tibi gratias: Balbine Auguste tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguste. Divis Gordianis templa decernimus.* [3] *Maximini nomen olim erasum, nunc animis eradendum Hostis publici caput in profluentem abjiciatur, corpus ejus nemo sepeliat. Qui senatui mortem minatus est, qui senatui vincula minatus est, ut debebat interemptus. Sanctissimi imperatores gratias vobis agimus, Maxime, Balbine, Gordiane, dii vos servent. Victores hostium omnes desideramus: præsentiam Maximi omnes desideramus. Balbine Auguste, dii te servent. Præsentem annum* coss. *vos ornetis, in locum Maximini Gordianus sufficiatur.* Post rogatus sententiam Cupidius Celerinus, hæc verba habuit, *P. C. eraso*

cum membranis, *ita & nuntius præventus: & imperatores qui aderant, gaudium publicum nutu & consensu judicaverunt.*

1 *Atque inde senatus ad principem.*] Scripti, *ad senatum principem.* Puteano placebat, *ad senatum principes.* cui assentior. nam coactum senatum apparet: & fieri solitum in talibus testis historia multis locis.

2 *Maxime Auguste tibi gratias.*] Absunt hæc è veteribus. sane aberat tum Maximus. sed in hujusmodi acclamationibus etiam absentes compellare sæpe soliti. gemmarum prasinarum passim apud Anastasium mentio in vitis Rom. Pont.

3 *Maximini nomen olim erasum.*] Nempe statuis, & aliis monumentis. nihil puto mutandum: sed interpretatione supplendum quod deest. Amicissimus Rigaltius scribebat, *olim tabulis erasum.*

GRUTERUS.

1 *Atque inde senatus ad Principem, populus ad concionem cucurrerunt.*] Pal. quoque, *atque ad Senatum principem,* quod & in aliorum scriptis; ut videatur admittenda conjectura probissimi Puteani, *atque inde ad Senatum Principes.*

3 *Maximini nomen olim erasum nunc animis eradendum.*] In Palatino visitur vacuum litterarum quatuor quinque inter vocem *erasum*, & sequens *nunc.* & aliquid deesse videtur. veniebat in mentem, *nomen olim erasum annis, nunc animis eradendum*; ut nocuerit loco verborum similitudo.

eraso nomine Maximinorum, appellatisque divis Gordianis, victoriæ causa principibus nostris Maximo, Balbino & Gordiano statuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, statuas equestres decernimus, trophæa decernimus. Post hæc misso senatu supplicationes per totam urbem decretæ. Victores principes in Palatium se receperunt, de quorum vita in alio libro deinceps dicemus.

JULII CAPITOLINI
[1] MAXIMINUS JUNIOR,
AD
CONSTANTINUM AUG.

[2] MAXIMINUS JUNIOR, de cujus genere superius dictum est, tantæ pulchritudinis fuit, [3] ut passim amatus sit à procacioribus fœminis. Nonnullæ etiam optaverunt de eo 1

CASAUBONUS.

1 MAXIMINUS JUNIOR.] Deleri debet titulus hic præfixus: non enim est liber alius, sed pars superioris, ut auctor ipse dixit statim initio.

SALMASIUS.

2 MAXIMINUS JUNIOR, *de cujus genere superius dictum est.*] Pal. & vetus editio: *de hujus genere superius dictum est.* quæ scriptura vera est, & ad morem quem isti auctores tenent in continnandis duorum aut plurium imperatorum vitis, accommodara. scribendum igitur, vice tituli: MAXIMINUS JUNIOR, *De hujus genere superius dictum est. is autem pulcritudinis fuit tantæ, ut passim à procacioribus fœminis amaretur.* sic in Gordianis, ad finem Gordiani senioris: GORDIANUS JUNIOR, *Hic Gordiani senis proconsulis Africæ filius.* ita etiam in libello triginta Tyrannorum Trebellii Pollionis: *Cyriades, Hic patrem Cyriadem fugiens.* POSTUMIUS, *Hic vir in bello fortissimus.* & sic in ceteris.

GRUTERUS.

2 *Maximinus junior, de cujus genere &c.*] Pal. hujus vitam continuat cum vita patris: neque erant divellendæ, si sequi liberet præscriptum auctoris. Idem Pal. solum habet, *hujus genere superius dictum est. ipse autem pulcritudinis fuit tantæ, &c.*

3 *Ut passim amatus sit à procacioribus fœminis.*] Inde legimus apud Mamertinum Panegyrico ad Julianum c. 5. *Nobilem Etruriæ adolescentem ferunt, cum propter eximiam formæ dignitatem multarum in se fœminarum amores excitaret, faciem suam ad oblitterandam pulcritudinem vulneribus sauciasse.* Et de filio Cre-

de eo concipere. Proceritatis videbatur posse illius esse ut ad staturam paternam perveniret. Siquidem anno vicesimo & primo periit, in ipso flore juventutis (ut aliqui autem dicunt, octavodecimo) literis & Græcis & Latinis imbutus [1] ad primam disciplinam. Nam usus est magistro [2] Græco [3] litteratore Fabilio, cujus epigrammata Græca multa extant, maxime in imaginibus ipsius pueri: qui [4] versus Græcos fecit [5] ex illis Latinis Vergilii, quum ipsum puerum describeret:

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resolvit,
[6] *Talis erat juvenis* [7] *primo sub nomine clarus.*

Grammatico Latino usus est Philemone, jurisperito Modestino, [8] oratore Tatiano filio Tatiani senioris, qui

I Cremutii Cordi Seneca ad Marciam cap. 24. *Adolescens rarissimæ formæ, in tam magna mulierum turba viros corrumpentium, nullius spei se præbuit: & cum quarundam usque ad tentandum pervenisset improbitas; erubuit, quasi peccasset quod placuerat.*

SALMASIUS.

1 *Ad primam disciplinam.*] Prima disciplina heic non est quæ pueris incipientibus traditur, sed præcipua. significat igitur adprime doctum hunc fuisse Maximinum juniorem. sic *primam doctrinam* dixit supra Spartianus. sic *primum amatorem*, pro præcipuum & egregium amatorem. sic etiam *prime* Latinis pro egregie: *ut prime proba.* apud Nævium in acontizomeno.

Acontizomenus fabula est prime proba.

ita Plautus *prime catam* dixit in milite Glorioso:

PA. *At scietis. sed equa est ancilla illi?*
PE. *Est prime cata.*

nos ita emendavimus ex manuscriptis Camerarii, qui habebant *primicata.* vulgo enim apud Plautum *primaria* scribitur. *primi* autem pro *prime*: ut *peregri*, *peregre*: *fermi*, *ferme*: *præfiscini* & *præfiscine*, & similia de quibus ad Plautum ipsum. ita fere Græci πρῶτον usurpant. ut πρῶτον εἶδος, præcipua & primaria forma.

2 *Græco litteratore Fabilio.*] Palatinus: *Fabillo.*

5 *Ex illis Latinis Virgilii.*] *Ex illis Latini Virgilii.* Pal. & prima editio.

7 *Primo sub nomine clarus.*] Lege: *patrio sub nomine clarus.*

GRUTERUS.

3 *Litteratore Fabilio.*] Pal. idem *Fabillo.*

6 *Talis erat juvenis primo sub nomine.*] Melius Pal. *patrio sub nomine.*

CASAUBONUS.

4 *Versus Græcos fecit.*] Possunt ita verti.

Οἷος ἀπ' ὠκεανοῖο Ἑωσφόρος εἶσι ῥοάων
Οὐρανόθεν κεφαλὴν προφέρων, σκεδάων δέ τι νύκτα,
Τοῖος ἴην υἱὸς αὐτὸς, ἐν ἡλικίῃσι φαιδρός.

8 *Oratore Tatiano, filio Tatiani senioris, qui Provinciarum libros pulcherrimos scripsit.*]

qui Provinciarum libros pulcherrimos ſcripſit,[1] & qui dictus eſt *ſimia temporis ſui*, quod cuncta imitatus eſſet. Habuit & Græcum rhetorem Eugamium ſui temporis clarum.[2] Deſponſata illi erat [3] Junia Fadilla, proneptis Antonini: quam poſtea accepit Toxotius ejuſdem familiæ ſenator, qui periit poſt præturam, cujus

pſit.] Scribendum, *Titiano* & *Titiani*, nam intelligitur Julius Titianus ſenior, qui Antoninorum & Severi temporibus vixit, orator celeberrimus, & provincias Romani imperii deſcripſerat, operique ſuo titulum indiderat, Provinciæ vel Chorographia. Servius ad quartum Æneidos: *Barcæs ſecundum Titianum in Chorographia Phœnicem (vel Phœnicen) navali quondam vicere certamine.* Videtur idem ſenior Titianus eſſe qui Apologos ediderat, & fabulas Æſopi in Latinum ſermonem verterat,

— exili ſtylo
Pedeſtre concinnans opus.

ait Auſonius in carmine dimetro ad Probum.

GRUTERUS.

8 *Oratore Titiano, filio Titiani ſenioris.*] Adſerit & hanc lectionem Pal. nam ediri perperam: *Tatiano, filio Titiani, &c.*

CASAUBONUS.

1 *Et qui dictus eſt ſimia temporis ſui, quod cuncta imitatus eſſet.*] Non ſolum philoſophorum, ſed & oratorum ac dicendi magiſtrorum fuere ſectæ ac ſucceſſiones: ut vivente Titiano hoc Frontonianorum, à Cornelio Frontone denominatorum: qui temporibus Marci Antonini cui ipſe præceptor fuerat, ad Conſulatum uſque provectus eſt. hi Frontoniani cum ex æmulatione Titiano gloriam ſuam inviderent, verbis non parcebant, quin de illo detraherent. iſti ſunt qui illum ſui temporis ſimiam dixerunt. Sidonius Apollinaris libri primi epiſtola prima: *Nam de Marco Tullio ſilere in ſtylo epiſtolari melius puto: quem nec Julius Titianus ſub nominibus illuſtrium fœminarum digna ſimilitudine expreßit.* loquitur ibi Sidonius de iis, qui ante ipſum apud Latinos ſcriptione epiſtolarum famam erant adepti. in hoc albo ponit & Titianum: qui ſub nominibus illuſtrium fœminarum (fortaſſe ſcripſerat *perſonarum*) Marci Tullii epiſtolas erat imitatus. quod inceptum cum minus feliciter ei ceſſiſſe videretur, à Frontonianis ſuperiore dicto eſt percuſſus. Hæc Sidonii mens: nam eruditiſſimi viri qui ad Provinciarum libros putant referendum, ſine dubio falluntur. Sed cauſſam cur ſimia dictus ſit Titianus, clarius etiam aperit nobis Capitolinus hoc loco, illis: *quod cuncta imitatus eſſet.* Scripſerat enim multa Titianus in diverſiſſimo genere: ut Orationes, Epiſtolas, Controverſias, ſive Themata ex Virgilio, Rhetorica, Chorographiam, De re ruſtica: quorum omnium apud veteres grammaticos factam mentionem invenimus.

2 *Deſponſata illi erat Junia Fadilla proneptis Antonini.*] Nomen genus indicat: nam in ſtemmate Antoninorum principum, Fadillæ ſunt plures. vide initio vitæ Pii. cujus ſoror uterina Julia Fadilla ibi nominatur: & ita hic ſcripta lectio *Julia Fad.* non *Junia.* at *proneptis* καταχρηστικῶς pro abnepte, niſi fallor, aut etiam atnepte. Sic & in juniore Gordiano.

SALMASIUS.

2 *Deſponſata illi erat.*] *Deſponſa illi erat.*

GRUTERUS.

3 *Junia Fadilla.*] Sic quoque Pal. noſter, non *Julia.*

1 *Mar-*

jus etiam poëmata extant. [1] Manſerunt autem apud eam arræ regiæ, [2] quæ tales fuerunt, ut Junius Cordus loqui-

CASAUBONUS.

1 *Manſerunt etiam apud eam arræ regiæ.*] De arris ſponſalitiis titulus eſt in Codice Juſtinianeo : de quibus etiam in Novellis multa. neque eſt ullius rei quam hujuſmodi arrhabonum apud Græcos ac Latinos crebrior mentio. Fere autem dabatur eorum aliquid, quæ ad mundum, aut potius ad ornatum fœminarum pertinent : propterea Heſychius *καθόρμια*, *ὅρμια*, & *περιδέραια*, quæ ſunt diverſa monilium nomina, appellat *ἀῤῥαβωνιακὰ*, quod arrarum loco præſertim ſponſalitiarum dari ſolerent. idem alibi: *μνῆστρον*, *ὁ τῶ γάμου ἀῤῥαβών*. *Regiæ* autem *arræ* hic dicuntur, quas rex ſive imperator dederat conditioni loci ſui convenientes.

2 *Quæ tales fuerunt, ut Ju.*] Scripta lectio, *quæ tales, (ut Junius Cordus loquitur harum rerum perſcrutator,) fuiſſe dicuntur.* & firmant ſimiles de Cordo loci.

SALMASIUS.

1 *Manſerunt apud eam arræ regiæ.*] De arris ſponſalitiis titulum eſſe in Codice nemo neſcit. quas ibi *arras ſponſalitias* vocat Juſtinianus, *ſponſalia* dixerat Theodoſius, ex cujus Codice legem illam ſumpſit Juſtinianus. inde *ſubarrare*, verbum in canonibus frequens, quo quidem verbo vir doctus quem non nomino quia reprehenditur, putavit intelligi genus quoddam coemptionis ſeu donationis matrimonii cauſa introductum. hoc longe eſt à ſcopo aberrare. nam *ſubarrare* nihil aliud eſt quam arras ſponſalitias dare : quas arras quia ſponſus ſponſæ dabat, ſponſus ſubarrare ſponſam dicebatur Julianus Pontifex in ſecunda Decreti parte : *ſi quis deſponſaverit uxorem, vel ſubarraverit.* Innocentius III. cap. XIV. de deſponſ. im pub. *quidam filiam ſuam circiter XII. annos habentem cuidam nobili deſponſavit, qui ſubarravit eamdem conſenſu mutuo accedente.* Recentiores Græci *ἀῤῥαβωνίζεσθαι* id dixerunt. Heſychius: *μνηστεύεσθαι, ἀῤῥαβωνίζεσθαι. μνήστωρ ὁ δοὺς τῷ γάμῳ ἀῤῥαβῶνα. μνῆστρον, ὁ τῶ γάμου ἀῤῥαβών.* & quia ejuſmodi arræ in monilibus plerumque conſiſtebant, *ὁρμάζειν*, & *ὁρμάζεσθαι* pro deſponſare ponitur in jure Orientali, quod optimus & doctiſſimus Freherus edidit : *εἴτις ὁρμάσῃ γυναῖκα.* *ſi quis ſubarraverit mulierem.* quam tamen vocem minime intellexerunt interpretes. hinc *καθόρμια, τὰ ὅρμια περιδέραια ἀῤῥαβωνιακὰ* interpretatur Heſychius apud eumdem : *ὅρμος, ἡ ἀῤῥα παρὰ Θετταλοῖς.* quod monilia pro arra darentur. at malum facinus fecit & inſcitiæ plenum, qui *ſubarrare* verbum repoſuit apud Solinum pro legitimo quod erat *ſubhaſtare*. Solinus cap. XVI. *nupturæ non parentum arbitrio tranſeunt ad maritos, ſed quæ præ aliis ſpecie valent, ſubhaſtari volunt, & licentia taxationis admiſſa, non moribus nubunt, ſed præmiis.* Ex iis quæ de notione verbi *ſubarrare* docuimus facile poteſt intelligi, an iſtic locum habere poſſit, ut ne implorem omnium codicum fidem, qui negant mutari debere illud *ſubhaſtare*.

2 *Quæ tales fuerunt, ut Junius Cordus, ex iis qui harum rerum præſcrutatores fuiſſe dicuntur.*] Manavit hæc corruptiſſima lectio, ex ſcriptura veteri corrupta, quæ ſic habet : *quæ ſales ut Junius Cordus loquitur harum rerum perſequutores fuiſſe dicuntur.* non magnum erat reponere : *quæ tales, ut Junius Cordus loquitur harum rerum perſequutor, fuiſſe dicuntur.*

GRUTERUS.

2 *Quæ tales (ut Junius Cordus harum rerum perſcrutator) fuiſſe dicuntur, &c.*] Eſt à lectione manu picta, cui omnino accedit Pal. noſter, niſi quod

loquitur, ex iis qui harum rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur: [1] monolium de albis novem, [2] reticulum

quod is habeat *perſecutores*, & vero *perſecutor* hic ſuum habuerit locum. editi; *quæ tales fuerunt, ut Junius Cordus loquitur ex iis qui harum rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur.*

1 *Monolium de albis novem.*] Sic & Pall. ſed nihil certius eſt, quam ſcripſiſſe primitus auctorem *monolinum*. videatur Caſaubonus.

CASAUBONUS.

1 *Monolium de albis novem.*] Legendum, *monolinum*. gemmæ, & ſolutæ ornatui mulierum admoventur, & ſertæ atque in lineam miſſæ: unde apud Ulpianum, *extricata margarita*, opponuntur pertuſis, quibus in linea utebatur Tirii uxor: lege XXVII. §. 30. Dig. Ad legem Aquiliam. cui loco ſimiles ſunt in jure alii. Aliquando autem plura fila jungebant, ut in trifilis, quæ tribus lineis conſtabant. Gloſſarium: Τρίλινον, κόσμος γυναικός. *Trifilum gemmarium.* aliquando ſingula erant fila. Tertullianus extremo libro De habitu muliebri: *Uno lino decies ſeſtertium inſeritur*, quem locum imitans Hieronymus in fine vitæ Pauli eremitæ: *uno filo*, inquit, *villarum inſunt pretia.* De albis ad Heliogabalum diximus. Margaritas in lineam miſſas Salomon in Cantico canticorum appellavit חרוזים. Male in ſcriptis, *Monilia*

2 *Reticulum de praſinis undecim.*] Reticulatis operibus inſerebant gemmas. in reticulis autem & dextrocheriis mulierum fere exſculpi ſolitus Alexander. ut in Quieto tyranno ſcribit Pollio.

SALMASIUS.

1 *Monolium de albis novem.*] Libri omnes noſtri hoc loco, *monolium*. conſtat tamen legendum, *monolinum*. monolinum ex albis, eſt filum unum quo margaritæ inſertæ ſunt. nam *albæ* ſunt margaritæ, ut ad Heliogabalum diximus. monolinum autem Latine unica voce liceat appellare *unifilum*. μονόμιτον ſcribitur in Gloſſis, quod idem eſſe puto quod μονόλινον. nam & filum & linum dicitur quo intricabantur margaritæ. ſic & τρίλινον, *trifilum*. quod ex trinis erat filis margaritarum. erant etiam ex quaternis, quæ τετράλινα dicebantur. Gloſſæ: τετράλινον, *quadrifilum gemmarium*. vulgo deeſt expoſitio Latina. ἰσόλινα autem vocabant, cum margaritarum fila erant paria, hoc eſt cum margaritæ filis innexæ ejuſdem & adamuſſim paris magnitudinis & rotunditatis erant: quod etiam hodieque ſtudioſe obſervant damnoſæ mulieres. Anaſtaſius, filopares vocat in Gregorio quarto: *albas majores numero viginti & novem, alabandinas majores numero viginti, albas medicas habens circum capitis coronam diverſe filopares.* quod verbum ad alias etiam res traduxit. nam & gabathas dixit *filopares*. ibidem: *Gabathas aureas interraſiles filopares.* item in Leone quarto: *Gabathas de argento puriſſimo numero ſex, tres quidem filopares ſigno Chriſti, & duas etiam ſimilitudine palmarum, & unam interraſilem quæ eſt ſaxiſca.* ex quo loco aperte oſtenditur filopares eum voce compoſita vocare gabathas, quæ prorſus pares ſunt, & ejuſdem formæ & magnitudinis. ſed melius eſt & veriſimilius gemmas aut gabathas aut quaſcunque res filopares dici, non à filo gemmario, ſed à filo quod lineamentum, vel figuram Latine loquentibus ſignificat. ſic *filo pares*. & unica voce *filopares* gemmæ & gabathæ, & margaritæ Anaſtaſio dicuntur quæ ſunt pari filo, id eſt magnitudine & figura, lineamentiſque formæ, plane pares. *filum* idem omnino eſt quod lineamentum. Græcis χαρακτήρ, ἀπὸ χαραφῆ εἴδους. *filum mulieris* pro forma

lum de prasinis undecim, [3] dextrocherium cum costula

forma mulieris apud Plautum: *satis scitum filum mulieris.* Agellius: *facit quippe imaginem Iustitiæ, fierique solitam esse dicit à pictoribus, rhetoribusque antiquioribus ad hunc fere modum: forma atque filo virginali, aspectu vehementi.* Lucretius lib. II.

Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo, similique affecta figura.

inde *filo pares*, vel *filopares*, quæ pari filo, similique figura sunt affectæ.

2 *Reticulum de prasinis undecim.*] Prasinæ sunt smaragdi, ut albæ, margaritæ. trium generum tantum habemus heic gemmas, albas nempe, prasinas, & hyacinthos. quas apud Anastasium sic semper videre est simul & junctim positas. in Leon. IV. *Circelli paria duo, habet gemmas pretiosissimas, albas numero decem & octo, prasinas octo, hyacinthinas quattuor.* ibidem: *imaginem auream habentem historiam Dominæ nostræ cum diversis & pretiosis gemmis, hyacinthos majores numero tredecim, prasinas decem, albas majores numero viginti & novem.* item paulo supra: *habentem in capite historiæ gemmas albas trecentas & octoginta, hyacinthinas quinquaginta, prasinas viginti.* sic habemus in Codice, nulli licere in frenis aut baltheis margaritas, smaragdos, aut hyacinthos aptare.

CASAUBONUS.

1 *Dextrocherium cum costula de hyacinthis quatuor.*] Scripti, *dextrocheria*, quod minus probo. *Costulam*, si ita auctor scripsit, interpretor de latioribus armillis, quæ carpum cingentes costulas non male referunt. & videtur ferri posse hæc translatio, etsi aliquanto durior: nam *aheni costas* aut *navis* cum dicimus, manifesta ratio. in Petronii Satyrico armillæ aureæ jungitur eboreus circulus & lamina splendens: qui videtur hîc dici costula Sed vide ne scribendum sit *cum copula.* quod nisi fallor, convenientius est. nam dextrocherium aureum erat & fibulæ vero gemmis ornatæ. solent autem hodieque pletæque armillæ fibulæ morsu astringi. confer cum verbis Isidori supra, ubi de dextrocheriis diximus.

GRUTERUS.

1 *Detrocherium.*] Nihil abit ab hac scriptura Pal.

SALMASIUS.

1 *Dextrocherium cum costula de hyacinthis quattuor.*] *Dextrocheria* heic mallit ex suis libris vir doctissimus. meos ego qui nihil mutant magis sequor. non plura enim *dextrocheria* dedisse pro arris sponsalitiis verisimilius, cum & reticulum unum & monolinum dederit. sed *costula* quid heic faciat, aut quare dextrocherio juncta, cum ignarissimis juxta scio, nec posse interpretari de latioribus armillis & quæ costulas referant, existimo. partem igitur oportet esse dextrocherii. nec dubito quin *copula* pro *costula* sit aptius legi. cujus etiam lectionis Casaubono τοῦ πάνυ in mentem venit. copulam vocat eam partem dextrocherii, qua jungitur & copulatur. vel tæniam potius utraque dextrocherii parte pendentem, qua dextrocherium alligabatur. Proprie enim id copula significat. Optimæ Glossæ: *copula*, χεὶρ, ἁλυσίδιον, μιλ⁂, αρθρον χειρός. quis copulam dixit unquam manum significare? lego itaque in illis Glossis, *copula*, χειραλυσίδιον, unica voce. hoc est manus catenula. aliæ Glossæ: χειραλύσις, *copula.* χειρόδεσμος, *copula.* ἁλύσεις & ἁλυσίδια etiam in mundo muliebri numerantur, his versibus apud Pollucem:

Χλιδῶνα, πέδας, ἀμφιδέας, ὅρμους, πέδας,
Σφραγῖδας, ἁλύσεις, δακτυλίους, καθετήρας μὲν.

antea autem erant & gemmis inclusa ista

ſtula de hyacinthis quatuor, præter veſtes auratas, & omnes regias, cæteraque inſignia ſponſaliorum. Adoleſcens autem ipſe Maximinus ſuperbiæ fuit inſolentiſſimæ, ita ut etiam quum pater ſuus homo crudeliſſimus pleriſque honoratis aſſurgeret, ille reſideret. Vitæ lætioris, vini parciſſimus, cibi avidus, maxime ſylveſtris, [1] ita ut nonniſi aprugnam, anates, grues, [2] & omnia captiva ederet. Infamabant eum ob nimiam pulchritudinem amici Maximi, & Balbini, & Gordiani, & maxime ſenatores [3] qui ſpeciem illam vel divinitus lapſam incorruptam eſſe noluerunt. Denique illo tempore quo circum Aquileiam muros circumveniens cum patre deditionem urbis petebat, nihil aliud ei quam ſpurcities objecta eſt, quæ longe ab illius fuit vita. Veſtibus tam accuratus fuit ut nulla mulier nitidior eſſet in mundo: amicis paternis immane quantum obſequutus eſt, ſed ut donaret ac largiretur. Nam in ſa-

iſta dextrocheria, quæ faſcia vel loro ſericeo ad manum ligabantur, quam *copulam* vocat hoc loco Capitolinus. ex auro tamen fortaſſe fuit iſta copula, vel clauſula dextrochetii. *firmiculum*, vel *firmaculum* vulgo vocamus, aureum & ipſum atque aliquando etiam gemmatum. *copula* igitur hoc loco legendum pro *coſtula*. *cotula* ſcriptum videtur fuiſſe in veteri libro. nam *t* pro *p* ſæpe ponitur, & contra. addita poſtea littera *coſtulam* fecerunt correctores aliqui. dextrocheria porro dicebantur quod in dextra tantum haberentur. de quibus ſupra. eadem & *monocheria*. Gloſſæ: μονοχέρια, *armillares*.

1 *Ita ut nonniſi aprugnam.*] *Aprunam*. ita veteres.

3 *Qui ſpeciem illam, vel divinitus lapſam incorruptam eſſe noluerunt.*] Scribe ex Palatino: *qui ſpeciem illam velut divinitus lapſam*.

CASAUBONUS.

2 *Et omnia captiva.*] Πάντα τὰ ἐξ ἄγρας. vocem Græcorum ἀγρευτικὰ expreſſit: alii dicunt *agreſtia*, non *captiva*. Vopiſcus in Tacito: *menſam ſuam nunquam niſi agreſtibus opimavit*.

3 *Qui ſpeciem illam vel divinitus lapſam incorruptam eſſe noluerunt.*] Id eſt, eſſe non poſſe dixerunt. idiotiſmus eſt eorum proprius qui aliquid ſerio affirmant. Similia notabamus apud Theophraſtum in charactere λογοποιΐας.

GRUTERUS.

3 *Qui ſpeciem illam, velut divinitus lapſam, incorruptam eſſe noluerunt.*] Admiſi lectionem Palatinam. nam editi, *vel divinitus*. Ceterum indicat hic locus, vix potuiſſe effugere adoleſcentiam formoſam ſermones malignorum. de quibus nos non parce ad illud Taciti lib. 5. Annal. c. 3. *Amores juvenum & impudicitiam nepoti objectabat. in nurum ne id quidem confingere auſus, &c.*

in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, [1] & manum porrigebat, genua ſibi oſculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes: quod nunquam paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat, *Dii prohibeant ut quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat.* [2] Et quoniam ad Maximinos revertimur, res jucundæ prætereundæ non ſunt. Nam quum eſſet Maximinus [3] pedum, ut diximus, octo & prope ſemis, [4] calceamentum ejus, id eſt

CASAUBONUS.

1 *Et manum porrigebat, genua ſibi oſculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes*] Superbiſſimos quoſque principes eadem paſſos eſſe, aut etiam exegiſſe, certum eſt, & pridem doctis viris probatum. Sed de manibus & genibus, uſurpatum & in aliis quam imperatoribus. Ammianus libro XXVIII. de nobilium Rom. luxu differens: *Ex his quidam cum ſalutari pectoribus oppoſitis ceperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua ſuavianda vel manus.* quin ipſi imperatores ad manus ſuorum interdum accedebant. Ambroſius ſive alius de obitu Valentiniani imper. *Manus, caput, ſororibus oſculabatur, memor imperii, memor germanitatis: & quo magis in aliis poteſtatis jure præſtaret, hoc ſe magis humilem ſororibus exhibebat.* Pedum oſcula Caligulæ propria, & ſimilium monſtrorum.

3 *Pedum, ut diximus, octo & prope ſemis*] Octo pedes digito exceſſiſſe, ſupra dictum: quæ menſura longe abeſt à dimidiato pede, ut hic dicitur. Pes enim digitos continet ſedecim; ſed tranſverſos: hic vero de porrectis videtur accipiendum: niſi in ſuperiore loco digitorum numerus fuerat adjectus. putem ita eſſe. quare quod ibi ſcribitur, *ut octo pedes digito videretur egreſſus*, cenſeo corruptum, & notis in ſedem ſuam reſtitutis, ſcribendum: *ut octo pedes digitis VI diceretur egreſſus.* imperitus librarius cum offendiſſet compendio ſcriptum *VI diretur*, fecit *videretur.*

4 *Calceamentum ejus, id eſt campagum regium.*] Poſſit videri gloſſa adſuta: ſed non eſt. de regiis campagis quædam dicturi ſumus ad Trebellii Pollionis Gallienum. ſed legant tirones quæ de iis olim obſervavit in Adverſariis ſuis immortale illud Galliæ decus, Petrus Pithœus, quo viro digniorem omni laude alium ne hiſtoriæ quidem continent.

SALMASIUS.

1 *Et manum porrigebat, genua oſculari ſibi patiebatur.*] *Et manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes.*

2 *Et quoniam ad Maximinos revertimur.*] De hac lectione ſemper dubitavi, & nunquam veram putavi. quomodo enim ad Maximinos revertitur, qui à Maximinis non eſt digreſſus? priuſquam manuſcriptum mihi videre contigiſſet, ſic emendabam: *& quoniam ad Maximinum ſeniorem revertimur, res jucundæ prætereundæ non ſunt.* nunc cum in Palatino repererim ſcriptum: *& quoniam ad Maximas revertimur res jucunda prætereunda non eſt.* de priore conjectura nihil muto, niſi quod in poſtremis verbis ſcribendum auctore libro: *res jucunda prætereunda non eſt.* rem enim unam jucundam tantum refert, non multas, quæ eſt de campago Maximini compendioſe autem exaratum videtur fuiſſe: *ad Maximin. S.* hoc erat, *ad Maximinum ſeniorem.* ex quo *ad Maximinos* alii, quidam etiam *ad Maximas* reddiderunt.

4 *Calceamentum ejus, id eſt campagum regium.*]

est campagum regium, quidam in luco qui est [1] inter Aquileiam & Arziam posuerunt, [2] quod constat pede majus

regium.] De campagis, vel campacis dicemus infra in vita Gallieni apud Trebellium Pollionem. Patriciorum calcei & imperatorum ita vocabantur, non à gamba, vel campa, quam pro crure posteriores usurparunt, quod crure tenus calceantur: sed à corrigiarum flexuris, & implicaturis, quibus circumligabantur. hinc campacos reticulos appellare solebat Gallienus, quod reticulatim decussatimque multis circum crura flexuris aliis super alias scandentibus innecterentur. ἀπὸ τ̃ καμπῆς, ὁ κάμπαξ, κάμπαγος. hinc Latinis *campacus*, ejusmodi calceus appellatus, qui multas καμπὰς, & decusses in calceando faceret ex corrigiarum alligaturis. ὁ κάμπαξ, & diminutivum, τὸ καμπάκιον. sed hæc ad Gallienum pluribus.

CASAUBONUS.

1 *Inter Aquileiam & Arziam.*] Reg. *Arciam.* videtur loci alicujus prope Aquileiam nomen esse: neque accipiendum de Arsia fluvio, qui Italiam ab illa parte terminabat abest enim ab Aquileia longius.

2 *Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio atque mensura.*] Sic & manu exarata lectio. Sed mendam inesse suspicor. nam si campagus Maximini pede excessit mensuram humani vestigii; sequitur ratione proportionis habita, ut totius etiam corporis statura legitimam hominum staturam altero tanto superaret: quod scimus aliter habuisse: nam ut dicebamus ad Suetonii Neronem, legitimus staturæ modus erat pedum fere senum. Maximinus autem octo pedibus procerior multo non fuit. Quare pedis ejus ad aliorum pedes mensura non dupla, sed sesquialtera. nisi igitur vox una excidit cum scripsisset auctor, *dimidiato pede majus f.* vel, *semipede m. f.* deleta in totum voce *pede* scribendum, *constat majus fuisse ho. vest. atque m.* & fortasse adscripta ea vox fuit, ut interpretamentum vocis *vestigio.*

GRUTERUS.

1 *Inter Aquileiam & Arciam.*] Haud aliter quoque Pal. quamvis ipse tamen distituatur illo *inter.* vulgati *Arziam.*

2 *Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio.*] Pal. *quod constitit pedem majus fuisse hominis vestigio mensura.*

SALMASIUS.

1 *Inter Aquileiam & Arziam.*] Pal. & vetus editio: *& Arciam.*

2 *Quod constat pede majus fuisse hominis vestigio atque mensura.*] Inepta lectio. quid enim hoc est, calceamentum majus fuisse hominis vestigio, & mensura? priusquam scriptos codices vidissem, legebam: *quod constat pede majus fuiss. hominis vestigii mensura.* In Palatino postea scriptum offendi: *quod constat pede majus fuisse hominis vestigio mensura.* atque ita etiam habuit vetus editio. crimen igitur est, & flagitium sequentium editorum, vulgata lectio. emendationem nostram veram esse putamus, ut plane confirmatam Palatina scriptura, quæ tamen & ipsa fortasse recta est, hoc modo; calceamentum illud Maximini mensura pede majus fuisse hominis vestigio: id est, mensuram habuisse pede majorem humano vestigio. calceus igitur Maximini pede uno major fuit humani vestigii mensura. nec necesse est ex hac lectione, ut secundum istam proportionem statura Maximini altero tanto superatit vulgarem hominis alicujus juste proceri staturam, quemadmodum censet ad hunc locum vir doctus. hoc verum esset, si diceret auctor pedem Maximini altero pede excessisse pedis humani mensuram. sed de calceamento loquitur quod pede

majus fuisse hominis vestigio atque mensura: unde etiam vulgo tractum est, quum de longis & ineptis hominibus diceretur, *Caliga Maximini.* Quod idcirco indidi, ne qui Cordum legeret, me prætermisisse crederet aliquid quod ad rem pertineret. Sed redeam ad filium.

3 De hoc adolescente Alexander Aurelius ad matrem suam scribit Mammæam, cupiens ei sororem suam Theocliam dare, in hæc verba: *Mi mater, si Maximinus senior dux noster, & quidem optimus, non aliquid in se Barbarum contineret, jam ego Maximino juniori Theocliam tuam dedissem. Sed timeo ne soror mea Græcis munditiis erudita, Barbarum socerum ferre non possit:* [1] *quamvis ipse adolescens & pulcher & scholasticus, ad Græcas*

longius fuisse docet hominis vestigio. quis autem nescit calceos fieri debere non ejusdem cum pede magnitudinis, sed longiores, & laxiores aliquantum quam pes ipse est? alioquin nullo modo pedibus induci possent. at Romanorum calcei, præter justam illam mensuram quæ pedi calciando conveniret, etiam uncinati fuere & repandi, ut pluribus alibi docemus, ubi & hunc locum fuse explicamus.

CASAUBONUS.

1 *Quamvis ipse adolescens & pulcher & scholasticus, ad Græcas munditias eruditus esse videatur.*]. Barbaro patri opponit filium scholasticum, hoc est, cultu liberaliore imbutum & studiis. Vocem σχολαστικὸς, primus veterum Theophrastus, pro literarum studioso, & qui Musis vacat, usurpavit, in epistola ad Faniam popularem suum & condiscipulum. semel usurpari cœptam ea notione, retinuerunt Græci Latinique sed ejus usus varius apud auctores. hic ponitur *scholasticus* pro eleganti. sic alibi quoque Hieronymus in Catalogo: *Sarapion ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit.* non eruditio sed mores politi his similibusque locis ea voce designantur. at sæpius ad doctrinæ laudem pertinet. Julianus epistola ad Maximum philosophum: ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλατικοὺς ἐπισκόπτων, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ἀναπυνθανόμενος, μή τις φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς, κατῆρεν. Salvianus in proœmio libri de providentia Dei: *non id facere adnisi sunt ut salubres & salutiferi, sed ut scholastici diserti haberentur.* Sulpitius Severus dialogo primo: *cæterum cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi scholasticus, artificiose facis, ut excuses imperitiam, qui exsuperas eloquentia.* observat Augustinus in Dialectica, *cum scholastici solum proprie & primitus dicantur ii qui adhuc in schola sunt, omnes tamen qui in literis vivunt, nomen hoc usurpant.* Sic Plinio in epistolis Suetonius & Isæus dicuntur scholastici; quod in pulvere literario vitam agerent, ad forum non accederent, neque ullam dignitatem ambirent. id genus hominum dicebat Epictetus esse ζῷον ὃ πάντες ἐπιγελῶσιν, ut refert Arrianus libro primo. Horatius de eodem,

— *statua taciturnius exit*
Plerumque, & risu populum quatit. —

Plinius quoque in epistolis, scholastico homine nihil ait esse simplicius. inde est quod vulgo hominem rerum

Græcas munditias eruditus esse videatur. Hæc quidem cogito, sed te tamen consule, utrum Maximinum Maximini filium generum velis, an Messalam ex familia nobili [1] *oratorem potentissimum eundemque doctissimum, & (nisi fallor) in rebus bellicis si applicetur, fortem futurum.* Hæc Alexander de Maximino, [2] de quo nos nihil amplius habemus quod dicamus. Sane ne quid prætermissum esse videatur, etiam epistolam indidi patris Maximini imperatoris jam facti, qui dicit idcirco se etiam filium suum appellasse imperatorem, ut videret [3] vel in pictura vel in veritate qualis esset junior Maximinus in purpura. Fuit autem talis epistola: *Ego cum propter affectum quem pater filio debet, Maximinum meum, imperatorem appellari permisi, tum etiam ut populus Romanus & senatus ille antiquus juraret se nunquam pulchriorem imperatorem habuisse.* Usus est autem idem adolescens & [4] aurea lorica exemplo Ptolemæorum:

rerum imperitum & ineptulum, vocarunt *scholasticum.* ut apud Plutarchum in Cicerone, Apuleium secundo Asini, alios. apud Varronem aliquis, *Scholasticorum natio madens pingui.* In Codice & aliis juris libris *scholastici* dicuntur non declamatores qui circa lites fictas versantur, ut in libro Quintiliani De caussis corruptæ eloquentiæ: sed qui veras lites tractant, patroni caussarum & civitatum advocati.

SALMASIUS.

1 *Oratorem potentissimum.*] Proprium excellentis oratoris epithetum, ut potens, & potentissimus dicatur. sic in basi statuæ quæ Numeriano decreta est, subscriptum erat: NVMERIANO. CÆSARI. ORATORI. TEMPORIS SVIS. POTENTISSIMO. *oratio* quoque ipsa *potens*, & *verba potentia* dicebantur. Seneca Rhetor de Severo Cassio lib. III. controvers. *omnia nitentia, & intenta aliquo, potentia. nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus.* ita enim legendum. vulgo: *aliquid potentia.* nos ex veteribus libris emendavimus. δυναστείαν dixit Longinus, initio aureoli libelli περὶ ὕψους. πάντη γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον, εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν ὡς τὰ πολλὰ ἐφ' ἡμῖν, ταῦτα δὲ δυναστείαν καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα, παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται).

2 *De quo nos nihil amplius habemus quod dicamus.*] In Pal. *quod dicere.* forte an scribendum sit: *de quo nos nihil amplius habemus dicere.* vel, *quod dicere possimus.* vel, *quod diceremus.* & hoc postremum verum est.

GRUTERUS.

2 *De quo nos nihil amplius habemus quod dicamus.*] Pal. *quod dicere.* forte, *habemus dicere.*

3 *Vel in pictura vel in veritate.*] Fortassis, *velut in veritate.*

CASAUBONUS.

4 *Aurea lorica.*] Ex auro tota: quod alienum à militia Ro. vide ad Hadrianum.

mæorum : usus est argentea, usus & clypeo gemmato inaurato, & hasta inaurata. [1] Fecit & spathas argenteas, fecit etiam aureas, & omnino quicquid ejus pulchritudinem posset juvare. [2] Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. Hæc sunt quæ de puero sciri & dici decuit. Reliqua qui volet nosse de rebus Venereis & amatoriis, quibus eum Cordus aspergit, eundem legat. Nos enim hoc loco finem libri faciemus, [3] ad alia,
4 [4] ut jubetur, velut publico jure, properantes. Omina sanè imperii hæc fuerunt. Serpens dormienti caput circundedit. Posita ab eodem vitis intra annum ingentes uvas purpureas attulit, & miræ magnitudinis facta est. [5] Scutum ejus sub sole arsit. [6] Lanceola sic fissa est fulmine [7] ut tota etiam per ferrum scinderetur, [8] & duas partes faceret : [9] unde dixerunt aruspices, duos imperatores non diuturnos ex una domo, iisdem nominibus futuros. Lorica patris ejus non ut solet, ferrugine, sed tota purpureo colore infecta à plurimis visa est. Filio autem omina hæc fuerunt : Quum grammatico daretur, [10] quædam parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit aureis literis scriptos Ipse puerulus quum ad cœnam ab Alexandro esset rogatus in patris honorem, quod ei deesset vestis cœnatoria,

ipsius

SALMASIUS.

1 *Fecit & spathas argenteas.*] Mixtum genus locutionis, *fecit spathas argenteas*. pro faciendas curavit, aut usus est spathis argenteis. sic paulo post.

2 *Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas.*] Hoc loquendi genus explicavimus supra.

7 *Ut tota etiam per ferrum scinderetur.*] *Finderetur.* Pal.

8 *Et duas partes faceret.*] Eleganter *duas partes facere* dicitur hasta quæ fissa in duas partes discedit.

9 *Unde dixerunt aruspices.*] *Quomodo dixerunt aruspices.* prima editio & Palatinus.

GRUTERUS.

3 *Ad alia ut jubetur velut publico jure properantes.*] Sic & Palatinus, cui tamen inde erasum *ut*.

9 *Unde dixerunt aruspices, duos Imperatores, &c.*] Pal. *quando dixerunt arusp.*

CASAUBONUS.

4 *Ut jubetur velut publico jure.*] Malim, *jubemur*.

5 *Scutum ejus sub sole arsit.*] Concepto igne, ut fit in speculis quæ vocant ardentia

6 *Lanceola sic f.*] Regius & Pute. *Buccula f.* melius *Lanceola*. ut attendenti patebit

10 *Quædam parens sua.*] Exposuimus ad Marcum.

3 *Longe*

ipſius Alexandri accepit. Quum infans eſſet, ſubito per publicum veniente vehiculo Antonini Caracalli, quod vacuum erat, conſcendit & ſedit, & vix ægreque à mulionibus carrucariis deturbatus eſt. Nec defuerunt qui cavendum infantem dicerent Caracallo. Tum ille dixit, [1] *Longe eſt ut mihi ſuccedat iſte.* Erat enim illo tempore inter ignobiles, & nimis parvus.
Mortis omina hæc fuerunt: Venienti contra Maxi- 5
mum & Balbinum Maximino cum filio, mulier quædam paſſis crinibus occurrit lugubri habitu, & exclamavit, *Maximini, Maximini Maximini.* neque quicquam amplius dixit; & mortua eſt. videbatur enim dicere voluiſſe, *Succurrite* [2] Canes circum tentorium ejus in ſecunda manſione ultra duodecim ulularunt, [3] & animam quaſi flendo poſuerunt, ac prima luce mortui ſunt deprehenſi. Lupi urbem quingenti ſimul ingreſſi ſunt in eam urbem in quam ſe Maximinus contulerat: plerique dicunt [4] Hemonam, & alii Archimeam, certè quæ deſerta à civibus venienti Maximino patuit. Longum eſt omnia perſequi: quæ qui ſcire deſiderat, is velim (ut ſæpe dixi) legat Cordum, [5] qui hæc omnia uſque ad fabellam ſcripſit. Sepulchra eorum

SALMASIUS.

1 *Longe eſt ut mihi ſuccedat iſte.*] Idem pæne fuit reſponſum Tiberii, cum quidam cavendum illi dicerent Galbam quaſi imperaturum, qui tum admodum parvus erat: *vivat ſane, ait, quando id ad nos nihil pertinet.* refert Suetonius.

2 *Canes circum tentorium.*] *Circa tentorium.*

CASAUBONUS.

3 *Et animam quaſi flendo poſuerunt.*] Probo: tamen in regio, *animam quaſi flendo tranſierunt.*

4 *Alii Archimeam.*] Regius, *Archineam.*

5 *Qui hæc omnia uſque ad fabellam ſcripſit.*] Significat Cordum mythiſtoriis ſua volumina impleſſe, ut in Macrino dixit de eodem. ſed habet regius, *uſque ad fibellam:* id plane eſſet quod Græci dicunt ἐξινιάζειν λεπτομερῶς. *fibella* eſt parva fibra.

GRUTERUS.

3 *Et animam quaſi flendo poſuerunt.*] Ita prorſus etiam Palat. mireque ſuperſtitioſum etiam hodie vulgus, circa hunc ululatum caninum.

4 *Himonam, alii Archimeam.*] Ita & Pal.

5 *Qui hæc omnia uſque ad fabellam.*] Non aliter etiam Pal. vultque nihil omiſiſſe quod vel vulgi ſermone jactatetur, quamvis minus certis auctoribus.

eorum nulla extant: in profluentem enim cadavera eorum missa sunt, capita eorum in campo Martio in-
6 sultante populo exusta. Scribit Ælius Sabinus (quod prætermittendum non fuit) tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput ejus mortui jam nigrum, jam sordens, jam maceratum, defluente tabo, [1] velut umbra pulcherrima videretur. [2]Denique quum caput Maximini pilo circumferretur, & ex hoc ingens gaudium esset, prope par mœror erat quod & filii caput pariter portaretur. Addit Dexippus tantum odium fuisse Maximini, ut interfectis Gordianis, viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino: è quibus fuerunt Balbinus & Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit in conspectu Maximini jam deserti à militibus, Anolinum præfectum prætorio ipsius & filium ejus occisum. Nec desunt historici qui dicant ipsum Maximinum, ubi desertus est, & ubi filium interemptum ante oculos suos vidit,

CASAUBONUS.

1 *Velut umbra pulcherrima videretur.*] Nam mortui σκιαὶ dicuntur, Puteani alter codex, *velut umbræ pulcrioris.* Pro *videretur*, scribe *visitetur*, cum sapientissimo Lectio.

SALMASIUS.

1 *Velut umbra pulcherrima videretur.*] Tacitam prætervolavit alteram lectionem quæ in manuscriptis fere omnibus reperitur, vir doctissimus, nec animadversione dignam judicavit, quæ tamen sola vera est. quomodo enim caput, umbra videatur? nec dubitarem vulgatam scripturam retinere, dummodo sic leviter immutatam: *ut etiam caput ejus mortui jam sordens, jam nigrum, jam maceratum, defluente tabo, velut umbræ pulcherrimæ videretur.* legit Pal. cum Puteani codice: *velut umbræ pulcrioris.* quod idem est. alterutrum autem heic reponendum tantam vero pulcritudinem oris in Maximino juniore fuisse dicit, ut caput ejus mortui, etsi jam nigrum & deformatum, videretur esse caput umbræ pulcrioris cujusdam. umbra autem hoc in loco est φάσμα, vel φάντασμα, cujus generis pleraque modo pulcra, modo deformia solent apparere. at caput Maximini mortui licet ab figura oris humani jam multum recessisset, propter defluens tabum & sordes, magisque umbræ cuidam & phantasmati simile videretur, quam humano capiti, non umbræ cujuslibet tamen, sed pulcrioris similitudinem referebat. nam aliter hunc locum aut legere, aut intelligere non possumus.

2 *Denique cum caput Maximini pilo circumferretur.*] Brevius ista concipit editio princeps in hunc modum: *deinde cum ingens gaudium esset, quod caput Maximini videretur, prope par mœror erat, quod & filii pariter portaretur.*

GRUTERUS

1 *Velut umbra pulcherrima videretur.*] Pal. *vel umbræ pulcrioris videretur.*

1 Ut

dit, manu sua se interfecisse, nequid ei muliebre contingeret. Prætereundum ne illud quidem est, quod 7
tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro senatu fuerunt, [1] ut funes [2] de capillis mulierum facerent quum deessent nervi ad sagittas emittendas: [3] quod aliquando Romæ dicitur factum. Unde in honorem matronarum templum *Veneri calvæ* senatus dicavit: [4] Sane quod nullo in loco tacendum est, [5] quum & Dexippus [6] & Arrianus & multi alii Græci scripserunt, Maximum & Balbinum imperatores contra Maximinum factos: Maximum autem cum exercitu missum, & apud Ravennam bellum parasse, Aquileiam autem nisi victorem non vidisse: Latini scriptores non Maximum, sed Pupienum contra Maximinum apud Aquileiam pugnasse dixerunt, eundemque vicisse. qui error unde natus sit scire non possum, nisi forte idem est Pupienus qui & Maximus. Quod ideo testatum posui, ne quis me hoc nescisse crederet, quod revera magnum stuporem ac miraculum creat.

CASAUBONUS.

1 *Ut funes de capillis mulierum facerent.*] Sæpe hoc usuvenit olim in bellis: Cæsar Belli civilis libro III. de iis qui obsessi erant Salonis: *præsectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt.* Aristides in Rhodiaca: πάλαι μὲν τὰ ἐκ τῶν γυναικῶν τῶν ἀποκειρομένων μηχανήματα ἐδείκνυντο τοῖς ἐπιδημοῦσι. narrat & Dio in Severo, in obsessa Byzantio rudentes de crinibus mulierum factos.

3 *Quod aliquando Romæ dicitur factum.*] Habes hanc historiam apud Vegetium libro quarto, Lactantium libro primo, Servium ad primam Æneidem.

4 *Sane quod nullo in loco tacendum est, &c.*] Sane hoc Capitolinus præceptum observavit, qui dubitationem hanc suam tot locis adeo putide & φορτικῶς inculcavit. qua de re ante diximus, quæ non repetemus, neque illum imitabimur.

6 *Et Arrianus.*] Nescio an *Arabianus.* ut in gemino huic loco in libro de Maximo & Balbino. tamen & libri sequentis initio scriptum *Arriani.* regius delet hic hæc verba.

SALMASIUS.

1 *Ut funes de capillis mulierum facerent.*] Pal. *de capillis mulieribus.* forte: *de capillis muliebribus.*

5 *Quum & Dexippus & Arrianus.*] *Arrianus* hic non in *Arabianum* refingendus: sed contra *Arabianus* ille cujus in sequentibus libris mentio, in hunc Arrianum reformandus, ut ibi sumus demonstraturi.

GRUTERUS.

2 *De capillis mulierum.*] Malim *muliebribus*; præsertim cum restet in Palat. *mulieribus.*

[1]JULII CAPITOLINI
[2]GORDIANI TRES,
AD
CONSTANTINUM AUG.

1 FUerat quidem consilium, venerabilis Auguste, ut singulos quosque imperatores exemplo multorum, libris singulis ad tuam clementiam destinarem. Nam id multos fecisse

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Auctorem non nominant membr. Palatinæ trium horum Gordianorum vitæ; sed in his tantum legitur; INCIPIT GORDIANUS. quod & in aliis deinceps observant libris, ut eorum auctorem taceant; ad finem tamen Maximini & Balbini vitæ subjectum est; EXPLICIT JULII CAPITOLINI MAXIMUS SEVE PUPIENUS ET BALBINUS, INCIPIT EIUSDEM VALERIANUS. Sed minime dubitandum est, esse Capitolini. De aliis autem sequentibus, quos eædem membranæ Capitolino vindicant, quæ vulgo in editis Trebellio Pollioni tribuuntur, major est dubitatio, ut in rem ipsam dicemus.

CASAUBONUS.

2 GORDIANI TRES.] Tres Gordianos separatim describit hoc libro Capitolinus. totidem agnoscunt Herodianus & Aurelius Victor, non ille Schotti, sed alter: nam is auctor quem eruditissimus Schottus publicavit, duos solum prodit, & in tota historia hac mirifice à Capitolino dissentit. Sed jure Capitolinus imperitos scriptores paullo post nominat, eos qui duos fuisse Gordianos scriberent: quo tamen in errore plerique veterum sunt versati, ut Eutropius, Eusebius, Zonaras, alii multi. Cedrenus vero quas nugas blaterat in historia Gordianorum? Omittit Gordianos qui in Africa perierunt: eum nominat qui cum Maximo & Balbino factus imperator. sed Maximus Balbinus illi unius Augusti sunt nomina: cui successisse ait Publianum. qui sine dubio Pupienus est intelligendus. & putarem ita corrigendum, nisi ex eodem fonte Publium invenissem in Græcis Fastis nominatum. simili errore eundem vocat Zonaras Πομπηϊανὸν, & diversum facit à Maximo. Sed reliqua Cedreni spectemus: Huic, ait, successit Ἰουνιωρ. quis iste? haud dubie monstrum in historia, confictum loco Gordiani secundi. hic Latinis cognominatur è re JUNIOR. inde iste fictitius ΙΟΥΝΩΡ. nam & in Fastis Græcis scriptum offendimus Γορδιανὸς Ἐνιωρ, non absimili culpa. Post hunc, inquit, regnavit ejus filius Gordianus, annos IV. hic nempe est tertius Gordianus: quem non defuere qui junioris filium dicerent. at quid dicemus de sequentibus verbis? Μετὰ Γορδιανὸν ἐβασίλευσεν Οὐνίωρος υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη δύο. quis, malum, iste *Uniorus*? profecto Junior est Gordianus: quem immani errore refert hic in scenam Cedrenus. Quare videant tirones, quantum in Romanis rebus recentioribus Græcis sit fidendum.

1 *Quare*

cisse vel ipse videram, vel lectione conceperam. sed improbum visum est, vel pietatem tuam multitudine distinere librorum, vel meum laborem plurimis voluminibus occupare. [1] Quare tres Gordianos hoc libro contexui, consulens & meo labori & lectioni tuæ, ne cogereris plurimos codices volvendo unam tamen pene historiam lectitare. Sed ne ego qui longitudinem librorum fugi, multitudinemque verborum, [2] in eam incurrisse videar, [3] quam me urbane declinare confingo, jam rem aggrediar. *Gordiani* non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed tres fuerunt. 2
[4] idque docente Arriano scriptore Græcæ historiæ, docente item Dexippo Græco auctore, potuerunt addiscere. Qui etiam si breviter, ad fidem tamen omnia persequuti sunt. [5] Horum *Gordianus senior*, id est primus, [6] natus ex patre Metio Marullo, matre Ulpia Gordiana,

SALMASIUS.

1 *Quare tres Gordianos hoc libro contexui.*] Malim quod in editione prima, item in codice Palatino reperi, *connexui.* sic Vopiscus in Floriano, *longum est omnes epistolas connexere quas repperi, quas legi.* & sic alibi multis locis.

6 *Natus ex patre Metio Marullo.*] *Natus est patre Macio Marullo.* sic paginia sequente: *Macia Faustina.* Græcis semper Μάκιος, & Μακιανός.

GRUTERUS.

2 *In eam rem incurrisse videar, quam me urbane declinare confingo, &c.*] Palat. *quam a me*; manu satis veteri, non tamen prima.

CASAUBONUS.

3 *Quam me urbane declinare confingo.*] Mirum verbum *confingo.* nec minus illud *urbane.* & nimis profecto urbanus Capitolinus, si ita scripsit. an verum est quod suspicamur? irrepsisse in contextum hanc vocem è libri mundo, ubi aliquis cum illa legeret, *quam me declinare confingo*, eam, ut fit, adnotaverat.

4 *Idque docente Arriano.*] Sic in libri superioris fine: alibi Arabianus, ut diximus. sed quare de Herodiano silet?

5 *Horum Gordianus senior.*] In Fastis Græcis lego, Gordianum seniorem numerum instituisse Candidatorum, (id erat genus militum ostensionalium.) ex iis quos statutæ proceritas & forma commendaret: atque hic de cognomine Gordiani scholarium seniorum nomen ab eo fuisse inditum. Sic illi: Γορδιανὸς Αὔγουστος ἐποίησεν ἀριθμὸν τῶν λεγομένων Κανδιδάτων, ἐπιλέξας αὐτοὺς κατ' ἐπιλογὴν ὡς τελείους καὶ εὐειδεῖς, καὶ μεγάλας ὄψεις θείας, ἀπὸ δὲ τοῦ τάγματος τῶν λεγομένων σχολαρίων, καλέσας τὴν σχολὴν τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ, εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον Σενιόρων. οὗτοι εἰσὶν οἱ τῆς ἕκτης σχολῆς. Apud Cedrenum eadem fere de juniorum schola à Juniore instituta leguntur. utramque historiam non dubitamus esse confictam.

6 *Natus ex patre Metio Marullo.*] Vide ad Alexandrum Lampridii in fine.

I Sace-

na, originem paternam ex Gracchorum genere habuit, maternam ex Trajani imperatoris: patre, avo, proavo, coss. [1] socero, prosocero, [2] & item alio prosocero, & duobus absoceris coss. ipse cos. ditissimus ac potentissimus, [3] Romæ Pompejanam domum possidens, in provinciis tantum terrarum habens quantum nemo privatus. Ipse ex consulatu quem egerat cum Alexandro, ad proconsulatum Africæ missus est ex
3 senatusconsulto. Sed priusquam de imperio ejus loquar, pauca de moribus dicam. Adolescens quum esset Gordianus, de quo sermo est, poëmata scripsit, quæ omnia extant, [4] & [5] cuncta illa [6] quæ Cicero ex Demetrio [7] & Arato, [8] & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum:

1 *Socero.*] Annio Severo.

2 *Et item alio prosocero.*] Absunt à regio. voces *prosocer* & *absocer* ex libris juris notæ.

3 *Romæ Pompejanam domum possidens.*] Pompejanæ domus Plutarchus in vita meminit, & Suetonius libro III. cap. XV. & in libro de illustribus grammaticis. Rostratam fuisse nominatam ostendit mox Capitolinus: haut dubie propter fastigium vel ornamentum aliud rostri forma, Magni ædibus concessu senatus ac pop. Ro. affixum, navalium ejus victoriarum monumentum.

GRUTERUS.

2 *Et item alio prosocero, & duobus absoceris, &c*] Sic omnino Pal.

5 *Cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.*] Pal. *quæ Cicero & Demetrio & Arathum.* si quid video, recenset titulos poëmatum quibus usus Tullius; sed quam mendosi sint, quilibet videt. neque is ego sum qui præstem medicinam. sufficit detexisse ulcera.

SALMASIUS.

4 *Et cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato.*] *Quæ Cicero & de Merio & Aratum.* sic omnes libri. minimo negotio veram lectionem eruo quæ est: *& cuncta illa quæ Cicero edidit, Marium, & Aratum, & Alcyonas, & Uxorium, & Nilum.*

CASAUBONUS.

6 *Quæ Cicero ex Demetrio.*] Reg. *& de merio.* fortasse, *& de Mario.* Ex primo de legibus, & aliis locis M. Tullii notum ejus carmen, cujus index MARIUS de quo augur Scævola olim auguratus,

Canescet seclis innumerabilibus.

7 *Et Arato.*] Reg. *& Aratum.* æque leve.

8 *Et Alcyonas, & Uxorium & Nilum.*] Elegias Ciceronis Servius laudat in primam Virgilii eclogam. puto hos esse diversarum elegiarum titulos: qualis est cujus ibi meminit, *Talemastis.* nam ita scribitur, mendose, ut videtur. etiam in indicibus hic memoratis menda latet fortasse: nam *Uxorius* comœdiæ epigraphen magis sapit. Sic apud Græcos Amphis, Alexis, aliique comici, Γυναικοκρατούμενον, vel Γυναικοκρατίαν ediderant. nec mirum nobilissimi ingenii virum, comica quoque attigisse argumenta, cum Pontium Glaucum tetrametris idem composuerit exemplo multorum dramaticorum poëtarum. ejus meminit & Plutarchus

lum: [1] quæ quidem ad hoc ſcripſit ut Ciceronis poëmata nimis antiqua viderentur. Scripſit præterea quemadmodum Virgilius Æneidos, Statius Achilleidos, [2] & multi alii Iliados; ita etiam ille Antoniniados, hoc eſt, Antoninum Pium & Antoninum Marcum, verſibus diſertiſſimis, libris xxx. vitam illorum, & bella & publice privatimque geſta perſcribens. Et hæc quidem puerulus. Poſtea vero ubi adolevit, [3] in Athenæo controverſiis declamavit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. [4] Quæſturam magnificentiſſime geſſit [5] ædilitatis ſuæ tempore. xii. populo Rom. munera,

chus. Pro *Nilus* vero, fortaſſe ſcribendum *Limon*. quo indice laudari ſcimus Ciceronis poëma, cum à Donato in vita Terentii, tum ab aliis.

1 *Quæ quidem ad hoc ſcripſit, ut Ciceronis poëmata nimis antiqua viderentur.*] Sunt ſane in poëmatis Ciceronis non infrequentes ἀρχαϊσμοί: ſed qui gratiam potius quam invenuſtatem illis, judicio meo, concilient. Gordiano quidem cum Romana Suada certamen durum, & ut perſuaſus ſum, impar congreſſus.

2 *Et multi alii Iliados.*] Princeps vatum, auctor Iliadis parvæ, Attius, alii.

SALMASIUS.

2 *Et multi alii Iliados.*] Qui ſunt illi multi qui Iliada ſcripſerunt? aut cur non potius celeberrimum Iliados conditorem nominavit, Homerum? non de nihilo ſuſpectum heic nomen *Iliados*, neque enim ceteris reſpondet. Æneida ſcripſit Virgilius, in qua Æneæ ſolius geſta & adventus in Italiam memorantur. Statius in Achilleide ſolum Achillem verſibus celebravit. ſic & Gordianus Antoniniadem cum ſcripſit, Antoninorum vitam & res geſtas verſibus pangendas ſuſcepit. at non ſimile eſt de Iliade in qua non unius herois geſta panduntur, ſed duorum potentiſſimorum populorum regumque & Heroum multorum pugnæ deſcriptæ continentur. aliis Statii Thebaidis potius quam Achilleidis meminiſſet. præter hæc etiam ſuſpicionem noſtram non mediocriter auget librorum veterum conſenſus in hac lectione reſpuenda. nam optimus Palatinus habet, *Elidos*. vetus editio: *Eliados*, quæ vicem manuſcripti eſſe poteſt. an *Æliados*? ut de Ælio Vero accipiamus. ſed non fit mihi veriſimile, neque adeo verum puto: ſuſpicor ſub illis duabus vocibus, *alii elidos*, latere titulum ejus operis quod fruſtra nunc quæro. ſcribendum igitur: *Statius Achilleidos & multi Alii* * *elidos*. de quo nos cogitabimus, cum plus erit otii. opus illud Latinum fuit, & auctor Latinus.

GRUTERUS.

3 *In Athenæo controverſias declamavit.*] Non aliter quoque Palatinus.

CASAUBONUS.

3 *In Athenæo controverſiis declamavit.*] Scrib. *controverſias*. de Athenæo ſatis ſupra.

4 *Quæſturam magnificentiſſime geſſit.*] Magnificis muneribus populo exhibitis, ſua pecunia, ut paulo poſt dicitur: cum tamen plerique quæſtores, ex imperatoris pecunia ludos ederent, ut in ſuperiorum vitis notatum ſæpe.

5 *Ædilitatis ſuæ tempore xii. populo munera.*]

ra, id eſt, per ſingulos menſes ſingula de ſuo exhibuit, ita ut gladiatorum nonnunquam quingena paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis: [1]Feras Libycas una die centum exhibuit, urſos una die mille. [2]Extat ſylva ejus memorabilis, quæ

munera.] Plane ingens magnificentia, & cujus aliud, opinor exemplum nullum quod ut melius intelligas, adi ad Novellam Juſtiniani centeſimam quintam, qua definiuntur Conſulum προόδοι.

1 *Feras Libycas.*] Leones, & pardos, ut interpretatur Servius. Conveniebant in Africæ certis locis variæ & ἑτερογενεῖς feræ: his venatores inſidias ſtruebant, & captas Romam mittebant. hæ ſunt quæ Dioni ſæpius Λιβυκὰ θηρία communi nomine, Latinis Africanæ, vel Libycæ feræ vocantur.

2 *Extat ſylva ejus memorabilis.*] Producebantur animalia in publicum vel ἱστορίας χάριν, ut ſpectarentur ſolum, vel ut pugnando ſpectatores oblectarent, aut denique ut à populo non tantum ſpectarentur, verum & diriperentur. Ad tertium genus, nam duo illa priora nunc omitto, Gordiani hæc venatio pertinuit. Multa enim ac diverſa ferarum genera & exhibuit in circo, & populo diripienda conceſſit. Simile ſpectaculum deſcribit fuſe Vopiſcus in Probo, & *venationem ampliſſimam* nominat. Capitolinus hoc loco *ſylvam*. & alii quoque ita vocitant. hujus appellationis duplex ratio: nam & multiplicia illa animalium genera quæ in circum vel amphitheatrum inducebantur, imaginem ſylvæ quæ feris abundaret referebant: & multo magis omnifariæ arbores, ipſis evulſæ radicibus, atque in circum vel amphitheatrum inferri atque deſtitui ſolitæ, ut expreſſam veræ ſylvæ ſpeciem locus præberet: quod ex Vopiſci deſcriptione in Probo eſt maniteſtiſſimum. Dixerunt & *pancarpum* id genus ſpectaculi: idem enim eſſe ſylvam & pancarpum duo ſummi viri Jacobus Cujacius & Franciſcus Pithœus pridem obſervarunt. Notum eſt quid veteres Athenienſes πάγκαρπον θυσίαν appellarent. inde eſt tranſlatum nomen ad alia quæ ſimiliter ex variarum rerum miſcella conſtarent. Sic πάγκαρπον στέφανον Ariſteas dixit auctor antiquiſſimus & elegantiſſimus. coronam compoſitam ex omni fructuum genere, purà, racemis, ſpicis, dactylis, malis multifariis, oleis, ac cæteris ſimilibus. Locus eſt in deſcriptione divitis illius menſæ qua Ptolemæus ob communicatam ſibi Dei Legem, templum Hieroſolymitanum ornavit: ὑπὸ δὲ τὴν ἐκτύπωσιν, inquit, τῆς λίθων τῆς ἀσπίδος στέφανον ἐποιήσαντο οἱ τεχνῖται πάγκαρπον, ἐν ὑπεροχῇ ἔχοντα (ſupplenda vox ἐκτύπωσιν) βοτρύων καὶ σταχύων, ἔτι δὲ φοινίκων καὶ μήλων ἐλαίας τε καὶ ῥοῶν καὶ τῶν παραπλησίων. Joſephus qui Ariſteam fere tranſcribit, coronam pancarpum ita expreſſit: ὑπὸ δὲ τὴν αὐτῶν διατύπωσιν, στέφανον διέγλυψαν οἱ τεχνῖται, παντὸς καρποῦ φύσιν ἐντετορευμένον. Ita igitur & pancarpum dixerunt ſpectaculum venationis, quo omnium generum beſtiæ exhiberi ſolitæ, ut præclare docet Auguſtini locus à doctiſſimo Pithœo adductus è libro contra Secundinum. Nugatur & nodum in ſcirpo quærit κενῆς οἰήσεως ἔμπλεως ἀστής, qui ad Martialis amphitheatrum diſputat de diſcrimine inter pancarpum & venationem direptionis. Falſum vero quod idem ſcribit, à Gordianis primis exhibitam id genus venationem Lampridius de Alagabalo: *cum collatum* (ſive *conſultatum*) *miſiſſet in populum,*

pulsum, non nummos vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animalia, sed boves opimos, & camelos, & cervos, populo diripiendos abjecit (vel *objecit*) *imperatorium esse dictitans.* testatur & Herodianus. objecta populo εἰς ἁρπαγὰς ζῶα παντοῖα ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀτίθασα, πλὴν χοίρων. quare non Gordiani primitus, sed alii priores, certe Alagabalus, direptionis bestiarum exemplum dederat. Verum de his plura alibi.

SALMASIUS.

2 *Extat sylva ejus memorabilis.*] Sylvam & pancarpum idem esse jampridem sibi persuaserunt homines eruditissimi. quam falso paucis heic ostendam. adeo enim diversa res est pancarpus & sylva, ut nihil fieri possit diversum magis. nihil, inquam, simile: omnia omnino disparia. qui eadem esse hæc duo existimarunt, videntur prorsus ignorasse, quid pancarpus esset, quid sylva. in pancarpo nulla sylva, vel sylvæ species, nulla herbatica animalia, nulla animalium direptio, nulli qui diriperent populares. in sylva nullæ feræ, nulla cum bestiis hominum depugnatio, nulla bestiarum occisio. quid tamen contrarium? Sylvam igitur vocarunt genus venationis Indicræ vel spectaculi. in quo omnia quæ producta erant animalia, diripiebantur à populo, ab eo quod totus circus ad sylvæ speciem arboribus esset consitus. arbores enim per milites radicitus evellebantur, quæ in circo connexis longe lateque trabibus, terra superjecta affixæ plantarentur, ita ut sylva plane esset, qua differta omni genere herbaticorum animalium, immittebatur populus qui omnia diriperet. vide Vopiscum in Probi vita. nullæ autem feræ, aut noxia, vel dentibus, vel unguibus animalia exhibebantur in illo venationis ludicio, sed herbatica tantum, & quæ rapi facile possent ab inermibus popularibus. viva enim diripiebantur. hæc Gordiani sylva, quam memorabilem fuisse heic narrat Capitolinus, habuit cervos, oves feras, equos feros, tauros Cypriacos, onagros, ibices, damas, & cetera id genus agrestia & sylvatica animalia. Vopiscus eadem fere memorat fuisse in ea sylva, vel venatione quam dedit Probus. venatio igitur plane fuit ista. nam circus in sylvam erat compositus. & sylva illa sylvaticis animalibus & agrestibus omne genus abundabat: immittebatur deinde populus, qui ea venaretur & diriperet. hoc sylva fuit, hæc illius appellationis ratio. Pancarpum vero spectaculi genus appellarunt, in quo homines mercede conducti cum bestiis depugnarent. Cassianus collat. v. cap. xiv. *ut fieri solet ab his qui coram regibus hujus mundi omnigenis congredi bestiis præmiorum contemplatione consueverunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur. Hi, inquam, feras quascumque fortiores robore, vel feritatis rabie conspexerint diriores, adversus eas primæ congressionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquas, quæ minus terribiles, minusque vehementes sunt, exitu faciliori prosternunt.* Justinian. Novel. cv. μεθ' ἣν ἐκείνην τὴν τῶν λεγομένων μονημερίαν, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπιπλῶσι τὸν δῆμον τί, τὸ καλούμενον πάγκαρπον θεώμενον καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους. καὶ διδοκιμοῦντας τῇ τόλμῃ, καὶ πρός γε ἀναιρούμενα τὰ θηρία ubi ἄνθρωποι διδοκιμοῦντες τῇ τόλμῃ sunt παράβολοι. ita enim Græci vocant homines perditæ ac desperatæ audaciæ qui operam suam ut cum bestiis pugnarent, locabant. *audaces* dicuntur Claudiano:

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula nisu.

audaces Justiniano διδοκιμοῦντες τῇ τόλμῃ. Firmicus: *faciet auctores, audaces, periculosos.* perperam de his audacibus, vel παραβόλοις accepit locum istum Manilii, magnus ejus interpres:

Sunt quorum similes animos nec mœnia frenent,

Sed

Sed pecorum membris media grassentur in urbe,
Et laceros artus suspendant fronte tabernæ,
Luxuriæque parent cædem, mortesque lucrentur.

macellarios & laniones intellexit Manilius, non παραβόλους, aut ferarum confectores & bestiarios. qui pecorum membris grassantur in urbe media, sunt laniones, qui pecora membratim discerpunt, & fronte laniониæ tabernæ suspendunt discerpta. Phædrus in jocis:

Pendere ad lanium quidam vidit simium
Inter reliquas merces, atque obsonia.

iidem etiam *luxuriæ cædem parant*, dum pecora mactant & cædunt ad usum gulæ, & luxuriem. nam luxuries etiam est, ac dicitur in epulis lautioribus, exquisitioribus, & profusioribus. iidem porro *mortes* quoque *lucrantur*, qui mortes ac cædes pecudum in quæstu ac reditu habent. corporicidæ vocantur in vett. gloss. *corporicida*, μακελλίτης. mirater præterea, si pecora Manilius feras appellasset. & hoc satis esse potuit, ad virum illum maximum deterrendum, ne pecorum membris grassantes, bestiarios intelligeret, si attendisset pecora de bestiis non dici apud Latine loquentes. sed ad pancarpum redeamus, in quo spectaculi genere homines audaces, καὶ τῇ τόλμῃ διδοκιμᾶντες cum feris pugnabant. μονημέρον etiam dicebatur, quod ultra unius diei spatium non protraheretur. extat Leonis Philosophi epigramma εἰς τὸ μονημέρον ἤτοι κυνηγέσιον ἐν ᾧ ἀγωνίζονται ἄνδρες πρὸς θῆρας. auctorati & mercede conducti hoc faciebant, ut ex Cassiano constat, & Cassiodoro lib. v. epist. XLII. ubi pancarpum multis describit, etsi non nominet. in fine epistolæ hæc leguntur: *longum est per tot periculorum casus sermonibus evagari, sed apte jungendum est quod ait de inferis Mantuanus, Quis scelerum comprehendere formas: quis omnia pugnarum percurrere nomina possit? sed vobis quid us necesse est talia populis exhibere, largitate manus fundite præmia, ut hæc miseris faciatis esse votiva.* postrema hæc verba satis liquido patefaciunt mercede ac præmiis invitatos in arenam descendisse ejusmodi audaces ac desperatos homines ad bestias depugnandas. præter has igitur differentias sylvæ & pancarpi, pancarpum in amphitheatro, sylva in circo edebatur. pancarpum spectaculum usque ad posteriorum imperatorum ævum duravit, & solebat edi à consulibus & prætoribus qui magistratum inibant. at venationis illud sive direptionis ludicrum, quam sylvam dicebant, penitus ab usu & consuetudine recesserat sub posterioribus imperatoribus: saltem nulla ejus uspiam extat memoria in libris auctorum, qui sub illis vixerunt & scripserunt. Justinianus ipse qui Novella illa CV. omnia spectaculorum genera commemorat, quæ tum edi moris fuit à consulibus, cum inirent consulatum, nusquam sylvæ meminit. nam qui pancarpum cum sylva idem faciunt, tota re falluntur. & falsus etiam vetus Novellarum interpres, qui pancarpum eo loco sylvam exponit. errant etiam quibus *pancarpus* dicitur hoc genus spectaculi. nam *hoc pancarpum* dicebatur. Græcis, τὸ πάγκαρπον. quod ἐλλειπτικῶς dicitur. integrum enim est, τὸ πάγκαρπον κυνηγέσιον. & dictum pancarpum ab omnigenis bestiis, quæ in illo spectaculo depugnabantur & occidebantur ab illis audacibus & παραβόλοις, qui operam suam ad eas conficiendas locabant. Cassianus loco supra citato rationem nominis aperit his verbis: *ut fieri solet ab his qui coram regibus hujus mundi omnigenis congredi bestiis præmiorum contemplatione consuerunt, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur.* D. Augustinus adversus Secundinum: *nomine pancarpi quod in ludicru muneribus edi solet, propter omnium generum quæ inerant feras exagitatis arcam Noë, quæ per omne genus animalium, futuram ex omnibus gentibus figurabat Ecclesiam*, male hodie legitur apud Augustinum: *propter omnium generum quæ inerant herbas.* alii

bestias

[1] quæ picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeji, quæ ipſius & patris ejus & proavi fuit, quam Philippi temporibus veſter fiſcus invaſit. In qua pictura etiam nunc continentur [2] cervi palmati ducenti mixtis Britannis: [3] equi feri xxx. [4] oves feræ c. alces x. [5] tauri Cypriaci c.

beſtiis contexerunt. nobis magis placuit, *feras.* quidquid miſcellum eſſet, & ex variis rebus contextum conſarcinatumque, παγκάρπον Græci dixere. ſic πάγκαρπον στέφανον vocant coronam ex vario florum genere factam. Meleager ita inſcripſerat collectionem veterum Epigrammatum, ex omnibus antiquorum poëtarum epigrammatis compilatam, in qua ſingulos poëtas, quos in illam compilationem innexuerat, ſingulis floribus perquam eleganter comparabat.

Μοῦσα φίλα, τίνι τάνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν,
Ἤ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετᾶν στέφανον;

idem alio epigrammate:

Πάγκαρπόν σοι Κύπρι καθήμερα χειρὶ τρυγήσας
Παίδων ἄνθος Ἔρως ψυχαπάτην στέφανον.

παγκάρπους iidem Græci vocaverunt στεφάνους ex omni genere fructuum compoſitas corollas, quibus columnarum frontes ornabantur. ἐγκάρπους vocavit Vitruvius lib. IV. cap. I. & *cymatiis & encarpis pro crinibus diſpoſitis frontes ornaverunt.* legebam aliquando apud Vitruvium: *pancarpis.* ſed ἔγκαρπος στέφανος, & πάγκαρπος idem. ſic ἔγκαρπον ἐλαίαν dicebant olivæ ramum ex omnigenis fructibus implexum, quem ante fores ſtatuebant Athenienſes & quotannis renovabant. de quo ita Grammatici: κλάδος ἦν ἐλαίας ἐρίοις πεπλεγμένος. ἐξήρτητο δὲ αὐτοῦ ὡραῖα πάντα. ejuſmodi autem encarpos, quos in columnis antiquis & operibus ad ornamentum ſculpere ſolebant artifices, etiam παγκάρπους Græci appellant. Ariſteas: ὑπὸ δὲ τὴν ἐνπόπιον τῶν λίθων τῆς ἀνθεσίας στέφανον ἐποίησαν οἱ τεχνῖται πάγκαρπον ἐν ὑπεροχῇ ἔχοντα βοτρύων καὶ σταχύων, ἔτι δὲ φοινίκων καὶ μήλων, ἐλαίας τε καὶ ῥοῶν καὶ τῶν παραπλησίων. ἔχειν βοτρύων καὶ σταχύων, Græca & Attica loquutio ſic πίνειν οἴνου, ἄρτου λαβεῖν, & ſimilia. perperam locum illum Ariſteæ ſollicitavit eruditiſſimns vir, dum aliquid ei deeſſe putat ad orationis integritatem.

CASAUBONUS.

1 *Quæ picta eſt in domo roſtrata Cn. Pompeji.*] More qui eo ſeculo frequentiſſimus. ut ſupra ad Peſcennium Nigrum dicebamus. Originem hujus moris indicat Plinius libro XXXV. cap. VII.

2 *Cervi palmati ducenti.*] Πλατυκέρωτες Græcorum. Plinius libro XI. capite XXXVII.

3 *Equi feri* XXX.] De equis feris Ariſtoteles, Strabo, Plinius, Oppianus, alii. Fuere cum in aliis provinciis multis, tnm in Syria quoque, & quidem peculiaris ingenii in vindicta de rivalibus capienda, ut ſcribit philoſophus libro De miraculis auditis. de his accipienda verba Chaldaici paraphraſtæ capite quinto Jeremiæ, ubi eos vocat Græca dictione, כוכון אנ׳דריכ׳ן, ut Ariſtoteles ἵππους ἀγρίους. iterum meminit Capitolinus infra hoc libro. De caballis ſylvaticis lege Paulum Diaconum in hiſtoria Langobardorum, libro quarto, capite IV.

4 *Oves feræ* c.] Ovem feram appellarunt Romani veteres quam camelopardalim Græci. ſed hoc loco & in

ci c. [1] ſtruthiones Mauri miniati ccc. onagri xxx. apri cl. ibices cc. damæ cc. Hæc autem omnia populo rapienda conceſſit die muneris quod ſextum edebat.
4 Præturam nobilem geſſit: [2] poſt juriſdictionem conſulatum primum iniit cum Antonino Caracallo, ſecundum cum Alexandro. [3] Filios duos habuit, unum conſularem, qui cum ipſo Auguſtus appellatus eſt, qui juxta Carthaginem in Africa bello abſumptus eſt; & filiam [4] Metiam Fauſtinam, quæ nupta eſt Junio Balbo conſulari viro. In conſulatibus clarior fuit ſui temporis conſulibus, ita ut ei Antoninus invideret, modo prætextas ejus, modo latum clavum, modo circenſes ultra imperatorium modum mirans. [5] Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit, quum ante imperatores

Probo Vopiſci, ovem feram interpretor, quod verba ſonant *οἶν ἀγρίαν*. nam & oves ſunt feræ, de quibus Xenophon, Ariſtoteles, Plinius, alii. Lege Varronem De re ruſtica libro ſecundo, capite primo. in octavo Apicii, capite quarto habes de condimentis ovis ſylvaticæ.

5 *Tauri Cypriaci c.*] Horum forma peculiaris: erant enim gibberes, ut ex Ariſtotele refert Servius primo Georgicorum. Syriacis hoc tribuit Plinius. Boum Cypriorum nota eſt etiam proverbio *ἡ σκατοφαγία*.

1 *Struthiones Mauri miniati* ccc.] *Μαυρουσίους στρουθοὺς* ſimiliter Græci, ut Herodianus in primo. Miniati ſolita Romæ, quæ ad ſpectacula aut pompam producerentur, ex Plinio diſcimus.

2 *Poſt juriſdictionem conſulatum primum iniit.*] In utroque conſulatu fuit ſuffectus, ut apparet ex Faſtis. *juriſdictio κυρίως* hic eſt prætura: non quod juriſdictionem non haberent majores alii magiſtratus; ſed quia juris ordinarii adminiſtratio propria prætorum. ſic ſæpe in Pandectis.

SALMASIUS.

3 *Filios duos habuit, unum conſularem.*] Stare poſſet hæc lectio, ſi duos filios mares habuiſſet Gordianus. ſed cum unum tantum filium habuerit, eumque conſularem, & qui cum ipſo Auguſtus factus eſt, non video quorſum pertineat hæc lectio, *unum conſularem*. codex Palatinus habuit: *illum conſularem qui cum ipſo Auguſtus appellatus eſt*. quod rectum eſt. legi tamen etiam poſſet: *filios duos habuit, filium conſularem qui cum ipſo Auguſtus appellatus eſt, & filiam Maciam Fauſtinam etiam conſulari nuptam*. atque id rectius eſſe arbitror, filiorum autem nomine tam mares quam fœminas comprehendi nemini ignoratur, qui vel primoribus labris jus noſtrum guſtavit. filios igitur duos habuit Gordianus, filium & filiam: & filium quidem conſularem & Auguſtum cum ipſo appellatum, filiam etiam conſulari nuptam.

4 *Metiam Fauſtinam.*] *Maciam Fauſtinam.*

CASAUBONUS.

5 *Palmatam tunicam & togam pictam pr.*] Ad Alexandrum Severum de hoc diximus.

1 *Per-*

res etiam de Capitolio acciperent vel de Palatio. Equos Siculos c. Cappadoces c, [1] permittentibus imperatoribus factionibus divisit. Et per hæc populo satis charus qui semper talibus commovetur Cordus dicit in omnibus civitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ, Flaminiæ, Piceni, de proprio illum per quatriduum ludos scenicos & juvenalia edidisse. Scripsit & laudes soluta oratione omnium Antoninorum qui ante eum fuerunt. Tantum autem Antoninos dilexit ut sibi quoque, [2] ut multi dicunt, *Antonini*; ut plerique autem asserunt, *Antonii* nomen adscripserit. [3] Jam illud satis constat quod [4] filium Gordianum [5] nomine Anto-

1 *Permittentibus imperatoribus.*] Nam auctoritate principis opus fuit ad equos curules comparandos. de quo multa in Codice & epistolis Symmachi: Sic feras ad venationes coëmere sine principis permissu non poterant, ut testatur idem Symmachus libro septimo, epist. CXXII.

2 *Ut multi dicunt, Antonini, ut plerique autem asserunt, Antonii nomen adscripserit.*] Iterum infra. *nobilitatem, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit.* eandem varietatem sententiarum retulerat idem Capitolinus & in Opilio Macrino. Lampridius quoque in Heliogabalo bis meminit: sed non dubitat Lampridius errare eos qui ANTONINOS fuisse dictos Gordianos putarent. recte nam ita & vetus lapis tertio Gordiano positus, in quo dicitur M. ANTONIUS. GORDIANUS. & in alio lapide, PRO. SALUTE. IMP. CÆS. M. ANTONI. GORDIANI. & ita in multis.

SALMASIUS.

3 *Jam illud satis constat quod filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Hæc pessime à correctoribus accepta, non mirum si parum bene intellexere doctissimi viri. sola tamen distinctione mutata, & particula *&* sublata, quam nec vetus editio agnoscit, quidquid est vitii facile purgari poterat. legendum igitur & distinguendum: *jam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine, Antonini signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Romano professus filium publicis actis ejus nomen insereret.* filium Gordianum nomine, Antonini signo id est cognomine illustravit, cum ejus nomen actis publicis inserendum curaret. in Gordiano juniore: *Antoninum filium suum ipse significari voluit in Senatu.* id est, filium suum cognominari voluit Antoninum. signum autem est cognomen. Spartianus in Commodo: *pro Decembri Amazonium ex signo ipsius adulatores vocabant.* Vopiscus in Aureliano: *Huic signum exercitus apposuerat, manu ad ferrum, ut si forte quæreretur, quis Aurelianus aliquid vel fecisset vel gessisset, suggereretur, Aurelianus manu ad ferrum, atque cognosceretur.* Spartianus in Pescennio Nigro: *quod omnino intellectum non est, nisi quum Bassianus Antoninus, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.*

GRUTERUS.

5 *Nomine Antonini & signo illustravit.*] Non comparet in Palatino copula *&*. meo judicio, poterat adhuc præterea abesse, vox *signo*.

CASAUBONUS.

4 *Filium Gordianum nomine Antonini & signo illustravit.*] Qualenam istud

 fuit

Antonini, & signo illustravit, quum apud præfectum ærarii more Rom. professus filium publicis actis ejus nomen insereret. Post consulatum proconsul Africæ factus est, adnitentibus cunctis [1] qui Alexandri imperium etiam in Africa clarum per proconsulis dignitatem haberi atque esse voluerunt. Extat epistola ipsius Alexandri, qua senatui gratias agit quod Gordianum ad Africam proconsulem destinaverit, cujus hoc exemplum est: *Neque gratius mihi quicquam P. C. neque dulcius potuistis efficere quam ut Antoninum Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis, virum nobilem & magnanimum, disertum, justum, continentem, bonum,* & reliqua. Ex quo apparet quantus vir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus est ab Afris ita ut nemo antea proconsulum: ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii,[2] multi Mutium,[3] ac Rutilium,[4] aut Lælium dicerent. Extat eorum acclamatio, quæ [5] à Junio in literas relata est. [6] Nam quum quadam die factum imperatorium

fuit *Antonini signum*? aut quid est *signo illustrare*? equidem hæc non capio. Sed legendum existimo, *nomine Antonini & in senatu illustravit, & cum apud pr. nato recens Gordiano puero*, accidit ut illius mentionem in senatu pater faceret: cum quidem illum Antonium appellavit. postea sequitur: *primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus: mox in senatu Antonini nomen est editum.* & paullo ante: *Antoninum filium suum ipse significari voluit in senatu.* ad quos locos vide quæ notamus.

GRUTERUS.

1 *Qui Alexandri imperium.*] Pal. *imperatorium*; ut forte subaudiendum veniat, aut *nomen*, aut *decus* aut simile quid.

CASAUBONUS.

2 *Multi Mutium.*] Mutii in veteri historia Romana multi, viri clari, & virtutibus insignes: sed hic Q. Mutius Scævola intelligitur, qui ex consulatu Asiam nactus tanta integritate eam rexit, ut ejus administratio pro exemplo & forma officii, cæteris qui in eam provinciam postea profecti sunt, à senatu sit proposita. Multa M. Tullius variis locis, & Valerius Maximus lib. VIII. cap. XVII.

3 *Ac Rutilium.*] Is est de quo Valerius Maximus libro II. cap. de majestate. hujus passim M. Tullius & Seneca meminerunt: etiam Suetonius in Octavio, capite LXXXIX.

4 *Aut Lælium.*] C. Lælium cognomine Sapientem. ex libris M. Tullii notissimus est.

5 *A Junio.*] Junio Cordo.

SALMASIUS.

6 *Nam quum quadam die factum imperatorium legeret.*] Quodnam istud factum imperatorium esse, aut quid eo nomine appellari dicemus? non dubito edictum vel rescriptum imperatoris ita vocari, qualia ad proconsules & reliquos provinciarum præsides mittebantur, ad provincialium quibus

torium legeret, atque à proconſulibus Scipionibus cœpiſſet, acclamatum eſt, *Novo Scipioni, vero Scipioni, Gordiano proconſuli.* Hæc & alia frequenter audivit. Et erat quidem longitudine Romana, canitie decora 6 &

bus præſidebant, aut etiam totius reipublicæ utilitatem ſpectantia. ſed quis reſcriptum imperatorium, factum unquam appellari audivit? qui nuſquam hoc audivit, heic audiat. Scaliger in Auſonianis lectionibus vulgavit primus conſtitutionem Fl. Conſtantini Tyranni, qua ſanxit, ut ſeptem provinciarum Galliæ conventus Arelatæ, qua in urbe imperii ſedem fixerat, agerentur. ejus conſtitutionis inſcriptionem in ſcripta ſchida hanc fuiſſe teſtatur ad Symmachum optimus & eruditiſſimus Jureius qui vidit: FACTVM IL. CONSTANTINI AD AGRICOLAM PRÆF. PRÆTORIO GALLIARVM. putavi aliquando *factum* pro edicto abſolute dici, quod edicta fieri ad præſides dicerentur cum mittebantur. Cyprianus epiſt. LXXXII. *ſubjecit etiam Valerianus Imperator orationi ſuæ exemplum litterarum quas ad præſides provinciarum de nobis fecit.* ſed hoc mihi nunc vehementer diſplicet. *factum* igitur nihil aliud eſt quam τὸ πραγματικὸν, vel pragmatica ſanctio. notum eſt pragmaticas ſanctiones non niſi in publicis cauſis fieri ſolitas, ad preces civitatum aut provinciarum, & ad ſuggeſtionem plerumque judicum & præſidum provinciarum. de genere hoc iſtam Conſtantini ſanctionem eſſe ſtatim initio ejus proditur: *Saluberrima magnificentiæ tuæ ſuggeſtione inter reliquas reip. utilitates evidenter inſtructi, obſervanda provincialibus noſtris, &c.* pragmatica autem ejuſmodi reſcripta dicebantur, quod longo tractatu & conſilio habito ſollemniter & multa verborum diſſertatione formarentur. quidquid enim hoc modo fit, Græci vocant πραγματικόν. ſic πραγματικὴν ἱστορίαν Polybius niſi fallor appellat, quæ res geſtas diligenter & copioſe narrat. Strabo lib. XIII. πραγματικῶς φιλοσοφεῖν eodem ſenſu dixit: cui opponit, θέσεις ληκυθίζειν. τὰ πραγματικὰ Græci ſimpliciter vocant iſtiuſmodi reſcripta. ut in Concilio Chalcedonenſi Can. XII. προσδραμόντες δυναστείαις τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον. Zonaras τὰ πραγματικὰ exponit προστάγματα ἔγγραφα. Latini facta vocarunt, ut ex hoc loco conſtat, & inſcriptione illius Conſtantiniani reſcripti. id confirmant optimæ gloſſæ, in quibus legitur: *facta*, τὰ διηγηματικά. nam τὸ διηγηματικὸν, & τὸ πραγματικὸν fere idem. quod pluribus ſcilicet verbis conceptum eſſet, & enarratum. quales erant illæ conſtitutiones quæ pragmaticæ ex eo dicebantur. hinc & *facta cauſarum* Cod. de offic. civ. jud. leg. I. *in his horis quibus cauſarum merita vel facta panduntur. cauſarum facta*, τὰ διηγηματικὰ τῶν δικῶν. cum utraque pars cauſæ ſuæ meritum expoſuit, & litem conteſtata eſt. ſed & in lege III. Cod. de advocatis diverſ. jud. melius legi cenſeam, *advocati qui diriment ambigua facta cauſarum*, quam *fata*. facta cauſarum & merita cauſarum, pro cauſis ipſis & litibus. idem meum eſt judicium de aliis locis in quibus *facta cauſarum* habentur. hinc *cauſæ facto conceptæ*. eædem Gloſſæ: *facto conceptas*, διηγηματικῶς. minime dubium eſt intelligi debere cauſas, quod ad conteſtationem litis, & adſertionem partium pertinet. nam ut habetur lege unica Cod de conteſt. litis, *lis tunc conteſtata videtur cum judex per narrationem negotii cauſam audire cœperit.* recte igitur & erudite auctor illius veteris Gloſſarii *facta cauſarum* τὰ διηγηματικὰ interpretatur.

& pompali vultu, ruber magis quam candidus, facie bene lata, oculis, ore, fronte, verendus. Corporis qualitate subcrassulus. Moribus ita moderatus ut nihil possis dicere, quod ille aut cupide, aut immodeste, aut nimie fecerit. Affectus suos unice dilexit: filium & nepotem ultra morem, filiam & neptem religiose socero suo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quasi filium migrasse se crederet, [1] ut nunquam cum eo lavarit, [2] nunquam illo præsente sederit ante præturam. cos. quum esset, aut in domo ejus semper mansit, aut si in Pompejana domo, ad illum vel mane vel sero processit. Vini parcus, cibi parcissimus, vestitu nitidus, lavandi cupidus, [3] ita ut & quater & quinquies in die lavaret æstate, [4] in hyeme bis. Somni plurimi, ita ut in tricliniis si forte apud amicos ederet, etiam sine pudore dormiret: quod videbatur facere per
7 naturam, non per ebrietatem atque luxuriam. Sed boni mores nihil ei profuerunt. [5] Hic enim vita venerabilis,

CASAUBONUS.

1 *Ut nunquam cum eo lavarit.*] Nam more Romano neque liberi cum parentibus, neque generi cum soceris lavabantur. Plutarchus observat in Marco Catone.

3 *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ, *ita ut quarto & quinto in die lavaret æstate, hieme bis.*

GRUTERUS.

3 *Ita ut & quater & quinquies in die lavaret.*] Mavult etiam Palatinus, quod habent alii MSS. *ita ut quarto & quinto.*

4 *In hieme bis.*] Idem *hieme secundo*, sine *in.*

SALMASIUS.

2 *Nunquam illo præsente sederit. Ante præturam Cos. cum esset*] Perperam distinctus hic locus videtur, ita ut nullum sensum sic interpuncta verba efficiant. distingue igitur: *nunquam illo præsente sederit ante præturam. Consul cum esset, aut in domo ejus semper mansit.* tantum detulisse socero suo Gordianum dicit, ut antequam prætor fieret, nunquam eo præsente sederet. post præturam igitur, ut intelligere est, incepit sedere eo præsente. hic sensus hujus loci, quem celabat interpunctio vulgata.

3 *Ita ut quater & quinquies in die lavaret.*] Membranæ Palatinæ: *ita ut quarto & quinto in die lavaret æstate, hyeme secundo.* quod illi mutaverunt, qui nesciebant istis auctoribus, *secundo, tertio, quarto, quinto*, usurpari pro bis, ter, quater, quinquies. Spartianus in Alexandro, narrat cum secunda mensa Alexandro sæpius poneretur, jocum extitisse, *non secundam mensam habere Alexandrum sed secundo.* quia secundo scilicet hoc est bis adponeretur. Trebellius Pollio in Gallieno: *lavit ad diem septimo, æstate vel sexto: hyeme secundo vel tertio.*

5 *Hic enim vita venerabilis.*] Pal. *hæc enim vita venerabilis.* forte: *hæc enim vita venerabilis*, id est, hoc genere vitæ.

1 Pre-

lis, cum Platone ſemper, cum Ariſtotele, cum Tullio, cum Virgilio, cæteriſque veteribus agens, alium quam merebatur exitum paſſus eſt. Nam cum temporibus Maximini hominis ſævi atque truculenti, [1] proconſul Africam regeret, eique legatus filius eſſet à ſenatu datus, quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum ſæviret quam Maximinus ipſe pateretur, proſcribens plurimos, interficiens multos, & [2] ſibi ultra procurationem omnia vindicans, [3] retunſus deinde à proconſule, atque legato, [4] quum nobilibus [5] & conſula-

CASAUBONUS.

1 *Proconſul Africam reg.*] Membr. *proconſule.*

2 *Sibi ultra procurationem omnia vindicans.*] Scripti, *ultra procuratorem.* non ineleganter. paullo aliter Spartianus in Hadriano, *procuratores latius evagantes coërcuit.*

4 *Cum nobilibus & conſularibus viris ipſe minaretur, cumque Afr.*] Scripta lectio ſuſpendit ſententiam à principio periodi, nec *cum* hic agnoſcit ante *nobilibus*: deinde ſcribit, *n. & c. viris ipſe minaretur & indium.* pro *excidium.* ut videbatur & Puteano. Qui regium codicem deſcripſit, multa hic omiſit ſtudio, rejicitque nos ad librum ſuperiorem.

SALMASIUS.

1 *Proconſul Africam regeret, eique legatus filius eſſet à Senatu datus.*] Aliter hæc in Palatino concipiuntur: *Nam cum temporibus Maximini hominis ſævi atque truculenti proconſule Africam regeret, filio jam ex conſulibus ſibimet legato à Senatu dato.* atque ita legi debet. *filio jam exconſulibus*, eſt *filio jam conſulari*; conſularem enim jam eum tum fuiſſe, cum patri proconſuli legatus à Senatu datus eſt, paulo ante cognovimus. de hac autem loquendi forma, *ex conſulibus, ex ducibus, ex præſidibus*, in ſuperioribus animadverſionibus ſatis multa dixi.

3 *Retunſus deinde à Proconſule.*] Membranæ *petunſus* habent. pro *retunſus.* ſic paulo poſt: *pecognovit*, pro *recognovit.* ex quo fecerant; *ſpe cognovit.* ſed & totam hanc periodum earumdem membranarum auctoritate ſic lego & conſtituo: *quumque quidam rationalis acrius contra plurimos Afrorum ſæviret, quam Maximinus ipſe pateretur, proſcribens plurimos, interficiens multos, & ſibi ultra procurationem omnia vindicans, retunſus à Proconſule atque legato, nobilibus & conſularibus viris ipſis minaretur exitium, Afri tam inſolentes injurias ferre nequiverunt, & primum ipſum rationalem adjunctis ſibi plerіſque militibus occiderunt: occiſo deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cæperunt cogitare quemadmodum inter Maximinianos & ruſticos vel Afros orta inimicitia placaretur.*

GRUTERUS.

2 *Et ſibi ultra procuratorem omnia vindicans, &c.*] Acquieſcit & huic ſcripturæ Pal. eſtque vividior vulgata illa *ultra procurationem.*

3 *Retunſus deinde à proconſule atque legato, cum nobilibus & conſularibus viris ipſe minaretur; cumque Afri tam inſolentes.*] Aliter quoque Pal. nempe: *atque legato nobilibus & conſularibus viris ipſis minaretur etiudium, Afri, &c.* forſan fuit, *atque legato: nobilibus & Conſularibus viris ipſe minatur exitium; Afri.*

SALMASIUS.

5 *Et conſularibus viris ipſe minaretur, quumque.*] Paulo aliter legit hæc liber

ſularibus viris ipſe minaretur, quumque Afri tam inſolentes injurias ferre nequirent, primum ipſum rationalem adjunctis ſibi pleriſque militibus occiderunt. Occiſo deinde eo, quum jam orbis terrarum odio contra Maximinum arderet, cœperunt cogitare [1] quemadmodum in Maximinos & ruſticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur. Tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decurio, [2] juxta Tyſdrum [3] nobiliſſima poſt hæc oratione [4] apud plebem in agro ſuo

Palatinus : *& conſularibus viris ipſis minaretur & indium.* ex quo faciendum judicavi : *& conſularibus viris ipſis minaretur exitium.* per conſulares viros intelligit ambo Gordianos conſulares, quorum pater proconſul, filius patris ſui legatus.

1 *Quemadmodum in Maximinos & ruſticos vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur.*] Scribendum auctoribus iiſdem membranis : *quemadmodum inter Maximinianos, & ruſticos vel Afros orta ſeditio placaretur.*

2 *Juxta Tyſdrum nobiliſſima poſthæc oratione.*] Hæc nihil ſinceri ſonant. nec multum adjuvant libri veteres hoc loco, adjuvant tamen. puſilla plerumque varietas magni momenti inſtar eſt ad veram lectionem eruendam. ſic igitur habebat ſcriptum liber Palatinus : *juxta Tyſdrum nobiliſſime poſt hac oratione.* ex cujus ſcripturæ veſtigiis, ad veram niſi fallor lectionem pervenimus. nam legendum : *tunc quidam Mauricius nomine, potens apud Afros decuria, juxta Tyſdrum, nobiliſſimæ proſapiæ, hac oratione apud plebem in agro ſuo velut concionabundus eſt loquutus.* ſcriptum videtur fuiſſe : *nobiliſſimæ proſ.* quod erat : *nobiliſſimæ proſapiæ.* illud *proſ.* facile poſtea degeneravit in *poſt.* egregie, ſi quid judico, hunc locum reſtituimus.

CASAUBONUS.

1 *Quemadmodum in Maximinos & ruſt.*] Scripta lectio : *quemadmodum ſeditio inter Maximinos & ruſticos vel Afros orta ſedaretur.* recte.

3 *Nobiliſſima poſthac oratione.*] Sic & veteres codices: neque mutandum.

4 *Apud plebem in agro ſuo.*] Libri Puteani, *apud plebem ruſticanam in agr.* ſic ſupra.

GRUTERUS.

1 *Quemadmodum ſeditio inter Maximinos & ruſticos vel Afros orta placaretur.*] Ita aliorum mſſ. ita Pal. nam antea cuſi ; *quemad. in Max. & ruſt. vel Afros ortæ inimicitiæ placarentur.*

3 *Nobiliſſima poſt hac oratione.*] Sic & Pal non ut publicati, *poſt hæc.* idem tamen noſter, ne quid mentiar, habet *nobiliſſime.*

4 *Apud plebem in agro ſuo, &c.*] Pal. amplius, *apud plebem vel urbanam vel ruſticanam in agro ſuo.*

SALMASIUS.

4 *Apud plebem in agro ſuo.*] Addit idem Palatinus : *apud plebem vel urbanam, vel ruſticanam.* quod non eſt otioſum. ante enim dixerat : *ſeditionem inter Maximinianos, & ruſticos vel Afros ortam. plebem vel urbanam vel ruſticanam,* pro, *& ruſticanam, & urbanam.* Auctor Pervigilii :

Ruris hic erant puellæ, vel puellæ montium.

vel pro *&*, quod non uno loco apud hos auctores poſitum obſervavimus.

1 *Gra.*

ſuo velut concionabundus eſt loquutus.[1] *Gratias habeo* 8
diis immortalibus, cives, quod occaſionem dederunt, & quidem neceſſariam, providendi nobis contra hominem furioſiſſimum Maximinum. Nos enim qui procuratorem ejus moribus & vita conſimilem occidimus, niſi facto imperatore ſalvi eſſe non poſſumus. Quocirca ſi placet, quoniam non longe eſt nobiliſſimus vir proconſul cum filio conſulari legato,[2] *quorum utrique mortem peſtis illa eſt minata,*[3] *ſublata de vexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitiſque inſignibus Romano jure firmabimus.* Tunc acclamatum eſt, *Æquum eſt, juſtum eſt.*[4] *Gordiane Auguſte,*[5] *dii te ſervent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.* His actis propere ventum eſt ad oppidum Tyſdrum, inventuſque ſenex venerabilis poſt juriſdictionem[6] jacens in lecto, qui circumfuſus purpura[7] humi ſe

CASAUBONUS.

1 *Gratias habeo diis imm.*] Venuſte in libro Put. deeſt verbum. & ſtatim, *proconſule*, non *proconſul*.

3 *Sublata de vexillis purpura.*] Ita fuit moris in tumultuariis principum creationibus: cum ad manum purpura non eſſet, rapere illam undecunque poſſent: ut nunc de vexillis: ſæpius è deorum ſimulacris. Pere exempla è Trebellio Pollione, in Celſo tyranno; Vopiſco in Probo, & Saturnino. Suave eſt quod idem narrat in Proculo, cum non adeſſet purpureæ veſtis copia ad amiciendum Proculum allatam fuiſſe lanam purpuream & humeris ejus junctam.

4 *Gordiane Auguſte dii te ſervent feliciter.*] Diſtinguendum, *G. A. dii te ſervent. feliciter. Imp.* nam *feliciter*, per ſe pronuntiandum. vide initio Claudii.

GRUTERUS.

1 *Gratias Diis immortalibus, cives, &c.*] Vulgabatur prius, *Gratias habeo Diis*, ſed efficacius eſt noſtrum illud, quod ſe tuetur & Pal. & Puteani codicibus. ſicque infra cap. XI. *Dii volit gratias.* item cap. XXIV. *Diis igitur gratias, quod volente, &c.*

6 *Jacens in lectulo.*] Sic Palat. non *lecto*, ut vulgg. quod quamvis ſit minimæ rei, monendum tamen duxi; uti conſtet, nihil tam parvum eſſe quod libris adfigimus, quin petitum ſit è libris authenticis.

7 *Humi ſe abjecit, ac retrectans elevatus eſt.*] Ita etiam Pal. aliique ſcripti, non *retractans*, quod nihili eſt.

SALMASIUS.

2 *Quorum utrique mortem peſtis illa minata eſt.*] Reſpicit ad illa verba, quæ paulo ſupra habuimus: *recenſus à proconſule atque legato, nobilibus & conſularibus viris ipſis minaretur exitium.* quæ nos recte reſtituiſſe, & de Gordianis accipienda bene judicaviſſe probat hic locus.

5 *Dii te ſervent feliciter. Imperator es, cum filio imperes.*] Placeret diſtingui: *Gordiane Auguſte, dii te ſervent. feliciter imperator es, cum filio imperes.* malim etiam legere: *feliciter imperes, cum filio imperes.*

se abjecit, [1] ac retractans elevatus est. Et quum aliud facere nihil posset, [2] evitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat, [3] imperatorem se appellari senex passus est. Erat autem jam
9 octogenarius, & plurimis provinciis (ut diximus) ante præfuerat: populo Rom. [4] ita commendatus suis actibus erat ut toto dignus videretur imperio. [5] Alii quidem

1 *Ac retractans elevatus est.*] Scripti, *retrectans. retrectare* pro *retractare.* ut *detrectare. retractare* autem idem est quod *detrectare.* cujus significationis aliquot χρήσεις in superioribus animadversionibus attulimus, quæ inde peti possunt. Glossæ, παραιτοῦμαι & ὑποχωρεῖν interpretantur.

2 *Evitandi periculi gratia quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat.*] Proponam scripturam membranarum quæ falsi damnat editam lectionem hoc modo: *evitandi periculi gratia quod à Maximinianis necessario fautoribus dubie imminebat.* rescribendum: *quod à Maximinianis fautoribus necessario & haud dubie imminebat.*

CASAUBONUS.

1 *Ac retractans elevatus est.*] Scripti, *retrectans.* scribendum *detrectans.* quod ait elevatum esse, refero ad præcedentia verba, *humi se abjecit.* nam ita melius, quam ut referamus ad morem elevandi eos quibus deferebatur imperium: de quo Marcellinus in Juliano, & passim alii historici.

5 *Alii quidem occiso juvene Gord.*] Omnia quæ periodo ista continentur, usque ad illa, *Appellatus igitur Gord.* ab hoc loco alienissima sunt: pertinent enim ad sermonem de morte Gordiani senioris: at hic narratur quomodo sit factus imperator. Delenda igitur periodus tota, quam neque Puteani codex alter agnoscit. Tangitur his verbis varietas opinionum super obitu senioris Gordiani: quem alii dixerunt filio fuisse superstitem, neq; de laqueo prius cogitasse, quam post acceptum de ejus clade nuntium. alii contra statim post adventum Carthaginem, animum despondisse, & vitam sibi ademisse, salvo adhuc filio, cui ad prælium proficiscenti studio celata mors patris. hæc elate Herodianus: quæ obscure, involute, & imperfecte hic significantur. verum ea & corrupta sunt, &, ut diximus, alieno loco posita. tollantur ergo. Ubi commode locentur, infra indicabimus.

GRUTERUS.

2 *Evitandi periculi gratia, quod à Maximini furoribus haud dubie imminebat.*] Pal. *quod Maximianis necessario fautoribus dubie imminebat.* ex quibus liquet illud *furoribus* omnino mutandum in *fautoribus.*

4 *Ita commendatus suis actibus erat, ut, &c.*] Melius procederet cursus sententiæ, deleto illo *erat.*

5 *Alii quidem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus.*] Bene monuit Casaubonus, totam hanc periodum, usquead vocem *appellato*, ab isto loco esse alienam; neque agnosci ab altero codice Puteani. & est quidem in Palat. sed is à prima scriptura tantum habuerat, *Alii quidem occiso, Gordianus ante, &c.*

SALMASIUS.

3 *Imperatorem se appellari passus est.*] Addunt membranæ, vocem necessariam: *imperatorem se appellari senex passus est.* nec sine ratione judicem huic adtexenda & una serie continuanda, quæ infra alieniore loco posita leguntur, ad hunc modum: *imperatorem se appellari senex passus est, jam mortis vicinus.*

dem occiso juvene Gordiano filio suo, quod Gordianus ante nescierat: sed ubi rem comperit, jam morti vicinus, & filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quam dedi vinculis & carceri Maximini Appellato igitur Gordiano imperatore,[1] juvenes qui auctores hujus facinoris erant, statuas Maximini dejecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt. [2] Ipsum etiam Gordianum *Africanum* appellaverunt. Addunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco inditum, non quod in Africa imperare cœpisset, sed quod de Scipionum familia originem traheret. In plurimis autem libris invenio & hunc Gordianum, & filium ejus pariter imperatores appellatos, & *Antoninos* cognominatos: alii vero *Antonios.* Post hoc Carthaginem ventum cum pompa regali & fascibus laureatis: [3] filiusque legatus patris, exemplo

nus. sed filio magis timens, maluit honestas causas habere moriendi quam dedi vinculis & carceri Maximini. Erat autem jam octogenarius, & plurimis provinciis, ut diximus ante, præfuerat. quæ sic bene continuantur, & recto ordine procedunt. quod attinet ad illa verba, *sed filio magis timens*, idem supra dixerat in Maximini vita, de hoc eodem Gordiano: *& primo quidem invitus Gordianus purpuram sumpserat. postea vero quum vidit, neque filio neque familiæ suæ tutum esse, volens suscepit imperium.* idem enim dicit duobus his locis: Gordianum nempe, jam senem, jam morti vicinum, imperatorem se appellari passum, cum primo restitisset. sed quum filio timeret, & videret hoc illi tutum non esse nec reliquæ familiæ suæ, volens suscepit, quod primo recusarat imperium. licet enim in recusando imperio perstitisset, omnino tamen sibi moriendum esse videbat à fautoribus Maximinianis: maluit igitur honeste & splendide mori imperator, quam dedi vinculis Maximini & ignominiose perire.

5 *Alii quidem occiso juvene.*] Hæc alio pertinent, & nescio unde huc intrusa. Palatinus tamen, etiam hoc loco ea adgnoscit, sed ita componit: *alii quidem occiso Gordianus nescierat: sed ubi rem comperit.* quæ fragmenti instar habent, ex fine libri in hunc locum nescio qua arte aut conjectura ratione neque à librariis transducta.

CASAUBONUS.

1 *Juvenes qui auctores consilii erant.*] Vide ad librum superiorem, ubi expositum est cur juvenes vocet.

2 *Ipsum etiam Gordianum Africanum appellaverunt.*] Imo etiam ante hoc cognomen illum usurpasse, quidam scripserunt, ut inferius dicitur. Herodianus ut hoc loco: τοῦ κυρίου αὐτοῦ ὀνόματι προσθέντες, Ἀφρικανὸν ἐκάλεσαν ἀφ' ἑαυτῶν. Nummi ab Onuphrio descripti & patri & filio AFRICANI cognomen tribuunt.

3 *Filiusque legatus patris, exemplo Scipionum.*] Scipio Africanus Scipioni nondum Asiatico fuit legatus in Asia, frater

emplo Scipionum, (ut Dexippus Graecæ historiæ auctor est) [1] gladii potestate succinctus est. Missa deinceps legatio Romam est cum literis Gordianorum, hæc quæ gesta fuerant in Africa indicans: quæ per Valerianum principem senatus, qui postea imperavit, gratanter accepta est. Missæ sunt & ad amicos nobiles literæ, ut homines potentes & rem probarent & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gratulatione factos contra Maximinum imperatores senatus accepit, ut non solum gesta hæc probarent, sed etiam xx. viros eligerent, inter quos erat Maximus sive Pupienus, & Clodius Balbinus: qui ambo imperatores sunt creati, posteaquam Gordiani duo in Africa interempti sunt. Illos sane xx. senatus ad hoc creaverat ut divideret his Italicas regiones contra Maximinum pro Gordianis tuendas. Tunc legationes à Maximino Romam venerunt, abolitionem præteritorum spondentes. Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur: & ingens militibus stipendium, [2] populo [3] agri atque congiaria promissa. Usque adeo autem magis Gordianis quam Maximinis est creditum,

frater fratri, major minori, ut ait Valerius Maximus libro quinto: ex undecima Philippicarum nota historia. Sic autem accipe: filius qui erat legatus patri suo, gladii potestate est succinctus, id est, ducatus belli ei est delatus. sequitur Herodianum, qui factum imperatorem aperte non dicit; sed ita narrat: τὸ μὲν αὐτοῦ στρατηγήσοντα δι' ὃ πλῆθος ἤλεγχε. exponebam ex Aurelio Victore qui factum scribit præfectum prat. cujus potestatis proprium symbolum esse, gladio accingi, sciunt omnes. sed & Capitolinus alibi juniorem quoque Gordianum ab Afris scribit Augustum fuisse factum. idque verum. & locum Victoris de tertio Gordiano accipi debere, docet Capitolinus sub finem libri De Max. & Balb.

GRUTERUS.

1 *Gladii potestate succinctus est.*] Pal. quidnam initio habuerit loco *gladii*, incertum est. visitur interim à manu secunda, *ærarii potestate*, litteris prioribus omnibus erasis.

3 *Agri & congiaria promissa.*] Pal. *promittendi.*

SALMASIUS.

2 *Populo agri atque congiaria promissa*] Palatinus: *populo agros atque congiaria promittendi.* totum hunc locum sic lego distinguoque: *sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur, ingens militibus stipendium, populo agros atque congiaria promittentis*

1 De

ditum, ut Vitalianus quidam, qui prætorianis militibus præerat, per audacissimos quæstorem & milites jussu senatus occideretur: quod se antea crudeliter egerat, & tunc ejus magis immanitas timebatur, amica & familiaris moribus Maximini. [1] de cujus morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt literæ Maximini, [2] signatæ quasi ejusdem annulo, & missi cum quæstore milites qui eas ferrent, addentes quædam præter literas secreto esse dicenda. [3] Longam igitur porticum petierunt: [4] & quum ille ea quæ sibi erant secreto dicenda, perquireret, hortantibus ut prius signum inspiceret epistolæ, [5] dum considerat, interemptus est. Persuasum deinde est militibus, jussu Maximini Vitalianum interemptum: peractisque rebus in castris [6] Gordianorum & literæ & vultus sunt propositi. Interest ut se- 11
natusconsultum, quo Gordiani imperatores appellati sunt, & Maximinus hostis, literis propagetur. [7] Non legitimo sed indicto senatus die cos. jam domi conventus cum prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis venit

in

GRUTERUS.

1 *De cujus morte hæc fabella fertur.*] Fabella etiam dicitur res vere gesta, sed quæ ore vulgi circumferatur potius, quam certo aliquo auctore.

CASAUBONUS.

1 *De cujus morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt literæ Maximini.*] Fabellam vocat quam pro vera historia Herodianus tradit. sed nonnihil variat illius narratio. non enim fictas à quoquam literas, tanquam essent Maximini; sed Gordianum ex Africa, & literas & certos homines misisse, qui cædem patrarint.

2 *Signatæ quasi ejusdem annulo, & missi cum quæstore milites.*] Herodianus, πέμπει Gordianus τὸν ταμίαν τὸν ἴδιον, ... αὐτοῦ ἑκατοντάρχας, καὶ στρατιώτας τινὰς οἷς ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν πτυκτοῖς πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται).

3 *Longam igitur porticum petierunt.*] Herodianus magis locum cædis exprimit: quæ non in porticu facta, sed in conjuncta cella, ubi magis arcana negotia tractabantur. ipse nominat, τὸ τῆς διατριβῆς οἰκίσκον.

5 *Dum considerat.*] Ἐκείνου τοῖς σφραγῖσι τὰς ὄψεις ἐπιβάλλοντος. Herodianus. qui & libro tertio simillimam Severi in Albinum conspirationem narrat; sed exitu non pari.

6 *Gordianorum & literæ & vultus sunt propositi.*] Herodianus: ἐξετίθεσαν τὰ πρὸς τὸν δῆμον τοῦ Γορδιανοῦ γράμματα.

7 *Non legitimo sed indicto senatus die.*] Nec male scribas, *legitimi*, & *indicti*.

SALMASIUS.

4 *Et quum ille ea quæ sibi erant secreto dicenda perquireret.*] Melius: *requireret.*

1 *Præ-*

in curiam. [1] Præfectus urbis, cui nescio quid redoluerat, & qui publicas literas non acceperat, [2] à conventu se abstinuit. [3] Sed profuit: nam cos. ante solitas acclamationes priusquam aliquid in Maximinum feliciter diceretur, ait: *P.C. Gordiani duo, pater & filius, ambo ex* coss. *unus vester proconsul, alter vester legatus, magno Afrorum consilio imperatores sunt appellati. Gratias igitur agamus Tysdritanæ juventuti, gratias Carthaginensi populo semper devoto, qui ab immani nos bellua, ab illa fera vindicaverunt. Quid timide auditis? quid circumspicitis? quid cunctamini? hoc est quod semper optastis. Hostis est Maximinus: [4] dii faciant ut esse jam desinat, & Gordiani senis felicitatem atque prudentiam, juvenis virtutem atque constantiam læti experiamur.* Post hæc literas legit Gordianorum, ad senatum & ad se missas. Tunc clamavit senatus, *Dii vobis gratias. Liberati ab hostibus sumus, si penitus liberemur. Maximinum hostem omnes judicamus. [5] Maximinum cum filio diis inferis devovemus. Gordianos augustos appellamus. Gor-*

CASAUBONUS.

1 *Præfectus Urbis.*] Sabinus: de cujus cæde paullo post, & Herodianus.

2 *A conventu se abstinuit.*] Id est, se abstinuerat, neque cum cæteris magistratibus Consulem domi convenerat. nam alios fecisse dictum modo.

3 *Sed profuit.*] An potius, *sed nihil profuit.* nam occisus est, ut modo diximus. sed non statim: itaque aliter fortasse interpretandum Regius codex hæc omittit, ut alia multa toto libro.

5 *Maximinum cum filio diis inferis devovemus.*] More antiquissimo apud Romanos. Dionys. Halicar. libro II. ἔθος Ῥωμαίοις, ὅσους ἐβούλοντο νηποινεὶ τεθνάναι. τὰ τούτων σώματα θεῶν ὅτῳ δήποτε, μάλιστα δὲ τοῖς καταχθονίοις καθιερομαίζειν. ὃ καὶ τότε ὁ Ῥωμύλος ἐποίησεν. & multa exempla in veteri historia.

SALMASIUS.

3 *Sed profuit.*] Mallet vir eruditissimus: *sed nihil profuit.* nihil mutandum censeo. profuisse dicit, quod præfectus urbis illi Senatusconsulto non interfuit, qui cum esset maximus Maximinorum fautor, & is cui plurimum fideret Maximinus, Senatusconsultum quominus in Gordianorum fautorem fieret, & Maximini defautionem, prohibere potuisset. absentiam igitur ejus profuisse scribit Capitolinus ideoque actes ad illum litteras misisse Maximinum paulo post tradit, ubi exemplum Senatusconsulti accepit, quibus ei vehementer succenset. quod & Senatusconsultum factum esse nescierit, nec faciendo interfuerit.

4 *Dii faciant ut esse jam desinat.*] *Dii facient, ut esse jam desinat.*

Gordianos principes agnoſcimus. [1] *Imperatores de ſenatu dii conſervent: imperatores nobiles victores videamus: imperatores noſtros Roma videat. Hoſtes publicos qui occiderit, præmium merebitur.* [2] Dicit Junius Cordus iſtud 12
ſenatuſconſultum fuiſſe tacitum: quod quale ſit, aut quare ſic appellatum, brevi exponam. Omnino [3] exemplum ſenatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie quàm quòd veſtra clementia, convocatis ad interiora majoribus, ea diſponit quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus adjurare etiam ſoletis ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres neceſſitates publicæ repererunt, ut ſi forte aliqua vis ab hoſtibus immineret quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere quæ non prius oporteret dici quam effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanare, ſenatuſconſultum

tum

CASAUBONUS.

1 *Imperatores de ſenatu.*] Nam Maximinus non erat de ſenatu.

2 *Dicit Junius Cordus iſtud S. C. fuiſſe tacitum.*] Singularis eſt hic locus de ſenatuſconſulto tacito: quem morem alibi expoſitum non invenias. Herodianus quoque tacitum S. C. ea tempeſtate factum oſtendit: ſed non quando literæ Gordianorum advenerunt; verum tunc cum eorum cæde cognita in ſummas anguſtias redactus eſt ſenatus. Statim enim conveniſſe patres, non ſolito more in Curiam, ſed in Capitolium & Jovis Capitolini cellam: eo ſe incluſiſſe ſolos, & velut in ipſis Jovis oculis deliberationem habuiſſe, quid eſſet opus facto. Ait Herodianus: *συνῆλθον οὐκ εἰς τὸ συνήθες συνέδριον, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ Διὸς νεὼν Καπιτωλίου, ὃν σέβουσι Ῥωμαῖοι ἐν ἀκροπόλει. συγκλείσαντες δ' αὐτοὺς ἐν τῷ σηκῷ μόνους ὥσπερ ὑπὸ μάρτυρι τῷ Διῒ καὶ συνέδρῳ, ἐπισκόπῳ τε τῶν πραττομένων.* haut dubie deſcribitur his verbis ab Herodiano tacitum ſenatuſconſultum. habes hic locum ubi factum, &, ut videtur, ubi ſolitum fieri: de quo tamen nihil monet Capitolinus: habes & modum faciendi taciti S. C. ſed verbo indicatum: *συγκλείσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ σηκῷ μόνους* nam ſi erant ſoli patres, nulli ergo interfuerunt ſervi publici, nulli cenſuales: ſed ipſi ſenatores eorum partes obierunt: quod pluribus explicat Capitolinus. ita ergo capiendus Herodiani locus. Meminit & Capitolinus S. C. quod in Capitolio factum eſt, paullo poſt in Gordiano tertio: ſed tacitum tamen fuiſſe, ipſe non monet. verum de eo loco ibi videbimus.

SALMASIUS.

3 *Exemplum Senatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie quam quod veſtra clementia convocatis ad interiora majoribus.*] Scribe: *exemplum Senatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie, quam quo veſtra clementia, convocatis ad interiora majoribus, ea diſponit, quæ non ſunt omnibus publicanda.*

1 Non

[1]um tacitum fieret: ita ut non scribæ, [1] non servi publici, non censuales illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarumque complerent, nequid forte proderetur. Factum est ergo senatusconsultum tacitum ne res ad Ma-
13 ximinum perveniret. Sed statim ille ([2] ut se habent hominum mentes, eorum duntaxat qui erubescunt per se ea non agnosci quæ sciunt, & qui humiles se putant si commissa non prodant) omnia comperit Maximinus, ita ut exemplum senatusconsulti taciti acciperet, quod nunquam ante fuerat factitatum. Extat denique ejus epistola ad præfectum urbis talis: [3] *Senatusconsultum tacitum* [4] *vestrorum illorum principum legi,* [5] *quod præfectus urbis factum esse fortasse non nosti: nam nec interfuisti. cujus exemplum ad te misi ut scires quomodo Romanam Remp. regeres.* Enarrari autem non potest quæ commotio fuerit Maximini quum audivit contra se Africam descivisse. Nam senatus auctoritate percepta, incurrere in parietes, vestem scindere, gladium arripere quasi omnes posset occidere, prorsus furere videbatur. Præfectus urbis acceptis literis acrioribus, populum & milites alloquutus est, dicens, Maximinum jam occisum. Ex quo majus fuit gaudium, statimque dejectæ sunt statuæ atque imagines ejus qui hostis fuerat judicatus. Usus est sane senatus penden-

CASAUBONUS.

1 *Non servi publici, non censuales*] Horum opera magistratus Romani in actis publicis conficiendis utebantur: quod tandem mutatum est ab Arcadio, Honorio & Theodosio. multa de his in Jurisconsultorum libris.

2 *Ut se habent hominum mentes.*] Regius, *mores.* Lampridius in Alexandro. *Gallicanæ mentes ut sese habent duræ & retrogradæ.*

SALMASIUS.

3 *Senatusconsultum tacitum vestrorum illorum principum legi.*] Pal. *nostrorum illorum principum legi. principes* vocat Senatores. vide in vita Taciti.

GRUTERUS.

2 *Ut se habent hominum mentes.*]Haud aliter etiam Pal.

4 *Vestrorum illorum Principum.*] Pal. *nostrorum,* quod aliquantulum plus videtur habere indignationis.

5 *Quod tu præfectus urbis.*] Editiones aliæ. *quod præfectus urbis.* sed alterum est in Palat. & vehementius est.

2 *Nam*

pendente bello potestate qua debuit. [1] Nam delatores, calumniatores, procuratores, [2] & omnem illam facem Maximinianæ tyrannidis [3] occidi senatus jussit. Atque parum fuit quod senatus judicaverat, illud populi judicium fuit quod [4] occisi tracti sunt, & in cloacam missi. Tunc & præfectus urbi Sabinus, [5] consularis vir, fuste percussus, occisus & in publico derelictus est.
Hæc ubi comperit Maximinus, statim cohortatus est 14
milites [6] hoc genere concionis: [7] *Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei,* [8] *& quorum mecum plerique verè*

CASAUBONUS.

1 *Nam delatores, calumniatores, procuratores, & omnem illam facem Maximiana tyrannidis occ.*] Scrib. *Maximinianæ.* Herodianus: συνεφθάρη δὲ, καὶ οἱ συκοφάνται ὅσοι κατηγόρουν, ἢ ἐφοδεύει, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων ἀνῃρεῖτο. ἐπίτροποί τε καὶ δικασταὶ οἱ τῇ ἐκείνου ὠμότητι ὑπηρέτουν.

4 *Occisi, tracti sunt & in cloacam missi.*] Herodianus, συρέντες ὑπὸ τοῦ ὄχλου εἰς τὰς ὀχετὰς ἐρρίπτοντο.

7 *Sacrati commilitones, imò etiam mei consecranei.*] Sæpe soliti Ro. imperatores *commilitones* appellare suos milites, ut de Julio aliisque legimus fere omnibus, præter Augustum. addit Maximinus vocem *sacrati*, ut eos sacramenti militaris admoneat: cujus erat religio maxima; idque præcipuum fidei vinculum. illud vero [illegible], *imo etiam mei consecranei.* quod idem est, ac commilitones, sive eorumdem sacrorum participes. Tertullianus Apologetici cap. XVI. *Sed & qui crucis nos religiosos putat, consecraneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur.* Amavit medii temporis Latinitas hanc nominum formam. *Sacraneus* extat in veteri inscriptione, ubi SACRANEA. DEM. CERERIS. pro sacrata, ut in aliis ejusdem argumenti legitur. Sic *oblectaneus*, ut in veteri inscriptione: SI QVID. OBLECTANIVM. APVD. MANES. EST. & *consectaneus*, quo usi multi. sic etiam *solitanei* morbi, & *præsentaneum* remedium apud Marcellum empiricum. *consalaneus* legas in Glossario: *diœcesaneus* apud antiquissimos patres Latinos.

8 *Et quorum plerique mecum vere militatis.*] Hoc ideo quia collapsam disciplinam militarem opera ipsius maxime restituerat Alexander: ut jam veri essent milites. potest accipi & per ὑπαλλαγὴν dictum: quibuscum ego verè milito. nam & factus imperator, pariter se aliosque exercuit Maximinus. utramque interpretationem historia admittit apud Herodianum & Capitolinum.

SALMASIUS.

2 *Et omnem illam facem Maximiniana tyrannidis.*] Lege: *Maximinianæ tyrannidis.* quo genere non semel erratum est in hoc libro.

5 *Consularis vir.*] *Consularis jam vir.* Pal.

6 *Hoc genere concionis.*] Non igitur verba ipsa concionis refert, sed solam sententiam, quam aliis verbis magis declamatoriis exornat. in vita Maximinorum exemplum ipsum concionis posuerat, ut ibi docebamus.

GRUTERUS.

3 *Occidi jussit.*] Publicari antea, *occidi Senatus jussit.* sed vox ea supervacanea, tamquam proxime præcedens, neque comparebat in Palatino.

verè militatis, dum nos in Germania Romanam defendimus majestatem, dum nos Illyricum à Barbaris vindicamus. [1] *Afri fidem Punicam præstiterunt. Nam duos nobis Gordianos, quorum* [2] *alter ita senio fractus est ut non possit assurgere, alter ita luxurie perditus ut debilitatem habeat pro senectute, imperatores fecerunt.* [3] *Et ne hoc parum est, sed factum Afrorum nobilis ille senatus agnovit, & pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos* XX. *viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt. Quinimo agite ut viros decet. Properandum est ad urbem. Nam &* XX. *viri consulares contra nos lecti sunt, quibus resistendum est nobis fortiter agentibus, nobis feliciter dimicantibus.* [4] Lentas militum mentes & suorum minus hac alacres animos concione Maximus re cognovit. Denique statim ad filium scripsit, qui longe post sequebatur, ut acceleraret, nequid contra eum se absente milites cogitarent. Literarum exemplum tale Junius Cordus dicit: [5] *Referet ad te* [6] *stipator meus Tycannius, quæ*

CASAUBONUS.

1 *Afri fidem Punicam præstiterunt.*] In altera concione, quæ libro superiore est descripta, *Afri fidem fregerunt. quid dicam, fregerunt? nam quando tenuerunt?*

3 *Et nec hoc parum est, sed f.*] Malim, *Et ne hoc parum esset, factum Afrorum nobilis ille senatus agn.*

SALMASIUS.

2 *Alter senio ita affectus est.*] Melius Palatinus: *alter ita senio fractus est, ut non possit assurgere.*

4 *Lentas militum mentes & suorum minus alacres animos hac concione Maximinus sæpe cognovit.*] Quid *sæpe cognovit*? an quod una concione cognovit, id sæpius cognovisse dici potest? pessime hæc apperunt correctores, dum minime assequuti sunt lectionis, quæ in scriptis est, vestigia. illa autem sic habuit: *lenitas militum mentes & nos alacres animos hanc concionem Maximinus specognovit.* quæ corruptissima quidem sunt, sed parvo labore in integrum restitui possunt, ita legendo: *lentas militum mentes, & non alacres animos hac concione Maximinus recognovit. specognovit* mendose scriptum erat pro *recognovit*: ut *petunsus* supra pro *retunsus.* de veritate conjecturæ nostræ dubitaturum credo neminem.

GRUTERUS.

3 *Et nec hoc parum est, sed factum Afrorum, &c.*] Pal. *ne* forte: *Et ne hoc parum esset, factum Afrorum, &c.* ut & alii quoque malebant.

4 *Lentas militum mentes, & suorum minus alacres animos hac concione Maximinus sæpe cognovit.*] Pal. *Lenitas militum mentes, & nos alacres animos hanc concionem, & Maximinus spe cognovit.* Legendum forte: *Lentas militum mentes & non alacres animos hac concione Maximinus præcognovit.*

5 *Refert: ad me stipator meus Tyncannus.*] Vulgabatur prius *Tycannius*. lectio altera manavit à Palatino, accedit que magis ad nomina sæculo illo frequentata.

6 *Stipa-*

quæ gesta cognovi vel in Africa vel Romæ: referet quæ sint militum mentes. Quæso quantum potes, properes: [1] nequid, ut solet, militaris turba plus faciat. Quid verear, ex eo audies quem ad te misi. Dum hæc aguntur, in Africa contra duos Gordianus Capelianus quidam, Gordiano & in privata semper adversus, & ab ipso imperatore jam quum Mauros Maximini jussu regeret veteranus dimissus,[2] collectis Mauris & tumultuaria manu[3] accepto Gordiano successore Carthaginem petiit, [4] atque omnes fide Punica Carthaginensium populos incli-

SALMASIUS.

6 *Stipator meus Tycannius.*] Palatinus habet: *Thyncanius.* lege: *Tynchanius.* à verbo τυγχάνω, Τύχανος & Τυχάνος nomina propria. sic ab ἐπιτυγχάνω, Ἐπιτύχανος. *Epitynchani* aliquot leguntur in veteribus inscriptionibus. aliquando etiam *Pitynchanus* pro *Epithyncanus.* sic πιύρυς pro ἐπιύρυς recentiores Græci dixerunt: πιλίμιον pro ἐπιλίμιον. sic *pincernam* Latini vocarunt, quem Græci ἐπικέρνην. sane si Epitynchanus dicitur etiam Tynchanus, & Tynchanius, quin dicatur, nullum erit dubium. atque ita hoc loco scribendum nomen istud proprium.

CASAUBONUS.

1 *Ne quid, ut solet, militaris turba plus faciat.*] Εὐφημισμὸς est non ineptus, *plus facere*, pro conficere, occidere, deterius aliquid in aliquem consulere. ex his verbis non colligas utri Maximinus timuerit: sibine absente filio, an illi qui à patre aberat tum longius, ut modo dictum est. ego accipiebam de patre: cujus præcipuum apud omnes odium. sed de filio accepit Capitolinus, quod declarant superiora verba: *ne quid contra eum se absente milites cogitarent.*

3 *Accepto Gordiano successore.*] Scribendum, *à Gordiano.* libro superiore, *Capelliano Mauros regenti Gordianus successorem dederat.* Sed totus locus iste nisi commode interpungatur, tenebricosus nonnihil. Ita autem distinguendum: *Gordiano & in privata vita semper adversus, & ab ipso imperatore jam, cum Mauros Maximini jussu regeret veteranus, dimissus, cum lectis Mauris & tumultuaria manu, accepto à Gordiano successore, Carthaginem petiit.* Trajectio est in illis verbis, *accepto à Gordiano successore*, vel à librario commissa, vel ab ipso auctore. alieno enim loco posita sunt, cum deberent vocem *dimissus* statim sequi, aut etiam anteponi, ut apud Herodianum, διάδοχόν τε αὐτοῦ ἔπεμψε, καὶ τοῦ ἔθνους ἐξελθεῖν ἐκέλευσε.

GRUTERUS

2 *Cum lectis Mauris & tumultuaria manu.*] Pal. *conlectis.*

3 *Accepto à Gordiano successore.*] Hactenus editi male omiserant præpositionem, quam tamen habebant mss.

SALMASIUS.

2 *Cum lectis Mauris & tumultuaria manu.*] Scribendum: *conlectis Mauris, & tumultuaria manu.* ita edendum curavimus.

4 *Atque omnes fide Punica Chartaginiensium populus inclinavit.*] Ut Romanos populos non diceret aliquis auctor pro populo Romano, sic nec *Carthaginensium populos* pro *populum Carthaginensem* Latinum esse mihi persuadeo. Palatinus codex cum veteri editione, *omnis* heic habent, & *populus.*

inclinavit. Gordianus tamen fortunam belli experiri cupiens, filium suum jam natu grandiorem, XL. & VI. annos agentem, quem tunc legati loco (ut diximus)
15 habuerat, contra Capelianum & Maximinianos misit, virum de cujus moribus suo loco dicemus. Sed quum in re militari & Capelianus esset audacior, & Gordianus junior[1] non tam expertus, quippe qui nobilitatis deliciis tardabatur, pugna commissa vincitur & in eodem
16 bello interficitur. Fertur autem tanta multitudo Gordiani partium in bello cecidisse, [2] ut quum diu quæsitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri. [3] Fuit præterea ingens, quæ raro in Africa est, tempestas,

scribendum ergo: *collectis Mauris & tumultuaria manu Carthaginem petiit, ad quem omnis fide Punica Carthaginensium populus inclinavit.*

GRUTERUS.

1 *Non tamen expertus.*] Prætulerim fere scripturam Palatini, *non tam exercitatus.*

2 *Ut cum diu quæsitum sit corpus Gordiani.*] Maluissem, *ut diu quæsitum sit corpus*, rejectis *cum* & *sit*.

CASAUBONUS.

2 *Ut cum diu quæsitum sit corpus Gordiani junioris, non potuerit inveniri.*] Herodianus, ὡς διὰ πλῆθος πλωμένων, μήτε νεκρῶν ἀναίρεσιν πρὸς ταφὴν τοῖς οἰκείοις δυνηθῆναι· μήτε τὸ τοῦ νέου Γορδιανοῦ σῶμα εὑρεθῆναι.

3 *Fuit præterea ingens quæ raro in Africa est, tempestas.*] Constat Gordianum juniorem sub initium Julii, vel, ut quibusdam placet, ipsis Julii Calendis prope Carthaginem periisse: ubi raro est eo anni tempore tempestas: fuit observatum ab antiquis nautis tempestatem typhonicam, à qua sibi metuere deberent, raro contingere ante diem XVIII. Kal. Octobris. quare, cum in eum diem beatissimi Cypriani natalis incidisset, apud Carthaginensium, præsertim nautarum, vulgus obtinuit, ut ea tempestas CYPRIANA nominaretur. Procopius Gotthicorum libro tertio: Κυπριανὸν ἅγιον ἄνδρα μάλιστα πάντων οἱ Καρχηδόνιοι σέβονται. καὶ αὐτῷ νεὼν λόγου πολλοῦ ἄξιον πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυσάμενοι παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα, τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦνται, καὶ ἀγείρουσιν ἐνιαύσιον ἑορτήν. ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι· καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα, οἱ ναῦται, οὗ δὴ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν, ἐπεὶ ἐς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἐφ' οὗ ταύτην οἱ Λίβυες ἄγειν ἀεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι: nunquam imminentibus Cyprianis periculo nautæ se exponebant: adeo certi erant fore omnino ut ea die tempestas incumberet. quod paullo ante idem Procopius ostendit.

SALMASIUS.

3 *Fuit præterea ingens quæ raro in Africa est tempestas.*] Hæc tempestas quæ Gordiani exercitum dissipavit, & facilem Capeliano victoriam præstitit, videtur occasionem præbuisse quibusdam historicis illius texendæ fabulæ, qua Gordianos tempestate in mari orta, cum Romam venirent, fuisse obrutos & extinctos scripsere. vide Zosimum.

1 Hæc

pestas, quæ Gordiani exercitum ante bellum ita dissi-
pavit ut minus idonei milites prœlio fierent, atque ita
facilis esset Capeliani victoria. [1] Hæc ubi comperit 1
senior Gordianus, modicas vires suas, Maximini ma-
gnas, instantem Capelianum, raramque Punicam fi-
dem considerans, & acri dolore percitus, ut vincula
etiam hostium evitaret, laqueo vitam finivit, & vitam
cum imperio reliquit. [2] Hic exitus duorum Gordiano-
rum fuit, quos ambo senatus Augustos appellavit, &
postea inter divos retulit. [3] Imperaverunt anno uno,
mensibus sex.

GOR-

CASAUBONUS.

1 *Hæc ubi comperit senior Gordianus mod.*] Non multo aliter tota hæc periodus in regio concipitur, ubi tamen liber hic multis studio prætermissis, aliter est conceptus. At in altero eorum codicum quibus olim in Italia usus Puteanus, ita scriptum: *Hæc ubi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidii, & à Maximino multum timoris, & fides Punica perurgeret, & acerrime Capelianus instaret, luctus deinde mentem atque animum fatigaret, laqueo vitam finivit. Hic ex, &c.* eadem sententia quæ in edita lectione: sed verba non parum diversa. Nam quod sæpe sumus questi, nimium quantum sibi licere voluerunt veteres quidam critici in concinnandis, & pro libidine sua recoquendis miseris istis scriptoribus. Huic autem periodo ante illa, *Hic exitus, &c.* debuerant subjici verba illa quæ paullo ante sedem alienam occupasse demonstrabamus: sed ea sunt hodie non solum loco suo mota, verum etiam multis modis male affecta, & lacera.

2 *Hic exitus duorum Gordianorum fuit.*] Sane etsi uter perierit prior non plane constat, ambos tamen in Africa mortem obiisse non est dubium. Zosimus tamen ex aliis scriptoribus tradit naufragio utrumque periisse, cum ex Africa in Italiam trajicerent.

3 *Imperaverunt anno uno, mensibus sex.*] Imo vero, *uno mense, diebus sex.* & ita videtur esse scribendum, inducta voce *anno.* adi ad Fastos Onuphrii, cui præstantissimo viro hac in parte assentimur.

SALMASIUS.

2 *Hæc ubi comperit senior Gordianus.*] Ne una quidem littera mutata eamdem prorsus lectionem reperi in Palatino, quam in suis libris olim reperisse testatum reliquit vir summus Isaacus Casaubonus. quem hoc in loco adi.

GRUTERUS.

1 *Hæc ubi comperit senior Gordianus, cum in Africa nihil præsidii, &c.*] Periodum hanc totam restitui ex præscripto Palatini, & codicis ejus quem contulit in Italia Puteanus. prius erat, immani licentia: *Hæc ut comperit senior Gordianus, modicas vires suas, Maximini magnas, instantem Capelianum, ramque Punicam fidem considerans, & acri dolore percitus, ut vincula etiam hostium evitaret, laqueo vitam finivit, & vitam cum imperio reliquit. Hic exitus, &c.*

3 *Imperaverunt anno uno, mensibus sex.*] Falsa lectio; quam deregit, sed non etiam sanat Palatinus, in quo, *Imperaverunt mensibus sex.* adeantur Onufriani fasti.

SALMASIUS.

3 *Imperaverunt anno uno, mensibus sex.*]

GORDIANUS JUNIOR.

17 HIc Gordiani ſenis proconſulis Africæ filius, qui cum patre & ab Afris & à ſenatu Auguſtus appellatus eſt, literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem; quam, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem [1] alii hoc eſſe dixerunt, quod *Africanus* Gordianus ſenior appellatus eſt cognomine Scipionum, quod domum Pompejanam in urbe habuit, quod Antoninorum cognomine ſemper eſt nuncupatus,[2] quod *Antoninum* filium ſuum ipſe[3] ſignificari voluit in ſenatu: [4] quæ ſingula videntur familias deſignare. Sed ego Junium Cordum ſequor, qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluiſſe nobilitatem. Idem igitur natus patri primus [5] ex Fabia Oreſtilla Anto-

ſex.] Ita continuate legitur finis hujus libri & initium ſequentis, in prima editione; *imperitaverunt anno uno, menſibus ſex. Gordianus junior, hic Gordiani ſenis.* titulum ſane ab auctore non fuiſſe impoſitum liquet; cui propoſitum fuit, uno volumine tres Gordianos amplecti.

1 *Alii hoc eſſe dixerunt.*] Pal *alii hec eſſe deſiderant.* emenda: *alii hoc eſſe ediſſerunt.*

GRUTERUS.

1 *Alii hoc eſſe dixerunt.*] Fere ante habuerim ſcripturam Palatini, *eſſe deſiderant.*

2 *Quod Antoninum filium.*] Ita edidi, volente Pal. & aliorum mſſ. editi prius, *Antonini.*

3 *Significari voluit in Senatu.*] Habuimus ſupra c. IV. fine, *poſuiſſe nomen apud præfectum ærarii*, ergo non in Senatu, an legendum? *in cenſuali.* nam certe iterum totidem literis recurrit illud *Senatu.*

CASAUBONUS.

2 *Quod Antoninum filium ſuum ipſe ſignificari voluit in ſenatu.*] Scripti libri, partim *Antoninum* hic habent, partim *Antonium.* & videtur hoc loco non aliter ſcripſiſſe Capitolinus. nam id agit, ut oſtendat attigiſſe Gordianum plurimas è nobiliſſimis veterum Romanorum familiis, ſive gentibus. in quibus gentem Antoniam fuiſſe, ignorat nemo. at cum Antoninis cognationem præcedentia verba demonſtrent. illa autem *in ſenatu*, quæ & mox repetuntur, expoſuimus antea hoc libro: ſed dum attentius de ſententia horum verborum, & eorum quæ mox ſequuntur, cogito, oboritur ſuſpicio, fortaſſe utroque loco ſcribendum eſſe, *in cenſu*, non *in ſenatu*: videtur enim *cenſum* appellaſſe, profeſſionem liberorum à parentibus fieri ſolitam apud Acta: quæ re vera cenſus ſpecies quædam fuit.

4 *Quæ ſingula videntur familias deſignare.*] Scipionum in gente Cornelia, Pompejam, Aureliam Antoninorum, & Antoniam.

5 *Ex Fabia Oreſtilla Antonii pronepte.*] Scrib. *Antonini.*

1 *Anto-*

[1] Antonini pronepte, unde Cæsarum quoque familiam contingere videbatur. Et primis diebus sui natalis *Antoninus* est appellatus, Mox in senatu Antonini nomen est editum, vulgo deinde Gordianus haberi cœptus. In studiis gravissimæ opinionis fuit, forma conspicuus, memoriæ singularis, bonitatis insignis, adeo ut semper in scholis si quis puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. Sereno Sammonico, qui patri ejus amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & charus usque adeo [2] ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad LX. & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit. Siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus [3] in famam hominum literarum decore pervenit. Quæsturam Heliogabalo autore promeruit, idcirco quod luxurioso imperatori lascivia juvenis, non tamen luxuriosa neque infamis, prædicata est. Præturam Alexandro autore urbanam tenuit, in qua tantus jurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum quem pater sero acceperat mereretur. [4] Maximini seu ejusdem Alexandri, temporibus ad pro-

GRVTERVS

1 *Antonini pronepte.*] Pal. *Antoniæ.* vulgg. *Antonini.*

SALMASIVS.

3 *In famam hominum litteratorum decore pervenit.*] Hæc non sunt nauci. repone ex prima editione & Palatino codice: *siquidem tantæ bibliothecæ copia & splendore donatus, in famam hominum, litterarum decore pervenit.*

CASAVBONVS.

2 *Ut omnes libros Sereni Samonici patris sui, q.*] Duo fuerunt nomine & cognomine eodem Sereni Samonici: pater quem occidit Caracalla, ut narrat Spartianus in vita; filius Gordiani junioris præceptor, ut scribitur hoc loco. bibliotheca autem à patre fuerat congesta: quem etiam multa scripta edidisse auctor est Spartianus, & multi ejus meminerunt veteres scriptores. ejus est, opinor carmen de re medica, quod ad nos solum ex omnibus illius scriptis pervenit.

4 *Maximini seu ejusdem Alexandri temporibus, ad proconsulatum patris missus legatus est et sequentia.*] Juvabat sententiam non parum posita virgula post vocem *legatus.* cave autem male illa capias, *Maximini seu ejusdem Alexandri temporibus.* nam ridiculus sit Capitolinus, si de proconsulatu Gordiani senioris ita loqueretur: cum ex iis quæ ante dixit, certo illi constaret, Alexandri temporibus id accidisse. loquitur igitur de profectione in Africam junioris Gordiani: qui quidem, ut ex hoc loco apparet, non est

proconſulatum patris miſſus legatus eſt obſequutus: atque illic ea quæ ſuperius dicta ſunt, contigerunt.
19 Fuit vini cupidior, ſemper tamen undecunque conditi, [1] nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio, cæteriſque rebus quibus gula maxime delectatur. Cibi parcus, ita ut intra punctum temporis vel prandium, ſi pranderet, vel cœnam finiret. Mulierum cupidiſſimus: habuiſſe enim decretas ſibi concubinas xx. & II. fertur. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios reliquit. [2] Appellatuſque eſt *ſui temporis Priamus*, [3] quem vulgo jocantes, [4] quod eſſet naturæ propenſioris, *Priapum* non Priamum ſæpe vocitarunt. Vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœniſſimis nemoribus. Nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſime dicens illum quandoque in ſumma claritate cito eſſe moriturum. [5] Nec tamen

men

una cum patre profectus: ſed poſtea à ſenatu aut imperatore in Africam miſſus eſt, ut patri ſuo legatus eſſet, extincto vel amoto priore Gordiani patris legato.

SALMASIUS.

1 *Nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio.*] *Nunc roſæ, nunc maſtice, nunc abſentii*, ita vetus liber. *abſentium* autem & *abſentum* ſcribebant. unde *abſentatum vinum* alibi notabamus Græci ἀψίνθιον, Latini *abſentum* etiam dixere. Apuleius de remediis ſalutaribus in vetuſtiſſimis membranis, quas penes me habeo: *ſuccorum ſaporumque dicenda differentia eſt. ſunt autem acres, origani, naſturci, ſinapis: amari vero, abſenthi, centauriæ: aquatiles, cucumeris, cucurbitæ & lactucæ, &c.* vide quæ ſupra notavimus.

3 *Quem vulgo jocantes quod eſſet naturæ propenſioris, Priapum non Priamum ſæpe vocitarunt.*] Legebam aliquando, *quod eſſet naturæ protenſioris.* ſed aliter omnes libri, in quibus habetur magno conſenſu, *quod eſſet natura propenſior.* propenſum autem eo ſignificatu capere videtur, quo Græcis κατωφερὴς dicitur. *natura igitur propenſior*, eſt φύσει κατωφερέστερος.

CASAUBONUS.

2 *Appellatuſque eſt ſui temporis Priamus.*] Ob liberorum multitudinem ex Homero notum & aliis poëtis.

4 *Quod eſſet naturæ propenſioris.*] Membranæ, *quod eſſet natura propenſior.* non diſplicეat alioquin, *naturæ protenſioris.* nam ita melius conveniat appellatio Priapi.

GRUTERUS.

4 *Quod eſſet natura propenſior.*] Vulgati nihilo deterius, *naturæ propenſioris.* ſed auctoritas mſſ. etiam Palatini, adſerit alteram lectionem ſuo auctori.

SALMASIUS.

5 *Nec tamen in vita ſua fortunæ bonis unquam degeneravit.*] Hunc locum miſeris mirifque modis interpolavit correctorum temeritas & audacia. quantum ſibi permiſerint judicio erit vetus ſcriptura, quæ in omnibus antiquitus excuſis, & ſcriptis ita concepta eſt: *vita ſua nec tamen fortitudinem bonis unquam degeneravit.* corruptiſſima

hæc

men in vita ſua fortunæ bonis unquam degeneravit, [1] ſemperque inter illuſtriſſimos fuit, nec civibus nec Reip. ad conſultationem defuit. Denique etiam ſenatus libentiſſime illum Auguſtum appellavit, atque in eo ſpem publicam poſuit. Veſtitu cultiſſimus, ſervis & omnibus ſuis charus. Cordus dixit uxorem eum nunquam habere voluiſſe. Contra Dexippus putat ejus filium eſſe GORDIANUM TERTIUM, [2] qui poſt hoc cum Balbino & Pupieno, ſive Maximo, puerulus adeptus eſt imperium. Quum ſenior Gordianus mathematicum aliquando conſuleret de genitura hujus, reſpondiſſe ille dicitur, [3] hunc & filium imperatoris, & ipſum imperatorem futurum. Et quum ſenior Gordianus rideret,

hæc ſunt, quis negat? non tamen ut correctiora eſſent, fecerunt illi, qui hoc tantum videntur præſtitiſſe ut veſtigia abolerent, unde vera lectio poterat erui. eam nos niſi fallimur, longe minore licentia, ſed feliciore ſucceſſu eruimus ad hunc modum legendo: *vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœniſſimis nemoribus: nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſime dicens illum quandoque in ſumma claritate eſſe moriturum: vita ſua hæc tamen fortitudine à bonis nunquam degeneravit, ſemperque inter illuſtriſſimos fuit.* ſciunt qui in veteribus libris evolvendis ſunt verſati, *nec* pro *hæc*, & *hæc* pro *nec* viciſſim plerumque in iis ſcribi. ita hoc loco *vitia ſua nec tamen*, pro *vita ſua hæc tamen* vitioſe ſcriptum fuerat. ſenſus eſt igitur, Gordianum quamvis in balneis, in nemoribus, in amœnis hortis, & omnibus deliciis ſemper vixerit, fortitudinem tamen retinuiſſe, nec hac vita ſua molli delicataque ac luxurioſa, degeneraſſe à bonis fortitudine, ſemperque inter illuſtriſſimos fuiſſe. legebam aliquando: *vita ſua hæc tamen fortitudinem animi nunquam degeniavit.* ſic *degeniare nomen Antonini* ſupra, ubi vulgati habebant *degenerare*. conſtantiam & fortitudinem hujus junioris Gordiani, quamvis etiam alias luxurioſus eſſet, & laſcivus, laudatum ſupra memini verbis conſulis cum ad ſenatum referret de Gordianis Auguſtis appellandis, & Maximino hoſte judicando: *Gordiani ſenis felicitatem atque prudentiam, juvenis virtutem atque conſtantiam læti experiamur.*

1 *Semperque inter inluſtriſſimos fuit, nec civibus nec Reip. ad conſultationem defuit.*] Si Palatino libro credimus, ita ſcripſerit Capitolinus, *ſemperque inter illuſtriſſimos fuit cives, nec reip. ad conſultationem defuit.*

3 *Hunc & filium imperatoris, & ipſum imperatorem futurum.*] Palatinus: *& patrem ipſum imperatorem futurum.* minus erit mendoſum, immo emendatiſſimum, ſi legas: *hunc & filium imperatoris, & patrem, & ipſum imperatorem futurum.*

CASAUBONUS.

2 *Qui poſt hoc c.*] Scripti, *poſt hæc.* melius.

GRUTERUS.

2 *Qui poſt hoc cum Balbino.*] Sic vulgg. & Pal. alii ſcripti *hæc.* utrum præponam, dubito.

 1 *Oſten-*

rideret, [1] ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse, ita ut probaret se vera dixisse. Qui quidem & seni & juveni, & diem & genus mortis, & loca quibus essent perituri, [2] obstinata constantiæ veritate prædixit. Quæ omnia postea Gordianus senior in Africa jam imperator & quando nihil timebat narrasse perhibetur: de morte quinetiam sua filiique, & de genere mortis dixisse. Cantabat præterea versus senex, [3] quum Gordianum filium vidisset, hoc sæpissime:

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi propria hæc si dona fuissent.

Extant dicta & soluta oratione & versibus Gordiani junioris, quæ hodie ab ejus affinibus frequentantur, non magna, non minima, sed media, & [4] quæ appareant esse hominis ingeniosi, sed luxuriantis & suum deserentis ingenium.
21 Pomorum & olerum avidissimus fuit, in reliquo ciborum genere parcissimus: adeo ut semper pomorum aliquid recentium devoraret: [5] frigidorum percupidus.

CASAUBONUS.

1 *Ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse.*] Et aruspices, & mathematici sive Chaldæi, responsa sua dictabant, atque interdum, ut fidem prædictionibus suis facerent, auctoritates adscribebant de libris veterum ejus artis quam profiterentur magistrorum, ut hic Capitolini locus docet. Juvenalis in sexta,

— dictataque verba
Pertulit, ut mos est, & aperta palluit agna.

2 *Obstinata constantiæ varietate prædixit.*] Malim, *obstinata constantia & veritate præd.* vel simpliciter, *obstinata constantia p.*

GRUTERUS.

5 *Frigidarum percupidus; nec facile per æstatem nisi frigidas, & quam plurimum bibit.*] Repræsentavi lectionem Pal. nostri, nisi quod is adhuc haberet, *quam plurimas.* antea legebaturque; *devoraret: frigidorum percupidus. Nec facile per æstatem nisi frigida, & quam &c.* non bene. loquitur enim auctor de *potionibus*, eaque dictio heic subintelligenda.

SALMASIUS.

2 *Obstinata constantiæ veritate prædixit.*] Ita libri sine varietate. apud me tamen constat legendum: *obstinata constantique veritate.*

3 *Cum Gordianum filium vidisset.*] *Vidisset* positum pro *videret.*

4 *Et quæ appareant esse hominis ingeniosi.*] *Et quæ appareat esse hominis ingeniosi*, ita scribo jubente Palatino.

5 *Frigidorum percupidus.*] Palatinus, *frigidarum percupidus. nec facile per æstatem nisi frigidas, & quamplurimas bibit:*

bit: & erat corporis vasti. quare magis ad frigidas urguebatur. cibi omnes qui non coquuntur, frigidi appellantur. *frigidas* autem cum vocat, subintelligendum est, *mensas*. frigidæ enim mensæ dicebantur omnia id genus edulia quæ cruda eduntur, ut poma, olera, ostrea, & similia. Plutarchus in Symposiacis quæstionibus: αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχραὶ, αἱ περὶ ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, ὥσπερ εἴληφε ὁ Πλάτων, ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι, τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσι. hæ sunt frigidæ, quarum percupidus hoc loco fuisse dicitur Gordianus. frigidarum multis locis apud hos auctores mentio habetur. in Maximino: *quod satis constat, oleribus semper abstinuit, à frigidis prope semper, nisi quum illi potandi necessitas esset.* olera à frigidis distinguit & diversa facit. nec enim omnia olera cruda edebantur, sed quædam etiam cocta, eaque sola non inter frigidas recenseri debent. Spartianus in Pescennio: *addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo secum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane & frigidis vescerentur, appositis specularibus qui id curarent.* ἄπυρον τροφὴν Græci vocant. unde ἄριστον ἄπυρον Marci Catonis apud Plutarchum: ὁ δὲ τὴν παντελῆ αὐτουργίαν ὑπομένων καὶ δεῖπνον ἀφελὲς καὶ ἄριστον ἄπυρον, καὶ λιτὴν ἐσθῆτα καὶ δημοτικὴν ἀσπαζόμενος οἴκησιν. Suidas: ὁ δὲ παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι τριῶν ἡμερῶν σιτία παρασκευάζειν ἄπυρα quæ sint ἀπυροσιτία, paulo post declarat his verbis, ἄπυρος τροφὴ ἡ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων. scrupulum tamen injiciunt hæc Spartiani verba: *nec facile per æstatem nisi frigidas & quamplurimas bibit.* an cibi bibuntur? nisi corrigamus *edit* pro *bibit*, necesse erit existimare Capitolinum hoc in loco *bibere* pro *edere* usurpasse, ut Græci καταπιεῖν. Pollux: καταπίνειν, ἤδη δὲ τοῦτ' ἔνιοι καὶ ἐπὶ τροφῆς λέγουσι. quod ne cui mirum videatur, haurire etiam de pomis dixit Spartianus in Albino: *Gulosum Cordus qui talia persequitur in suis voluminibus fuisse dicit, & ita quidem ut pomorum tantum hauserit quantum humana ratio non patitur.* sic *melones haurire* Plinius, *ostrea haurire* Ausonius dixit. puto tamen scribendum *edit* pro *bibit*. & verisimile est aliquem heic *frigidas*, de potionibus accipientem, vel aquis, ita mutasse.

Ib. *Frigidarum percupidus. Nec facile per æstatem.*] Distingue: *Frigidarum percupidus: nec facile per æstatem nisi frigidas edit. frigidas* autem heic ab oleribus & pomis distinguit. atque ita etiam Marcellus Empiricus: *per quos dies abstinendum balneis & frigidis, & Venere & pomis omnibus, & oleribus & dulcibus universis.* frigidas igitur de ostreis & echinis, & aliis ejusmodi magis proprie dicebant. Plutarchus: ψυχραὶ τράπεζαι καλούμεναι, αἱ περὶ ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσι. in antecœna enim sumebantur, ostrea, echini, pelorides, sphondyli, & similia. apud Macrobium lib. III. *antecœna echinos, ostreas crudas, quantum vellent, pelorides, sphondylos, &c.* lactuca tamen etiam in frigidis erat. Martialis noti sunt illi versiculi:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

idem alio loco:

— adfertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque, liber.

antecœnam intelligit. Plutarchus ψυχραὶ illas τραπέζας ex crudis quoque oleribus facit constare, & per ὠμὰ λάχανα lactucas intelligit. cum igitur olera Capitolinus & Marcellus à frigidis separant, de oleribus proprie sic dictis accipiendi sunt, & quæ cocta eduntur. quod autem frigidæ illæ mensæ, quas vocabant, maxime ostreis constarent, frigidas de ostreis heic & in vita Maximini censeo intelligendas, ubi dicit Maximinum ab oleribus semper abstinuisse, à frigidis prope semper, nisi cum illi potandi necessitas esset. nam ostrea

po-

cupidus. [1] Nec facile per æstatem nisi frigida, & quamplurimum, bibit. [2] Et erat corporis vasti: [3] quare magis

potum provocant διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἐν αὐτοῖς ἁλυκήν· ἁλυκὸν χυμὸν eas ἐν σαρκὶ ἔχειν scribit Galenus lib. III. περὶ τροφῶν δυνάμεως. crudæ autem edebantur vel hauriebantur potius ostreæ: hinc inter frigidas mensas primum locum habuere. Galenus: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑψεῖται πάντα, τὰ δ' ὄστρεια καὶ χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίουσιν. erant & alia quam plurima quæ sub hoc frigidarum venirent nomen, eam ob rationem quod incocta apponerentur & esitarentur, faseli, lupini, fænum Græcum, olivæ & alia ejusceemodi multa, quæ in illis frigidis mensis & antecœniis locum habebant. Galenus lib. I. περὶ τροφῶν δυνάμεως· καί τινα νεανίσκον οἶδα, κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰατρικὴν τέχνην ἐξασκοῦντα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὄψῳ χρώμενον ἐπὶ τῶν τεσσάρων μόνοις τούτοις, τήλει λέγω καὶ φασήλοις καὶ ὤχροις καὶ θέρμοις. ἥψατο δέ ποτε καὶ τῶν ἐκ τῆς Μέμφιδος ἐλαιῶν καὶ λαχάνων καὶ καρπῶν ὀλίγων ὅσοι χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίονται. hæc omnia frigidarum nomine censebantur: lupinos dico, faselos, fænumgræcum, quæ ex aceto & garo & sale edebantur περὶ τῆς ἄλλης τροφῆς, ut scribit ibidem Galenus. eas frigidas tunc solebat tantum usurpare Maximinus, cum illi potandi necessitas incumberet. ratio non longe quærenda quæ in promptu est. frigidas porro generaliori vocabulo dixit Spartianus in Nigro Pescennio, quidquid non coctum esitari posset. Græci ἄπυρον τροφὴν appellant. quo nomine non tantum ostrea, sed etiam olera, quæ cruda esitantur & poma omnia veniunt. verba Spartiani hæc sunt: *addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane ac frigidis uterentur, appositis speculatoribus qui id curarent.* frigidas ibi vocat τὰ ἄπυρα ὄψα, & quidquid, ut edatur, ignis opera opus non habet. Polyænus de Scipione ad Numantiam, exercitus sui disciplinam corrigente, ἐκέλευσεν δειπνεῖν ἄπυρον ὄψον. sed de his alibi pluribus. at Capitolinus hoc loco frigidarum appellatione, nec poma etiam si sine igne edantur, nec oleta comprehendit, nisi quæ cruda esitarentur. ceterum *frigidas* ἁπλῶς dicunt Latini, cum subaudiendum sit *mensas*. sunt enim omnino quas Plutarchus loco in superioribus à nobis producto ψυχρὰς τραπέζας vocatas fuisse notat. multa enim sunt, & pæne infinita ejusmodi quæ ἐλλειπτικῶς proferuntur, & genus sumunt ab his quibus conjuncta sunt. sic supra apud Spartianum notabamus *in publicas referre*, pro in publicas tabulas. sic *privatas curare*, pro res privatas. & *procurator privatæ* qui & in antiqua inscriptione dicitur ἐπίτροπος πριβάτης. ita *frigidas* cum dicimus, referri debet ad mensas. si *frigida* quis dicendum putaret, tunc intelligendum esset, edulia.

CASAUBONUS.

1 *Nec facile per æstatem, nisi frigida, & quam plurimum bibit.*] Scribo, *nisi frigida edit: quam plurimum bibit.*

GRUTERUS.

3 *Quare magis ad frigidas urgebatur.*] Sic rursus Palat. non, ut editi, *frigida*, ut appareat non esse scribæ errorem: qua ratione enim ter peccet in eandem vocem?

SALMASIUS.

2 *Et erat corporis vasti: quare magis ad frigidas urgebatur.*] Rationem hanc adfert, quare magis frigidas appeteret Gordianus, erat enim, inquit, corporis vasti. paulo infra dicit eum fuisse cor-

gis ad frigida urgebatur. Hæc de Gordiano juniore digna memoratu comperimus: [1] non enim talia dicere voluimus quæ Junius Cordus ridicule ac ſtulte compoſuit de voluptatibus domeſticis cæteriſque infimis rebus, quæ qui velit ſcire, ipſum legat Cordum, qui dicit & quos ſervos habuerit unuſquiſque principum, & quos amicos, [2] & quot penulas quotve chlamydes: [3] quorum etiam ſcientia nulli prodeſt. [4] *Siquidem ea debent in hiſtoria poni ab hiſtoriographis, quæ aut fugienda ſint aut ſequenda.* [5] Sane quidem quod apud Vulcatium

ſe corporis obeſi. qui abdomine laborant, ad aqualiculi propenſionem compeſcendam, & adipem minuendum, conſueverunt ut plurimum cibis uti, quos Græci medici λεπτυντικοὺς vocant, & qui imbecilliſſimæ materiæ ſunt, minimumque alimenti præſtant. talia ſunt illa omnia quorum percupidus erat Gordianus, & quæ ob hanc rem maxime appetebat, olera nempe & poma, & frigidæ. frigidas autem heic interpretor oſtreas crudas, quarum multus erat uſus in illis menſis, quas frigidas vocabant. nam in oſtreis, ut & in pomis & oleribus non multum ineſt alimenti, nec ad corpus faciendum magnopere adjuvant: ideoque illis maxime videntur apti & accommodati hujuſcemodi cibi, qui multum jam corporis habent, ac metuunt ne in majorem & adipatiorem molem evadat. Cornelius Celſus lib. II. olera, poma, & conchylia in imbecillima materia numerat: *imbecillimam vero materiam eſſe omne olus, & quidquid in cauliculo naſcitur, qualis eſt cucurbita, & cucumis, & capparis: omnia poma, oleas, cochleas, itemque conchylia.* vide & Galenum in libris περὶ τροφῶν δυνάμεως. Plinius lib. XI. cap. LIV. *augeſcunt corpora dulcibus atque pinguibus, & potu: minuuntur ſiccis & aridis, frigidiſque ac ſiti.*

1 *Non enim nos talia dicere voluimus.*] Hæc correctores effinxerunt ex veſtigiis veteris ſcripturæ contaminatiſſimæ, quæ ita habet: *non enim nobis talia dicentes uno quæ Junius Cordus ridicule ac ſtulte compoſuit.* verum poterant non ita longe abire ſcribendo ad hunc modum: *non enim nobis talia dicenda ſunt quæ Junius Cordus, &c.*

2 *Et quot penulas, quotque chlamydes.*] Chlamydes heic vocat, lacernas. in vita Pertinacis: *tunicas, penulaſque & lacernas.* in vita Alexandri: *uſus eſt ipſe chlamyde coccinea ſæpe.* paulo poſt lacernam appellat: *hoc ſolum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat.* Artemidorus βῆρρον χλαμύδα eſſe ſcribit. birrus autem & lacerna idem. ſed hæc alibi.

3 *Quorum etiam ſcientia nulli prodeſt.*] Melius idem Palatinus: *quorum etiam ſcientia nulli rei prodeſt.*

CASAUBONUS.

5 *Sane quidem, quod apud V.*] Hæc ita exhibent membranæ: *Sane quidem, quod prætermittendum eſſe non cenſui, quia mirabile viſum eſt, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipſe hiſtoriam ſui temporis ſcripſit, in literas miſit. Gordianum ſen. &c.*

GRUTERUS.

4 *Siquidem ea debent.*] Pal. *debeant.*

5 *Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum, qui ſui temporis ſcripſit hiſtoriam, &c.*] Plurimum & heic ſibi indulſerunt librarii. nam habemus in Pal. *Sane, quod permittendum eſſe non cenſui,*

catium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, videtur mirabile, inserendum censui. Dicit enim Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, [1] ut & vocem & morem & staturam ejusdem ostentare videretur: filium vero, Pompejo simillimum visum: quamvis Pompejus obesi corporis fuisse denegatur. Nepotem autem cujus etiam nunc videmus imagines, Scipionis Asiatici faciem retulisse. [2] quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.

GORDIANUS TERTIUS.

22 POst mortem duorum Gordianorum, senatus trepidus & Maximinum vehementius timens, ex viginti viris quos ad Rem. tuendam delegerat, Pupienum sive Maximum [1] & Clodium Balbinum Augustos appella-

sui, quia mirabile visum est. Lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit. In literas misi; Gordianum seniorem, &c. quæ totidem literis repetit etiam in membranis suis Casaubonus; nisi quod eædem habeant ad hunc vocem secundam: *Sane quidem quod.*

SALMASIUS.

5 *Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum.*] Similiter hunc locum nobis scriptum exhibuerunt nostri libri, ut sui Casaubono, quorum fidem sequutus legenda & distinguenda hoc modo verba quæ sequuntur, existimo: *sane, quod prætermittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misi, Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, &c.*

1 *Ut & vocem, & morem & staturam ejus ostentare videretur.*] Quid appellat *morem*, aut quomodo morem Augusti ostentavit Gordianus? quid vero mos iste facit ad vultus repræsentationem? puto corrigendum esse: *ut & vocem, & os, & staturam ejus ostentare videretur.* scriptum olim vitio videtur fuisse, *ut & vocem, & mos & staturam*: ex quo aliquis fecit, *& morem.* scribi etiam posset, *oris honorem.*

2 *Quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.*] Corruptissime legitur in Palatino: *quod pro sui administrasne.* nectamen aliter in suis libris videntur invenisse primæ editionis auctores: sic enim edi curarunt, *quod pro sui administratione.* sequitur eodem tenore, eademque litterarum figura: *Gordianus tertius, post mortem Gordianorum.* non enim novus titulus, grandiore littera scriptus huic loco imponendus. vide quæ supra super hac re notavimus.

CASAUBONUS.

3 *Et Clodium Balbinum A.*] Abest à Regio *Clodium.* ante diximus *Cælium* fuisse nominatum, non Clodium.

GRUTERUS.

3 *Et Clodium Balbinum.*] Sic & Pal. supraque etiam sæpe *Clodius* dictus, non *Cælius.*

1 Ut

pellavit, ambos ex consulibus. Tunc populus & milites Gordianum parvulum annos agentem, ut plerique asserunt, undecim, [1] ut nonnulli, tredecim, ut Junius Cordus dicit, sedecim, (nam vigesimo & secundo anno eum perisse asserit) petiverunt ut Cæsar appellaretur: raptusque ad senatum, atque inde in concione positus, indumento imperatorio tectus, Cæsar est appellatus. Hic natus est, [2] ut plures asserunt, ex filia Gordiani; [3] ut unus aut duo, [4] (nam amplius invenire non potui) [5] ex filio qui in Africa periit. [6] Gordianus igitur Cæsar factus apud matrem educatus est. Et quum extinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus militari seditione interempti essent, [7] qui biennio imperaverant, Gordianus adolescens qui Cæsar eatenus fuerat, à militibus & populo & senatu & omnibus gentibus, ingenti amore, ingenti studio & gratia Augustus

CASAUBONUS.

1 *Ut nonnulli tredecim.*] Herodianus XIII. annorum facit, non cum Cæsar est creatus; sed cum imperium suscepit, extinctis Pupieno & Albino. Videtur sane jam tum grandiusculus fuisse, cum de Gordianis Augustis primus ex Africa Romam nuntius advenit. nam inter acclamationes faustas quibus novos Augustos senatus statim est prosecutus, fuere & quæ ad hunc pertinerent, atque adeo jam tum prætura illi destinata, & consulatus: nomen quoque Cæsaris petitum ab acclamantibus senatoribus. nam libro superiore habentur hæc verba: *Ambo feliciter agatis: ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decernimus: nepoti Gordiani consulatum spondemus. Nepos Gordiani Cæsar appelletur. Tertius Gordianus præturam accipiat.* Non concinunt ista iis quæ alibi narrat Capitolinus, itemque Herodianus: qui hunc cum Cæsar est factus vocat alibi infantem puerulum. Quare de fide illatum acclamationum potest non sine caussa dubitari. sed de trium Gordianorum rebus ita pugnantia scribunt veteres, ut quid potissimum probes non invenias.

2 *Ut plures asserunt, ex filia Gordiani.*] Herodianus, *ὃν δὲ παιδίον νήπιον τῆς Γορδιανοῦ θυγατρὸς τέκνον, τῷ πάππῳ ὁμώνυμον.*

3 *Ut unus aut duo, nam amplius invenire non potui, ex filio.*] *Amplius* pro plures. nisi scribas, *nam plures*. horum duorum alter est Dexippus, ut mox dicitur. vide sequentem notam.

5 *Ex filio qui in Africa periit.*] Post hæc verba collocari ista debuerunt; *Dexippus quidem asseverat ex filia Gordiani tertium Gordianum esse natum.* quæ magno flagitio hinc avulsa, inferius aliquanto sunt posita.

7 *Qui biennio imperarunt.*] Vide ad sequentem librum.

GRVTERVS.

4 *Nam amplius invenire non potui.*] Sic & Pal.

6 *Gordianus igitur Cæsar.*] Idem Pal. *Gordianus scilicet Cæsar.*

1 *Ama-*

GORDIANUS JUNIOR.

17 HIc Gordiani senis proconsulis Africæ filius, qui cum patre & ab Afris & à senatu Augustus appellatus est, literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem; quam, ut nonnulli, ab Antoninis, ut plurimi, ab Antoniis duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem [1] alii hoc esse dixerunt, quod *Africanus* Gordianus senior appellatus est cognomine Scipionum, quod domum Pompejanam in urbe habuit, quod Antoninorum cognomine semper est nuncupatus,[2] quod *Antoninum* filium suum ipse[3] significari voluit in senatu:[4] quæ singula videntur familias designare. Sed ego Junium Cordum sequor, qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluisse nobilitatem. Idem igitur natus patri primus [5] ex Fabia Orestilla Anto-

sex.] Ita continuate legitur finis hujus libri & initium sequentis, in prima editione; *imperaverunt anno uno, mensibus sex. Gordianus junior, hic Gordiani senis.* titulum sane ab auctore non fuisse impositum liquet; cui propositum fuit, uno volumine tres Gordianos amplecti.

1 *Alii hoc esse dixerunt.*] Pal. *alii hoc esse desiderant.* emenda: *alii hoc esse edisserunt.*

GRVTERVS.

1 *Alii hoc esse dixerunt.*] Fere ante habuerim scripturam Palatini, *esse desiderant.*

2 *Quod Antonium filium.*] Ita edidi, volente Pal. & aliorum mss. editi prius, *Antonini.*

3 *Significari voluit in Senatu.*] Habuimus supra c. xv. fine, *posuisse nomen apud præfectum ærarii*, ergo non in Senatu, an legendum? *in censuali.* nam certe iterum totidem literis recurrit illud *Senatu.*

CASAVBONVS.

2 *Quod Antoninum filium suum ipse significari voluit in senatu.*] Scripti libri, partim *Antoninum* hic habent, partim *Antonium.* & videtur hoc loco non aliter scripsisse Capitolinus. nam id agit, ut ostendat attigisse Gordianum plurimas è nobilissimis veterum Romanorum familiis, sive gentibus. in quibus gentem Antoniam fuisse, ignorat nemo. at cum Antoninis cognationem præcedentia verba demonstrant illa autem *in senatu*, quæ & mox repetuntur, exposuimus antea hoc libro: sed dum attentius de sententia horum verborum, & eorum quæ mox sequuntur, cogito, oboritur suspicio, fortasse utroque loco scribendum esse, *in censu*, non *in senatu*: videtur enim *censum* appellasse, professionem liberorum à parentibus fieri solitam apud Acta: quæ re vera census species quædam fuit.

4 *Quæ singula videntur familias designare.*] Scipionum in gente Cornelia, Pompejam, Aureliam Antoninorum, & Antoniam.

5 *Ex Fabia Orestilla Antonii pronepte.*] Scrib. *Antonini.*

1 *Anto-*

[1] Antonini pronepte, unde Cæſarum quoque familiam contingere videbatur. Et primis diebus ſui natalis *Antoninus* eſt appellatus, Mox in ſenatu Antonini nomen eſt editum, vulgo deinde Gordianus haberi cœptus. In ſtudiis graviſſimæ opinionis fuit, forma conſpicuus, memoriæ ſingularis, bonitatis inſignis, adeo ut ſemper in ſcholis ſi quis puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. Sereno Sammonico, qui patri ejus amiciſſimus, ſibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & charus uſque adeo [2] ut omnes libros Sereni Sammonici patris ſui, qui cenſebantur ad LX. & duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit. Siquidem tantæ bibliothecæ copia & ſplendore donatus [3] in famam hominum literarum decore pervenit. Quæſturam Heliogabalo autore promeruit, idcirco quod luxurioſo imperatori laſcivia juvenis, non tamen luxurioſa neque infamis, prædicata eſt. Præturam Alexandro autore urbanam tenuit, in qua tantus juriſdictionis gratia fuit, ut ſtatim conſulatum quem pater ſero acceperat mereretur. [4] Maximini ſeu ejuſdem Alexandri, temporibus ad pro-

GRVTERVS

1 *Antonini pronepte.*] Pal. *Antoniæ.* vulgg. *Antonini.*

SALMASIVS.

3 *In famam hominum litteratorum decore pervenit.*] Hæc non ſunt nauci. repone ex prima editione & Palatino codice: *ſiquidem tantæ bibliothecæ copia & ſplendore donatus, in famam hominum, litterarum decore pervenit.*

CASAVBONVS.

2 *Ut omnes libros Sereni Samonici patris ſui, q.*] Duo fuerunt nomine & cognomine eodem Sereni Samonici: pater quem occidit Caracalla, ut narrat Spartianus in vita; filius Gordiani junioris præceptor, ut ſcribitur hoc loco. bibliotheca autem à patre fuerat congeſta: quem etiam multa ſcripta edidiſſe auctor eſt Spartianus, & multi ejus meminerunt veteres ſcriptores. ejus eſt, opinor carmen de re medica, quod ad nos ſolum ex omnibus illius ſcriptis pervenit.

4 *Maximini ceu ejuſdem Alexandri temporibus, ad proconſulatum patris miſſus legatus eſt el ſequutus.*] Juvabat ſententiam non parum poſita virgula poſt vocem *legatus.* cave autem male illa capias, *Maximini ſeu ejuſdem Alexandri temporibus.* nam ridiculus ſit Capitolinus, ſi de proconſulatu Gordiani ſenioris ita loqueretur: cum ex iis quæ ante dixit, certo illi conſtaret, Alexandri temporibus id accidiſſe. loquitur igitur de profectione in Africam junioris Gordiani: qui quidem, ut ex hoc loco apparet, non eſt

proconſulatum patris miſſus legatus eſt obſequutus: atque illic ea quæ ſuperius dicta ſunt, contigerunt.
19 Fuit vini cupidior, ſemper tamen undecunque conditi, [1] nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio, cæteriſque rebus quibus gula maxime delectatur. Cibi parcus, ita ut intra punctum temporis vel prandium, ſi pranderet, vel cœnam finiret. Mulierum cupidiſſimus: habuiſſe enim decretas ſibi concubinas xx. & II. fertur. Ex quibus omnibus ternos & quaternos filios reliquit. [2] Appellatuſque eſt *ſui temporis Priamus*, [3] quem vulgo jocantes, [4] quod eſſet naturæ propenſioris, *Priapum* non Priamum ſæpe vocitarunt. Vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœniſſimis nemoribus. Nec pater aſpernatus eſt, ſæpiſſime dicens illum quandoque in ſumma claritate cito eſſe moriturum. [5] Nec tamen

una cum patre profectus: ſed poſtea à ſenatu aut imperatore in Africam miſſus eſt, ut patri ſuo legatus eſſet, extincto vel amoto priore Gordiani patris legato.

SALMASIUS.

1 *Nunc roſa, nunc maſtiche, nunc abſinthio.*] *Nunc roſæ, nunc maſtice, nunc abſentii*, ita vetus liber. *abſentium* autem & *abſentum* ſcribebant. unde *alſintatum vinum* alibi notabamus Græci ἀψίνθιον, Latini *abſentum* etiam dixere. Apuleius de remediis ſalutaribus in vetuſtiſſimis membranis, quas penes me habeo: *ſuccorum ſaporumque dicenda differentia eſt. ſunt autem acres, origani, naſturci, ſinapis: amari vero, abſenthi, centauriæ: aquatiles, cucumeris, cucurbitæ & lactucæ, &c.* vide quæ ſupra notavimus.

3 *Quem vulgo jocantes quod eſſet naturæ propenſioris, Priapum non Priamum ſæpe vocitarunt.*] Legebam aliquando, *quod eſſet natura propenſioris.* ſed aliter omnes libri, in quibus habetur magno conſenſu, *quod eſſet natura propenſior.* propenſum autem eo ſignificatu capere videtur, quo Græcis κατωφερὴς dicitur. *natura igitur propenſior*, eſt φύσει κατωφερέστερος.

CASAUBONUS.

2 *Appellatuſque eſt ſui temporis Priamus.*] Ob liberorum multitudinem ex Homero notum & aliis poëtis.

4 *Quod eſſet naturæ propenſioris.*] Membranæ, *quod eſſet natura propenſior.* non diſpliceat alioquin, *naturæ propenſioris.* nam ita melius conveniat appellatio Priapi.

GRUTERUS.

4 *Quod eſſet natura propenſior.*] Vulgati nihilo deterius, *naturæ propenſioris.* ſed auctoritas mſſ. etiam Palatini, adſerit alteram lectionem ſuo auctori.

SALMASIUS.

5 *Nec tamen in vita ſua fortunæ bonis unquam degeneravit.*] Hunc locum miſeris miriſque modis interpolavit correctorum temeritas & audacia. quantum ſibi permiſerint judicio erit vetus ſcriptura, quæ in omnibus antiquitus excuſis, & ſcriptis ita concepta eſt: *vita ſua nec tamen fortitudinem bonis unquam degeneravit.* corruptiſſima hæc

men in vita sua fortunæ bonis unquam degeneravit [1] semperque inter illustrissimos fuit, nec civibus nec Reip. ad consultationem defuit. Denique etiam senatus libentissime illum Augustum appellavit, atque in eo spem publicam posuit. Vestitu cultissimus, servis & omnibus suis charus. Cordus dixit uxorem eum nunquam habere voluisse. Contra Dexippus putat ejus filium esse GORDIANUM TERTIUM, [2] qui post hoc cum Balbino & Pupieno, sive Maximo, puerulus adeptus est imperium. Quum senior Gordianus mathematicum aliquando consuleret de genitura hujus, respondisse ille dicitur, [3] hunc & filium imperatoris, & ipsum imperatorem futurum. Et quum senior Gordianus rideret,

hæc sunt, quis negat? non tamen ut correctiora essent, fecerunt illi, qui hoc tantum videntur præstitisse ut vestigia abolerent, unde vera lectio poterat erui. eam nos nisi fallimur, longe minore licentia, sed feliciore successu eruimus ad hunc modum legendo: *vixit in deliciis, in hortis, in balneis, in amœnissimis nemoribus: nec patet aspernatus est, sæpissime dicens illum quandoque in summa claritate esse moriturum: vita sua hæc tamen fortitudine à bonis nunquam degeneravit, semperque inter illustrissimos fuit.* sciunt qui in veteribus libris evolvendis sunt versati, *nec* pro *hæc*, & *hæc* pro *nec* vicissim plerumque in iis scribi. ita hoc loco *vita sua nec tamen*, pro *vita sua hæc tamen* vitiose scriptum fuerat. sensus est igitur, Gordianum quamvis in balneis, in nemoribus, in amœnis hortis, & omnibus deliciis semper vixerit, fortitudinem tamen retinuisse, nec hac vita sua molli delicataque ac luxuriosa, degenerasse à bonis fortitudine, semperque inter illustrissimos fuisse. legebam aliquando: *vita sua hæc tamen fortitudinem animi nunquam degeniavit.* sic *degeniare nomen Antonini* supra, ubi vulgati habebant *degenerare*. constantiam & fortitudinem hujus junioris Gordiani, quamvis etiam alias luxuriosus esset, & lascivus, laudatum supra memini verbis consulis cum ad senatum referret de Gordianis Augustis appellandis, & Maximino hoste judicando: *Gordiani senis felicitatem atque prudentiam, juvenis virtutem atque constantiam læti expectamur.*

1 *Semperque inter inlustrissimos fuit, nec civibus nec Reip. ad consultationem defuit.*] Si Palatino libro credimus, ita scripserit Capitolinus, *semperque inter illustrissimos fuit cives, nec reip. ad consultationem defuit.*

3 *Hunc & filium imperatoris, & ipsum imperatorem futurum.*] Palatinus: *& patrem ipsum imperatorem futurum.* minus erit mendosum, immo emendatissimum, si legas: *hunc & filium imperatoris, & patrem, & ipsum imperatorem futurum.*

CASAUBONUS.

2 *Qui post hoc c.*] Scripti, *post hæc.* melius.

GRUTERUS.

2 *Qui post hoc cum Balbino.*] Sic vulgg. & Pal. alii scripti *hæc.* utrum præponam, dubito.

 1 Osten-

rideret, [1] ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse, ita ut probaret se vera dixisse. Qui quidem & seni & juveni, & diem & genus mortis, & loca quibus essent perituri, [2] obstinata constantiæ veritate prædixit. Quæ omnia postea Gordianus senior in Africa jam imperator & quando nihil timebat narrasse perhibetur: de morte quinetiam sua filiique, & de genere mortis dixisse. Cantabat præterea versus senex, [3] quum Gordianum filium vidisset, hoc sæpissime:

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent: nimium vobis Romana propago
Visa potens, superi propria hæc si dona fuissent.

Extant dicta & soluta oratione & versibus Gordiani junioris, quæ hodie ab ejus affinibus frequentantur, non magna, non minima, sed media, & [4] quæ appareant esse hominis ingeniosi, sed luxuriantis & suum deferentis ingenium.
21 Pomorum & olerum avidissimus fuit, in reliquo ciborum genere parcissimus: adeo ut semper pomorum aliquid recentium devoraret: [5] frigidorum percupidus.

CASAUBONUS.

1 *Ostendisse constellationem mathematicum ferunt, & de libris veteribus dictasse.*] Et aruspices, & mathematici sive Chaldæi, responsa sua dictabant, atque interdum, ut fidem prædictionibus suis facerent, auctoritates adscribebant de libris veterum ejus artis quam profiterentur magistrorum, ut hic Capitolini locus docet. Juvenalis in sexta,

— *dictataque verba*
Pertulit, ut mos est, & aperta palluit agna.

2 *Obstinata constantiæ varietate prædixit.*] Malim, *obstinata constantia & veritate præd.* vel simpliciter, *obstinata constantia p.*

GRUTERUS.

5 *Frigidarum percupidus; nec facile per æstatem nisi frigidas, & quam plurimum bibit.*] Repræsentavi lectionem Pal. nostri, nisi quod is adhuc haberet, *quam plurimas.* antea legebatur que; *devoraret: frigidorum percupidus. Nec facile per æstatem nisi frigida, & quam &c.* non bene. loquitur enim auctor de *potionibus*, eaque dictio heic subintelligenda.

SALMASIUS.

2 *Obstinata constantiæ veritate prædixit.*] Ita libri sine varietate. apud me tamen constat legendum: *obstinata constantique veritate.*

3 *Cum Gordianum filium vidisset.*] *Vidisset* positum pro *videret.*

4 *Et quæ appareant esse hominis ingeniosi.*] *Et quæ appareat esse hominis ingeniosi*, ita scribo jubente Palatino.

5 *Frigidorum percupidus.*] Palatinus, *frigidarum percupidus. nec facile per æstatem nisi frigidas, & quamplurimas bibit:*

bit e. & erat corporis vasti, quare magis ad frigidas urguebatur. cibi omnes qui non coquuntur, frigidi appellantur. *frigidas* autem cum vocat, subintelligendum est, *mensas.* frigidæ enim mensæ dicebantur omnia id genus edulia quæ cruda eduntur, ut poma, olera, ostrea, & similia. Plutarchus in Symposiacis quæstionibus: αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχραὶ, ὥσπερ ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, ὥσπερ εἴληφθ' ὁ Πλάτων, ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι, τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσιν. hæ sunt frigidæ, quarum percupidus hoc loco fuisse dicitur Gordianus. frigidarum multis locis apud hos auctores mentio habetur. in Maximino: *quod satis constat, oleribus semper abstinuit, à frigidis prope semper, nisi quum illi potandi necessitas esset.* olera à frigidis distinguit & diversa facit. nec enim omnia olera cruda edebantur, sed quædam etiam cocta, eaque sola non inter frigidas recenseri debent. Spartianus in Pescennio: *addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo secum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane & frigidis vescerentur, appositis specularibus qui id curarent.* ἄπυρον τροφὴν Græci vocant. unde ἄριστον ἄπυρον Marci Catonis apud Plutarchum: ὁ δὲ τὴν πάτριον αὐτουργίαν ὑπομένων καὶ δεῖπνον ἀφελὲς καὶ ἄριστον ἄπυρον, καὶ λιτὴν ἐσθῆτα καὶ δημοτικὴν ἀσπαζόμενος οἴκησιν. Suidas: ὁ δὲ παρήγγελλε τοῖς Μακεδόσι τριῶν ἡμερῶν σιτία παρασκευάζειν ἄπυρα quæ sint ἄπυρα σιτία, paulo post declarat his verbis, ἄπυρος τροφὴ ἡ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων. scrupulum tamen injiciunt hæc Spartiani verba: *nec facile per æstatem nisi frigidas & quamplurimas bibit.* an cibi bibuntur? nisi corrigamus *edit* pro *bibit*, necesse erit existimare Capitolinum hoc in loco *bibere* pro *edere* usurpasse, ut Græci καταπίνειν. Pollux: καταπίνειν, ἤδη δὲ τοῦτ' ἔνιοι καὶ ἐπὶ τροφῆς λέγουσι. quod ne cui mirum videatur, haurire etiam de pomis dixit Spartianus in Albino: *Gulosum Cordus qui talia persequitur in suis voluminibus fuisse dicit, & ita quidem ut pomorum tantum hauserit quantum humana ratio non patitur.* sic *melones haurire* Plinius, *ostrea haurire* Ausonius dixit. puto tamen scribendum *edit* pro *bibit.* & verisimile est aliquem heic *frigidas*, de potionibus accipientem, vel aquis, ita mutasse.

Ib. *Frigidarum percupidus. Nec facile per æstatem.*] Distingue: *Frigidarum percupidus: nec facile per æstatem nisi frigidas edit.* *frigidas* autem heic ab oleribus & pomis distinguit. atque ita etiam Marcellus Empiricus: *per quos dies abstinendum balneis & frigidis, & Venere & pomis omnibus, & oleribus & dulcibus universis.* frigidas igitur de ostreis & echinis, & aliis ejusmodi magis proprie dicebant. Plutarchus: ψυχραὶ τράπεζαι καλούμεναι ὥσπερ ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσιν. in antecœna enim sumebantur, ostrea, echini, pelorides, sphondyli, & similia. apud Macrobium lib. III. *antecœna echinos, ostreas crudas, quantum vellent, peloridas, sphondylos, &c.* lactuca tamen etiam in frigidis erat. Martialis noti sunt illi versiculi:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

idem alio loco:

— adfertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque, liber.

antecœnam intelligit. Plutarchus ψυχρὰς illas τραπέζας ex crudis quoque oleribus facit constare, & per ὠμὰ λάχανα lactucas intelligit. cum igitur olera Capitolinus & Marcellus à frigidis separant, de oleribus proprie sic dictis accipiendi sunt, & quæ cocta eduntur. quod autem frigidæ illæ mensæ, quas vocabant, maxime ostreis constarent, frigidas de ostreis heic & in vita Maximini censeo intelligendas, ubi dicit Maximinum ab oleribus semper abstinuisse, à frigidis prope semper, nisi cum illi potandi necessitas esset. nam ostrea

po-

cupidus. [1] Nec facile per æstatem nisi frigida, & quamplurimum, bibit. [2] Et erat corporis vasti: [3] quare magis

potum provocant διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἐν αὐτοῖς ἁλυκήν. ἁλυκὸν χυμὸν eas ἐν σαρκὶ ἔχειν scribit Galenus lib. III. περὶ τροφῶν δυνάμεως. crudæ autem edebantur vel hauriebantur potius ostreæ: hinc inter frigidas mensas primum locum habuere. Galenus: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑψεῖται πάντα, τὰ δ᾽ ὄστρεα καὶ χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίουσιν. erant & alia quam plurima quæ sub hoc frigidarum venirent nomen, eam ob rationem quod incocta apponerentur & esitarentur, faseli, lupini, fænum Græcum, olivæ & alia ejusceemodi multa, quæ in illis frigidis mensis & antecœniis locum habebant. Galenus lib. I. περὶ τροφῶν δυνάμεως· καί τινα νεανίσκον οἶδα. κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰατρικὴν τέχνην ἐξασκοῦντα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ὄψῳ χρώμενον ἐπὶ τῶν ποσαρμένοις τούτοις, πλὴν λέγω καὶ φασήλοις καὶ ὤχροις καὶ θέρμοις. ἥψατο δέ ποτε καὶ τῶν ἐκ τῆς Μέμφιδος ἐλαιῶν καὶ λαχάνων καὶ καρπῶν ὀλίγων ὅσοι χωρὶς ἑψήσεως ἐσθίονται). hæc omnia frigidarum nomine censebantur: lupinos dico, faselos, fænumgræcum, quæ ex aceto & garo & sale edebantur περὶ τῆς ἄλλης τροφῆς, ut scribit ibidem Galenus. eas frigidas tunc solebat tantum usurpare Maximinus, cum illi potandi necessitas incumberet. ratio non longe quærenda quæ in promptu est. frigidas porro generaliori vocabulo dixit Spartianus in Nigro Pescennio, quidquid non coctum esitari posset. Græci ἄπυρον τροφὴν appellant. quo nomine non tantum ostrea, sed etiam olera, quæ cruda esitantur & poma omnia veniunt. verba Spartiani hæc sunt: *addito eo ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent, sed pane ac frigidis uterentur, appositis speculatoribus qui id curarent.* frigidas ibi vocat τὰ ἄπυρα ὄψα, & quidquid, ut edatur, ignis opera opus non habet. Polyænus de Scipione ad Numantiam, exercitus sui disciplinam corrigente, ἐκέλευσεν ἀριστᾶν ἄπυρον ὄψον. sed de his alibi pluribus. at Capitolinus hoc loco frigidarum appellatione, nec poma etiam si sine igne edantur, nec olera comprehendit, nisi quæ cruda esitarentur. ceterum *frigidas* ἁπλῶς dicunt Latini, cum subaudiendum sit *mensas*. sunt enim omnino quas Plutarchus loco in superioribus à nobis producto ψυχρὰς τραπέζας vocatas fuisse notat. multa enim sunt, & pæne infinita ejusmodi quæ ἐλλειπτικῶς proferuntur, & genus sumunt ab his quibus conjuncta sunt. sic supra apud Spartianum notabamus *in publicas referre*, pro in publicas tabulas. sic *privatas curare*, pro res privatas. & *procurator privatæ* qui & in antiqua inscriptione dicitur ἐπίτροπος πρεσβύτης. ita *frigidas* cum dicimus, referri debet ad mensas. si *frigida* quis dicendum putaret, tunc intelligendum esset, edulia.

C ASAUBONUS.

1 *Nec facile per æstatem, nisi frigida, & quam plurimum bibit.*] Scribo, *nisi frigida edit: quam plurimum bibit.*

GRUTERUS.

3 *Quare magis ad frigidas urgebatur.*] Sic rursus Palat. non, ut editi, *frigida*, ut appareat non esse scribæ errorem: qua ratione enim ter peccet in eandem vocem?

SALMASIUS.

2 *Et erat corporis vasti: quare magis ad frigidas urgebatur.*] Rationem hanc adfert, quare magis frigidas appeteret Gordianus, erat enim, inquit, corporis vasti. paulo infra dicit eum fuisse cor-

gis ad frigida urgebatur. Hæc de Gordiano juniore digna memoratu comperimus: [1] non enim talia dicere voluimus quæ Junius Cordus ridicule ac ſtulte compoſuit de voluptatibus domeſticis cæteriſque infimis rebus, quæ qui velit ſcire, ipſum legat Cordum, qui dicit & quos ſervos habuerit unuſquiſque principum, & quos amicos, [2] & quot penulas quotve chlamydes: [3] quorum etiam ſcientia nulli prodeſt. [4] *Siquidem ea debent in hiſtoria poni ab hiſtoriographis, quæ aut fugienda ſint aut ſequenda.* [5] Sane quidem quod apud Vulcatium

ſe corporis obeſi. qui abdomine laborant, ad aqualiculi propenſionem compeſcendam, & adipem minuendum, conſueverunt ut plurimum cibis uti, quos Græci medici λεπτυντικοὺς vocant, & qui imbecilliſſimæ materiæ ſunt, minimumque alimenti præſtant. talia ſunt illa omnia quorum percupidus erat Gordianus, & quæ ob hanc rem maxime appetebat, olera nempe & poma, & frigidæ. frigidas autem heic interpretor oſtreas crudas, quarum multus erat uſus in illis menſis, quas frigidas vocabant. nam in oſtreis, ut & in pomis & oleribus non multum ineſt alimenti, nec ad corpus faciendum magnopere adjuvant: ideoque illis maxime videntur apti & accommodati hujuſcemodi cibi, qui multum jam corporis habent, ac metuunt ne in majorem & adipatiorem molem evadat. Cornelius Celſus lib. II. olera, poma, & conchylia in imbecillima materia numerat: *imbecillimam vero materiam eſſe omne olus, & quidquid in cauliculo naſcitur, qualis eſt cucurbita, & cucumis, & capparis: omnia poma, oleas, cochleas, itemque conchylia.* vide & Galenum in libris περὶ τροφῶν δυνάμεως. Plinius lib. XI. cap. LIV. *augeſcunt corpora dulcibus atque pinguibus, & potu: minuuntur ſiccis & aridis, frigidiſque ac ſiti.*

1 *Non enim nos talia dicere voluimus.*] Hæc correctores effinxerunt ex veſtigiis veteris ſcripturæ contaminatiſſimæ, quæ ita habet: *non enim nobis talia dicentes uno quæ Junius Cordus ridicule ac ſtulte compoſuit.* verum poterant non ita longe abire ſcribendo ad hunc modum: *non enim nobis talia dicenda ſunt quæ Junius Cordus, &c.*

2 *Et quot penulas, quotque chlamydes.*] Chlamydes heic vocat, lacernas. in vita Pertinacis: *tunicas, penulaſque & lacernas.* in vita Alexandri: *uſus eſt ipſe chlamyde coccinea ſæpe.* paulo poſt lacernam appellat: *hoc ſolum imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat.* Artemidorus βῆρρο χλαμύδα eſſe ſcribit. birrus autem & lacerna idem. ſed hæc alibi.

3 *Quorum etiam ſcientia nulli prodeſt.*] Melius idem Palatinus: *quorum etiam ſcientia nulli rei prodeſt.*

CASAUBONUS.

5 *Sane quidem, quod apud V.*] Hæc ita exhibent membranæ: *Sane quidem, quod prætermittendum eſſe non cenſui, quia mirabile viſum eſt, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipſe hiſtoriam ſui temporis ſcripſit, in literas miſit. Gordianum ſen. &c.*

GRUTERUS.

4 *Si quidem ea debent.*] Pal. *debeant.*

5 *Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum, qui ſui temporis ſcripſit hiſtoriam, &c.*] Plurimum & heic ſibi indulſerunt librarii. nam habemus in Pal. *Sane, quod permittendum eſſe non cenſui,*

catium Terentianum, qui sui temporis scripsit historiam, videtur mirabile, inserendum censui. Dicit enim Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, [1] ut & vocem & morem & staturam ejusdem ostentare videretur: filium vero, Pompejo simillimum visum: quamvis Pompejus obesi corporis fuisse denegatur. Nepotem autem cujus etiam nunc videmus imagines, Scipionis Asiatici faciem retulisse. [2] quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.

GORDIANUS TERTIUS.

22 POst mortem duorum Gordianorum, senatus trepidus & Maximinum vehementius timens, ex viginti viris quos ad Rem. tuendam delegerat, Pupienum sive Maximum [3] & Clodium Balbinum Augustos appella-

sui, quia mirabile visum est. Lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit. In literas misi; Gordianum seniorem, &c. quæ totidem literis repetit etiam in membranis suis Casaubonus; nisi quod eædem habeant ad hunc vocem secundam: *Sane quidem quod.*

SALMASIUS.

5 *Sane quidem quod apud Vulcatium Terentianum.*] Similiter hunc locum nobis scriptum exhibuerunt nostri libri, ut sui Casaubono, quorum fidem sequutus legenda & distinguenda hoc modo verba quæ sequuntur, existimo: *sane, quod prætermittendum esse non censui, quia mirabile visum est, lectum apud Vulcatium Terentianum, qui & ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misi, Gordianum seniorem Augusti vultum sic repræsentasse, &c.*

1 *Ut & vocem, & morem & staturam ejus ostentare videretur.*] Quid appellat *morem*, aut quomodo morem Augusti ostentavit Gordianus? quid vero mos iste facit ad vultus repræsentationem? puto corrigendum esse: *ut & vocem, & os, & staturam ejus ostentare videretur.* scriptum olim vitio videtur fuisse, *ut & vocem, & mos & staturam*: ex quo aliquis fecit, *& morem.* scribi etiam posset, *oris honorem.*

2 *Quod pro sui admiratione tacendum esse non credidi.*] Corruptissime legitur in Palatino: *quod pro sui administratione.* nec tamen aliter in suis libris videntur invenisse primæ editionis auctores: sic enim edi curarunt, *quod pro sui administratione.* sequitur eodem tenore, eademque litterarum figura: *Gordianus tertius, post mortem Gordianorum.* non enim novus titulus, grandiore littera scriptus huic loco imponendus. vide quæ supra super hac re notavimus.

CASAUBONUS.

3 *Et Clodium Balbinum A.*] Abest à Regio *Clodium.* ante diximus *Cælium* fuisse nominatum, non Clodium.

GRUTERUS.

3 *Et Clodium Balbinum.*] Sic & Pal. supraque etiam sæpe *Clodius* dictus, non *Cælius.*

1 *Ut*

pellavit, ambos ex consulibus. Tunc populus & milites Gordianum parvulum annos agentem, ut plerique asserunt, undecim, [1] ut nonnulli, tredecim, ut Junius Cordus dicit, sedecim, (nam vigesimo & secundo anno eum perisse asserit) petiverunt ut Cæsar appellaretur: raptusque ad senatum, atque inde in concione positus, indumento imperatorio tectus, Cæsar est appellatus. Hic natus est, [2] ut plures asserunt, ex filia Gordiani; [3] ut unus aut duo, [4] (nam amplius invenire non potui) [5] ex filio qui in Africa periit. [6] Gordianus igitur Cæsar factus apud matrem educatus est. Et quum extinctis Maximinis, Maximus etiam & Balbinus militari seditione interempti essent, [7] qui biennio imperaverant, Gordianus adolescens qui Cæsar eatenus fuerat, à militibus & populo & senatu & omnibus gentibus, ingenti amore, ingenti studio & gratia Augustus

CASAUBONUS.

1 *Ut nonnulli tredecim.*] Herodianus XIII. annorum facit, non cum Cæsar est creatus; sed cum imperium suscepit, extinctis Pupieno & Albino. Videtur sane jam tum grandiusculus fuisse, cum de Gordianis Augustis primus ex Africa Romam nuntius advenit. nam inter acclamationes faustas quibus novos Augustos senatus statim est prosecutus, fuere & quæ ad hunc pertinerent, atque adeo jam tum prætura illi destinata, & consulatus: nomen quoque Cæsaris petitum ab acclamantibus senatoribus. nam libro superiore habentur hæc verba: *Ambo feliciter agatis: ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani præturam decernimus: nepoti Gordiani consulatum spondemus. Nepos Gordiani Cæsar appelletur. Tertius Gordianus præturam accipiat.* Non concinunt ista iis quæ alibi narrat Capitolinus, itemque Herodianus: qui hunc cum Cæsar est factus vocat alibi infantem puerulum. Quare de fide illatum acclamationum potest non sine caussa dubitari. sed de trium Gordianorum rebus ita pugnantia scribunt veteres, ut quid potissimum probes non invenias.

2 *Ut plures asserunt, ex filia Gordiani.*] Herodianus, ὃν δὲ παιδίον νήπιον τῆς Γορδιανοῦ θυγατρὸς τέκνον, τῷ πάππῳ ὁμώνυμον.

3 *Ut unus aut duo, nam amplius invenire non potui, ex filio.*] *Amplius* pro plures. nisi scribas, *nam plures*. horum duorum alter est Dexippus, ut mox dicitur. vide sequentem notam.

5 *Ex filio qui in Africa periit.*] Post hæc verba collocari ista debuerunt; *Dexippus quidem asseverat ex filia Gordiani tertium Gordianum esse natum.* quæ magno flagitio hinc avulsa, inferius aliquanto sunt posita.

7 *Qui biennio imperarunt.*] Vide ad sequentem librum.

GRUTERUS.

4 *Nam amplius invenire non potui.*] Sic & Pal.

6 *Gordianus igitur Cæsar.*] Idem Pal. *Gordianus scilicet Cæsar.*

1 *Ama-*

gustus est appellatus. [1] Amabatur autem merito avi & avunculi, sive patris, qui ambo pro senatu & pro populo Rom. contra Maximinum arma sumpserunt, [2] & militari vel morte vel necessitate perierunt. [3] Post hæc veterani ad Curiam venerunt, ut discerent quid actum esset. [4] Ex quibus duo ingressi Capitolium, quum illic senatus ageretur, ante ipsam aram, [5] à Gallicano

CASAUBONUS.

1 *Amabatur autem merito avi & avunculi, sive patris q.*] Libro seq. *Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, merito avi & avunculi seu patris, &c.*

2 *Et militari vel morte, vel necessitate perierunt.*] *Morte militari* filius: *necessitate* pater; qui laqueo gulam sibi fregit.

3 *Post hæc veterani ad Curiam venerunt, ut discerent quid actum esset.*] Ex Herodiano versum: sed vocem *veteranus* longa periphrasi Græcus scriptor expressit. adscribam ejus verba, ut legi debent: nam vulgo eduntur corrupte, *μαθόντες δ' οἱ στρατιῶται, οὓς τῶν στρατοπέδων Μαξιμῖνος καταλελοίπει· (ἤδη γὰρ αὐτοὺς ἄφεσιν στρατείας ὄντες, καὶ δι' ἡλικίαν, οἴκοι μεμενηκότες ἦσαν·) ἦλθον μέχρι τῆς συγκλήτου, βουλόμενοι τὸ πραττόμενον μαθεῖν.*

4 *Ex quibus duo ingressi Capitolium cum illic senatus ageretur ante ipsam aram.*] Victoriæ aram intelligit. Herodianus: καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πρὸ τῶν θυρῶν ἔμενον· δύο δὲ ἢ τρεῖς προσελθόντες ἐπακοῦσαι τῶν βουλευομένων θελήσαντες, εἰς τὸ συνέδριον εἰσῆλθον, ὡς τὸν ἱδρυμένον βωμὸν τῆς Νίκης ὑπερβῆναι τούτους. Satis constat etiam in hac narratione sequi Capitolinum historiam Herodiani: cujus pleraque ad verbum est hic interpretatus. Quod igitur ait Capitolinus S.C. hoc in Capitolio fuisse factum; exemplum est incogitantiæ, & humanus error: nam male accipit verba Græci scriptoris, qui duo S. Cta ordine commemorat: quorum alterum in Capitolio ait factum, alterum in Curia. at Capitolinus parum ad ejus verba attentus, vel duo S. Cta in unum confudit: vel utrumque in Capitolio factum fuisse putavit. quem errorem verba Herodiani confutant. refellit & ara victoriæ quæ in Curia fuit, non in cella Jovis Capitolini. sed Capitolinus putavit συνέδριον appellatam ab Herodiano Capitolini Jovis cellam: quare ipse quoque *Curiam* appellat. præcedunt enim hæc verba: *Post hæc veterani ad Curiam venerunt.*

5 *A Gallicano ex consulibus, & Mæcenate ex ducibus interempti sunt.*] Herod. τῆς δὲ συγκλήτου ἀνὴρ ἀπὸ ὑπατείας μὲν νεωστὶ, Γαλλικανὸς ὄνομα, Καρχηδόνιος δὲ τὸ γένος, καὶ ἕτερος στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα, Μαικήνας καλούμενος, οὐδὲν προσδοκῶντας τοὺς στρατιώτας παίουσι πληγαῖς κατακαρδίαις. Novum est illud genus loquendi, *ex consulibus*, pro, ex consule, sive vir consularis. Græci retinuerunt & dixerunt ἀπὸ ὑπάτων, ἀπὸ ὑπάρχων, & similia. Herod. dicere solet, ἀπὸ ὑπατείας. non erraveris fortasse si *ex ducibus* exposueris, qui ducum unus erat: erraveris, si *ex consulibus* ita fueris interpretatus, qui erat consulum alter: nam Gallicanus Consul tum non erat, sed paullo ante fuerat, ut ait Herodianus. apud Ammianum sæpe leges, *ex duc.* pro eo quod hic *ex ducibus*.

SALMASIUS.

5 *A Gallicano ex consulibus, & Mæcenate ex ducibus.*] Non tam nova hæc

licano

locutio

licano ex consulibus & Mæcenate ex ducibus, interempti sunt: atque bellum intestinum ortum est, quum essent armati etiam senatores, [1] ignorantibus veteranis quod Gordianus adolescens solus teneret imperium.
[2] Dexippus quidem asseverat, ex filio Gordiani ter- 23
tium Gordianum esse natum: & posteaquam constitit apud veteranos quoque, solum Gordianum imperare, inter populum & milites ac veteranos pax roborata est: & hic finis belli intestini fuit, quum esset delatus Gordiano puero consulatus. Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, [3] quod eclipsis solis facta est, ut nox crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset. [4] Post hæc tamen voluptatibus & deliciis populus Rom. vacavit, ut ea quæ fuerant

locutio quam videri volunt. exempla similis loqutionis non pauca supra retulimus, minime heic reponenda. Mæcenas ex ducibus, non est dux, sed qui dux fuit: ut *ex consulibus vir*, pro viro consulari, & qui consul fuit. Herodianus στρατηγικὸν appellat hunc Mæcenatem, hoc est ex ducibus. sic ὑπατικός, *ex consulibus*. sic *ex præfectis* antea vidimus & notavimus pro viro præfectorio. sic infra in vita Gallienorum, *viri ex militibus*, qui milites fuere, viri militares.

CASAUBONUS.

1 *Ignorantibus veteranis, quod Gordianus adolescens solus teneret imperium.*] Quomodo *solus*? nondum enim perierant Maximus & Balbinus cum ista gererentur. Omnino confundit historiam bonus Capitolinus: quod magis etiam intelliges, si cum ipso fonte sequentia componas.

2 *Dexippus quidem asseverat ex f.*] Jam diximus ista verba alio esse transferenda ineptissime enim ab insulsissimis hominibus hic sunt locata. sedem legitimam supra indicavimus. Quare iis sublatis, ita continuandus Capitolini textus: *ig. v. q. G. ad. solus teneret imperium: at postquam constitit apud veteranos quoque solum Gordianum imperare, &c.*

3 *Quod eclipsis solis facta est, ut nox crederetur.*] Lege quæ scripta sunt de hac eclipsi à magno viro Josepho Scaligero in quinto De emendatione temporum.

4 *Post hæc tamen voluptatibus & delitiis pop. Rom. vacavit.*] Aurelius Victor, *Gordianus solus regnum obtinuit: eoque anno lustri certamine, quod Nero Romam invexerat, acto firmatoque, in Persas profectus est.* perperam vulgo legitur, *aucto*. egit Gordianus Neronia, & firmavit: id est, ut in posterum quinto quoque anno agerentur, sicut Nero instituerat, sanxit. Corruptus est & Zosimus in hujus rei mentione: scribit enim de tertio hoc Gordiano: ἀφ' οὗ τῆς προλαβούσης ἡγεμονίας ὁ Ῥωμαίων αὐτοῦ δῆμος τῆς βασιλείας σκηνικοῖς τε καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τὰς πόλεις * ἀπαγαγόντος. ante ultimam vocem desunt aliquot verba in hanc sententiam: ἀπὸ τῆς ἐννοίας τῶν προγεγονότων δυσχερῶν αὐτοὺς ἀπαγαγ. vel, ἀπὸ τῶν πρόσθεν λυπηρῶν αὐτοὺς ἀπ. simile est quod subjicit hîc Capitolinus: *ut ea quæ fuerant aspere gesta mitigaret.*

rant aspere gesta, mitigaret. Venusto & Sabino coss. [1] inita est factio in Africa contra Gordianum tertium duce Sabiniano: quem Gordianus per præsidem Mauritaniæ obsessum à conjuratis, ita oppressit ut ad eum tradendum Carthaginem omnes venirent, & crimina confitentes & veniam sceleribus postulantes. Finita igitur sollicitudine in Africa [2] Gordiano jam iterum [3] & Papiniano coss. bellum Persicum natum est. [4] Quare adolescens Gordianus priusquam ad bellum proficisceretur, [5] duxit uxorem [6] filiam Misithei, doctissimi viri, quem causa eloquentiæ [7] dignum parentela sua putavit, & præfectum statim fecit. post quod non puerile jam & contemptibile videbatur imperium: siquidem & optimi soceri consiliis adjuvaretur, & ipse

1 *Inita est factio in Africa.*] Confer cum Zosimo: qui describit ex iisdem auctoribus quos & Capitolinus sequitur.

2 *Gordiano jam iterum & Papiniano Coss.*] Scribendum ex Fastis, *& Pompejano.* atque ita liber clarissimi Puteani.

5 *Duxit uxorem filiam Misithei.*] Putabam è Zosimo scribendum *Timesiclis.* nam quis est vir bonus, qualis hic fuit, qui *Μισοθέου* nomen gestare velit? quis qui non abhorreat? Sed vulgatam istius nominis scriptionem retinent veteres codices: & quod valde miror, vetus lapis Romæ quem infra describimus. Ægre tamen adducimur, ut eam appellationem veram credamus. nam vel *Timesitheus*, vel *Mnesitheus*, vel *Mixotheus*, aut aliud simile nomen, rectum putamus: unde istud postea fuerit confictum. Accedit, quod *Μισίθεος*, nomen barbarum est: nam vel *Μισόθεος* vel *Μισηθεος* fuerat dicendum.

7 *Dignum parentela sua putavit.*] Dignum judicavit, cui se in filium daret. nam gener socerque patris & filii nomina usurpabant, ut in sequentibus epistolis leges, & sæpe alibi.

GRUTERUS.

3 *Et Pompejano Consulibus.*] Revocavi lectionem Palatinam, præsertim adstipulantibus membranis quas versavit Puteanus; item adseverantibus Fastis. male prius editi, *Papiniano.*

4 *Quare adolescens Gordianus.*] Pal. *quando & adolescens*; quod & ferri posset, ut pendeat à superioribus.

5 *Duxit uxorem.*] Pal. præposita copula, *& duxit uxorem.*

6 *Filiam Misithei.*] Pal. & heic, & infra, scriptum habet, *Mysithei*, sed tertiò præfert vulgatum nostrum.

SALMASIUS.

5 *Duxit uxorem filiam Misithei doctissimi viri.*] De ratione hujus nominis ad hunc locum disputat vir eruditissimus, nec sincerum esse putat, ut vulgo scribitur. quis enim, inquit, vir bonus qualis hic fuit, qui Μισοθέου nomen gestare velit? quasi vero ἀπὸ τοῦ μίσους & θεὸς hoc nomen sit compositum. quod verum esset, si *Misotheus* scriberetur. *Misitheus* igitur exaratum pro *Mysitheos.* Μυσίθεος autem ut Λυσίθεος, Δωσίθεος, Πεισίθεος, Πολυσίθεος, & alia multa ad hunc modum facta.

[1] & ipse pro pietate aliquantulum saperet,[2] nec per spadones ac ministros aulicos matris,[3] vel ignorantia, vel conniventia venderetur. Extat denique & soceri ejus 24
ad eum epistola, & ipsius Gordiani ad socerum, qua intelligitur ejus seculum emendatius ac diligentius socero adjuvante perfectum, quarum exemplum hoc est: *Domino filio & Augusto, Misitheus socer & praefectus. Evasisse nos gravem temporum maculam, qua per spadones & per illos qui amici tibi videbantur (erant autem vehementes inimici) omnia vendebantur, voluptati nobis*

CASAUBONUS.

1 *Et ipse pro pietate aliquantum saperet.*] Vide num potius sit, *pro aetate*, vel *pro sua aetate*.

2 *Nec per spadones ac m.*] Ostenter indicat prius hoc factum, quam gener esset optimi soceri. vide sequentem Timesiclis epistolam.

3 *Vel ignorantia conniventia venderetur.*] Locus corruptus. Sed legendum sic: *nec per spadones ac ministros aulicos matris, vel ignorantis, vel conniventis, venderetur.*

SALMASIVS.

1 *Et ipse pro pietate aliquantum saperet.*] Non est pietas quae facit ut sapiamus, etsi non negem sapere qui pii sunt. sed sapere heic aliud est, rerum nempe intelligentem esse, & prudentem. legebam olim ex conjectura: *& ipse pro aetate aliquantulum saperet.* eam mihi postea confirmavit vetus codex. puer erat, vel admodum adolescens cum ad imperium venit hic Gordianus. cujus imperium non puerile nec contemptibile videbatur, quod & ipse pro aetatis captu aliquantulum saperet, & sapientissimi viri soceri sui consiliis adjuvaretur. de veritate hujus lectionis improbe faciet, qui dubitabit.

3 *Vel ignorantia conniventia venderetur.*] Vitiosus hic locus ἐν τοῖς κώλοις. puto emendandum: *nec per spadones ac ministros aulicos matris, vel ignorantia vel conniventia venderetur.* aut stulti sunt quidam principes, aut mali. isti se vendi volunt, & conivent: illi cum venduntur ignorant. utriusque vitii macula liberat Gordianum Capitolinus, ac neque conniventem, neque ignorantem esse venditum per aulicos ministros ac spadones matris testatur. potest tamen etiam aliter emendari distinctione paulum immutata ad hunc modum: *nec per spadones aut ministros aulicos, matris vel ignorantia, vel conniventia venderetur.* & haec indubitata lectio & lectionis interpunctio. Gordianus hic priusquam duceret uxorem filiam Mysithei, totus fuerat in potestate matris: cujus vel ignorantia vel coniventia per spadones & aulicos ministros vendebatur fumis hic parvulus princeps. cum igitur mater ejus omnia in imperio filii nomine ageret, & administraret, aulicis ministris fumos de imperatore vendentibus conivebat, vel etiam ipsa ignorante hoc fiebat. postquam vero Mysithei hominis optimi & prudentissimi filiam duxit uxorem, in potestate matris esse desiit, & socero se regendum dedit, cujus consiliis adjutus obtinuit ne amplius vel coniventia matris venderetur.

GRVTERVS.

2 *Nec per spadones ac ministros aulicos matris vel ignorantiae conniventia venderetur.*] Pal. *ignorantia*, ut videatur legendum, *aulicos, matris vel ignorantia conniventiave, venderetur.*

H 2   1 Et

nobis est, [1] *& eo magis quo tibi gratior emendatio est:* [2] *ut si qua vitia fuerunt, tua non fuisse satis constet, mi fili venerabilis. neque enim priusquam ferre potuit datas eunuchis suffragantibus militum præposituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede quos non ducebat:* [3] *vacuatum ærarium per eos qui quotidie insidiosissime frequentabant initas factiones, ut tu deciperetis,* [4] *quum inter se de bonis pessimi quique* [5] *haberent ante consilia tibimet suggerenda: bonos pellerent, detestandos insinuarent,* [6] *omnes postremo tuas fabulas venderent. Diis igitur gratias quod volente te ipso emendata Respub. est. Delectat sane boni esse principis soscrum, & ejus qui omnia requirat & omnia velit scire, & qui pepulerit homines per quos antea velut in auctione positus nundinatus est.* Item Gordiani ad ipsum: *Imperator Gordianus Augustus Misitheo patri & præfecto. Nisi dii omnipotentes Romanum tuerentur imperium, etiam nunc, per emptos spadones velut in hasta positi venderemur.*

SALMASIUS.

1 *Et eo magis quo tibi gratior est.*] Palatinus: *quod tibi gratior est.*

2 *Ut si qua vitia fuerunt, tua non fuisse satis constet.*] Non igitur vitium Gordiani fuit, quod prius venderetur, sed matris, cujus ignorantia vel conniventia omnia per spadones & aulicos administrabantur. quod non parum confirmat nostram in superiore animadversione emendationem.

3 *Vacuatum ærarium per eos qui quotidie insidiosissime frequentabant.*] Lucem non parvam huic loco conferet, qui distinguet hoc modo: *negatum laboribus præmium. aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede quos non ducebat. vacuatum ærarium. per eos qui quotidie te insidiosissime frequentabant initas factiones, ut tu deciperetis.* absque qua interpunctione non carebat obscuritate tota hæc oratio.

4 *Quum inter se de bonis pessimi quique haberent consilia tibimet suggerenda.*] Vocem heic necessariam restituimus, ope scripti codicis: *quum de bonis inter sese pessimi quique haberent ante consilia, tibimet suggerenda.* quam miror omissam in omnibus editionibus quæ primam sunt sequutæ, cum prima eam habeat.

GRUTERUS.

5 *Haberent ante consilia tibimet suggerenda, &c.*] Sic optime Pal. unica dictione. in vulgatis antea, tantum erat, *haberent consilia tibi.*

CASAUBONUS.

6 *Omnes postremo tuas fabulas venderent.*] Quid sit aperit Lampridius in Alexandro, ubi de Turino fumorum venditore loquitur.

6 *Per emptos spadones.*] Lampridius in Alexandro Severo: *eunuchi cum empti sint, & pravi fuerint, quid tandem possunt boni sapere?*

1 *Deni-*

remur. [1] *Denique nunc demum intelligo* [2] *neque Felicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neque Serapammoni quartam legionem credendam fuisse: & ne omnia dinumerem,* [3] *multa non esse facienda quæ feci: sed diis gratias quod te insinuante, qui nihil vendis, didici ea quæ inclusus scire non poteram.* [4] *Quid enim facerem,* [5] *quod nos Maurus venderet, & consilio cum Gaudiano & Reverendo & Montano habito vel laudaret aliquos, vel vituperaret: & illorum consensu quasi testium quod dixerat approbarem? Mi pater, verum audias velim: miser est imperator apud quem vera reticentur: qui quum ipse publice ambulare non possit, necesse est ut audiat, & vel audita*

GRUTERUS.

1 *Denique nunc demum intelligo, neque Felicem prætorianis, &c.*] Pal. *neque Feliciones*, tamquam duo fuissent, quod perpendent otiosiores. si enim simul præpositi non fuerunt, at potuit alter alteri successisse mihi sane nomen illud *Felicio* temerarium non videtur. potuit quoque figurare pluralem numerum quamvis ei sermo esset de uno.

5 *Quod nos Maurus venderet.*] Pal. *quod ad Mauros venderet.*

CASAUBONUS.

3 *Multa non esse facienda quæ feci.*] Melius, *non fuisse f.*

SALMASIUS.

2 *Neque Felicem Prætorianis cohortibus præponi debuisse.*] Palatinus: *Feliciones.* vetus editio: *Feliciores.* legendum putarem: *Felicionem. Felicio* nomen proprium, quod non infrequenter occurrit in veterum monumentorum inscriptionibus.

4 *Quid enim facerem quod nos Maurus venderet.*] Mirum quam diversa lectio exhibeatur à Palatino codice & editione principe. sic enim in illis legitur: *quid enim facerem quod ad mauros venderet.* hinc apparet vulgatam in moneta correctorum cusam esse. sub illius antiquæ scripturæ corruptela nomen aliquod proprium latere non dubito, de quo divinandum est. quid si *ad Mauros*, heic positum est pro præfecto Maurorum? Mauri autem in aulico ministerio fuere. Juvenalis:

— *tibi pocula cursor*
Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri.

Suetonius in Nerone: *armillata & phalerata Mazacum turba atque cursorum.* *Mazaces* illi non de Cappadocia, sed de Africa. *Ad Mauros* igitur erit, præfectus vel præpositus Maurorum. nam præfectus à Mauris, & præfectus ad Mauros, & præfectus Maurorum dicebatur. sic procurator à rationibus, ad rationes & rationum. præpositus à fiblis, ad fiblas, & fiblarum. sic ab ægris, & ad ægros cubiculariorum, qui ægros ex cubiculariis curabat. videtur autem hoc ad Mauros, vel præpositus Maurorum multum in aula potuisse sub puero Gordiano, eo tempore, quo mater ejus & imperium & imperatorem ipsum regebat. legendum igitur esset: *quid facerem quod ad Mauros me venderet & consilio cum Gaudiano & Reverendo, & Montano habito, vel laudaret aliquos, vel vituperaret.* si quis tamen magis putat sub illis *ad mauros* latere nomen aliquod proprium, habeat me sententiæ suæ probatorem.

audita vel à plurimis roborata confirmet. His epiſtolis intellectum eſt, adoleſcentem ſoceri conſiliis emendatum atque correctum. Et Miſithei quidem epiſtolam Græcam quidam fuiſſe dicunt, ſed in hanc ſententiam. Tantum autem valuit ejus gravitas & ſanctimonia, [1] ut ex obſcuriſſimo præter nobilitatem, geſtis etiam
26 Gordianum clarum principem fecerit. Fuit terræ motus eouſque gravis imperante Gordiano, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ, ſacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata ſunt. Et Cordus quidem dicit, inſpectis libris Sibyllinis [2] celebratiſque omnibus quæ illic juſſa videbantur, mundanum malum eſſe ſedatum. Sedato terræ motu, [3] Prætextato & Attico coss. Gordianus [4] aperto Jano gemino (quod ſignum erat indicti belli) profectus eſt contra Perſas cum exercitu ingenti, & tanto auro ut vel auxiliis vel militibus [5] facile Perſas vincere poſſet. Fecit iter in Mœſiam, atque in ipſo

CASAUBONUS.

1 *Ut ex obſcuriſſimo præter nobilitatem, geſtis etiam G. clarum principem fecerit.*] Nihil mutandum: neque mens eſt obſcura. Supra de juniore Gordiano: *literis & moribus clarus fuit præter nobilitatem.* At hic tertius Gord. præter nobilitatem clarus fuit *geſtis*, id eſt rebus bello geſtis, de quibus dicturus eſt Capitolinus.

3 *Prætextato & Attico Coſſ.*] Anno altero prius quam periret Gordianus hic, fuerunt Coss. C. Vettius Atticus, & C. Aſinius Prætextatus. errant igitur Aurelius Victor & alii hiſtorici, qui bellum contra Perſas anno ſecundo imperii ſui eum ſuſcepiſſe ſcribunt.

4 *Aperto Jano gemino.*] Aurelius Victor: *in Perſas profectus eſt, cum prius Jani ædes, quas Marcus clauſerat, patentes more veterum feciſſet.* mihi videtur mirum clauſas Jani portas dici ab eo principe, cujus temporibus vix ulla ab hoſtibus fuit quies: & quod caput eſt, qui in expeditione obiit, bello cum maxime ardente. Sed hæc aliter alii, ut dicebamus ad Suetonii lib. 11. cap. xxii.

SALMASIUS.

1 *Ut ex obſcuriſſimo præter nobilitatem, geſtis etiam.*] Recte vidit vir acutiſſimus & doctiſſimus nihil heic eſſe mutandum. ſic enim etiam alibi locutus eſt Spartianus in Heliogabalo: *ſimul quod ex luxurioſiſſimo, extitiſſe vir fortiſſimus, optimus, graviſſimus, ſeveriſſimus diceretur.* ita enim eo loci legendum eſſe docuimus, cum aliter vulgo legeretur.

2 *Celebratiſque omnibus quæ illic juſſa videbantur.*] *Quæ illic juſſa videbantur,* pro *quæ illic juſſa erant.* de quo genere locutionis nobis alio loco dictum eſt.

GRUTERUS.

5 *Facile Perſas vincere poſſet.*] Pal. *Perſas evincere*, ſine eo *poſſet*: an fuit *Perſas devinceret.*

ipſo procinctu quicquid hoſtium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque ſubmovit. [1] Inde per Syriam in Antiochiam venit, quæ à Perſis jam tenebatur. Illic frequentibus præliis pugnavit & vicit, [2] Sapore Perſarum rege ſubmoto. [3] Et poſt Artaxerxem [4] Antiochiam recepit: Carras & Niſibin, quæ omnia ſub Perſa-

1 *Inde per Syriam in Antiochiam.*] Pal. non habet voculam *in*.

3 *Et poſt Artaxanſem & Antiochiam recepit & Carras, & Niſibin.*] Repræſentavi omnibus apicibus ſcripturam Palatinam; meliorem utique vulgata; quæ erat: *Et poſt Artaxerxem Antiochiam recepit, Carras & Niſibin.* quis enim iſte *Artaxerxes* in hac fabula, & quæ ejus partes? nimirum omnia fuerint integra, ſi mutaverimus *Artaxanſem* in *Artaxata*.

CASAUBONUS.

2 *Sapore Perſarum rege ſubmoto. Et poſt Artaxerxem Antiochiam recepit.*] Sapores hic rex eſt in imperio Perſico ſecundus: ſucceſſit enim Artaxerxi qui regnum illud inſtituit primus. Adverte genus locutionis: *poſt Artaxerxem Antiochiam recepit.* hoc eſt, recepit Antiochiam, captam aliquot annis prius ab Artaxerxe. ita exponendum, ſi hanc lectionem ſervamus. Sed mirum videtur nobis, captam dici ab Artaxerxe Antiochiam. unde ſequeretur, fuiſſe eam longum tempus in Perſarum poteſtate: quod neque Zoſimus, neque alius quiſquam ſcribit. & profecto Antiochia non tum ſed aliquot poſt annis à Sapore, non ab Artaxerxe fuit occupata. Lego igitur, *Sapore Perſarum rege ſubmoto poſt Artaxerxem, Antiochiam recepit.* Trajectione mens obſcurata eſt: quæ videtur cauſſa fuiſſe inſerendæ voculæ *&*, nam rectum erat: *Sapore Perſarum rege poſt Artaxerxem, ſubmoto.* Zoſimus in hac hiſtoria: τὴν ἀρχὴν Σαπώρου παραλαβόντος μετ' Ἀρταξέρξην.

SALMASIUS.

2 *Sapore Rege Perſarum ſubmoto: & poſt Artaxerxem.*] Et hic locus inter corruptiſſimos jure ſuo debet cenſeri. cui mederi conati viri doctiſſimi, nihil conatu dignum præſtitere. ego ſemper judicavi Artaxerxem heic locum tenere non poſſe. ſed aut aliquid aliud quærendum, aut hunc ſede ſua deturbandum. tandem optimæ membranæ animi mei conjecturam adjuverunt, in quibus ſic repperi ſcriptum: *Sapore Rege Perſarum ſubmoto, & poſt Artaxanſen.* nec longum fuit, quin divinarem: *Sapore Rege Perſarum ſubmoto, & poſt Artaxatam, Antiochiam recepit.* Artaxata urbs hoc loco non eſt urbs Armeniæ, auctoribus celebratiſſima, & βασίλειον τῆς χώρας. ſed Artaxata urbs in Perſide ἐπὶ τοῦ Εὐφράτῃ, cujus meminit Strabo libro XI. hanc igitur heic intelligit Capitolinus. duplici tamen licet ad hanc lectionem diſtinctione uti: aut, *Sapore Rege ſubmoto poſt Artaxatam.* aut: *& poſt Artaxatam, Antiochiam recepit:* ut Artaxata recepta, Antiochiam quoque recepiſſe intelligamus. *Artaxata* autem, *Artaxata*, pro *Artaxatis*. ut *Megara*, *Megaræ* pro *Megaris*. *Hieroſolyma, mæ*, pro *Hieroſolymis*. quod apud auctores frequenter occurrit. præſtat tamen heic intelligere, Sapore Rege trans Artaxata remoto, Gordianum Antiochiam recepiſſe, & Carras & Niſibim, quæ omnia ſub imperio Perſarum erant.

4 *Antiochiam recepit: Carras & Niſibim.*] Pal. *& Carras & Niſibim.* ſic igitur diſtingue: *Sapore Perſarum Rege ſubmoto poſt Artaxatam, Antiochiam recepit,*

27 Persarum imperio erant. Rex sane Persarum tantum Gordianum principem timuit, [1] ut quum instructus esset [2] & suis copiis & nostris, tamen civitatibus ipse præsidia sponte deduceret, easque integras suis civibus redderet, [3] ita ut nihil quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret. Sed hæc omnia per Misitheum socerum Gordiani, eundemque præfectum, gesta sunt. Effectum denique est ut Persæ qui jam in Italia timebantur, in regnum suum pugnante Gordiano redirent, totumque Orientem Romana Respubl. detineret. Extat oratio Gordiani ad senatum, [4] qua de rebus gestis scribens, Misitheo præfecto suo & socero ingentes gratias agit: cujus partem indidi, ut ex eo vera cognosceres. *Post hæc P.C. quæ dum iter agimus gesta sunt,* [5] *quæ ubique singulis triumphis digna sunt actitata,* [6] *etiam Persas, ut brevi multa connectam,* [7] *ab Antiochen-*

cepit, & Carras, & Nisibim, quæ omnia sub Persarum imperio erant.

CASAUBONUS.

1 *Ut cum instructus esset & suis copiis, & nostris, t.*] Scripti, *ut cum instructus esset suis copiis, nostris tamen civitatibus, &c.*

3 *Ita ut nihil quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret.*] Ambrosius de institutione virginis: *Semel mundo mortua, ne quæso attigeris, ne attaminaveris quæ sunt istius seculi.* Alibi ponitur pro inquinare, aut polluere, lib. III. Cod. Theod. *Ne quis Judæorum servum ex Christiano Judaicis sacramentis adtaminet.* Aurelius Victor in Marco Antonino: *quæ imprudentia regendæ conjugis attaminavit.* Augustinus lib. XXII. De civitate Dei: *Rabidus canis facit hominem quem forte attaminaverit, contagione pestifera rabiosum.*

4 *Qua de rebus gestis scribens.*] Membranæ: *de rebus Persicis suisque gestis scribens.*

5 *Quæ ubique singulis digna sunt actitata.*] Nullus sensus est hujus lectionis: neque miramur. deest enim vox necessaria. Scribe ex omnibus membranis: *quæ ubique singulis triumphis d. s. a.*

SALMASIUS.

5 *Quæ ubique singulis digna sunt actitata.*] Repone ex veteri editione, & Palatino: *quæque ubique singulis triumphis digna sunt actitata.*

GRUTERUS.

2 *Et suis copiis & nostris, tamen civitatibus.*] Sic Palatinus; nec temere quid mutaverim; alioquin posset quoque legi, *ut cum instructus esset summis copiis, è nostris tamen civitatibus ipse præsidia sponte deduceret, &c.*

5 *Quæque ubique singulis triumphis digna, &c.*] Sic bene Pal. antea fuerat, *quæ ubique singulis digna, &c.*

6 *Etiam Persas, ut brevi multa connectam.*] Suboffendor istis, veniebatque in mentem restitui posse, *digna sunt actitata, etiam in Persas, ut brevi multa connectam. Ab Antioch. &c.* sed nec sic quidem locus integer.

CASAUBONUS.

6 *Etiam Pers. ut brevi multa connectam, ab Antiochensium cervicibus, quas jam*

nexas

chensium cervicibus, quas jam nexas Persico ferro gerebant, [1] *& reges Persarum, & leges amovimus. Carras deinde cæterasque urbes imperio Rom. reddidimus.* [2] *Nisibin usque pervenimus: &, si dii faverint, Ctesiphonta usque veniemus.* [3] *Valeat tantum Misitheus præfectus & parens noster: cujus ductu & dispositione & hæc transegimus & reliqua transigemus. Vestrum est igitur supplicationes decernere, nos diis commendare, Misitheo gratias agere.* His in senatu lectis, quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, utpote qui Persas vicisset, ut trium-

nexas Persico ferro gerebant, & reges Persarum & leges amovimus.] Etiam & etiam velim cogitent acuti critici de horum verborum integritate: quam nos quidem præstare nolimus. an non enim βαττολογία quædam in illis inest? *Persas & reges Persarum & leges.* videtur glossemate aliquo locus inquinatus. in regio non *cervicibus* scriptum est, sed *crudelitatibus.* præterea scribunt omnes membranæ, *quas annexas Persico solo g.* Omnino subest hic portenti aliquid. hoc satis video: sed quomodo sententiam instaurem, non video. Porro quantum datur intelligi, ex istis non possumus colligere Antiochiam à Persis fuisse occupatam, & vi receptam à Gordiano quod modo tamen dicebat Capitolinus.

GRUTERUS.

7 *Ab Antiochensium cervicibus, quas jam nexas Persico ferro gerebant.*] Sic quoque Pal. nec male. conveniunt enim omnia cum eis quæ supra dixit auctor. certe qui jugum eripit civium cervicibus, qui Persarum reges, lesque amovet; is civitatem occupatam recipit.

SALMASIUS.

1 *Et reges Persarum & leges amovimus.*] Totum hunc locum à correctoribus interpolatum, sic concinnamus: *etiam Persas, ut brevi multa contectam, ab Antiochensium cervicibus, quas jam nexas ferro Persico gerebant, & Regem Persarum amovimus.* nam illud, *leges*, ex varietate lectionis ad oram notata in contextum irrepsit. dicit autem & Persas & Persarum Regem sese ab Antiochensium cervicibus amovisse, quas jam nexas habebant ferro Persico. Antiochia enim tum erat sub imperio Persarum. nihil heic vero portenti subesse puto, quemadmodum existimare videtur clarissimus Casaubonus.

2 *Nisibin usque pervenimus.*] Vetus editio habet, *Nisibim.* quam scripturam agnoscit etiam infra optimus liber Palatinus. nam & *Nisibim*, & *Nisibenos* in eo legas. *Nasibis* autem, & *Nesibis* & *Nisibis* hæc urbs dicta est. Stephanus περὶ ἐθνικῶν, in voce *Antiochia:* τρίτη Μισοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, ἥτις παρὰ τὴν ἐπιχωρίαν Νασίβη καλεῖται, ὅθεν Ἀπολλοφάνης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος Νασιβηνὸς, καὶ Φαρνοῦχος Περσικῆς ἱστορίας συγγεγραφώς. ἥτις Νισίβη καλεῖται καὶ Νισιβις. ita enim debet legi locus ille apud Stephanum. perperam hodie excusum est, Ἀσίβη & Ἀσιβηνός. vide eumdem Stephanum in Νισιβις.

3 *Valeat tantum Misitheus præfectus parens noster.*] Scribe: *præfectus & parens noster.*

triumpho Persico triumpharet: [1]Misitheo autem [2]quadriga equorum & triumphalis currus [3]& titulus hujusmodi, [4]MISITHEO EMINENTI VIRO, PARENTI PRINCIPUM, [5]PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS, TUTORI REIP. S.P.Q.R. VICEM REDDIDIT.
28 Sed ista felicitas longior esse non potuit. Nam Misitheus, quantum plerique dicunt, artibus Philippi,
qui

1 *Misitheo autem quadriga equorum & triumphalis currus.*] Nescio quid sibi velit, quod in Palatino & editione prima legitur, *Misitheo autem quadriga ex equorum.* an, *Misitheo autem quadriga sex equorum?* quod verum esse puto. quadrigam sex equorum, pro sexjuge improprie appellat. sic nuper in Livio emendabam locum eodem genere corruptum, lib. XXII. ubi enim vulgo scribitur, *& pulvinaria in conspectu fuere:* optimæ membranæ ex bibliotheca Puteanorum scribunt, *ex pulvinaria.* nos *sex* reposuimus. id confirmant sequentia: *sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi & Junoni unum: alterum Neptuno, ac Minervæ: tertium Marti ac Veneri: quartum Apollini ac Dianæ: quintum Vulcano ac Vestæ: sextum Mercurio ac Cereri.*

4 *Misitheo eminenti viro.*] Nos ante indicavimus, nulla ratione motos dubitavisse de hujus Misithei appellatione viros doctos. *Mysitheum* tantum scribendum pro *Misitheo.* Μυσίθεος, ut Δοσίθεος, Μνησίθεος, Κλευσίθεος, & similia. recte igitur scriptum in veteri inscriptione, ut heic MISITHEO, quod est pro MYSITHEO.

5 *Prætorii præfecto & totius urbis.*] Hæc non sunt nauci. sed nec *orbis* magis placet, quod substituunt viri docti, nisi quis ita legendum contendat: PARENTI PRINCIPUM. PR. PR. TOTIUS ORBIS. TUTORI. sed magis est ut restituendum putem: *Misitheo eminenti viro, parenti principum, prætorii præfecto, tutori Reip.* deletis illis, *& totius urbis*; quæ nec agnoscit vetus inscriptio, quæ Romæ exstat, quamque ad hunc locum produxit vir summus Casaubonus. eam inscriptionem puto eamdem esse quæ heic à Capitolino refertur. nihil vero illi veteri lapidi deesse arbitror, nisi hæc duo verba, VICEM REDDIDIT.

GRUTERUS.

1 *Misitheo autem quadriga equorum.*] Pal. *quadriga ex equorum*, ut voluerit forte auctor, *quadriga decem equorum*; vel *quadriga sex equorum*; latinitate sui ævi minime ridicula.

5 *Prætorii præfecto & totius urbis.*] Pal. pro his omnibus tantum habet, *prætototius urbis.*

CASAUBONUS.

2 *Quadriga equorum, & triumphalis currus.*] Trebellius in Pisone tyranno: *statuam inter triumphales, & quadrijugos currus Pisoni decreverunt.*

3 *Et titulus ejusmodi*, MISITHEO.] Inter antiquas inscriptiones, invenio fragmentum tituli similis huic, qui Romæ extare dicitur, in hæc verba:

MISITHEO. PARENTI
PRINCIPUM. P. R. TUTOR
REIP. S. P. Q. R. ....
....

ita nuper hæc descripserunt viri docti: sed velim considerari attentius eum lapidem: nam vitiose descriptum esse nomen istud suspicor. caussas antea diximus.

5 PRÆTORII PRÆFECTO ET TOTIUS URBIS.] Puto scribendum, ORBIS. quod etsi magnificentissimum est; non majus tamen quam quod sequitur, TUTORI REIP.

1 Cujus

qui post eum præfectus prætorii est factus; ut alii, morbo extinctus est herede Rom. Rep. ut quicquid ejus fuerat, vectigalibus urbis accederet. [1] Cujus viri tanta in Rep. dispositio fuit [2] ut nulla esset unquam civitas limitanea potior, quæ non posset exercitum populi Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo, & paleis condita non haberet: minores vero urbes, aliæ xxx. dierum, aliæ xl. nonnullæ duorum mensium: quæ minimum, xv. dierum. Idem quum esset præfectus, arma militum semper inspexit. Nullum senem militare passus est, nullum puerum annonas accipere. [3] Castra omnia

1 *Cujus viri tanta in Repub. dispositio fuit u.*] *Dispositio* est provisio annonaria, ut loquitur Trebellius in Balista tyranno. vide locum. sic mox, *tantum habuerat conditorum, ut vacillare dispositio Romana non posset*. & Ammianus libro xix. ubi de Anatolio Illyrici præfecturam regente loquitur: & *disponere* apud eundem, pro annonæ providere. ut libro xiv. *Antiochensi plebi suppliciter obsecranti, ut inediæ dispelleret metum; non disponi quicquam statuit, vel ex provinciis alimenta conferri constituit.* sic alibi.

3 *Castra omnia fossato circuibat.*] Latina vox est *fossatum* pro fossa. ut apud Marcellum Empiricum, *in fossatis sæpium requires*. inde poni cœpit pro castris, quia castra semper fossa cingebantur, ut & Polybius monet. hinc est φοσσάτον recentiorum Græcorum vox ἀντὶ τῶ στρατοπέδου. Modestinus lege tertia, De re militari: *Is qui à fossato recedit capite puniendus est.* pro castris dixit, *fossatum*. at Capitolinus hic separat à castris, neque aliud fossatum quam fossa hoc loco. Sed videtur scribendum, *Castrorum omnia fossata circuibat*. vulgatæ enim lectionis Latinitatem nullus assequor.

GRUTERUS.

2 *Ut nulla esset unquam civitas limitanea potior, quæ non posset, &c.*] Pal. *potior, & quæ posset.* an fuit? *potior quin posset*; & mox, *quæque totius anni, &c.*

SALMASIUS.

2 *Ut nulla unquam esset civitas limitanea potior, quæ non posset.*] Adnumeres & hunc locum licet corruptissimis, qui apud istos auctores repetiantur locis. quem nos adjuvantibus membranis & principe editione in integrum facili negotio restituimus. unius enim abnutivi remotione veram habemus hujus loci lectionem. sic igitur legendum distinguendumque: *cujus viri tanta in republica dispositio fuit, ut nulla unquam esset civitas limitanea potior, & quæ posset exercitum populi Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento & larido atque hordeo, & paleis condita non haberet: minores vero urbes, aliæ xxx. dierum, aliæ quadraginta, &c.* quorum hæc est sententia. hæc fuit dispositio Mysithei, ut civitates limitaneæ omnes, quæ potiores essent, & exercitum pop. Rom. cum principe ferre possent, tantum haberent aceti, frumenti & laridi ceterarumque specierum in conditis, ut per annum totum quirent sufficere alendo exercitui Romano. quæ vero minores essent, & exercitum populi Romani ferre non possent, triginta dierum aut quadraginta haberent condita, vel duorum mensium: quæque mini-

omnia fossato circuibat, noctibus etiam plerumque vigilias frequentabat. Amabaturque ab omnibus quod sic & Remp. amaret & principem. Tribuni eum & duces usque adeo timuerunt & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ulla ex parte peccarent. Philippus eum propter pleraque vehementer timuisse fertur. atque ob hoc per medicos insidias ejus vitæ parasse, & quidem hoc genere: Quum effusione alvi Misitheus laboraret, atque à medicis sistendi ventris gratia poculum juberetur accipere, [1] mutatis quæ fuerant, id fertur datum quo magis solveretur: atque ita
29 exanimatus est. Quo mortuo, [2] Apriano & Papo coss. in ejus locum præfectus prætorii factus est Philippus Arabs, humili genere natus, sed superbus, qui se in novitate atque enormitate fortunæ non tenuit: ita ut statim Gordiano, qui eum in locum parentis asciverat, insidias per milites faceret, quæ tales fuerunt. Misitheus tantum quantum diximus, habuerat conditorum, [3] ut vacillare dispositio Romana non posset. Verum

minimum, quindecim saltem dierum annonam haberent.

3 *Castra omnia fossato circuibat.*]Non mira aut nova diligentia Mysithei heic proditur, si castra omnia fossa circuibat: nulla enim castra sine fossato. arguit igitur vitium lectionis vetus scriptura, quæ habet: *castra omnia fossatorum circuibat.* palam est debere scribi: *castra omnia & fossata eorum circuibat*: vel, *fossatum. fossatum* in castris recentioris Latinitatis auctores vocaverunt fossam. sic & *sudatum* pro vallo usurparunt. inde & fossatum pro castris, sed & pro exercitu dixerunt. id autem testimoniis velle confirmare quid aliud esset quam soli lucem fenerare?

CASAUBONUS.

1 *Mutatis quæ fuerant, id f.*] Vox excidit, quam repone ex membranis regis ac Puteani, *quæ fuerant parata id f.*

GRUTERUS.

1 *Mutatis quæ fuerant parata, id fertur datum quo magis solveretur.*] Reposui & Pal. nostris & aliorum membranis poscentibus vocem *parata*, qua male antea destituebamur.

SALMASIUS.

2 *Apriano & Papo Coss.*] Lege: *Arriano & Papo.* sic enim in lapidibus & veteribus Fastis hic consul appellatur. non dissimili genere Arriani historici corruptum in sequentibus habetur: nam Arpianus pro Arrianus scribitur.

CASAUBONUS.

3 *Ut vacillare dispositio Romana non posset.*]Exposuimus paullo ante: & de conditis satis ad Hadrian. ita autem scriptum etiam in membranis, *dispositio Romana*: pro annona Ro. exercitus. Suspicabar scribendum esse, *dispositis annonaria.* ut apud alios sæpe *provisio*.

[1] Verum artibus Philippi primum naves frumentariæ ſunt averſæ: deinde in ea loca deducti ſunt milites [2] in quibus annona haberi non poſſet. Hinc Gordiano infeſtos milites ſtatim reddidit, non intelligentes artibus Philippi juvenem eſſe deceptum. [3] Sed Philippus etiam addidit ut rumorem per milites ſpargeret, adoleſcentem eſſe Gordianum, imperium non poſſe regere: [4] melius eſſe illum imperare [5] qui militem gubernare, qui Rempublicam ſciret. Corrupit præterea etiam principes, effectumque ut palam Philippus ad imperium poſceretur. Amici Gordiani primum vehementiſſime reſiſtebant. Sed quum milites fame vincerentur, imperium Philippo mandatum eſt, juſſumque à militibus ut quaſi tutor ejus Philippus cum eodem Gordiano pariter imperaret. Suſcepto igitur imperio, quum & Philippus ſe contra Gordianum ſuperbiſſime ageret, & ille ſe imperatorem atque imperatorum prolem, & virum nobiliſſimæ familiæ recognoſceret: nec ferre poſſet improbitatem hominis ignobilis, apud duces & milites, [6] aſtante præfecto Metio Gor-

viſio annonaria. nam offendit me vox *Romana.* ſed provoco ad doctiorum judicia.

1 *Verum artibus Philippi primum naves frumentariæ ſunt averſa.*] Zoſimus explicat; ἐπὶ γὰρ βασιλέως περὶ Κάῤῥας καὶ Νίσιβιν σὺν τῷ στρατῷ διατρίβοντος, αὐτὸς ἐνδοτέρω τὰς ναῦς. αἳ τὴν στρατιωτικὴν τροφὴν εἶχον, εἰσιέναι διέταττεν.

5 *Qui militem gubernaret, qui remp. ſciret.*] Scribe *gubernare.*

GRVTERVS.

2 *In quibus annonari non poſſet.*] Haud refugi ab hac ſcriptura, motus auctoritate Palatini noſtri. efficax enim dictio *annonari,* pro eo quod prius habebamus, *annona haberi.*

3 *Sed Philippus etiam hoc addidit.*] Pronomen eſt à Palatin. prius aberat.

5 *Qui militem gubernaret, qui rempublicam ſciret*] Sic & Pal. tentant alii, *gubernare.* non neceſſario. nam *Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.*

SALMASIVS.

2 *In quibus annona haberi non poſſet.*] Novum heic nobis verbum obtrudunt membranæ Palatinæ, in quibus legitur: *in quibus annonari non poſſet.* ſcribe: *deinde in ea loca deducti ſunt milites, in quibus annonari non poſſent.* ab annona *annonari,* ut frumentari, fabulari, aquari, & ſimilia.

4 *Melius eſſe illum imperare, qui militem gubernaret, qui remp. ſciret.*] Melius legeris: *melius eſſe illum imperare, qui militem gubernare, qui rempublicam ſciret.*

6 *Aſtante præfecto Metio Gordiano.*] *Macio Gordiano.*

Gordiano affine suo, [1] in tribunali processit, sperans posse imperium Philippo abrogari. Sed hac conquestione nihil egit, quum illum incusasset quod immemor beneficiorum ejus sibi minus gratus existeret. Et quum milites rogasset, quum aperte duces ambisset, factione Philippi minor apud omnes fuit. Denique quum se videret minorem haberi, petiit ut æquale saltem inter eos esset imperium, nec impetravit. Dehinc petiit ut loco Cæsaris haberetur, nec id obtinuit. Petiit etiam ut præfecti loco esset Philippo: quod & ipsum negatum est. Ultimæ preces fuerunt, ut eum Philippus pro duce haberet, & pateretur vivere. Ad quod quidem pene consenserat Philippus, ipse tacitus, sed omnia per amicos agens nutibus atque consiliis. Verum quum secum ipse cogitaret amorem populi Romani & senatus circa Gordianum, & totius Africæ ac Syriæ, totiusque orbis Romani, quum & nobilis esset, & nepos ac filius imperatorum, & bellis gravibus totam Rempublicam liberasset: [2] posse fieri [3] ut fa-

... ctione

CASAUBONUS.

1 *In tribunali processit.*] Scripta lectio: *in tribunali conquestus est.* recte.

GRUTERUS

1 *In tribunali conquestus est, sperans posse imperium, &c.*] Sic scripta aliorum lectio, & margo Palatini. nam textus ejus corrupte: *in tribunali cocess ut esset sperans possi.* erat in vulgatis, *in tribunali processit, sperans, &c.*

3 *Ut factione quandoque militum, Gordiano.*] Pal. *ut ficta quandocumque militum voluntate, Gordiano.* quod facile fuerit reformare in sensum meliorem, modo etiam constaret de consensu aliorum manuscriptorum.

SALMASIUS.

1 *In tribunali processit.*] Optimus Pal. *in tribunali, cocessu esset.* ex quo primæ editionis auctor vulgandum curavit, *in tribunali concessit ut esset.* deinde sequentes correctores in *processit,* mutaverunt. non dubium est, veram esse lectionem, quam ex suis libris jampridem asseruit amplissimus Casaubonus, *in tribunali conquestus est.*

2 *Posse fieri ut factione quandoque militum Gordiano redderetur imperium.*] *Factio* semper in malam partem ponitur. factione Philippi Gordiano imperium abrogaverunt milites, & Philippo detulerant, nulla in eo factio militum sed Philippi, qui milites infestos Gordiano reddidit, malis artibus & fraudulento ingenio. hic cum videret posse fieri ut reconciliata quandoque militum voluntate, Gordiano restitueretur imperium, ne hoc unquam fieri posset, Gordianum interficiendum curavit. nulla igitur heic etiam militum factio, si imperium Gordiano reddidissent; quod injuria, & alterius factione eidem abstulerant, scripti libri & antiqui-

tus

ctione quandoque militum Gordiano redderetur im-
perium, quum recentes in Gordianum iræ militum
famis causa vehementes essent, [1] clamantem ante con-
spectum duci jussit, ac spoliari & occidi. quod quum
primum dilatum esset, post, ut jussit, impletum est. Ita 31
Philippus impie non jure obtinuit imperium. Impera-
vit Gordianus annis sex. Et dum hæc agerentur, [2] Ar-
gunthis Scytharum rex finitimorum regna vastabat,
maxime quod compererat Misitheum perisse, cujus
consilio Respubl. fuerat gubernata. Philippus autem
ne à crudelitate nancisci videretur imperium, Romam
literas misit quibus scripsit Gordianum morbo perisse,
seque à cunctis militibus electum. [3] Nec defuit ut se-
natus

tus excusi nullam heic factionem agnoscunt, sed ita legunt: *posse fieri ut ficta quandoque militum voluntate Gordiano redderetur imperium.* legendum puto: *ut reficta quandoque militum voluntate.* metuebat Philippus, ne milites quos infestos & offensos Gordiano reddiderat, voluntatem suam aliquando refingerent & mutarent, & cum Gordiano in gratiam redirent, ac reficta voluntate ac reconciliata, quam tunc aversam & infestam gerebant, imperium ipsi immerito ablatum, jure ac merito quandoque restituerent. melius aliquid fingant, aut refingant, qui meliores erunt fictores: ego aliud comminisci non potui.

1 *Clamantem ante conspectum duci jussit.*] Legebam olim, & distinguebam, nondum viso scripto codice, *clamantem ante conspectum, duci jussit.* sed me docuit Palatinus legendum: *clamantem è conspectu duci jussit, ac dispoliari & occidi.*

GRUTERUS.

1 *Clamantem ante conspectum duci jussit ac spoliari.*] Melius fortasse Palatinus, *clamantem è conspectu duci jussit ac spoliari.*

SALMASIUS.

2 *Argunthis rex Scytharum.*] Idem liber: *Argunt Rex Scytharum*, quod regis barbari nomen, barbare etiam enunciatum videri potest.

3 *Nec defuit ut senatus de iis quæ non noverat falleretur.*] *Non defuit, ut falleretur senatus*, pro *non defuit senatum falli.* quod vulgo diceremus in idiotismo nostro, *le Senat ne faillit pas d'estre trompé*: aut *n'eust sçeu faillir d'estre trompé.*

CASAUBONUS.

3 *Nec defuit ut senatus de his rebus quas non noverat falleretur.*] Id est, accidit necessario ut falleretur. Paullo aliter hoc dicendi genus usurpat Tacitus. ut in Annal. XIV. *Nec defuit Polycletus quominus ingenti agmine Italiæ Galliæque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet.* Propertius libro primo,

Et mihi non desunt turpes pendere corollæ.

Tibullus libro quarto:

Nunc tibi non desit faciem componere pugna.

sic alii poëtæ, ut observat Scaliger. Non dissimilis est huic locutioni Hebraica phrasis, per verbum מלט quam apud disertiores Rabinorum notavimus. ut cum ait R. Aben Tybbon, in elegantiss. libello de rebus physicis, quem fere transcripsit de libris Mosis ben Maimon, Judæorum omnium

fine

natus de his rebus quas non noverat falleretur. Appel-
lato igitur principe Philippo, & Augusto nuncupato,
Gordianum adolescentem inter deos retulit. Fuit ju-
venis lætus, pulcher, amabilis, gratus omnibus, in vita
jucundus, in literis nobilis, prorsus ut nihil præter æ-
tatem deesset imperio. Amatus est à populo, & senatu,
& militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo prin-
cipum. Cordus dicit, omnes milites eum filium appel-
lasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum
delicias suas Gordianum dixisse. Denique Philippus
quum eum interfecisset, [1] neque imagines ejus tolleret,
neque statuas deponeret, neque nomen abraderet, sed
[2] divum semper appellans etiam apud ipsos milites,
cum quibus factionem fecerat, serio animo & peregri-
32 na calliditate veneratus est. Domus Gordianorum et-
iam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrime ex-
ornavit, [3] & villa eorum via Prænestina [4] ducentas co-
lumnas in tetrastylo habens, quarum [5] quinquaginta
Cary-

sine controversia præstantissimi: כל הנמצאים לא יכלטו מהיותם או עצם או מקרה *omnes res non abitunt quin sint vel substantia vel accidens.* Gallice ad verbum dixeris, *ne peuvent faillir d'estre.* id est, sunt necessario.

GRUTERUS.

1 *Neque imagines ejus tollere, neque statuas deponere, neque nomen abradere, sed Divum*] Ita fidenter restitui, suadente Palatino. inepte antea, *tolleret, deponeret, abraderet.*

2 *Sed Divum semper appellans.*] Ita & Palat.

3 *Est villa eorum via Prænestina.*] Istud etiam est à Palatino. nam editi, *& vita eorum*, tanquam penderet adhuc à superioribus.

4 *Ducentas columnas uno peristylo habens.*] Pal. *columnas intrastylo habens.*

CASAUBONUS.

2 *Divum semper appellans.*] Reg. *sed dominum s. appellaret.* melius, *divum.* Sic Cassius Marcum, quem jactabat mortuum; sic Opilius Macrinus Caracallam quem occiderat; & alii similiter, divos appellarunt, quos passi non erant esse vivos. De hoc Philippi dolo plura Zosimus.

SALMASIUS.

3 *Et villa eorum via Prænestina.*] Pal. *est villa eorum.* sic igitur lege & distingue: *domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrime exornavit. Est villa eorum via Prænestina, ducentas columnas uno peristylo habens.*

4 *Ducentas columnas uno peristylo habens.*] Scriptus liber: *ducentas columnas intrastylo habens.* ex quo indubitata conjectura lego: *ducentas columnas in tetrastylo habens.* & sane tetrastylum fuisse, quæ sequuntur, ostendunt. nam quattuor ordinibus columnarum constitisse patet, & quinquaginta columnas in unoquoque στίχῳ fuisse.

5 *Quinquaginta caristeæ.*] Idem optimus liber habet scriptum, *christea*, pro cari-

Carysteæ, quinquaginta Claudianæ, [1] quinquaginta [2] Synnades, quinquaginta Numidicæ, pari mensura sunt. [3] In qua basilicæ centenariæ tres: cætera huic operi convenientia, & thermæ quales præter urbem, ut

caristea. forte *charistea.* nam ita scribebant. inde veriloquium Isidori in Originibus, qui caristeas, non à Carysto dictas, sed charisteas quod aspectu essent gratæ. *Charisteum*, inquit, *viride optimum, nomen ab aspectu habens, eo quod gratum sit iis qui gemmas sculpunt: ejus enim viriditas reficit oculos.* vides charisteum illi esse quasi χαρίσιον. in quo falsus est, & vitiosa scriptura deceptus. viride autem & fluctibus concolor Charisteum marmor. Statius:

Et Chios, & gaudens fluctus aquare Carystos.

ita enim scribendum: vulgo *fluctus spectare*, corruptissime. posset tamen etiam legi:

—— & gaudens fluctu certare Carystos.

idem alibi de hoc Carystio marmore;

—— & concolor alto
Vena mari.

in epulo Domitiani:

Et Chios, & glauca certantia Doride saxa.

CASAUBONUS.

1 *Quinquaginta Synnades.*] Ita membranæ pro *Synnadica*, & *Caristea*, non *Caristia*. In quibusdam editionibus scriptum, *Synnitides*: quod in veteri libro invenisse ait Ursinus: marmor Syenites πυῤῥοποίκιλον habes apud Plinium lib XXXVI. cap. VIII.

3 *In qua basilicæ centenariæ tres.*] Sic porticus milliaria apud Suetonium in Nerone, à pedum mensura.

SALMASIUS.

2 *Synnades.*] *Synnades columnæ* pro Synnadicæ. τὰ Σύνναδα Græcis urbs Phrygiæ, unde illud marmor. Latinis *hæc Synnas.* Phrygia Synnas Martiali & Statio:

—— cavo Phrygiæ quod Synnadis antro.

idem alio loco:

—— viridis cum regula longo
Synnada distinctu variat.

sed *Synnas* poëtis illis videtur magis esse dicta pro territorio Synnadensi. sic Nomas pro Numidia Martiali:

Quod Phrygiæ Synnas, Afra quod Nomas mittit.

idem alibi:

Cui diadema daret marmore picta Nomas.

idem Arcada pro Arcadia dixit in libro de spectaculis:

Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem,
Arcas Mænalium non timuisset aprum.

sic Asida pro Asia, & Delphida pro Delphis:

Nec Delphis tua mentiatur ulli.

eodem modo *gymnada* dixerunt pro gymnasio. de Synnadico autem marmore accipiendi versus illi Papinii:

—— ubi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro.

falluntur qui de marmorationis genere accipiunt, ex duob. marmoribus compositio. tale enim marmor Synnadicum, candidum scilicet & ovatis figuris vel orbiculis interstinctum. gyrum purpureum vocat ibi Statius. idem alibi de eodem marmore:

—— sola cavo Phrygiæ quam Synnados antro
Ipse cruentavit maculis lucentibus Atis.

Paulus Silentiarius in descriptione Sanctæ Sophiæ:

Καὶ Φρύγα δαιδαλέοιο διίθρισεν αὐχένα πέτρη,
Τὸν μὲν ἰδεῖν ῥοδόεντα μεμιγμένον ἤερα λευκῷ,
Τὸν δ᾽ ἅμα πορφυρέοισι καὶ ἀργυφέοισιν ἀώτοις
Ἄνθεσιν ἀπαστράπτοντα. -----

Strabo συνναδικὸν λίθον τῷ ἀλαβαστρίτῃ πλησιάζοντα esse scribit κατὰ ποικιλίαν. sed de his alibi.

ut tunc, nusquam in orbe terrarum. Familiæ Gordiani hoc senatus decrevit, ut [1] à tutelis atque legationibus & à publicis necessitatibus, nisi si vellent, posteri ejus semper vacarent. Opera Gordiani Romæ nulla extant, [2] præter quædam nymphæa & balneas. [3] Sed bal-

CASAUBONUS.

1 *A tutelis atque legationibus, & à publicis necessitatibus.*] Rarum privilegii exemplum, quo data est familiæ Gordianorum immunitas & privatorum munerum, & publicorum. Exemplum est ab Atheniensibus, qui bene meritis de Rep. sua dabant ἀτέλειαν λειτουργιῶν. Lege orationem Demosthenis contra Leptinem.

SALMASIUS.

2 *Præter quædam nymphæa & balneas.*] In Palatino & prima editione, *nymphis*. *nymphæum* & *nymphium* dicitur. est enim à Græco νυμφαῖον. sic *musium* & *musæum* à μουσεῖον. Nymphæum semper scribitur in antiquis lapidibus. *nymphea* dicuntur in veteri libro Glossarum P. Puteani: *urbs omnis dividitur in sex partes, id est templa, domos, vicos, insulas, plateas & angiportus. templa sunt loca diis sacrata. Domus publica ædificia, id est theatra, amphitheatra, circi, balnea sive therma, nymphea, culinæ, pistrina, hippodromi & reliqua.* sed *nymphea* perperam ibi scriptum arbitror pro *nympheis*, id est νυμφαίοις. errant porro qui nymphea, lavacra vel balneas interpretantur. vehementer etiam hallucinatus est magnus Jurisconsultus qui ad leg. v. Cod. de aquæductu notat, nymphea ædes esse publicas, in quibus nuptias celebrant qui ædibus carent ad choreas capacibus, ex Zonara in Leone magno, qui ita explicat. non negem νυμφεῖα recentioribus Græcis œcos dici vel triclinia in quibus saltarent, & choreis vacarent qui nuptias celebrabant. νυμφαῖον οἶκον Suidas interpretatur, ἐν ᾧ αἱ νύμφαι, thalamum nempe intelligens. hinc & νυμφεῖα ædes illæ publicæ choreis nuptialibus dedicatæ. sed illa νυμφεῖα nihil cum istis nympheis habent commune, quorum heic meminit Capitolinus, & mentio est etiam illa lege v. de aquæductu. hæc enim nymphea non ἀπὸ τῶν νυμφῶν, hoc est novis nuptis denominata sunt, sed à nymphis hoc est lymphis, & fere semper cum balneis vel thermis junguntur. hoc loco: *nymphea & balneas*. leg. v. de aquæductu: *quid in publicis thermis, quid in nympheis pro abundantia civium conveniat deputari.* & leg. vi: eod. tit. *maluimus enim prædictum aquæductum nostri palatii publicarum thermarum, ac nympheorum commoditatibus inservire.* Nymphea igitur sunt quæ Græci vocant ὑδρεῖα, Latini *aquaria* etiam & *aquagia* dixerunt. Glossæ: *aquarium*, ὑδραγώγιον. aliæ ὑδρεῖον exponunt. lacum ita vocabant. Glossæ: ὑδρεῖον, *lacus, silanus*. vetus inscriptio:

QVOD AQVAM NOVAM
CONQVIRENDAM. ET
IN MVNICIP. PERDVCEND.
ET NYMPHEVM FACIEND.
PEC. PVB. C.

Socrates lib. IV. cap. IX. τῦ ὑδραγωγοῦ γὰρ εἰσαχθέντος εἰς τὴν πόλιν Κλέαρχος ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος ὑδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν ἐν τῇ νῦν Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ. ὑδρεῖον plane vocat, quod Latine *nymphæum* diceretur. Nymphea à lacubus distinguuntur. P. Victor de reg. urb. Nymphea duodecim Romæ fuisse tradit, lacus vero mill. CCCLII. distinguuntur etiam à puteis. vetus inscriptio: ESVS. RECEPTVI. PVTEVM. AD. PROX. TRICLIN. VSVM. IN. HOC. SPHÆRISTIRIO. VBI. ET. IMPERAT. NYMPHEVM. FACIENDVM. CVRAVIT. Nymphea sunt salientes, vel fontes manu structi

balneæ privati hominis fuerunt & ab eo in usum privatum exornatæ sunt. Instituerat porticum in campo Martio sub colle pedum mille, [1] ita ut ab altera parte æque mille pedum porticus fieret, [2] atque inter eas pateret spatium pedum quingentorum: [3] cujus spatii hinc atque

structi aquam in publico ejaculantes. *salientes* à lacubus discernuntur. Vitruvius lib. VIII. cap. VII. *ita in medio ponentur fistulæ ad omnes lacus, & salientes.* idem alibi: *ex hujusmodi locis & fontibus & in astu & ad portum Piræeum ducti sunt salientes ex quibus bibit propter eam causam, sed lavationibus, & reliquis rebus utuntur.* Græcis ὑδρεῖα. hinc recte silanum ὑδρεῖον, hoc est salientem interpretatur vetus auctor Glossarum. miror principem Jurisconsultum ut probaret nymphea ædes esse ad nuptias celebrandas & saltandum comparatas, νυμφικὰ λουτρὰ, hoc est nuptialia lavacra ex Græcorum commentariis allegasse. quæ nihil ad rem pertinent. ut nec illud quod ibidem adfert, nymphea vel ὑδρεῖα apud Socratem in oraculo quodam chorearum nomine fuisse designata. non enim chorearum nomine simpliciter ὑδρεῖον illud vel nympheum cujus meminit ibi Socrates designatum fuit, sed nympharum saltantium & choreas per urbem agitantium. verba oraculi hæc sunt:

Ἀλλ' ὅτι δὴ νύμφαι δροσερὴν κατ' ἄστυ
χορείην
Τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφίας κατ'
ἀγυιάς.

apud Ammianum in libris scriptis hi versus ita leguntur:

Ἀλλ' ὅτι δὴ νύμφαι δροσερῇ κατ' ἄστυ
χορείῃ
Τερπόμεναι στρωφῶνται ἐϋστεφίας.

Socrates: τῷ ὑδραγωγῷ γὰρ εἰσαχθέντος Κλεάρχου ἐν τῇ πόλεως ἐπάρχου, ὑδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν ἐν τῇ νῦν Θεοδοσιανῇ ἀγορᾷ καλουμένῃ, ᾧ ἐφημίσθη δαψιλὲς ὕδωρ ἐφ' ᾧ ἑορτὴν ἱλαρὰν ἤγαγεν ἡ πόλις. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ λεγόμενον ἐν τῷ χρησμῷ τὸ, χορείην τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφίας κατ' ἀγυιάς. de lymphis vel nymphis choreas agitantibus, in canali per quam ducebantur, & nympheum vel ὑδρεῖον in foro constituentibus, intelligendum & exponendum illud oraculum. nec ad nymphea quidquam pertinet, si quæ fuerant in quibus nuptiales ballationes publice agitarentur.

3 *Sed balneæ privati hominis fuerunt.*] Quis ille homo privatus? an Gordianus? privatus igitur cum adhuc esset, eas balneas extruxerit. sed minime hoc vult Capitolinus, nec istum sensum admittit hæc lectio. Palatinus cum veteri editione heic legit: *privatis hominibus fuerunt.* scribit Capitolinus nulla Romæ extare opera Gordiani præter nymphea quædam & balneas. sed balneas ad privatos homines pertinuisse, & in usum privatum ab eo exornatas esse. non igitur publicæ fuere illæ balneæ Gordiani, nec inter opera publica numerandæ, ut Titinæ thermæ, Diocletianæ, & reliquæ. notanda autem hæc locutio, *privatis hominibus fuere*, pro privatorum hominum fuere, vel ad privatos pertinuerunt.

1 *Ita ut ab altera parte æque mille pedum porticus fieret.*] Iidem libri: *quæ mille pedum porticus fieret.* scribendum: *æqua mille pedum porticus fieret.*

2 *Atque inter eas pateret spatium pedum quingentorum.*] Iidem: *atque inter eas pariter & spatium.* forte: *pariter esset spatium pedum quingentorum.*

3 *Cujus spatii hinc atque inde viridaria essent.*] Palatinus: *virdiarii essent.* cum sequitur vetus editio. *virdiarium* pro *viridiarium.* Glossæ *ἀλσώδια* viridiarium

atque inde viridaria essent, lauro, myrto, & buxo frequentata: medium vero lithostrotum brevibus columnis altrinsecus positis, & sigillis per pedes mille: quod esset deambulatorium, ita ut in capite basilica esset pedum quingentorum. Cogitaverat præterea cum Misitheo, ut post basilicam, thermas æstivas sui nominis faceret, [1] ita ut hyemales in principio porticus poneret, & suo usui essent vel viridaria vel porticus. Sed hæc omnia nunc privatorum & possessionibus & hor-
33 tis & ædificiis occupata sunt. Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti xxx & II. [2] quorum ipse XII. miserat, Alexander x. alces x. tigres x. leones mansueti LX. leopardi mansueti xxx. [3] belbi (id est hyænæ) x. gladiato-

rium exponunt. *viridia* etiam *viridiaria* appellabant. Phædrus:

Perambulans e læta domino viridia.

nam *viridaria*, quod vulgo legitur, negat versus admittere posse. apud Ciceronem vero lib. II. epist. ad Atticum, ubi in omnibus libris sic scriptum habetur: *Cyrus ajebat viridiarum, vel viridiorum, διαφάσεις latis luminibus non tam esse suaves*. causæ non erat quare tam acriter hanc lectionem defenderent viri docti. nam *viridiarum* ibi mendose scriptum est, pro *thyridium*, hoc est θυρίδιον διαφάσεις. quod neminem spero esse negaturum qui vel tantillum habeat sensus communis. *viridiorum* autem quod in omnibus editionibus propagatum est, omni mendo mendosius.

1 *Ita ut hyemales in principio porticus poneret, & suo usui essent vel viridiaria vel porticus.*] Vel me tacente locus hic non bene se habere fatetur. Palatinus, pro *porticus* habet *porticum*. &, *sine usu essent*. his vestigiis ductus ad veram lectionem perveni, quæ est: *cogitaverat præterea cum Misitheo, ut post basilicam, thermas æstivas sui nominis faceret, ita ut hyemales in principio porticuum poneret, ne sine usu essent vel viridiaria vel porticus.* quod nemo non intelligat rectum esse.

GRUTERUS.

1 *Ita ut hiemales in principio porticus poneret, & suo usui essent, vel viridaria vel porticus.*] Pal. à manu prima: *hiemales in principio cum poneret, sine usu essent, vel virid. &c.* mutatumque mox illud *cum* in *porticum*.

CASAUBONUS.

2 *Quorum ipse* XII. *miserat, Alexander* x.] Videtur scribendum xx. vel certe pro XII. XXII. ut quadrent minores numeri cum præcedenti XXXII.

3 *Belbi, id est hyænæ*, x.] Regius, *belbi, item hyænæ* x. quod erit, belbi x. & hyænæ pariter x sicut statim, *hippopotami & rhinoceros unus*. id est, unus hipp. & unus rhin. at vulgara lectio, belbos & hyænas idem facit animal. de quo nihil pronuntio.

SALMASIUS.

3 *Belbi, id est hyænæ decem*] Hæc est lectio optimi etiam Palatini. nec secus vetus editio, & longe placet præ illa, quam suis codicibus debere se dicit Casaubonus: *Belbi, item hyænæ*. ut diversa sint animalia belbi & hyænæ. *Belbus* igitur est *hyæna* huic scriptori. sed *belbus* videtur esse pro *beluus*, & *beluus* pro *belua*: ut enim merulus & merula, luscinius & luscinia, simius

diatorum fiscalium paria mille: hippopotamus & rhinoceros unus: [1] archoleontes x. camelopardali x. onagri

mius & simia: sic beluus & belua, ut ferus & fera. hinc nostrum *beibus*. Glossæ veteres: *ὕαινα, ζῶον, bellua.* item in Glossis quas habuimus ab eruditissimo Labbæo, in capite de quadrupedibus: *λέαινα, lea. Παρδάλεις, Pardus. Ἄρκτος, ursus. ὕαινα, velua.* Arnobius lib. VII. *beluas* hyænas manifesto appellavit his verbis: *cur non & canes & ursos & vulpes, & camelos, & beluas & leones?* nec enim ibi beluas generali nomine appellavit τὰ θηρία. nec alicui mirum debet esse, beluas dici hyænas, eo nomine quod omnibus feris est commune: cum nemini sit ignoratum beluas etiam proprie dictos elephantos apud omnes historicos, oratores & poëtas. vetus epigramma nondum editum:

Horrida cornuto processit belua rostro.

item:

Sed vario fugiendo malo cum belua glisceat,

Est tamen ex certis mors pretiosa feri.

nec plura opus est adferre: omnia enim testimoniis plena sic equus, absolute *feras* dicitur. sic aper etiam ferus. elephas quoque ita vocatur. versus paulo ante citatus:

Est tamen ex certis mors pretiosa feri.

ita in optimo, vetustissimoque libro legi: vulgo enim *feræ* editum habetur. in epigrammate nondum edito:

Fert tamen, & domitus residentis jussa magistri,

Quoque velit domitor cogitur ire ferus.

1 *Archoleontes decem.*] Quinam aut quod genus isti *Archoleontes*, aut unde sic dicti? placebat olim summo Scaligero, *agrioleontes* legere. quod neutiquam possum probare. vetus omnis lectio habet *arcoleontes*. Ita Palatinus liber, ita vetus editio. mutata una littera scribo: *argoleontes*, hoc est albi leones. Horum meminit Alexander in epistola ad Aristotelem, quam longe diversam habemus ex scriptis codicibus ab ea quæ vulgo editionibus Q. Curtii postponitur. ita igitur describit hos argoleontes: *jam nos vigiliis inquietos quinta noctis hora buccina monebat ad quiescendum. sed assuere albi leones taurorum comparandi corporibus, qui cum ingenti murmure concussis cervicibus alti jubis in modum fulminum in nos impetum faciunt, exceptique ruunt venabulis.* Ἀργολέων igitur est albus leo, qui non tam flavi sunt quam vulgares. nam ἀργὸς est λευκὸς, unde ἀργιόδους, qui candentes habet dentes.

CASAUBONUS.

1 *Archoleontes decem.*] Egnatius & alii qui archoleontas volunt esse jubatos leones, haut dubie falluntur: nam jubati sunt omnes mares; at non omnes archoleontes: sed certum genus leonum, præcipuæ, ut vox sonat, vel magnitudinis, vel sævitiæ aut coloris: quales in Europa nasci inter Acheloum & Nestum sive Nessum fluvios scribit Aristoteles: longe illis generosiores, quos vel Africa alit vel Syria. verum non habuit philosophus notos leones Æthiopicos, neque Indicos, aliosque de quorum præstantia multa Plinius, Ælianus, Oppianus, & cæteri qui post Aristotelem eam naturalis historiæ partem illustrarunt. Sed habent hoc loco alii libri, *arcoleontes.* quare assentior Josepho Scaligero, qui legendum censet *agrioleontas.* ut opponantur isti leonibus mansuetis, quorum paulo ante habita mentio. eadem olim sententia fuit doctissimi viri Conradi Gesneri.

GRUTERUS.

1 *Archoleontes decem.*] Palat. *arcoleontes.* alii mss. *acroleontes.* unde ingeniose Scaliger *agrioleontes*, quod etiam venit in mentem Gesnero, virorum ut optimo, ita & doctissimo.

gri XX. equi feri XL. & cætera hujuſmodi animalia, innumera & diverſa: [1] quæ omnia Philippus ludis ſecularibus [2] vel dedit vel occidit. [3] Has autem omnes feras manſuetas, & præterea efferas, parabat ad triumphum Perſicum: [4] ſed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit ſecularibus ludis & muneribus atque Circenſibus, quum milleſimum ab urbe condita annum in conſulatu ſuo & filii ſui celebravit. [5] Quod de Cæſare memoriæ traditum eſt, hoc etiam de Gordiano Cordus eveniſſe perſcribit. Nam omnes quicunque illum gladio appetiverunt (qui novem fuiſſe dicuntur) [6] poſtea interemptis Philippis, ſua manu

CASAUBONUS.

1 *Quæ omnia Philippus ludis ſæcularibus, vel dedit, vel occidit.*] Tò *dedit*, refer ad venationes direptionis Caſſiodorus I ÆMILIANUS ET AQUILINUS. *His Coss. milleſimus annus Urbis Romæ expletus eſt: ob quam ſolennitatem innumerabiles Philippus cum filio ſuo beſtias in Circo magno interfecit: ludoſque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo pervigilante celebravit. quadraginta etiam miſſus natali Romæ urbis concurrerunt, & Agon millenarius actus.* Lege quæ de his ſæcularibus diſputat Joſephus Scaliger in quinto operis magni.

5 *Quod de Cæſare memoriæ traditum eſt, hoc etiam de Gordiano Cordus eveniſſe perſcribit.*] Reg. *de C. Cæſare.* Suetonius obſervat extremo libro primo. Ammianus Marcellinus libro XXIII. *rediiſſetque pari ſplendore junior Gordianus, cujus monumentum nunc vidimus honorarium, apud Reſainam ſuperato fugatoque rege Perſarum: ni factione Philippi præfecti præt. ſceleſte juvantibus paucis in hoc ubi ſepultus eſt loco, vulnere impio cecidiſſet. Nec erravere diu manes ejus inulti: quod velut clarente juſtitia, omnes qui in eum conſpiravere, cruciabilibus interiere ſuppliciis.* Non ſcio ſatis haberine ratio debeat lectionis quam regius exhibet: *etiam de Gordiano Cordus dicit eveniſſe perfectum.*

SALMASIUS.

2 *Vel dedit vel occidit.*] Dedit camelos, onagros, equos feros, & cætera hujuſmodi animalia herbatica, quæ in ſpectaculo direptionis, quam ſylvam dicebant, populo rapienda dabantur. occidit autem leones, leopardos, hyænas & ejuſmodi feras, quæ in pancarpo occidebantur. de quo nos ſupra.

3 *Has autem omnes feras manſuetas & præterea efferas.*] Libri *& præterea efferatas.* Julius Valerius in vita Alexandri: *una miſi uſibus & deliciis tuis, ferarum genera quæ ſunt noſtratia, elephantos CCCL. Pardos VI. Rhinocerotas LXXX. Pantheras vero IV. canes etiam in homines efferatiſſimos XC. Tauros CCC.*

4 *Sed votum publicum nihil valuit.*] *Quod votum publicum nihil valuit.*

6 *Poſtea interemptis Philippis.*] Pal. & vet. ed. *interemptis à Philippis.* & paulo poſt, *interemiſſe.* lege: *nam omnes quicunque illum gladio appetiverunt, qui novem fuiſſe dicuntur, poſtea interemptis à Philippis, ſe ſua manu ſuiſque gladiis, & iiſdem quibus illum percuſſerant interemiſſe dicuntur. interemptis à Philippis*, i.e. poſt interemptos Philippos.

GRUTERUS.

5 *Quod de Cajo Cæſare memoria traditum eſt, &c.*] Ita etiam Palat. male vulgo aberat *Cajo.*

1 Ger-

manu suisque gladiis, & iisdem quibus illum percusserant, interisse dicuntur. Trium igitur Gordianorum 34
hæc fuit vita, qui omnes Augusti appellati sunt, duobus in Africa interemptis, in Persidis finibus tertio. [1]Gordiano sepulcrum milites [2]apud Circejum castrum fecerunt in finibus Persidis, titulum hujusmodi addentes, & Græcis, & Latinis, & Persicis, & Judaicis, & Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur. DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTTHORUM, VICTORI SARMATARUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM: [3]SED NON VICTORI PHILIPPORUM. Quod ideo videbatur

CASAUBONUS.

1 *Gordiano sepulchrum milites apud Circejum castrum fecerunt: in finibus Persidis.*] Scribe, ut apud Eutropium, *Circessum*, sive *Circesium*. situm hujus castri describit Procopius Persic lib II. ᾗ δὲ οὐ κατὰ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν χώραν, ἀλλὰ τὸν Εὐφράτην ἐν δεξιᾷ ἔχων. ἔστι δὲ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ θάτερα Ῥωμαίων φρούριον ἔσχατον, ὃ Κιρκήσιον ἐπικαλεῖται, ἐχυρὸν ἐς τὰ μάλιστα ὄν· ἐπεὶ Ἀβόῤῥας μὲν ποταμὸς μέγας ἐνταῦθα τὰς ἐκβολὰς ἔχων τῷ Εὐφράτῃ ἀναμίγνυται. τὸ δὲ φρούριον τοῦτο πρὸς αὐτῇ πη τῇ γωνίᾳ κεῖται, ἣν δὴ τοῖν ποταμοῖν ἡ μίξις ποιεῖται. καὶ τεῖχος δὲ ἄλλο μακρὸν τοῦ φρουρίου ἐκτὸς χώραν τὴν μεταξὺ ποταμοῦ ἑκατέρου ὑπολαμβάνον, τρίγωνον ἐνταῦθα ἀμφὶ τὸ Κιρκήσιον ἀποτελεῖ σχῆμα. Zosimus libro III. Τὸ Κιρκήσιον φρούριόν ἐστι κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου· τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον.

SALMASIUS.

2 *Apud Circejum castrum.*] *Circeum castrum.* ita vetus editio. nec accedo sententiæ doctissimi Casauboni, qui *circesium* heic emendare postulat. nomen hujus castri κιρκήσιον Græcis scriptoribus, quod Latinis non est *circesium* sed circense. appellatio hujus castri non Græca sed Latina, circense, quam Græci more suo κιρκήσιον verterunt. ut *castrense*, καστρήσιον, *milliarense*, μιλλιαρήσιον, & similia sexcenta. circense autem dictum hoc castrum, quod in morem circi aqua circaretur. quod ostendit Zosimus his verb. τὸ κιρκήσιον φρούριον ἐστι κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου· τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον. inde igitur circense & circeum dictum. Nam circium vel circeum pro circensi etiam Latini dixerunt. Vegetius de Veterinaria lib. IV. cap. VI. *Nam ut viliora ministeria taceamus, equestribus usibus vel maxime necessarios constat prœliis circeis, vel ad bellum Hunniscos. prælia circea* sunt *circensia.* sic *circeum* hoc loco *castrum*, quod aliis circense est appellatum, Græcis vero κιρκήσιον. *circessum* tamen *castrum* dicitur Festo Ruffo.

CASAUBONUS.

3 SED NON VICTORI PHILIPPORUM.] Miror additum fuisse istud, quod æternam Philippo ignominiæ notam inurebat: cum tamen ille nihil minus vellet credi quam occisum à se Gordianum: quem cum ad senatum scriberet, finxit, morbo & sua

batur additum, [1] quia in campis Philippicis ab Alanis tumultuario prælio victus abscesserat: simul etiam quod à Philippis videbatur occisus. [2] Quem titulum evertisse Licinius dicitur eo tempore quo est nactus imperium, quum se vellet videri à Philippis originem trahere. Quæ omnia, Constantine maxime, idcirco sum persequutus, [3] ne quid tuæ cognitioni deesset quod dignum scientia videretur.

morte obiisse. in Probo qui simillime periit à militibus occisus, titulum similem refert Vopiscus: sed cujus clausula longe alia: VICTOR ETIAM TYRANNORUM.

SALMASIUS.

1 *Quia in campis Philippicis.*] Lego: *in campis Philippis.* nam ideo in titulo Gordiani memoriæ additum fuisse scribit Capit. *& non victori Philipporum,* quod in campis Philippis ab Alanis fuisset victus. cum tamen id minime sentirent, qui addiderunt. sed ad Philippos patrem & filium respicerent. sed si de campis intelligatur Philippis, mira prorsus erit locutio, qua quis dicatur campi victor, non hominum qui in campo pugnarunt. quod etiam hodie retinemus. nam victorem, campi magistrum extitisse dicimus. cui non absimile est illud Vegetii, lib III. cap. XXV. *prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & quod ipsi dicunt, colligat campum, prior clamore ac buccinis exultare videatur.* Victor enim campum colligere dicebatur.

3 *Ne quid cogitationi tuæ deesset.*] Vetus & prima editio: *cognitioni.*

CASAUBONUS.

2 *Quem titulum evertisse Licinius dicitur.*] Titulum evertit, at monumentum ipsum non evertit. extabat enim adhuc Ammiani Marcellini temporibus: ut apparet ex illius verbis quæ modo produximus.

3 *Ne quid tuæ cogitationi deesset,*] Scribendum, *cognitioni.*

GRUTERUS.

3 *Ne quid tuæ cognitioni deesset.*] Impressi, *cogitationi.* sed alterum est à ms. etiam Palatino.

JULII

JULII CAPITOLINI MAXIMUS ET BALBINUS.

INTEREMPTIS in Africa Gordiano seniore cum filio, quum Maximinus ad urbem furens veniret, ut, quod Gordiani Augusti appellati fuerant, vindicaret, sena- 1

SALMASIUS.

1 JULII CAPITOLINI.] Non habent nomen auctoris adscriptum veteres Palatinæ Bibliothecæ membranæ, in quibus tantum legitur: EXPLICIT GORDIANUS, INCIPIT MAXIMUS. Capitolini tamen esse non dubitamus.

CASAUBONUS.

2 MAXIMUS ET BALBINUS.] De horum nominibus ante diximus, & de Capitolini incogitantia, aut nescio quid aliud dicam: qui nummos horum principum non requisivit, non inspexit, ut adeo molesto scrupulo liberaretur. Extant etiam hodie utriusque Augusti non pauci; quos viri docti descripserunt. Vidimus & nos in cimeliis viri amici & antiquitatis admodum periti Petri Ragosii Bigattii Aquisextensis advocati, quem nuper Rex Christianissimus gazæ suæ antiquarum rerum præfecit, duos Maximi nummos, quorum hæc erant epigrammata. alter est argenteus, habetque ab una parte hæc: IMP. C. M. CLOD. PUPIENUS. AUG. in altera autem ista: P. M. TR. PO. COS. II. P. P. Nummus alter est ex ære, habetque hæc verba: IMP. CÆS. M. CLOD. PUPIENUS. AUG. & in postica facie, PAX PUBLICA. S. C. sed in istis nummis cognomen Maximi prætermissum est: cujus tamen fidem faciunt alii, ita inscripti: IMP. CÆS. PUPIEN. MAXIMUS. AUG. Balbinus autem vocatur in nummis D. CÆLIUS BALBINUS. Cæterum librum hunc eo levius percurremus, quia dicta pleraque omnia jam ante in duobus superioribus.

SALMASIUS.

2 MAXIMUS ET BALBINUS.] De Maximo, qui & Pupienus, jampridem docuerunt docti viri Onuphrius & Casaubonus errare Capitolinum in æstu suo, dum miratur & prope monstri simile putat Pupienum à Latinis scriptoribus nominari, qui Græcis semper Maximus fuerit dictus. Maximum igitur eum hunc vocavit & hoc nomine librum de vita ejus inscripsit Capitolinus, non Latinos sed Græcos est sequutus scriptores: at Aurelius Victor Scotthi Latinos, nam Pupienum & Balbinum appellat: etsi mendose apud illum *Cupienus* vulgatum est. in nummis autem, quos ad hunc locum descriptos posuere iidem eruditi viri, putant Maximi cognomen esse prætermissum, IMP. C. M. CLOD. PUPIENUS. AUG. &, IMP. CÆS. M. CLOD. PUPIENUS. Ego vero secus existimo: nam illæ singulæ C. M. CLOD. Cajum Maximum Clodium Pupienum denotant. C. Maximus à patre Maximo cognominatus. Clodius autem Pupienus vel ab avo vel ab avia vel paternis vel maternis vel etiam adoptione aliqua, quod ad verum sciri non potest. sic Titus Aurelius Fulvius Bojonius Antoninus Pius, Titus quidem Aurelius à patre Tito Aurelio, Bojonius ab avia materna Bojonia, Antoninus autem ab avo materno Antonino appellatus est, Spartiano teste: & ita de aliis. At-

[1] senatus pertrepidus in ædem Concordiæ [2] VII. Cal. Junii concurrit, ludis Apollinaribus, remedium contra furorem hominis improbissimi requirens. Quum igitur duo consulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus (quorum Maximus à plerisque in historia reticetur, & loco ejus Pupieni nomen infertur: [3] quum & [4] Dexippus & Arabianus Maximum & Balbinum dicant electos contra Maximinum post Gordianos;

que hinc factum ut ab aliis C. Maximus, ab aliis vero Clod. Pupienus nominaretur, hic de quo agimus imperator. sic etiam L. Ceionius Ælius Commodus Verus. de quo vide Spartianum in ejus vita, & nos alibi accuratius fusiusque hanc prænominum, nominum cognominumque varietatem & inter se mutationem tractabimus.

CASAUBONUS.

1 *Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ* VII. *Cal. Junii concurrit, ludis Apollinaribus.*] Consternationem animorum & senatus & populi Ro. ad nuntium de cæde Gordianorum, narrat Herodianus in septima historia. tum illud factum est S. C. in Capitolio, de quo libro superiore diximus. Sed dissentit hic ab Herodiano Capitolinus: qui non in Capitolini Jovis cella, verum in æde Concordiæ creatos scribit imperatores Maximum & Balbinum. Videntur initio patres in ædem Concordiæ concurrisse: postea vero iterum in Capitolio convenisse, & ibi negotium perfecisse. Perperam vero scriptum hoc loco, Majo mense hæc accidisse: quod historiæ rerum gestarum manifestissime repugnat. sed scribendum est, VII. *Kal. Julii*, non autem *Junii*. Sexto Kal Junias, ut dixit Capitol. in Maximinis, recitatæ sunt in senatu Gordiani de imperio suo literæ. at nuntio de ejus cæde Romam mense uno post allato, senatus hic habitus est VII. Kal Julii, sive Quintilis: quo mense ludi Apollinares Romæ, ut ex Livio constat & veteri Kalendario, celebrabantur *a. d.* III. *Nonas Quintiles.* ita olim: postea vero aliter constitutum, ut ostendit hic Capitolini locus: sit modo sanus & erroris aut vitii purus. Liber Puteani, VII. *Idus Jun.* alter ejusdem, VIII. *Idus.*

4 *Dexippus & Arabianus.*] Is est, ni fallor, qui duobus in locis antè *Arrianus* nominabatur. Herodianum hic sileri mirum est.

SALMASIUS.

2 VII. *Calend. Junii.*] Pal. & vet. ed *Kal. Junias.*

3 *Quum & Dexippus & Arabianus.*] Nihil dubitamus quin heic sit legendum *Arrianus*, ut in vita Gordianorum recte legitur. nec refragatur hoc loco liber optimus qui habet *Arpianus*: *p* pro *r*, ut *petunsus* pro *retunsus*. & similia. sic in vita Gordiani tertii, *Aprianus* pro *Arrianus*, emendare memini.

GRUTERUS.

1 *Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ, &c.*] Non male Pal. *prætrepidus.*

2 *Septimo Calendas Junii.*] Pal. *septimo idus Junias.* de hac diversitate consulatur Casaubonus.

4 *Dexippus & Arabianus.*] Pal. *Arpianus*, ut dubitandum veniat, retineri ne debeat vulgatum, an revocandum *Arrianus*, cujus supra bis mentio.

1 *Quo-*

dianos;[1] quorum alter bonitate, virtute alter ac ſeveritate, clari habebantur) ingreſſi eſſent curiam,[2] ac præ ſe timorem Maximini adventu ferrent oſtenderentque,[3] referente cos. de aliis rebus,[4] qui primam ſententiam erat dicturus,[5] ſic orſus eſt: *Minora nos ſolicitant, & prope aniles res[6] ferventiſſimo tempore tractamus in Curia. Quid enim opus eſt de reſtitutione templorum, de baſilicæ ornatu,[7] de thermis Titianis, de exædificatione amphitheatri agere: quum immineat Maximinus, quem hoſtem mecum ante dixiſtis: Gordiani duo, in quibus præſidium fuerat, interempti ſint, neque in præſenti ullum ſit auxilium quo reſpirare poſſimus? Agite P. C. principes dicite. Quid moramini? ne dum ſingulatim pertimeſcitis, in timore potius quam in virtute opprimamini.* Poſt hæc tacentibus cunctis, quum Maxi- 2
mus, qui & natu grandior erat & meritis, & virtute ac ſeveritate clarior, dicere ſententiam cœpiſſet, qua oſtenderet duos principes eſſe faciendos, Vectius Sabinus ex familia Ulpiorum, rogato conſule ut ſibi dicere,

CASAUBONUS.

1 *Quorum alter bonitate.*] Albinus, quem deſcribit Herod. τὸ ἦθος ἁπλούστερον.

2 *Ac præ ſe timorem Maximini adventu ferrent, oſt.*] Scrib. *adventus.* pro *ferrent oſtenderentque*, quidam codices, *fronte oſtenderent.*

3 *Referente Cos. de aliis rebus, q.*] De reſtitutione templorum, ornatu baſilicæ, & ſimilibus, ut ſtatim indicatur.

4 *Qui primam ſententiam erat dicturus.*] Lege, *primus.* periphraſis eſt ſenatoris primæ ſententiæ.

6 *Ferventiſſimo tempore.*] Cum quidem jam πάντα ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, aut certa pernities, aut ſalus. elegans tranſlatio.

7 *De thermis Titianis.*] Titi Cæſaris.

SALMASIUS.

2 *Ac præ ſe timorem Maximini ferrent, oſtenderentque.*] Emendamus ex veſtigiis optimi Palatini: *quum igitur duo Conſulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus, ingreſſi eſſent curiam, ac præcipue timorem, Maximini adventu, fronte oſtenderent, referente conſule de aliis rebus, &c.* hæc non ſunt pejora vulgatis. imo quis non ſentit editam lectionem ſordere, ſi cum hac comparetur? quam ut pluribus teſtimoniis firmatam libentius recipias, eam quoque à veteri primaque omnium editione agnoſci ſcias.

5 *Sic orſus eſt.*] *Sic exorſus eſt.*

GRVTERVS.

2 *Ac præ ſe timorem Maximini adventu ferrent oſtenderentque.*] Pal. *ac præcipue timorem Maximini adventu fronte oſtenderet*; ut videatur reſtituendum, *ac præ ſe timorem adventus Maximini fronte oſtenderent.*

4 *Qui primam ſententiam erat dicturus.*] Haud aliter Pal.

1 Sib

cere atque interfari liceret, sic orsus est. *Scio P. C. hanc rebus novis inesse oportere constantiam, ut rapienda sint consilia non quaerenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum sit atque sententiis, ubi res perurgent. Cervices suas quisque respiciat, uxorem ac liberos cogitet, avitas patriasque fortunas, quibus omnibus imminet Maximinus, natura furiosus, truculentus, immanis, causa verò (ut sibi videtur) satis justa, truculentior. Ille quadrato agmine, castris ubique positis ad urbem tendit, vos sedendo & consultando diem teritis. Longa oratione opus non est: faciendus est imperator, imò faciendi sunt principes: unus qui res domesticas, alter qui bellicas curet. unus qui in urbe resideat, alter qui obviam cum exercitu latronibus pergat. Ego principes dico, vos firmate, si placet:* [1] *sin minus, meliores ostendite. Maximum igitur atque Balbinum:* [2] *quorum unus in re militari tantus est* [3] *ut nobilitatem*

SALMASIUS.

1 *Sin minus, meliorem ostendite.*] *Meliores ostendite.* nempe principes.

2 *Quorum unus in re militari tantus est, ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.*] De Maximo sermo est, qui ignobilis, sed virtutis splendore & militari scientia, multis nobilibus anteferendus, sed quid est, nobilitatem generis virtutis splendore allicere? cæcus sit oportet, qui non videat mendum hoic subesse lectioni. quod tamen dissimulant veteres libri, nisi qood in Palatino *eilexerit* scriptom est pro *allexerit.* puto auctorem scripsisse, *illuxerit: quorum unus in re militari tantus est ut ignobilitatem generis splendore virtutis illuxerit.* id est illucefecerit, illustraverit. *illucescere* pro illustrare ut innotescere pro notom facere apud Ulpianum & in Cod. Theod. & apud recentiores auctores passim sic insuesco pro insuefacio: requiesco pro quietum facio:

— *requierunt flumina cursus.*

sic *vilesco*, agendi quoque significatione posuerunt. Glossæ: *vilescit*, ἐξουτελίζει. non dissimile est apud Ciceronem in libro de amicitia *prælucere bonam spem.* sic *adlucere faciem*, & *cereum lucere* apud Plautum. ita igitur hoc loco, *generis ignobilitatem splendore virtutis illucere*, pro illustrare, & illustrem reddere, nihil verius.

CASAUBONUS.

3 *Ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.*] Scribendum, *generi.* non erat Maximus nobilis natalibus; sed obscuritatem generis virtute illustraverat. minus convenit doctissimorum virorum emendatio: *ut ignobilitate gen.* eadem quidem sententia: sed ex nostra correctione mollior & humanior.

GRUTERUS.

3 *Ut nobilitatem generis splendore virtutis allexerit.*] Pal. *virtutis eilexerit.* locus bene habebit, modo legatur cum Casaubono, *nobilitatem generi spl.* & Lipsio placebat, *ut ignobilitatem generis, splendore virtutis texerit*, aut, *alluxerit.* Epist. XVIII. Centuriæ Miscellæ.

1 *Egressi*

tatem generis ſplendore virtutis allexerit: alter ita clarus nobilitate eſt, ut & morum lenitate Reip. ſit neceſſarius; & vita ſanctimonia, quam à prima ætate in ſtudiis ſemper ac literis tenuit. Habetis ſententiam P. C. mihi fortaſſe periculoſiorem quam vobis: ſed nec vobis ſatis tutam, ſi non aut alios aut hos principes feceritis. Poſt hæc acclamatum eſt uno conſenſu, *Æquum eſt, juſtum eſt. ſententia Sabini omnes conſentimus. Maxime & Balbine Auguſti, dii vos ſervent, dii vos principes fecerunt, dii vos conſervent. Vos ſenatum à latronibus vindicate, vobis bellum contra latrones mandamus. Hoſtis publicus Maximinus cum filio pereat, hoſtem publicum vos perſequimini. Felices vos judicio ſenatus: felicem Remp. veſtro imperio. Quod vobis ſenatus detulit, fortiter agite: quod vobis ſenatus detulit, libenter accipite.* His atque aliis acclamationibus imperatores facti ſunt 3
Maximus atque Balbinus. [1] Egreſſi igitur à ſenatu, primum Capitolium aſcenderunt, ac rem divinam fecerunt. [2] Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, populus Rom imperio Maximi contradixit. timebant enim ſeveritatem ejus homines vulgares. Quare factum.

SALMASIUS.

1 *Egreſſi igitur à ſenatu primum Capitolium aſcenderunt, ac rem divinam fecerunt, ſed dum in Capitolio rem divinam faciunt.*] Peſſimæ manus iſtos libellos tractarunt. nihil enim intactum & integrum reliquerunt. ut hoc loco, quam temere hæc verba, *ſed dum in Capitolio*, uſque ad illa, *deinde ad roſtra populum convocarunt*, in hanc ſedem intruſerunt. ea nos in ſuum locum, iſtinc deturbata, paulo poſt reponemus. nam heic nullomodo hærere poſſunt. cum enim his verbis agat de Gordiani adoleſcentuli in imperium electione, tribus poſt verſibus eamdem rem exponit. quod non convenit. hæc ita igitur conſtitue me auctore, vel potius auctoribus membranis: *egreſſi igitur à ſenatu primum Capitolium aſcenderunt, ac rem divinam fecerunt. deinde ad roſtra populum convocarunt.*

CASAUBONUS.

2 *Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt p.*] Quæ ſequuntur omnia, ad illa verba, *Deinde ad Roſtra p.* in regio & Puteani leguntur alio loco, quem infra indicabimus.

GRUTERUS.

2 *Sed dum in Capitolio, &c.*] Hæc & ſequentia, uſque ad illa; *Deinde ad roſtra*, non magis comparent hoc loco in Palatino, quam in Regio aut Puteaniano: ſequuntur demum cap. 8. poſt iſta; *inierunt imperium.* videntur tamen heic utcumque tolerari poſſe, ſed tolerari tantum.

1 His

factum est ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est: nec prius permissi sunt ad Palatium stipati armis ire quam nepotem Gordiani, Cæsaris nomine nuncuparent. Deinde ad Rostra populum convocarunt. Ubi quum orationem de senatus sententia & de sua electione habuissent, populus Rom. cum militibus qui forte convenerant, acclamavit, *Gordianum Cæsarem omnes rogamus.* [1] Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam; vel, ut alii, ex filio qui est in Africa occisus, [2] annum agens ætatis XIIII. ut plerique dicunt: qui statim raptus est, & novo genere senatusconsulti quum eadem die senatusconf. factum esset. inductus in Curiam, Cæsar est appellatus.

4 [3] Prima igitur relatio principum fuit, ut duo Gordiani divi appellarentur. Aliqui autem unum putant appellatum, seniorem videlicet: sed ego libris quos Junius Cordus affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos. si quidem senior laqueo vitam finivit: junior autem in bello consumptus est: qui utique majorem meretur reverentiam quod eum bella rapuere. Post has igitur relationes [4] præfectura urbis in Sabinum collata est, virum gravem, & Maximi moribus congruentem; prætoriana in Pinarium Valentem. Sed prius quam de actibus eorum loquar, [5] placet aliqua dicere de moribus atque genere: non eo modo quo Junius Cordus est prosequutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus [6] & Valerius Marcellus: quamvis

SALMASIUS.

1 *Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam, vel ut alii ex filio.*] Palat. cum veteri editione: *Hic erat nepos Gordiani ex filio qui est in Africa occisus.*

4 *Præfectura urbis in Sabinum collata est.*] *In Sabinum conlocata est.* ita libri omnes.

5 *Placet aliqua dicere de genere & moribus eorum.*] *Placet aliqua dici.*

CASAUBONUS.

2 *Annum agens* XIIII. *ut plerique dicunt.*] Scribe ex superioribus, *decimum tertium.*

3 *Prima igitur relatio principum fuit.*] Regius, *r. duorum principum f.* Fuisse moris ut novi principes primam relationem facerent de ejus honoribus cui successerant, ante monebamus.

6 *Et Valerius Marcellus.*] Reg. *Valerius Marcellinus.*

GRUTERUS.

2 *Annum agens ætatis decimum quartum.*] Ita quoque Pal.

6 Et

vis [1] Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, [2] plura congerit: Cordus verò [3] tam multa [4] ut etiam pleraque & minus honesta perscripserit. MAXIMO pater fuit Maximus, unus è plebe, ut nonnulli dicunt, [5] faber ferrarius; [6] ut alii, [7] rhedarius vehi-

6 *Et Valerius Marcellinus.*] Est à libris Regio & Palatino: nam vulgg. *Marcellus.*

SALMASIVS.

6 *Valerius Marcellus.*] *Valerius Marcellinus*, in Palatino.

CASAVBONVS.

1 *Curius Fortunatianus.*] Reg. *Oratius Fort.*. sed *Curius* rectè, ut in aliis locis. Legi nuper apud virum doctum, editam olim in Italia hujus historiam fuisse: tamen Transalpinorum esse puto neminem qui unquam viderit.

3 *Tam multa ut etiam pleraque & minus honesta præscripserit.*] Regius, *tam multa, etiam pleraque vilia, & minus honesta præscripsit.*

5 *Faber ferrarius.*] En vices humanarum rerum. nam & nati fabris ferrariis, ut hic, ad imperatoriæ majestatis fastigium ascendunt: & ii quoque interdum, qui fuere ipsi fabri ferrarii; ut de Mario quodam narrat Trebellius Pollio. At enimvero Perseus contra de rege Macedoniæ eo redactus est, ut fieret faber ferrarius. usque adeo

ῥεῖα Θεὸς βάλλει, ῥεῖα δ' βελτίονα χαλέπτει.

7 *Rhedarius vehicularius fabricator.*] Fabricator ejus generis vehiculorum, quæ dicuntur rhedæ: sic carpentarii carpenta tantum conficiebant. sed fortasse scribendum, *rhedarium vehiculorum fab.* vel, *rhedarum vehicularium f.* In regio, *viridarius, veh.* nullo sensu.

GRVTERVS.

1 *Curius Fortunatianus.*] Sic, nulla littera variante, Pal.

2 *Plura congerit.*] Pal. *pauca congerit.* scire cuperem quid heic varient aliorum membranæ.

4 *Ut etiam pleraque & minus honesta.*] Sic & Pal. at supervacuum esse illud & vel cæco apparet.

6 *Ut alii, rhedarius vehicularius fabricator.*] Non aliter Pal.

SALMASIUS.

2 *Plura congerit.*] Ait se non omnia minutatim persequi velle quæ de eorum vita & genere dici possint. quod fecerat affatim Junius Cordus. nec rursus Curium Fortunatianum velle imitari, qui omnem hanc historiam perscribens pauca admodum tetigerit: sed eum modum velle sequi, quem Suetonius & Marcellinus essent sequuti. legendum igitur ex membranis & prima editione: *quamvis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca contigerit.*

7 *Redarius vehicularius fabricator.*] *Vehiculum* nomen generale, *reda* speciale. vehicularius igitur redarius fabricator dicitur qui hoc genus vehiculi fabricaret, quod appellatur reda. sic *lanarius* generali voce quemcumque lanarum artificem aut negotiatorem significat: specialiter tamen *lanarius pectinarius* dicitur qui lanas pectit. vetus inscriptio: LANARII. PECTINARII. SODALES. Græci κτενιστὰς simpliciter eos appellant. vetus interpres Apollonii ad illud: βεβρίθει λαχνοισι. τοῖς ἐρίοις, ὅθεν καὶ λανάριοι καλοῦνται οἱ κτενισταί. dicitur & *lanarius coactiliarius* qui coactilia operatur aut vendit, & *coactiliarius* etiam per se vocatur: vetus lapis: M. L. LARISCVS. LANARIVS. COACTILIARIVS alibi passim *coactiliarius* simpliciter appellatur. Glossæ: *coactiliarius*, πιλοποιός. *vestiarius*, omnis vestium institor vel con-

vehicularius fabricator. [1]Hunc suscepit ex uxore Prima nomine. [2] cui fratres quatuor viri fuerunt, & quatuor puellæ: [3]qui omnes [4]in pubertate interierunt. Nato Maximo, carnem bubulam, & quidem multam, [5] aquila [6] in cellam eorum projecisse fertur, quæ angusto patebat impluvio: [7] eam denique quum jaceret, nec quisquam contingere auderet religionis timore, iterum sustulisse, & in proximum sacellum quod erat Jovis Præstitis, detulisse. [8]Id eo tempore nihil visum est ominis habere, sed non sine causa factum probavit imperium. [9] Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit, quem statim ad præfecturam prætorii subvexit ubi factus est imperator. Operam grammatico, rhetori non multam dedit. Siquidem [10] semper virtuti & militari

confector vocatur. *tenuiarius* speciale artificii nomen de illis qui tenuia vestimenta conficiunt. atque hi *vestiarii tenuiarii* vocantur in antiquis saxis. vetus lapis Romæ: M. CINCIUS. M. L. THEOPHILUS. VESTIARIUS. TENUIARIUS. item in alio: MATTIUS. PATROBIUS. VESTIARIUS. TENUIARIUS. sic *subactores* vel *subactarii* dicebantur, qui coria subigebant. hi *coriarii subactarii* appellantur, in veteri inscriptione. eodem plane modo, *vehicularius redarius*, & *vehicularius carpentarius*, qui carpenta & redas fabricant.

CASAUBONUS.

1 *Hunc suscepit ex uxore Prima nomine.*] Reg. *ex uxore prima Neari nomine.*

3 *Qui omnes in pubertate interierant.*] Reg. *intra pubertatem.*

5 *Aquila in cellam eorum projecisse fertur.*] Scribe, *coram proj.*

8 *Id eo tempore nihil visum est ominis habere, sed n.*] Spartianus in Geta: *Hoc dictum ejus, tunc nihil, post vero præsagio fuit.*

9 *Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit.*] *Facere*, pro διατρίβειν, morari, & habitare: de quo nonnihil supra: & crebra est locutio in libris juris civilis.

SALMASIUS.

2 *Cui fratres quatuor viri fuerunt & quatuor puellæ.*] Inepta lectio. viros appellat, qui intra pubertatem omnes interiere. sic igitur legendum: *cui fratres quatuor pueri fuerunt, & quatuor puellæ: qui omnes intra pubertatem interierunt.*

7 *Eam denique cum jaceret.*] Melius Palatinus: *eamdemque cum jaceret, nec quisquam contingere auderet religionis timore, iterum sustulisse.* atque ita olim de conjectura legebam.

9 *Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii.*] Pal. & princeps editio: *in domo patris Pinarii.* patrem tamen ejus Maximum non Pinarium supra vocavit.

GRUTERUS.

4 *Intra pubertatem.*] Vulgg. *in pubertate.* sed alterum exstat in Regio & Palatino.

6 *In cellam eorum projecisse fertur.*] Pal. *cella.*

10 *Semper virtuti & militari severitati.*] Pal. *semper virtuti & militari, & severi*, quod fere præposuerim.

1 Attar

tari severitati studuit. [1] Attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros, & posteà præturam, sumptu [2] Pescenninæ Marcellinæ, [3] quæ illum loco filii susceperat & aluerat. Inde proconsulatum Bithyniæ egit, [4] & deinceps Græciæ, [5] ac tertio Narbonæ. Missus præterea legatus, Sarmatas in Illyrico contudit: atque inde translatus ad Rhenum, rem contra Germanos satis feliciter gessit. [6] Post hæc præfectus urbis prudentissimus, ac ingeniosissimus, & severissimus approbatus est. [7] Quare * veluti senatus ei homini, quod non licebat, novæ familiæ, imperium tamen detulit, confessis omnibus eo tempore in senatu aptiorem non esse qui deberet principis nomen accipere.
Et quoniam etiam minora plerique desiderant, fuit ci- 6
bi avidus, vini parcissimus, ad rem Veneream nimis rarus, domi forisque semper severus, ita ut & *tristis* cognomen.

CASAUBONUS.

1 *Attamen militaris tribunus fuit, e.*] Fortean, *ac tandem*. Sed passim vocem *tamen* alieno loco positam in his libris invenias.

5 *Ac tertio Narbonæ*] *Narbona* provinciæ hîc nomen est, non urbis.

6 *Post hæc præfectus urbis prudentissimus ac ingeniosissimus, & severissimus approbatus est.*] Omnia hæc Herodianus: τῆς τε Ῥωμαίων πόλεως ἔπαρχος καταστὰς ἐπιστρεφῶς τε ἄρξας καὶ ἐν ὑπολήψει παρὰ τοῖς ὄχλοις φρονῶν τε ἀγχινοίας καὶ βίου σώφρονος.

7 *Quare * velut senatus ei homini, q.*] Sublata quidem voce *velut* sensus erit non incommodus: sed cum eam mordicus libri omnes retineant, desiderari hîc videntur nonnulla. Potest scribi, *quare, velut dixi, s.* sed cogitemus amplius. Puteani codd. alter habet, *velit*; alter, *veliti*.

SALMASIUS.

1 *Attamen militaris tribunus fuit.*] Locus hic interpolatus in veteri codice à manu mala & recenti, nec potui divinare quid prius scriptum fuerit. erasa enim penitus lectio antiqua, & in ejus locum hæc quæ nunc editiones occupat, reposita. de qua hoc tantum possum dicere, mendosam mihi videri, nec sine exemplaris vetusti auxilio emendari posse. pro illo *attamen* apparet adhuc in veteri codice scriptum *ac ita*. reliqua prorsus abolita ac deleta.

2 *Pescenninæ Marcellinæ.*] Pal. *Pescenniæ Marcellinæ*. melius.

3 *Quæ illum filii loco susceperat, & aluerat.*] *Quæ illum filii loco suscepit & aluit.*

7 *Quare veluti senatus ei homini quod non licebat.*] Ita etiam Palatinus. multæ mihi sunt ad manum conjecturæ. sed cum earum nulla mihi satisfaciat, non visum est eas heic adscribere, quas ipse non probarem.

GRUTERUS.

4 *Et deinceps Græciæ.*] Palatinus *Grætæ*.

gnomen acciperet. [1] Vultu graviſſimus, & verecundus, ſtatura procerus, [2] corporis qualitate ſaniſſimus, [3] moribus aſpernabilis, attamen juſtus, [4] neque unquam

CASAUBONUS.

1 *Vultu graviſſimus & verecundus, ſt.*] Non congruunt gravitas & verecundia, magnumque diſcrimen eſt inter verecundum vultum, & triſtem ac ſeverum, qualis Pupieni fuit: quod & nummi antiqui teſtantur quos vidimus. ſed poteſt *verecundus* aliter accipi, pro αἰδοῦς ἄξιος, & αἰδέσιμος, qui aſpectu ſuo pudorem aliis exprimeret. Ammianus Marcellinus libro XIV. *populi Romani nomen circumſpectum & verecundum.* ita ſcripta exemplaria Marcellini, non *verendum.* Sed priſcæ editiones habent hic, *& retorridus.* quibus & Puteani alter codex aſſentitur. Plinii vox & aliorum veterum: cujus eſt hîc honeſtiſſima tranſlatio.

2 *Corporis qualitate ſaniſſimus.*] Scripti, *fortiſſimus.* mox, *corporis qualitate conſpicuus.*

4 *Neque unquam uſque ad exitum negotiorum vel inhumanus vel inclemens.*] Id eſt, qui in nullius unquam necem duraret, ut loquitur Tacitus de Auguſto.

GRUTERUS.

1 *Vultu graviſſimus & retorridus, &c.*] Non auſus ſum rejicere ſcriptionem vett. edd. & aliquot manuſcriptorum, in quibus & Palat. mediæ ætatis impreſſi, *graviſſimus & verecundus.* quod ſpernunt tam præcedentia, quam ſequentia.

2 *Corporis qualitate ſaniſſimus.*] Sic quoque Pal.

SALMASIUS.

1 *Vultu graviſſimus & verecundus.*] Minime convenit in hominem ſeverum ac tetricum, & quod magis ad rem facit, militarem, iſta vultus verecundia. bene itaque libri omnes legunt: *vultu graviſſimus & retorridus.* multis ſupra expoſuimus hanc vocem *retorridus.* vultus retorridus eſt ſtrictus & contractus, & caperatus, & rugis ſtriatus ad eum modum quo ſolent eſſe quæ ab igne, vel à ſole fiunt retorrida. hinc & retorridus pro ſevero, vel ad ſeveritatem compoſito. nam ita vultum ſolent contrahere, & caperare qui ſeveritatem adfectant, & graves videri volunt. *ſtrictam frontem* Latini dixerunt contractam & rugis aſperatam, retorridamque. Petronius:

Quid me cum ſtricta ſpectatis fronte Catones?

Apuleius: *ſtrictam frontem gerens.* ita enim libri. vulgatæ editiones: *ſtriatam.* ſic *ſtrictæ tunicæ* Hieronymo quas Græci φολιδωτοὺς vocant. φολίδες enim ſunt rugæ & plicaturæ veſtium. de quibus nos alibi. hinc *ſtrictæ mentes* pro ſeveris & tetricis. Manilius:

—— *& ſtrictas pondere mentes.*

& *ſtricti Catones* eidem:

—— *nec crede ſeveræ*
Frontis opus ſigno, ſtrictos nec crede Catones.

at *ſtricti* de avaris & ſordidis alia ratione dicuntur apud Firmicum. nam ſtricti opponuntur largis & liberalibus. male vir ſummus, ſtrictos ſeveros, & ſtrictos avaros eadem ratione ac ſignificatione fuiſſe dictos putavit; ſed de his alibi. *retorridus* igitur *vultus* hoc loco, ſtrictus eſt & caperatus, triſtitiamque & ſeveritudinem, ac moroſitatem oſtentans. retorridas Gallorum mentes ſupra habuimus, pro aſperis ac difficilibus, & refractariis, & retorridos gilbos. vide omnino quæ ibi notavimus.

3 *Moribus adſpernabilis.*] *Aſpernabilis*, id eſt *contemptor*, ut de Maximino dixit. ita enim uſi ſunt iſtiuſmodi verbis tunc temporis ſcriptores, *aſpernabilis* qui facile aſpernatur: *docibilis*, qui docet, non qui docetur: *expectabilis*

quam usque ad exitum negotiorum vel inhumanus
vel inclemens. Rogatus semper ignovit; nec iratus est
nisi ubi eum irasci decuit. Factionibus se nunquam
præbuit, judicii tenax fuit, neque aliis potius [1] quam
sibi credidit. Quare & à senatu multum dilectus est,
& à populo timori habitus: siquidem sciebat populus
ejus censoriam præfecturam, quam videbat posse in
imperio vehementius convalescere. BALBINUS nobi- 7
lissimus, & iterum cos. rector provinciarum infinitarum.
Nam & Asiam & Africam & Bithyniam, & Galatiam, & Pontum, & Thracias, & Gallias civilibus administrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu: sed rebus bellicis minor fuerat quam civilibus; attamen bonitate, nimia sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat. Familiæ vetustissimæ (ut ipse dicebat) [2] à Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, quum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor. [3] Statura æque procerus, corporis qualitate conspicuus, in voluptatibus nimius, quam quidem adjuvabat divitiarum abundantia; nam erat à majoribus dives, & [4] multa hereditatibus per se ipse collegerat. Eloquentia clarus, [5] poëmate inter sui

bilis qui expectat, non qui expectatur: *opinabilis* qui opinatur: & infinita ejusmodi, quæ nos alibi exemplis allatis stabiliemus. nunc enim propetamus.

CASAUBONUS.

1 *Quam sibi credit.*] *Credidit.*

2 *A Balbo Cornelio Theophane originem ducens.*] Theophanes Mitylenæus amicitia Pompeji & scriptione historiæ magnam olim famam meruerat: floruitque ejus domus Romæ sub Augusto, & Tiberio etiam aliquandiu. nam adhuc cum Strabo librum XIII. scribebat, Marcus Pompejus Theophanis F. inter primos Tiberii amicos censebatur. sed exercuit tandem sævitiam suam in hujus sobolem Tiberius, ut narrat Tacitus libro sexto Annalium.

3 *Statura æque procerus.*] Reg. delet vocem *æque.* quam retineo cum aliis libris: nam respicit illa superiora de Maximo, *vultu graviss. statura procerus.*

4 *Multa hereditatibus per se ipse collegerat.*] Scriptus heres à multis amicorum: quod apud veteres honori habitum; eoque nomine gloriatur Cicero.

5 *Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus.*] Ita scripti omnes. sequentia autem verba, *præcipitis usu*, absunt à regio: sed servant Puteanei, & di-

 stin-

ſui temporis poëtas præcipuus: præcipiti uſu [1] vini, cibi, rei Venereæ avidus, veſtitu cultus: nec quicquam defuit [2] quod illum populo non commendabilem redderet. Amabilis etiam ſenatui fuit. Hæc de utriuſque vita comperimus. Denique nonnulli quemadmodum Catonem & Cæſarem Salluſtius comparat, [3] ita [4] hunc quoque comparandum putant, ut alterum ſeverum, clementem alterum; bonum illum, iſtum conſtantem; illum nihil largientem, hunc
8 affluentem copiis omnibus dicerent. Hæc de moribus atque genere. Decretis ergo omnibus imperatoriis hono-

ſtinctione mutata jungunt cum *præcipuus*. & omnino male cohærent illis, *vini, cibi, r. &c.* referendum ad facultatem fundendi verſus ex tempore. nam *præcipitem uſum* appellat τ̀ αὐτοσχεδιασμόν. non temere vulgatam hic lectionem damnaverim, *poëmate, i. ſ. t. poetas plurima fecit, uſu præcipiti.*

SALMASIUS.

5 *Poëmate inter ſui temporis poëtas præcipuus. præcipiti uſu vini.*] Correctoribus acceperam referimus hanc lectionem, quæ ſi bona eſſet ac ſincera, nunquam profecto ejus auctores extitiſſent. varie vexatus olim hic locus ab illo genere hominum. vetus codex habuit: *poëmate inter ſui temporis poetas. præcipi uſu vini, cibi, veneriæ avidus.* hanc ſcripturam cum in ſuis ut apparet libris reperiſſet primæ editionis auctor, nec ſanam judicaret, ſic eam conatus eſt emendare: *poëmata inter ſui temporis poëtas plurima fecit. præcipiti uſu vini, cibi, &c.* alii deinde aliter. at nihil erat factu facilius quam illam veterem ac ſcriptam lectionem integritati ſuæ reſtituere, quæ parvo negotio ad hunc modum poterat emaculari: *eloquentia clarus, poëmate inter ſui temporis poëtas præcipuus. vini, cibi, rei veneriæ avidus.* totius vitii cauſa hæſit in illis, *præcipi uſu.* ex quibus *præcipiti uſu* fecerant: nos *præcipuus* fecimus. jube ſis igitur illa verba capite protruſa hinc in præceps dari.

GRUTERUS.

5 *Poëmate inter ſui temporis poëtas præcipuus. præcipiti uſu. Vini, cibi, rei venereæ avidus.*] Illud *præcipuus* natum à voce adſita ſane Pal. habet à prima manu: *poëmata inter ſui temporis poetas præcipiti uſu.* omnia recte, dummodo ſcribatur, *poëmate.* eidem tamen codici inventum calamo recenti: *poëmata inter ſui temporis poëtas plurima fecit, præcipiti uſu*; quomodo & retro vulgata.

1 *Vini, cibi, rei Venereæ.*] Pal. non habet voculam *rei.* bene, ut puto, certe juxta conſuetudinem ſuperiorem.

2 *Quod illum populo non commendabilem.*] Sic Palatin. nec novum illi ſæculo, negativis duobus magis adfirmare.

3 *Ita hunc quoque comparandum putarunt.*] Ita Pal. non, ut vulgati, *putant.* præſtaret præterea ſcribi, *hos comparandos.*

CASAUBONUS.

2 *Quod illum populo non commendaret.*] Dele negationem.

4 *Hunc quoque comparandum putant.*] Scrib. *Hos q.*

1 Me-

honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, jure proconsulari, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, [1] meruerunt imperium. His gestis, celebratisque sacris, datis ludis scenicis ludisque circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum missus est cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Unde autem mos tractus sit ut proficiscentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hostes factam ut civium sanguine litato specie pugnarum se [2] Nemesis, id est vis quædam fortunæ, satiaret. Alii hoc literis tradunt (quod verisimilius credo) ituros ad bel-

1 *Meruerunt imperium*] Scripti, *inierunt imperium*. Post ista collocant scripti libri verba quæ supra indicavimus. Videtur interesse non multum utro potius loco sint collocata.

2 *Nemesis, id est, vis quædam Fortunæ satiaret.*] Non est glossema: si stamus fide librorum. de Nemesi præter Græcos, Ammianus Marcell. libro XIV.

SALMASIUS.

1 *Meruerunt imperium. His gestis celebratisque sacris.*] Heic tandem sedem debent figere illa verba deerrantia, quæ antea duobus non suis locis inculcata & infulta vidimus. nec enim aptiore loco queant quam hoc legi. hæc igitur sic continuanda sunt: *decretis ergo omnibus imperato. iis honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium: sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, populus Romanus, imperio Maximi contradixit. timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant. quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent qui statim factus est, nec prius permissi sunt, ad palatium stipati armatis ire, quam nepotem Gordiani, Cæsaris nomine nuncuparent. His gestis celebratisque sacris, datis ludis scenicis, circensibusque, &c.* quod autem non multum interesse putant viri doctissimi utro potius loco collocentur, ego valde ab illis dissentio. nec enim posse in loco superiore hujus vitæ stare, paulo ante ostendimus nisi autem heic legantur, quo referas ista verba non habebis, *his gestis celebratisque sacris.* quibus sacris aut quando celebratis? manifesto enim hæc pendent ex illis, *dum in Capitolio rem divinam faciunt.* præterea verba illa, *quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant*, quæ in concione Maximini antea legebantur, huc revocanda censuimus & jungenda statim istis, *timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatui acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant.* quæ omnia nunc optime cohærent, antea vero ita erant divulsa dissipataque, & disjecta, ut laceri potius alicujus corporis membra, quam corpus integrum viderentur.

GRUTERUS.

1 *Inierunt imperium.*] Sic & Palat. & alii mss. vulgg. *meruerunt.*

 1 Di-

bellum Romanos [1]debuisse pugnas videre, & vulnera, [2]& ferrum, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & san-
9 guinem perhorrescerent. Et Maximo quidem ad bellum profecto, Romæ prætoriani remanserunt. [3]Inter quos & populum tanta seditio fuit ut ad bellum intestinum veniretur, urbis Romæ pars maxima incenderetur, templa fœdarentur, omnes plateæ cruore pollucrentur, [4]quum Balbinus homo senior seditionem sedare non posset. [5]Nam & in publicum processit, manus singulis quibusque tenuit, & pene ictum lapidis passus est. [6]Alii dicunt etiam fuste [7]percussum esse, [8]neque sedasse tumultum nisi infantem Gordianum purpu-

1 *Debuisse pugnas vid re & vulnera & ferrum & nudos inter se coëuntes, ne in bello, &c.*] Lectio partim à Palat. partim à Puteani codd. nam Pal. profecto abjicit vocem *dimicantes*, habetque, *& ferrum & nudos inter se coeuntes, nec in bello, &c.* prius legebatur, *& nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello, &c.*

4 *Cum Balbinus homo lenior seditionem sedare non posset.*] Est à Pall. illud *homo lenior*, cum antea esset, *homo senior*.

7 *Percussum esse. neque s dasset tumultum, &c.*] Expressi quod erat in Palatino. editi enim perperam: *percussum esse, neque sedasse tumultum.*

CASAUBONUS.

2 *Et ferrum, & nudas inter se cohortes.*] Fortasse, *& ferrum nudantes inter se cohortes.* id est, nudato ferro & micante acie pugnantes. alibi notabamus Romanos milites arma habuisse tecta; quæ ad pugnam nudabant. Sed assentiamur Puteano, qui emendabat ex vestigiis scriptæ lectionis, *& nudos inter se coëuntes.*

5 *Nam & in publicum processit, & p*] Mire titubat tota hæc Capitolini narratio. cœperat dicere de iis quæ acciderunt Maximo contra Maximinum profecto: nunc tamen redit ad tempus illud quo ambo erant in Urbe imperatores. sed rerum seriem involvit, obscuratque. facem pete ex Herodiano.

8 *Neque s dasse tumultum, n.*] *Sedasse* pro sedaturum fuisse. sed historiam confundit aliud agens. duæ temporibus illis fuerunt Romæ seditiones: prior eademque minus periculosa, quæ producto puero Gordiano & Cæsare facto, sedata est; altera longe gravissima, aliquanto post accidit. confer eum Herodiano.

SALMASIUS.

3 *Inter quos & populum tanta seditio fuit.*] *Inter quos eo populi tanta seditio fuit.* ita Palatinus. quod tamen non assequor, nec sequor etiam.

4 *Cum Balbinus homo senior seditionem sedare non posset.*] Melius in Palatino; *cum Balbinus homo lenior.* dixit ante de lenitate Balbini: *attamen bonitate nimia, sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat.*

6 *Alii dicunt etiam fuste percussum esse.*] *Et pæne ictum lapidis passus est, ut alii dicunt etiam fuste percussus est, neque sedasset tumultum, &c.* ita Palatinus hæc concipit.

8 *Neque sedasse tumultum.*] Volunt *sedasse* heic pro sedatum esse, sane ego nolo.

purpuratum ad populum longissimi hominis collo superpositum produxisset. Quo viso, populus & milites usque adeo placati sunt ut amore illius in concordiam redirent. Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, [1] merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximinum in Africa vitam finierant. [2] tantum apud Romanos memoria bonarum rerum valet. Maximo igitur ad bellum profecto, senatus per omnes regiones, consulares, prætorios, quæstorios, ædilitios, tribunitios etiam viros misit: ita ut unaquæque civitas frumentum, arma & propugnacula & muros pararet, ut per singulas urbes Maximinus fatigaretur. [3] Jussum tunc tamen ut omnia ex agris in civitates colligerentur, ne quid hostis publicus inveniret. Scriptum est præterea ad omnes provincias missis frumentariis, jussumque ut quicunque Maximinum juvisset, in hostium numero duceretur. Inter hæc Romæ iterum seditiones inter populum & milites ortæ sunt. [4] Et quum edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, veterani se in castra prætoria contulerunt cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsidere: nec unquam ad amicitiam essent redu-

nolo. nam addita littera legere malim: *manum singulis quibusque tenuit, & pæne ictum lapidis passus est: alii dicunt etiam fuste percussum esse: neque sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum purpuratum hominis collo superpositum produxisset.*

1 *Merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt.*] Absunt hæc verba primæ editioni Palatinoque libro: *seu patris ut quidam dicunt.* quæ & possunt abesse. nam illa plurium fuit opinio, quam & solam ideo heic ponit Capitolinus: Gordianum nempe hunc tertium, nepotem fuisse senioris Gordiani ex filia, atque ita avum seniorem Gordianum, avunculum vero juniorem habuisse qui in Africa occisus est. initio hujus vitæ: *hic natus est ut plures asserunt, ex filia Gordiani: ut unus aut duo, nam plures invenire non potui, ex filio qui in Africa periit.*

CASAUBONUS.

2 *Tantum apud Romanos memoria bonarum rerum valet.*] Corphyllides:

— ἦ ῥα ἀγαθοῖς
Ἀνδράσιν εὐσεβίας οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

3 *Jussum tunc tamen &c.*] *Tamen* pro etiam, vel [illegible]. sic sæpe.

4 *Et cum illi edicta Balbinus proponeret, n.*] Herodianus: ὁ δὲ Βαλβῖνος οἴκοι μένων διάταγμά τι προθείς. Capitolinum legisse non dubito, διαγράμματα. idque melius.

reducti, [1] nisi fistulas aquarias populus incidisset. In urbe autem priusquam dictum esset milites pacatos venire, & tegulæ de tectis jactæ sunt, & omnia quæ in domibus erant vasa, projecta. atque ideo major pars civitatis periit, & multorum divitiæ. Nam latrones se militibus miscuerunt [2] ad vastanda ea quæ norant ubi
11 reperirent. Quum hæc Romæ geruntur, Maximus sive Pupienus ad Ravennam bellum parabat ingenti apparatu, timens vehementissime Maximinum: de quo sæpissime dicebat, se non contra hominem, sed contra Cyclopem bellum gerere. Et Maximinus quidem apud Aquileiam ita victus est ut à suis occideretur: caputque ejus & filii perlatum est Ravennam, quod à Maximo Romam transmissum est. Non tacenda hoc loco devotio est Aquileiensium pro Romanis, [3] qui etiam crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur. [4] Tantum sane lætitiæ fuit in Balbino qui plus timebat, ut hecatomben faceret, statim ut Maximini caput allatum est. [5] *Hecatombe* autem tale sacrificium est: centum aræ uno in loco cespititiæ extruuntur, & ad eas centum sues, centum oves

1 *Nisi fistulas aquarias populus incidisset.*] Herod. πᾶν τὸ ὕδωρ τ̃ στρατοπέδου εἰς ἕτερα ῥεῖθρα μετοχέτευσαν, ἐκκόψαντες καὶ ἐμφράττοντες τὰς εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσόδους αὐτοῦ.

2 *Ad vastanda ea quæ norant ubi reperirent.*] Verbi gratia: qui norant ministerium argenteum magni pretii esse in ædibus hujus aut illius consularis, eo impetum faciebant: & ita in cæteris.

3 *Qui etiam crines mulierum.*] In extremo libro de Maximinis dictum idem. cur hîc repetit?

4 *Tantum sane lætitiæ fuit in Balbino qui plus timebat, ut hecatomben faceret.*] In Maximinis: *Balbinus autem timidior natura, & qui cum Max.* vide reliqua.

5 *Hecatombe autem tale sacrificium est.*] Uberius ista Græcorum grammatici ad primum Iliadis. Romanos publice privatimque fecisse hecatombas non raro, ex Flavii Vopisci Tacito est cognoscere. neque solum hecatombas, sed & chiliombas aris admovebant. ut in Martyrologiis, de Artemio: πλεῖστα γοῦν ἢ σύμπαντες τοῖς ἄλλοις ἀγάλμασι προσῆγε τὴν θρησκείαν, χιλιόμβας ὅλας ἐξ ἑκάστου θυομένου αὐτοῦ.

GRUTERUS.

3 *Crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur.*] Verbum *totondisse* non est in Pal. nisi à scriptura recentissima. an fuit? *crine usi mulierum pro nervis ad sag. emittendas dicuntur.*

oves mactantur. [1] Nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, [2] & cætera hujusmodi animalia centena feriuntur. [3] Quod quidem etiam Græci quondam fecisse dicuntur quum pestilentia laborarent: & à multis imperatoribus id celebratum constat. His igitur peractis Balbinus cum 12
summa gratulatione Maximum redeuntem è Ravenna cum exercitu integro & copiis expectabat. Siquidem Maximinus ab oppidanis Aquileiensibus, & paucis qui illic erant militibus, [4] ac Crispino & Menophilo consularibus, qui à senatu missi fuerant, victus est. Ipse autem Maximus Aquileiam idcirco accesserat, ut omnia tuta & integra usque ad Alpes relinqueret: ac si quæ essent Barbarorum qui Maximino faverant reliquiæ, compesceret. Missi sunt denique ad eum legati senatores XX. quorum nomina sunt apud Cordum: (in his consulares IIII. prætorii VIII. quæstorii VIII.) cum coronis & senatusconsulto, in quo ei statuæ auratæ equestres decernebantur. Ex quo quidem Balbinus subiratus est, dicens, [5] Maximum minus quam eum laborasse, quum ipse domi tanta bella com-

pres-

SALMASIUS.

1 *Nam si imperatorium sacrificium sit.*] Lege: *jam si imperatorium sacrificium sit.* hecatombe, inquit, tale sacrificium est, cum centum sues, centum oves mactantur. jam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ solent mactari.

2 *Et cetera hujusmodi animalia centena feriuntur.*] *Centena feriunt.* P. & v. ed.

4 *Ac Crispino ac Menophilo consularibus.*] Pal. & v. edit. *Melofilio.* scribe *Menophilio.* sic enim in vita Gordiani tertii scribitur.

GRUTERUS.

1 *Nam si imperatorium.*] Est à Palatino. quippe minus bene edd. *nam.*

5 *Maximum minus quam eum laborasse.*] Vox *eum* non est in Palatin. nisi inter lineas recenter positum, habetque textus *elaborasse.* an fuit, *quam se laborasse.*

CASAUBONUS.

3 *Quod quidem etiam Græci quondam fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent.*] An alludit ad Homeri versum?

Εἴτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται,
εἴθ' ἑκατόμβης.

nam propter pestilentiam hæc dicuntur. sed & in vera historia plura exempla.

5 *Maximum minus quam eum laborasse, &c.*] *Eum* pro *se* posuit. sed non ita scripsisse arguunt regius & Put. ex quibus scribe, *M. non magis quam se lab.* Sic tamen sæpe in his libris; ut statim: *mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præsidium mitteret.* id est, sibi præs. m.

pressisset, ille autem otiosus apud Ravennam resedisset. [1] Sed tantum valuit bellum Maximo quia profectus est contra Maximinum, [2] ut etiam victoria decerneretur, quam impletam ille nescivit. Exercitu igitur suscepto Maximini, ad urbem cum ingenti pompa & multitudine Maximus venit, mœrentibus militibus quod eum imperatorem quem ipsi delegerant, perdiderant, & eos habebant quos senatus legerat. [3] Nec dissimulari poterat mœror, qui in frontibus apparebat singulorum: & jam quidem nec verbis abstinebatur: [4] quamvis Maximus & apud milites sæpe dixisset, oblivionem præteritorum esse debere, & [5] stipendia magna

1 *Sed tantum valuit bellum Maximo q.*] Non *bellum*, sed *velle* legitur in regio. & placet tantum ea lectio, quantum vulgata displicet. etsi, inquit, verum erat quod Balbinus dicebat, non plus Maximum quam se ad victoriam contulisse; quia tamen difficillimo Reip. tempore profectus erat Maximus contra Maximinum, tantum valuit ejus velle, tantique ejus voluntas egregia æstimata est, ut partam victoriam omnes illi acceptam ferrent: licet Ravennæ sedens nihil de iis quæ ad Aquileiam gerentur resciverit; nisi post rem confectam, cum de cæde Maximinorum allatus ipsi fuit nuntius.

2 *Ut etiam victoria decerneretur.*] Lego, *ut etiam victoria ejus crederetur.*

3 *Nec dissimul uri poterat mœror, qui in frontibus apparebat singulorum.*] Her. οἱ μὲν τοι στρατιῶται διελάσαιεν τὰς ψυχάς. Lege cætera.

4 *Quamvis Maximus & apud milites sæpe dixisset oblivionem præteritorum esse debere.*] Maximi verba sunt in concione apud milites: μηδέ τις ὑμῶν οἰέσθω τῶν πεπραγμένων εἶναί τινα μνήμην, εἴτι ὑφ' ὑμῶν, (ita scribendum, non ἡμῶν) ἐπλημμελεῖτο γὰρ, εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οἳ ἀδικήσαντες ἀπέστησαν. ἀλλὰ γὰρ ἔστω πάντων ἀμνηστία.

5 *Stipendia magna donasset, &c.*] Herodianus, νομάς τε χρημάτων μεγαλοφρόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας. *stipendium* pro donativo positum nove. nam aucta fuisse stipendia non est probabile.

SALMASIUS.

1 *Sed tantum fuit bellum Maximo.*] Mendosa lectio quæ nata est ex vitiosa scribendi consuetudine, *belle* pro *velle*. nam ita hoc loco præferunt libri scripti editique veteres: *sed tantum valuit belle Maximo, quia profectus est contra Maximinum, ut etiam victoria decerneretur. belle* pro *velle*, quomodo jam recte emendavit ex suis libris doctissimus quondam Casaubonus.

GRUTERUS.

1 *Sed tamen valuit velle Maximo.*] Sic codex regius, nec divertit Pal. quam quod is, *sed tamen valet belle ut Max.* inde ortum vulgatum, *valuit bellum*. porro si sequenda sunt vestigia Palatina, reponendum erit: *Sed tantum valuit velle, ut Maximo, quia profectus est contra Maximinum, etiam victoria decerneretur.* sicque ausus sum reponere in contextum.

2 Et

gna donasset, [1]& auxilia in ea loca quæ delegerant, dimisisset. [2]*Sed animi militum semel imbuti odio, refrenari nequeunt.* Denique quum audissent senatus acclamationes quæ milites tangerent, acriores contra Maximum & Balbinum extiterunt, secum quotidie cogitantes quos imperatores facere deberent. Senatuscon- 13
sulti autem quo moti sunt, hæc forma est: Quum ingredienti urbem Maximo Balbinus & senatus & populus Rom. obviam processissent, acclamationes primum publicæ fuerunt quæ milites contingerent: inde in senatum itum est: ubi post illa [3]quæ communia solent esse festa, dictum est, *Sapienter electi principes sic agunt*, [4]*per imperitos electi principes sic pereunt*: quum constaret à militibus factum esse Maximinum, Balbinum autem & Maximum à senatoribus. His auditis milites [5]gravius sævire cœperunt in senatum, præcipue qui sibi triumphare de militibus videbatur. [6]Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente senatu & populo Rom. regebant: senatui plurimum deferebatur: leges optimas condebant moderate, causas audiebant, res bellicas pulcherrime disponebant. Et quum jam paratum esset ut

CASAUBONUS.

1 *Et auxilia in ea loca quæ delegerant dimisisset.*] Auxilia dimisit in suam quemque patriam; milites legionarios in sua castra. Herod. τὸ στρατιωτικὸν ἀπέπεμψεν ἔς τε τὰ ἔθνη καὶ τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα.

2 *Sed animi militum semel imbuti odio, refrenari nequeunt.*] Ammianus Marcellinus libro XIV. *miles coalito more in ordinarias dignitates asper semper & sævus.*

3 *Quæ communia solent esse festa.*] Vel *fausta*. εὔφημα. at *festa* proprie sunt τῶν ἑορταζόντων, non τῶν εὐφημούντων.

4 *Per imperitos electi principes sic pereunt.*] Scripti, *per milites*, *per imperitos*. sed glossam esse censeo.

6 *Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione regebant.*] Ex Herod. hoc quoque. ἦρχον δὲ τοῦ λοιποῦ τῆς πόλεως μετὰ πάσης εὐταξίας, τε καὶ εὐκοσμίας, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πανταχοῦ εὐφημούμενοι.

GRUTERUS.

3 *Quæ communia solent esse festa, dictum est.*] Sublata dictione *festa*, manserit tamen sententiæ suus vigor.

SALMASIUS.

5 *Gravius sævire cœperunt in senatum, præcipue.*] Distingue: *gravius sævire cœperunt in senatum præcipue qui sibi de militibus triumphare videbatur.*

1 Milites

ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romæ remaneret, [1] milites occasionem quærentes occidendorum principum, quum primo vix invenire possent, quia Germani stipabant Maximum atque Balbinum, [2] quo-
14 tidie ingravescebant. Et erant quidem discordiæ inter Balbinum & Maximum, sed tacitæ & quæ intelligerentur potius quam viderentur: quum Balbinus Maximum quasi ignobilem contemneret, Maximus Balbinum quasi debilem calcaret. Quare occasio militibus data est intelligentibus *facile discordes imperatores posse interfici.* [3] Ludis denique scenicis quum multi & milites & aulici occupati essent, & in Palatio soli cum Germanis principes remansissent, impetum in eos fecerunt. Turbantibus igitur militibus quum nuntiatum primum esset Maximo, turbam illam tempestatemque vix evadi posse nisi ad Germanos mitteretur, & forte in alia parte Palatii Germani cum Balbino essent, mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præsidium mitteret. [4] Sed ille suspicatus [5] quod contra se eos peteret,

GRUTERUS.

1 *Milites occasionem quærebant.*] Sic & Pal.

2 *Quotidie ingravescebant.*] Et ita quoque Pal.

CASAUBONUS.

2 *Quotidie ingravescebant.*] Ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐσαροῦτο. quo verbo hic usus Herodianus. In regio paullo ante pro *quærentes* habetur *quærebant.* scribebam igitur, *milites oc. quærebant occidendorum principum: cumque primo vix inv. q. G. s. m. a B. quotidie odia ingravescebant.*

3 *Ludis denique scenicis, cum multi & milites & aulici occupati essent, & in Palatio soli cum Ger. principes remansissent.*] Ludos scenicos appellat agonem Capitolinum. Herodianus, ἐπιτελουμένου δὲ ἀγῶνος τοῦ τῶν Καπιτωλίων, πάντων τε περὶ τὴν πανήγυριν καὶ τὰς θέας ἀσχολουμένων, αἰφνιδίως ἐπ' αὐτοὺς γνώμῃ λανθάνοντες ἐξίφωσαν. Erat hoc certamen, ut scribit Suetonius, triplex, musicum, equestre, gymnicum. quod igitur de scenicis ludis ait Capitolinus, ita accipi debet, ut intelligamus in plures dies tributos fuisse ludos Capitolinos, vel, ut Græci vocant, τὰ Καπιτώλια. die autem illo quo perierunt Maximus & Balbinus, musicos & scenæ artifices certasse. Atque hic agon undequadragesimus numeratus est, ut scribit Censorinus: qui eo anno librum de die natali ad Cerellium misit.

SALMASIUS.

4 *Sed ille suspicatus est quod contra se eos peteret, quem putabat monarchiam velle.*] Aliter hæc scripta feruntur in libro

teret, [1] quem putabat monarchiam velle; primum frustratus est, deinde usque ad litem perventum est. [2] In hac tamen seditione illis contendentibus milites supervenerunt, [3] atque ambos eos nudatos vestibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt, & per mediam civitatem ad castra raptare voluerunt, [4] magna ex parte laniatos. [5] Sed ubi compererunt Germanos ad defensionem illorum supervenire, ambos occiderunt, & in itinere medio reliquerunt. [6] Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus, imperator est appellatus, id est Augustus, [7] quia non erat alius in præsenti, [8] insultantibus

libro Palatino, hoc nempe modo: *quem postulabat Monarchiam.* forte legendum: *sed ille suspicatus, quod contra se eos peteret, qui postulabat Monarchiam, primum frustra us est, deinde ad litem perventum est.* Balbinus qui suspicaretur contra se peti milites Germanos ab eo qui vellet imperare, frustratus est ejus petitionem. hanc esse veram lectionem arbitror.

GRUTERUS.

5 *Quod contra se eos peteret, quem putabat monarchiam velle.*] Verbum *velle* non est in Pal. nec pronomen *se*; habetque *postulabat* pro *putabat.* aliquid subest vitii occulti.

CASAUBONUS.

1 *Quem putabat monarchiam velle.*] Uterque illorum imperium ad se trahebat, ut solus imperaret. retinuit vocem Herodiani, ἀλλ' οἷα τῆς μοναρχίας ἐπιθυμίᾳ, καὶ τὸ ἀκοινώνητον ἐν ταῖς ἐξουσίαις, ἕκαστος πρὸς αὑτὸν τὴν δυναστείαν εἷλκε.

2 *In hac tamen seditione illis contendrntibus, m.*] Liber Puteani, *contradictione*, pro *seditione*: quod probo. *tamen*, ut sæpe, alieno loco positum.

3 *Atque ambos eos nudatos vestibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt.*] Contrarium dicit Herod. ex quo tamen historiam sumit Capitolinus: neque enim in regalibus vestibus, sed domesticis ac vilibus esse deprehensos. περιρρήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτάς, ἅτε οἴκοι διατελοῦντες, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξεῖλκον μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως.

4 *Magna ex parte laniatos.*] Ἤδη πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένους.

6 *Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus imperator est appellatus, id est Augustus.*] *Sublatus*, nempe de ædibus suis in castra prætoria. neque enim referam ad morem elevandi super scuto eos quibus deferretur imperium. Herodianus unde hæc dixit, ἁρπάσαντες τὸν Γορδιανόν: quæ non aliter accipienda. illa, *id est Augustus*, non sunt apud Herod. & possent abesse, nisi retinerent libri veteres.

7 *Quia non erat alius in præsenti.*] Herod. ἐπειδὴ πρὸς τὸ παρὸν ἄλλον οὐχ εὗρον.

8 *Insultantibus militibus senatui & populo.*] De senatu verum est: de populo videtur male accipere Herodiani verba: βοῶντες πρὸς δῆμον ὅτι ἄρα εἶησαν ἀπεχθόντες οὓς ὁ δῆμος οὐκ ἐβούλετο ἐν ἀρχῇ ἄρξαι. quæ oratio est blandientium populo, & gratiam illius captantium potius, quam insultantium.

SALMASIUS.

5 *Sed ubi compererunt Germanos.*] *Sed ubi comperierant*, Pal.

1 *Occisis*

tantibus militibus senatui & populo, qui se statim in castra receperunt. Germani sane ne sine causa pugnarent, [1] occisis imperatoribus suis, [2] extra urbem ubi suos habebant, se contulerunt. Hunc finem habuerunt boni imperatores, indignum vita & moribus suis. Nam neque Maximo sive Pupieno fortius, neque Balbino benignius fuit quicquam: [3] quod re ipsa intelligi potest. Neque enim quum esset potestas, malos senatus eligeret. Huc accedit quod multis honoribus ac potestatibus explorati sunt, [4] quum alter bis cos. & præfectus, alter cos. & præfectus, [5] ad imperium longævi pervenissent, [6] amabiles senatui, & populo etiam, quia Maximinum

1 *Occisis imperatoribus suis.*] *Occisis jam imperatoribus suis.* Pal.

3 *Quod re ipsa intelligi potest.*] *Quod in re ipsa intelligi potest.*

5 *Ad imperium longævi pervenissent, amabiles & senatui & populo.*] Partem hunc locum emendavit vir doctissimus, partem inemendatum reliquit. ut totus igitur emendatus legatur, sic rescribo: *quum alter bis consul & præfectus, ad imperium longævus pervenisset, amabilis senatui, & populo etiam, qui Maximum jam leviter pertimescebat.* quam lectionem sola conjectura eruimus. de Balbino sermo est, qui senatui populoque amabilis, cum Maximus solo senatui gratus acceptusque esset. pertimescebat enim populus Maximi severitatem, quam & sibi adversam esse credebat. quod cum verum sit, qui possit esse vera vulgata scriptura?

GRUTERUS.

1 *Occisis jam Imperatoribus suis.*] Sic Pal. interjecto adverbio, quod aberat.

4 *Cum alter bis Consul & præfectus, alter Consul & præfectus ad imperium.*] Sic nulla litera minus codex Palatinus.

CASAUBONUS.

2 *Extra urbem ubi suos habebant.*] Herodianus εἰς τὸ ἑαυτῶν καταγώγιον. sequens quoque periodus inde est pæne ad verbum translata.

3 *Quod re ipsa intelligi potest.*] Scrib. *ex re ipsa potest int.* ut in vett.

4 *Quum alter bis Cos. & præfectus, alter Cos. & præfectus ad imper. perv.*] In regio, *bis Cos. & præf. Urbis: al.* bis Cos. fuerat Balbinus: præfectus Urbi Maximus: sed falsum est, aut Balbinum fuisse præfectum, aut Maximum Consulem: quorum tamen utrumque affirmat hæc scriptura. Scribendum aio: *cum alter bis Cos. præfectus Urbis alter, ad imperium longævi pervenissent.* reliquis verbis expunctis.

6 *Amabiles senatui, & populo etiam, quia Maximinum jam leviter pertimescebant.*] Ridicula lectio: nam Maximinus pridem extinctus. Scribendum omnino ut in regio & Puteani: *& populo, qui jam Maximum leviter pertimescebant.* initio cum delatum imperium Maximo, memor populus qua severitate urbanam præfecturam egisset, sibi ab eo metuit, & ejus detrectavit imperium: sed jam mitiorem experti, quam speraverant, leviter eum timebant.

1 Has

minum jam leviter pertimeſcebant. [1] Hæc ſunt quæ de Maximo ex Herodiano Græco ſcriptore magna ex parte collegimus. Sed multi non à Maximo, verum à Pupieno imperatore apud Aquileiam Maximinum eſſe victum dixerunt, & ipſum cum Balbino eſſe occiſum, ita ut Maximi nomen prætereant. Tanta eſt autem hiſtoricorum [2] inter ſe errantium imperitia, [3] vel uſurpatio, ut multi eundem Maximum quem Pupienum velint dici, quum Herodianus [4] vitæ ſuæ temporum ſcriptor Maximum dicat, nos Pupienum: [5] quum & Dexippus [6] Græcorum ſcriptor, Maximum & Balbinum imperatores dicat factos contra Maximinum poſt Gordianos duos, & à Maximo victum Maximinum, non à Pupieno. His accedit alia ſcriptorum imperitia qui [7] præfectum prætorii fuiſſe Gordianum parvulum dicunt, [8] ignorantibus multis collo ſæpe vectum ut militibus

1 *Hæc ſunt quæ de Maximo ex Her.*] Dele auctoribus libris illa, *de Maximo.* neque e poſſunt ferri.

2 *Inter ſe errantium.*] Scribe, *certantium.* & ita ſcripti. fruſtra dici iſta omnia à Capitolino, ſæpius jam monuimus.

3 *Vel uſurpatio.*] Vox Latinorum criticorum: nam uſurpata illis dicuntur, quæ ſine priorum exemplo aut contra analogiam ſive uſum, magni ſcriptores interdum ſibi volunt licere. Frequens vox apud Servium Honoratum: apud quem uſurpatio & ars ſive ratio opponuntur. ut in primum Æneidos: *Non enim ſunt artis iſta, ſed uſurpationis, qua metri cauſſa utuntur poëtæ.* & in primum Georg. *Et ab eo quod eſt vomer, & ab eo quod eſt vomis, vomeris facit: ſed rationis eſt, ut vomer: nam vomis uſurpatum eſt.* Eleganter igitur Capitolinus hoc loco, cum magnis ſcriptoribus imperitiam objeciſſet, velut revocans aſperius verbum, *vel*, inquit, *uſurpatio.*

4 *Vitæ ſuæ temporum ſcriptor.*] Τῶν καθ' αὑτὸν χρονογράφος, ſive ξυγγραφεύς.

5 *Cum & Dexippus Græcorum ſcriptor.*] Melius ſcripti, *Græcus ſcr.*

7 *Præfectum prætorii fuiſſe Gordianum parvulum dicunt.*] Ita hiſtoriam narrat Aurelius Victor Schotti.

GRUTERUS.

1 *Hæc ſunt quæ ex Herodiano.*] Obſequutus ſum membranis à Caſaubono excuſſis. nam noſtræ adſentiebantur vulgato: *Hæc ſunt quæ de Maximo ex Herodiano.*

2 *Inter ſe certantium imperitia.*] Eſt rurſus ab iiſdem membranis. nam Palatinæ. *errantium*, ut vulgati.

6 *Græcus ſcriptor.*] Sic quoque exdem. noſtræ enim *Græcorum*, ut vulgg.

8 *Ignorantibus multis, collo ſæpe, &c.*] Conjeci aliquando, *ignorantibus nullis.* ſed forte diſtinguendum, *ignorantibus, multis collo, &c.* ut velit, eoſdem ignoraſſe, ſæpe Gordianum multorum collo inſediſſe, quaſi puerulum.

a Impe-

litibus ostenderetur. [1] Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno, quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium; ut alii per biennium. [2] Nec reticendum est quod Maximus, quum & sibi & Balbino deferretur judicio senatus imperium, Balbino dixisse fertur, ([3] ut Herodianus dicit) *Quid tu Balbine, & ego merebimur, quum hanc tam immanem belluam exitio dederimus?* Quumque Balbinus dixisset, *Senatus populusque Romani ferventissimum amorem & orbis terrarum*: dixisse fertur Maximus, *Vereor ne militum odium sentiamus, & mortem.*

16 Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis, magna & potens, & ab ejus familia hucusque possessa. Maximus quem Pupienum plerique putant, [4] summæ tenuitatis, sed virtutis amplissimæ fuit. [5] Sub his

CASAUBONUS.

1 *Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno.*] Hoc verius quam quod legitur in libro de tribus Gordianis, biennio eos imperasse. Verum ea bonorum librorum hodie inopia est, ut neque horum imperium, neque Maximinorum, satis certo possimus definire: multo autem minus Gordianorum qui in Africa perierunt.

3 *Ut Herodianus dicit.*] Hæc non leguntur apud Herodianum: & Herodiani non esse ausim affirmare. A reg. cod. abest tota hæc narratiuncula.

5 *Sub his pugnatum à Carpis contra Mæsos fuit.*] Carporum gens cum post Marci tempora diu quietem coluisset, hac tempestate iterum Romano imperio cœpit esse molesta. Narrat eorum motum Zosimus: sed in Philippi rebus, non istorum, neque Gordiani tertii, qui his successit. Descriptus est viris doctis hujusmodi nummus: IMP. PHILIPPVS. AVG. VICTORIA. CARDICA. sed scribendum, CARPICA.

SALMASIUS.

2 *Nec reticendum est quod Maximus.*] Totam hanc narrationem ut spuriam & supposititiam esse mihi persuadeam, faciunt veteres codices, Palatinus & editio prima, à quibus non agnoscitur. sed nec apud Herodianum, qui tamen heic auctor citatur, ejus rei vola aut vestigium extat. verba illa, *militum odium sentiamus & mortem*, vix satis Latina videntur, & stilum mihi olent monachalem. auctoribus igitur libris, omnibus illis omissis, sic erit continuatim scribendum: *quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium, ut alii, per biennium. Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in carinis.*

4 *Summæ tenuitatis.*] Ignobilitatem eum generis splendore virtutis illustrasse supra dixit. Balbinus Maximum quasi ignobilem, Maximus autem Balbinum, ut debilem contrivisse paulo ante dicitur.

GRVTERVS.

2 *Nec reticendum est, &c.*] Isthæc sequentia, usque ad capituli finem, absunt æque Palatino codici quam Regio.

1 Quem

his pugnatum à Carpis contra Mœſos fuit, & Scythici belli principium, & Hiſtriæ excidium eo tempore: ut autem Dexippus dicit, Hiſtricæ civitatis. Dexippus Balbinum ſatis laudat, & dicit forti animo militibus occurriſſe, atque interfectum: ut mortem non timeret, [1] quem in omnibus diſciplinis inſtructum fuiſſe dicit. Maximinum vero negat ejuſmodi virum fuiſſe qualem Græci plerique dixerunt. [2] Addidit præterea contra Maximum Aquileienſium odium fuiſſe, ut de crinibus mulierum ſuarum arcubus nervos facerent, atque ita ſagittas emitterent. Dexippus & Herodianus qui horum principum hiſtoriam perſequuti ſunt, Maximum & Balbinum fuiſſe principes dicunt, delectos à ſenatu contra Maximinum poſt interitum duorum Gordianorum in Africa, cum quibus etiam puer, tertius Gordianus, electus eſt. [3] Sed apud Latinos ſcriptores pleroſque Maximi nomen non invenio, & cum Balbino Pupienum imperatorem reperio, uſque adeo ut idem Pupienus cum Maximino apud Aquileiam pugnaſſe dicatur, quum memoratis hiſtoricis aſſerentibus, ne Maximus quidem contra Maximinum pugnaſſe doceatur, ſed rediſſe apud Ravennam, atque illic patratam audiſſe victoriam: ut mihi videatur, idem

1 *Quem omnibus diſciplinis.*] Edd. *quem in omnibus diſciplinis.* ſed alterum ſe tuetur fide membranarum Pall.

CASAUBONUS.

2 *Addidit præterea contra Maximinum Aq.*] Vox excidit quam ſervant Puteani codd. *Add. præterea tantum contr.* Atque hoc tertium jam repetitur. quæ autem ſubjiciuntur de Maximo & Pupieno, quoties antea ſunt dicta?

SALMASIUS.

3 *Sed apud Latinos ſcriptores pleroſque Maximi nomen non invenio.*] Diximus aliquid in principio hujus vitæ de Maximi & Pupieni nominibus. & ſciendum eſt, non novum hoc eſſe, ut Græci ſcriptores in imperatore aliquo nominando aliud, vel nomen, vel cognomen uſurpent, aliud Latini, in eo præſertim qui plura nomina habeat. ut in hoc Maximo, qui C. Maximus Clodius Pupienus vocabatur, Græci ſemper Maximi nomen arripuerunt, nec unquam aliter hunc imperatorem vocarunt: Latini vero omnes libentius *Pupienum* ſuo nomine. ſic Marcum Verum Antoninum philoſophum, nunquam alio nomine quam Marci ſolent Græci appellare: Latinis vero fere ſemper Antoninus philoſophus dicitur. poſſem & aliis aliquam multis exemplis id probare, niſi hæc ſufficere crederem.

17 idem esse Pupienus, qui Maximus dicitur. Quare etiam gratulatoriam epistolam subdidi, quæ scripta est à cos. sui temporis de Pupieno & Balbino, in qua lætatur redditam ab his latrones improbos esse Rempub. *Pupieno & Balbino Augustus Claudius Julianus. Quum primum Jovis Opt Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos Remp. à nefarii latronis scelere* [1] *servandam reddendamque Romanis legibus, domini sanctissimi & invictissimi Augusti,* [2] *quamquam nondum ex vestris literis,* [3] *sed tamen ex S. C. quod V. C. Celsus Ælianus collega transmiserat, comperissem: gratulatus sum urbi Romæ, cujus ad salutem estis electi: gratulatus senatui,* [4] *cujus pro judicio quod in vos habuit, reddidistis pristinam digni-*

1 *Servandam reddendamque Romanis legibus.*] Quid *reddendam*? an erant libertatem Reip. remque publicam suis legibus redditeri isti imperatores? ne dubita emendare: *quum primum Jovis Opt. Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos remp. à nefarii latronis scelere servandam, regendamque Romanis legibus.* *regendam*, inquam, non *reddendam*.

3 *Sed tamen ex scripto quod v. c. Celsus Ælianus collega transmiserat.*] Ecquod genus scripti fuit istud huic consuli à collega transmissum, ex quo cognovit fuisse electos Maximum & Balbinum? an epistola fuit? variantia librorum advertit me aliud aliquid heic latere. nam editio princeps habet: *ex spiritu.* unde istas varietates putamus enatas, nisi ex male intellectis notis veteribus? quas non omnino quidem sanas, sed tales tamen conservavit liber Paltinus, ut facile, quid verum fuerit, inde liceat statuere. habet igitur ille codex: *quamquam nondum ex vestris literis, sed tamen ex s p c quod ad me v. c. Celsus Ælianus collega transmiserat, comperissem.* quis scribendum non videt, *ex s c.* hoc est, *ex senatusconsulto*? discimus ex hoc loco senatusconsultum, quod factum est de imperatoribus nuncupandis Maximo & Balbino, Celso Æliano Cos. referente esse factum. initio autem hujus vitæ nomen consulis non edidit Capitolinus, qui sine dubio est iste Celsus Ælianus: alter vero consul aberat, Claudius nempe Julianus, cujus hæc epistola refertur à Capitolino, cui transmisit senatusconsulti exemplum collega Celsus Ælianus. quid si illas notas, *ex s p c.* sic transponamus, *ex s c p*? hoc erit *ex senatusconsulti pari.* *par* enim *exemplum* significat, quod Græci dicunt ἴσον. sed hæc alias pluribus.

CASAUBONUS.

2 *Quanquam nondum ex vestris literis.*] Membranæ, *ex divinis literis.* vere. nam ita imperatorias literas, cum ad eos præsertim scriberent, vocabant. & ita multa passim in Codice.

4 *Cujus pro judicio q.*] Scribendum, *cui vos pro j.*

GRVTERVS.

4 *Cujus pro judicio, &c.*] Sic quoque Pal. neque opus mutari.

SALMASIUS.

4 *Cujus pro judicio quod in vos habuit.*]

dignitatem: gratulatus Italiæ, [1] quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis: gratulatus provinciis, quas inexplebili avaritia tyrannorum laceratas ad spem salutis reduxistis: denique legionibus ipsis & auxiliis, quæ ubique terrarum jam vultus vestros adorant; qui deposito dedecore pristino, nunc in vestro nomine dignam Romani principatus speciem receperunt. Quocirca [2] nulla vox fortis, nulla oratio felix, nullum ingenium tam fœcundum unquam fuerit, quod possit publicam felicitatem digne exprimere. Quæ quanta & cujusmodi sint, jam in ipso exordio principatus vestri cognoscere potuimus: qui leges Romanas, æquitatemque abolitam, & clementiam quæ jam nulla erat, & vitam, & mores, & spem successionum atque hæredum reduxistis. Hæc enumerare difficile est, nedum prosequi consentanea dicendi dignitate. Nam quod nobis vita per vos reddita est, [3] quum dimissis passim per

buit.] Emendabam: *cui vos pro judicio quod in vos habuit, reddidistis pristinam dignitatem.* Sed statim intellexi id occupasse Casaubonum.

CASAUBONUS.

1 *Quam cum maxima ab h.*] Scribe, *cum maxime.*

GRUTERUS.

1 *Quam cum maxima ab hostibus.*] Melius fuerit *maxime*, ut videbatur & Casaubono:

2 *Nulla vox fortis, nulla oratio felix.*] Pal. *nulla oratio tam felix*; ut videatur etiam eadem syllaba immittenda principio: *nulla vox tam fortis.*

3 *Cum dimissis passim per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit, ut se ordine profiteretur iratum.*] Pal. *quam*, & *sicretit*, respuitque illud aliorum amplissime.

SALMASIUS.

1 *Quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis.*] Lege: *quam cum maximi hostili vastatione defenditis*, vel, *ab hostium.*

2 *Nulla vox fortis, nulla oratio felix.*] Quæ sequuntur postulant heic scribi: *Quocirca nulla vox tam fortis, nulla oratio tam felix.* proxime enim sequitur: *nullum ingenium tam fœcundum unquam fuerit, quod publicam felicitatem possit exprimere.*

3 *Quum dimissis passim per provincias carnificibus, sic elatus latro surrexit, ut se ordini profiteretur iratum.*] Facilius credam meto meridie diem non lucere, quam hunc locum sine vitio esse. ut hoc per se clamat, sic & fidem facit ejus rei non dubiam optimus liber, qui sic scriptum præfert: *quam dimissis passim per provincias carnificibus sicelatus latro sic retit, ut se ordini profiteretur iratum.* non diu sed acriter me torsit veræ lectionis investigatio, quæ nisi fallor hæc est: *nam quod nobis vita per vos reddita est, quam dimissis passim per provincias carnificibus sicelatus latro sic petiit, ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar?* minimum mihi aut nihil potius licere volui in hac emendatione constituenda. *sic petiit* tantum posuimus pro *sic retit.* *&* pin-

per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit [1] ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar? præsertim quum mediocritas mea non modo publicam felicitatem, sed ne peculiare quidem gaudium animi mei possit exprimere, quum eos Augustos & principes generis humani videam, quorum antehac perpetuo cultu mores & modestiam meam tanquam veteribus censoribus meis cuperem probatam:[2] & etiamsi confidam in priorum principum

& *p* invicem commutari ex multis locis in istis auctoribus didici. *ficelatus* autem latro, unica voce in optimo libro legebatur, pro *ficilatus*. *ficilatum* autem *latronem* vocat Maximinum quod *ficila*, hoc est, parva fica armatus esset. *fica* vero, ut omnes norunt, brevis gladius, & incurvus, qui Threcum fuit proprius. at Maximinus Threx fuit. inde ficilatum eum latronem vocat. ficila igitur diminutivum à fica. hinc etiam *ficilæ* dicti cultri sutoris, quod in modum ficarum essent incurvi. Glossæ veteres; *Sicila*, σμίλα, δρεπάνιον. *Sicila*, σμίλα χαρτοτόμος. aliæ Glossæ: ἀρβῆλος, *ficilis*. lege: *ficilis*. significat etiam novaculam. eædem Glossæ: *Sicilum*, ξυρὸν σκυτέως. *Sipilus novacula*, ξυρόν. legendum, *ficilus*, vel *ficilis*. ficila igitur brevis gladius, vel culter, qui & ficilus & ficilum & ficilis etiam dicebatur. ita enim vocavit Ennius hastarum spicula.

Incedit vulgo veles ficilibus latis.

Scribere etiam ita malim apud Festum, quam cum summo viro, *ficilicibus latis*. nisi dicamus *ficilex* pro *ficilis* etiam enunciasse veteres, ut follis & follex. sed huic sententiæ repugnat plane prima in *ficilis* syllaba quæ longa est, venit enim à fica. quæ necessario in versu corriperetur, si *ficilicibus* legeremus. *Siciles* quoque falces quibus prata secantur dictas fuisse arbitror, quæ & lato ferro sunt, & incurvæ in modum ficarum. nam & grammatici ficam, ξίφος δρεπανοειδὲς interpretantur. inde *ficilire prata* apud Servium est secare, vel ficili detondere. *ficela'us* igitur heic pro *ficilatus*. vel *ficelatus* etiam recte scribitur. nam *ficela*, & *fica*, ut *blattela*, & *blatta*: *arcela*, & *arca*. Glossæ: *arca*, & *arcela*, κιβωτὸς, κιβώτιον. *fica*, *ficula*, & *ficella*. fica autem à Græco ἧκη. ἧκη, *fica*; ut ὁλκὸς, *sulcus*: ἑπτὰ, *septem*: εἰ, *si*, & similia. hinc *fica* primam longam habet, non enim à secando dicta est. ἧκλω, ἐπιδορατίδα. ἀκωκὴν, αἰχμὴν exponunt Grammatici. inde *ficiles* & *ficilia*, spicula sunt hastarum, vel ἐπιδορατίδες apud Ennium. at *ficila*, vel *ficela* parva fica. hinc *ficelatus latro* de imperatore Threcisco. nam fica Thracum propria est.

CASAUBONUS.

1 *Ut se ordini profiteretur iratum.*] Omnes membranæ, *ut se amplissimo p.* Alioquin sæpe *ordo* absolute pro senatu ponitur, aut ordine decurionum in municipiis. & ita sæpe in antiquis inscriptionibus.

SALMASIUS.

2 *Et etiam si confidam in priorem principum testimoniis, vestris tamen ut gravioribus judiciis glorior.*] Palatinus totum hunc locum ita legit: *sed ne peculiare quidem gaudium animi mei possit exprimere., quum eos Augustos & principes generi humani videam, quorum antehac perpetuo cultu, mores & modestiam meam tanquam veteribus censoribus meis cuperem probata, & hæc esse confidam in priorum principum testimoniis: vestris tamen*

cipum testimoniis, vestris tamen ut gravioribus judiciis glorior. Dii præstent præstabuntque [1] *hanc urbi Romanæ felicitatem. Nam quum ad vos respicio, aliud nihil optare possum quam quod apud deos dicitur victor Carthaginis precatus, ut scilicet in eo statu Remp. servarent in quo tunc esset, quod nullus melior inveniretur. Ita ego precor, ut in eo statu vobis Remp. servent,* [2] *in quo eam vos adhuc* [3] *nutantem collocavistis.* Hæc epistola probat Pupie- 18
num eundem esse [4] qui à plerisque Maximus dicitur nomine paterno Siquidem per hæc tempora apud Græcos, non facile Pupienus, apud Latinos non facile Maximus inveniatur, & ea quæ sunt gesta contra Maximinum, modo [5] à Pupieno, modo à Maximo acta dicantur. [6] Sed Fortunatiano credamus qui dicit Pupie-

ut gravioribus judiciis gloriarer. mentem horum verborum facile assequor, verba ipsa quomodo constituenda sint, ut integritatem ac sanitatem suam pristinam recipiant, nondum video. sensus igitur hic est. gaudium suum vix exprimere se posse dicit, quum eos principes videat, quos antehac semper coluerit, & quibus vitam suam, & mores probatos esse cupierit tanquam suis censoribus. quamvis enim vitam & modestiam suam probari confideret testimoniis priorum principum, pluris tamen semper fecisse judicio istorum, ut graviora majorisque ponderis, etsi principes non essent. magnopere igitur nunc se gaudere, quum eos principes factos videat, quos adhuc privatos coluerit, & quibus vitam suam probatam esse semper cupierit, quorumque adeo judicia pluris æstimaverit, & graviora duxerit, quam ipsorum principum testimonia. hanc esse mentem istius loci nemo dubitare potest. de verbis viderint alii magis acuti magisque ingeniosi quo pacto in integrum sint restituenda.

GRUTERUS.

1 *Hanc urbi Romanæ felicitatem.*] Sic Pal. antea anguste nimis legebatur, *hanc urbi Romanæ.*

3 *Nutantem collocavistis.*] Pal. *natantem collocaveritis.*

5 *A Pupieno.*] Ut hoc semel dicam, Palat. noster nomen istud perpetuo expressit duplici *pp* sic *Puppieno.*

SALMASIUS.

2 *In quo eam vos adhuc nutantem collocavistis.*] Non male Palatinus: *in quo vos eam adhuc natantem conlocaritis.* natare enim quæ adhuc pendent & vacillant, lepida tralatione dicuntur. at *conlocaritis*, omnino pro *conlocavistis* reponendum. nondum enim, cum hæc scribebat consul, rempublicam nutantem natantemque, in bono stabilique statu conciliaverant, sed adhuc multæ ejus partes in tumore, & fluctuatione verlabantur.

CASAUBONUS.

4 *Qui à plerisque Maximus dicitur nomine paterno.*] Scripti non habent duo postrema verba. quæ tamen retineas licet: nam dictum ante, *Maximi pater fuit Maximus.*

6. *Sed Fortunatiano credamus q.*] In regio desideratur universa hæc periodus: perperam. Curii Fortunatiani etiam ante meminit.

pienum dictum nomine suo, cognomine vero paterno Maximum, ¹ ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.

SALMASIUS.

6 *Sed Fortunatiano credamus.*] Hæc ad finem usque non comparent in optimo librorum Palatino. sed nec vetus editio, quæ omnium prima horum auctorum exiit, volam aut vestigium illorum habet. an spuria sint, aliis pronunciandum relinquo.

GRUTERUS.

6 *Sed Fortunatiano, &c.*] Neque periodi hujus littera una in Palatino.

CASAUBONUS.

1 *Ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.*] Legendum, ut ad librum de Maximinis emendabamus: *ut omni jam stupore legentes hæc absoluti videantur.*

DE IIS QUI POST GORDIANUM TERTIUM PRINCIPES FUERUNT AD VALERIANUM USQUE.

CASAUBONUS.

GORDIANO tertio non Valerianus successit, sed Philippi duo; de quibus & aliis item pluribus, qui ante Valerianum imperarunt, non dubium est, quin & Spartianus & Capitolinus & Lampridius, atque omnino quicunque alii è veteribus historiam Augustam stilo persecuti sunt, in libris suis abunde egissent. Quid caussæ sit cur hodie in isto Cæsareæ historiæ corpore pars hæc desideretur, difficile dictu est. Scimus tamen, non hodie atque heri, sed ante aliquot secula, factam esse hanc jacturam: imo fortasse nihil esse amissum, neque eorum quicquam periisse, quæ in hoc corpus sunt ab iis conjecta, qui illud olim ex diversis scriptoribus concinnarunt. Nam & membranæ veteres, cum regiæ bibliothecæ, tum illæ quibus olim in Italia usus V. C. Claudius Puteanus, & Robertus quoque Bononiensis in Epitoma quam fecit horum librorum, defectum hunc agnoscunt. Suspicari licet, quia Philipporum res, & ceterorum qui in hac collectione silentur, Deciorum rebus erant permistæ, quos hostes sævissimos ecclesia Dei quondam est experta; compositorem hujus corporis pietatis Christianæ fervore impulsum, in Deciorum odium, præoptasse principes aliquot, minutos præsertim & parum memorabiles, silentio transmittere, potius quam vel Capitolinum, vel Spartianum, vel

vel Lampridium aut quenquam alium describeret, qui omnes istos minorum gentium imperatores, uno libro fuerat complexus: Nemo dubitat similem ob caussam factum esse, ut in tanta hodie temporum Diocletiani ignoratione versemur: amissis omnibus historicis, qui principis illius pessimi quidem, sed tamen maximi, gesta uberius narraverant. Extat & apud Robertum, & in antiquis membranis historiæ quæ hoc loco deficit, supplementum aliquod; sed fere Eutropii verbis, quæ huc attulisse nullum fuerit operæ pretium. Nos vero eorum loco, omnium nomina infra subjecimus, quos post excessum Gordiani tertii, ante Valerianum, factos fuisse Augustos vel Cæsares, ex veterum lectione comperimus. Est autem spatium temporis à Gordiani III. morte ad initium Valeriani, non magnum: annorum circiter novem, vel ad summum decem. Anno enim ante millesimum ab V. C. tertio, patrata Gordiani cædes: Valeriano autem delatum imperium est anno sexto post natalem Urbis millesimum. hoc tam brevi tempore nacti imperium, eodemque spoliati sunt isti.

I. Imp. Cæs. Marcus Aug. Narrat Zonaras, patres cum de morte Gordiani III. cognovissent, usos jure suo, & Marcum quendam, haut dubie senatorem, sapientiæ & philosophiæ deditum, imperatorem creasse: qui mox in Palatio morbo absumtus.

II. Imp. Cæs. Severus Hostilianus Aug. Marco extincto, eorumdem patrum suffragiis hic successit: qui morbo statim correptus, post missum sanguinem, fatis concessit. Zonaræ uni memoriam imperii sui debent hi duo principes. meminit utriusque etiam Cedrenus: sed corrupte & non sine vano. Marcum enim tres annos ait imperasse: huic successisse ΙΟΥΣΤΙΛΙΑΝΟΝ: (nam ita scribitur apud illum:) & imperium annos duos obtinuisse. Diversus hic Hostilianus ab illis duobus, de quibus infra in Deciis sumus dicturi.

III. Imp. Cæs. M. Julius Philippus Aug. Hic filium suum assumsit in consortium, ut ait Aurelius Victor: & Zonaras, κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποίησε: Zosimus tamen Cæsarem solum factum scribit. Nominatur filius apud Victorem alterum in historia miscella, Caius Julius Saturninus Philippus. postquam vero illum pater potentiæ sociavit, dictus est iisdem cum patre suo nominibus: quod multi docent nummi, ut iste apud historiæ patrem Onuphrium:

IV. M. Julius. Philippus. Cæsar. Aug. F. Cos. Princ. Juventut. vulgo autem appellatus est Philippus junior. unde ille quorundam Græcorum error manavit, qui cognomen id Philippi fuisse, & quidem patris existimarunt. Lege in Siculis Fastis: Ῥωμαίων κϛ' ἐβασίλευσε Φίλιππος ὁ Ἰούνιορ, sive (Ιουνιορ) ἅμα Φιλίππῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἔτη ϛ'. & ne errorem scribæ existimes, in anno quarto ejus imperii notantur hæc: Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἅμα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Φιλίππῳ ἀριθμὸν συνεστήσατο τῶν λεγομένων Κανδιδάτων,

ἐπιέσχητες, κατ' ἐπιλογὴν γενναίους ἄνδρας ἀπὸ τ̃ χολαρχῶν. κηλίσαντες τὴν χολὴν ὃ παρ' αὐτῶν συσαὶ[σ]θὲν τάγματ[ος] εἰς τὸ ἐπώνυμον Φιλίππου τ̃ πατρὸς, Ιουλίου. ἀπὸ οἱ τ̃ ζ χολαῖς. Annos potentiæ quinque egerunt, ut scribit Aurelius Victor; ut alii, sex. Celebratur in multis nummis antiquis MARCIA OTACILIA SEVERA AVGVSTA Philippi senioris uxor. hanc religionis Christianæ sacris imbutam fuisse plerique autumant. quæ res effecisse videtur, ut Philippum quoque uxoris gratia æquiorem piis, palam Christianum fuisse Eusebius aliique multi scripserint. Assentior vero doctissimis viris, qui putant cum Zonara, duos Philippos, hunc nempe Augustum, & alterum præfectum Augustalem, Eugeniæ martyris patrem ab antiquis rerum ecclesiasticarum scriptoribus Græcis fuisse confusos. Sed quod disputant iidem, errori occasionem inde natam, quod imperator quidem σεβαστὸς, præfectus vero Augustalis σεβάσμι[ος] diceretur; sine ullo dubio falluntur. Nam præfectum Augustalem nemo unquam Græcorum appellavit, σεβάσμιον, sed Αὐγουσ[τάλιον] semper, vel Αὐγουστάλιον, aut Σεβαστ̃, vel Σεβάστιον. σεβάσμιον vero Græce periti non magis illum nominaverint, quam σεβαστόν. Sed non ceperunt eruditissimi viri Zonaræ mentem: qui ex eo scribit ortum errorem hunc nonnullorum, quod utrumque apud auctores nominatum ἔπαρχον offendissent: ipsi autem nescirent, aut non meminissent, alterum τ̃ δι[ο]ρυφορικ̃, alterum τ̃ Αἰγύπτου fuisse ἔπαρχον. hæc m ns verborum Zonaræ. Sed pergamus.

V. IMP. CÆSAR JOTAPIANVS AVG. Hic Philippi temporibus imperium in Oriente occupavit: sed statim oppressus, cum imperio vitam simul amisit. auctor Zosimus: apud quem scribendum cum manu exaratis codicibus, τ̃ Ιωταπιανὸν παρήγαγεν ἐς τὴν τ̃ ὅλων ἀρχήν. & mox, τ̃ Ιωταπιανοῦ: non autem Παπιανὸν & Παπιανοῦ. Aurelius enim Victor lectionem scriptam firmat: etsi non sub Decio hujus νεωτερισμὸν ille narrat. Ait autem, caput ejus occisi ad Decium Romam fuisse delatum, his quidem verbis: *Interea ad eum Jotapiani, qui Alexandri tumens stirpe per Syriam tentans nova, militum arbitrio occubuerat, ora, uti mos est, arbitrio feruntur.*

VI. IMP. CÆS. MARINVS AVG. Eodem tempore quo Jotapianus in Syria, Marinus in Pannonia vel Mœsia à legionibus præsidiariis salutatus est imperator, nec multo post trucidatus, ut narrant Zosimus & Zonaras. alibi mentionem hujus fieri non invenio: & miror quo auctore appelletur nonnullis PVBLIVS CARVILIVS MARINVS.

VII. IMP. CÆS. MESSIVS QVINTVS TRAJANVS DECIVS AVG. His nominibus appellatus est Decius pater, qui in Illyrico suffragiis militum nactus imperium, Philippum mox ad Veronam devicit. Constabat ibidem periisse patrem Philippum, filium autem Romæ. Scribit tamen Siculorum Fastorum auctor, nescio quem secutus: Φίλιππ[ος] ὁ Ιούνι[ωρ] (is est senior Philippus,) πολλοὺς συμβαλὼν πολέμους ἀπιχῶς ἐπράξεν, ἐν ᾧ

καὶ ὡς πολεμεῖ τοῖς Γήπεσιν, ἐκινδύλησεν ὁ ἵππος αὐτοῦ. καὶ συμπεσὼν αὐτῷ μετεώθλαστος ἐσφάγη· καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κλάσματος (vel θλάσματος) τελευτᾷ, ὢν ἐτῶν μ'. Imperaverunt cum Decio.

VIII. Imp. Cæs. Q. Herennius Etruscus Messius Decius Aug. Decii Aug. F. & item alter quidam, sive gener Decii, ut conjicit Onufrius, sive aliqua cognatione eum tangens: cujus nomina è nummis & lapidum inscriptionibus, proferuntur hæc ab eodem,

IX. Imp. Cæs. C. Valens Hostilianus Messius Aug. nos de hoc neque apud Græcos, neque apud Latinos historicos quicquam offendimus. Fuere vero imperante Decio qui raptum irent imperium aliquot è ducibus: ut duo hi, quorum Aurelius Victor meminit:

X. Imp. Cæs. Lucius Priscus Aug. nam huic Macedonas præsidatu regenti delata est dominatio: &

XI. Imp. Cæs, Julius Valens Licinianus Aug. qui cupientissimo vulgo imperium cepit. Priscum Philippi Imp. fratrem inter illorum temporum præcipuos duces memorat Zosimus. an autem hic ille sit de quo Victor loquitur, nescio. Valens vero iste omnino alius est ab illo quem modo commemoravimus. Liciniani cognomen ex altero Victore addidimus: Trebellius Pollio inter suos xxx. tyrannos hunc recenset xix. Decium, Siculi Fasti in expeditione contra Francos, nescio ubi locorum ἐν Ἀβρύτῳ scribunt periisse, aliter quam Zosimus & cæteri. qua de re apud Georgium Monachum ex historia Dexippi leguntur hæc: Σκύθαι περαιωθέντες οἱ λεγόμενοι Γότθοι τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἐπὶ Δεκίου πλείστας τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας κατενέμοντο. οὗτοι τοὺς Μυσοὺς φεύγοντας ἐς Νικόπολιν περιέσχον. Δέκιος δ' ἐπελθὼν αὐτοῖς, ὡς Δέξιππος ἱστορεῖ, καὶ τρισμυρίους κτείνας ἡττᾶται κατὰ τὴν μάχην, ὡς καὶ τὴν Φιλιππόπολιν ἀπολέσαι, ληφθεῖσαν ὑπ' αὐτῶν, καὶ πολλοὺς ἀναιρεθῆναι· ἐπανιοῦσι δὲ Σκύθαις ἐπὶ τὰ σφέτερα ὁ αὐτὸς Δέκιος ἐπιθέμενος ἀναιρεῖται, ἐν Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ Φόρῳ Θεμβρωνίῳ, σὺν τῷ παιδί. ita scribuntur hæc in vetustissimo codice regiæ bibliothecæ. ad ripam Tanais fuisse hæc loca indicat Zosimus. Decio successit Gallus cum filio: quorum nomina sunt:

XII. Imp. Cæs. C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. &

XIII. Imp. Vibius Volusianus Aug. Galli Aug. F. Tertius his adjicitur ab utroque Victore,

XIV. Imp. Cæs. Hostilianus Perpenna Aug. cui delatum à senatu imperium Victores ambo scribunt. magno errore conturbat hæc nomina Eutropius, cujus sunt verba: *Mox imperatori creati sunt* Gallus Hostilianus *& Galli filius* Volusianus. sed suspicor voculam excidisse jam olim, cum scripsisset Eutropius, *Gallus Hostilianusque:* quomodo Aurelius Victor: *patres Gallo Hostilianoque augusta imperia decernunt.* Ut non aliter Eutropium scripsisse putem, moveor hoc argumento: quod Paulus Diaconus, & alii è recentioribus

bus chronologis multi, qui fere Eutropium describere solent, errorem hunc non errarunt. Auctor quidem historiæ Miscellæ hoc loco scribit: *Mox exercitus imperatores creavit Vibium Gallum, & filium Galli Volusianum. Horum temporibus Hostilianus Perpenna, à senatu imperator creatus, nec multum post pestilentia consumtus est.* Pæanium qui mendam agnoscit non moramur: vitiosissimis enim libris constat esse usum. hujus sane mendæ vetustas, si quidem menda est, colligi potest ex Orosio, quem corruptam lectionem secutum esse dubitari non potest. His imperantibus & Romæ morantibus,

XV. IMP. CÆS. C. IVLIVS ÆMILIANVS. AVG. à Mœsiacis legionibus creatus: qui occisis per suos Gallo & Volusiano, tres menses usus modeste imperio, morbo absumptus, vacuum VALERIANO locum reliquit. Tot Augustos vel Cæsares inter Gordianum III. & Valerianum interjectos invenimus. Sed tantis tenebris omnis hæc historia involuta est, ut difficile sit aliquam ejus partem in qua veteres scriptores inter se consentiant. Nam verbi gratia, Gallum alii imperasse scripserunt annos duos, alii tres: cum tamen Dexippus qui illis temporibus vivebat, menses solum XVIII. ei tribuat. Georgius monachus: *τὰ στρατόπεδα βασιλέα ποιήσαντές τινα βουλόμενοι ὕπατον Γάλλον ἀναγορεύουσιν, ἅμα Βολουσιανῷ τῷ Δεκίου παιδί.* (mirum hoc: sed tamen inferius idem repetitur ab eo scriptore:) *οἳ καὶ βασιλεύουσι κατὰ Δέξιππον μῆνας ιη', πράξαντες οὐδὲν ἀξιόλογον. κατὰ δὲ ἄλλους ἴσως ἔτη γ'. καὶ καθ' ἑτέρους ἔτη β'.* Similis sententiarum varietas in plerisque omnibus: de quibus plura differendi non est hic locus. Jam enim ad pensum nostrum nobis redeundum.

TRE-

TREBELLII POLLIONIS
VALERIANUS PATER ET FILIUS.

Valerianus imperator, nobilis genere, patre Valerio, censor antea, & per dignitatum omnes gradus suis 1

CASAUBONUS.

1 Trebellii Pollionis.] Robertum de Porta non audio, qui librum hunc & sequentes aliquot à Pollione abjudicat, tribuitque Julio Capitolino. ego non dubito de librorum vulgatorum hac in parte fide. Scribit Vopiscus in Aureliano Trebellium Pollionem à duobus Philippis usque ad divum Claudium & ejus fratrem Quintillum imperatores tam claros quam obscuros memoriæ prodidisse. Ejus operis pars desideratur hodie, pars adhuc superat. Vide quæ sumus dicturi ad librum de XXX. tyrannis. Scripsit Diocleriano imperante, Constantino Cæsari unice deditus, ut apparet ex multis locis.

SALMASIUS.

1 Trebellii Pollionis.] Membranæ Palatinæ & prima editio non Trebellio Pollioni, sed Julio Capitolino, & hunc librum & sequentes tribuunt; sic enim habet Palatinus: Maximus sive Pupienus et Balbinus Iuli Capitolini explicit. Incipit eiusdem Valeriani duo. quo minus mirum esse debet de Roberto à Porta, qui Capitolino quoque adjucavit: nam fidem suorum librorum secutus est. sed quin sit Trebellio assignandus, minime posse dubitari puto. qui enim in unum corpus collegerant hanc historiam Augustam, eam totam ex quatuor istis scriptoribus confecerunt, Spartiano, Capitolino, Trebellio Pollione, & Vopisco. Spartianus ab Hadriano usque ad Maximinos historiam deduxerat. Capitolinus autem à Maximinis initium duxit, & usque ad Philippos perduxit, quem ut continuaret Trebellius à Philippis incepit, & in Claudium & ejus fratrem Quintillum desiit: atque hinc exorsus Vopiscus, non ultra Carinum pertexit. qui vero factum sit, ut qui Philippos, & qui Philippum sunt sequuti imperatores, usque ad Valerianum amiserimus, nescio; nisi verum illud est quod suspicor, omnes horum auctorum codices, qui nunc habentur, ex uno unicoque codice tota illa parte mutilato laceroque, fuisse descriptos: quod & in multis aliis libris factum esse observavi. cujus meæ sententiæ non parum validum est argumentum, quod & antiqui manu exarati libri, & princeps editio, ex abrupto vitæ hujus initium ab epistola Belsoli sumunt: *Sapori rex regum Velsolus.* atque hinc apparet capite truncum esse hunc de Valerianis libellum: idque pluribus paulo post ostendemus. non mirum igitur, si librarii scribæ, cum nescirent ex titulo, hujus libelli auctorem, eidem illi auctori adscripserunt, cui adscriptum videbant proxime præcedentem, hoc est Julio Capitolino.

CASAUBONUS.

2 *Valerianus imperator, nobilis genere, patre*

patre Valerio, c.] In regio codice alteroque Puteaneorum, & principum hoc aliter habet, & totius libri alia longe facies. nam & hic non pari quidem, sed tamen non dissimili licentia grassati sunt veteres sive librarii sive critici, atque supra in vita Marci. de quo ut melius lectori constaret, visum est totum librum infra describere, quomodo eum duo illa antiqua exemplaria exhibent. Etsi enim vulgatæ editiones hac in parte bene habent, sinceræque sunt; scripta exemplaria è contrario perversa, alienis aucta, & multifariam corrupta: putavimus tamen esse faciendum, ut quantum imperiti homines in concinnandis bonorum auctorum scriptis, atque adeo pro libidine sua torquendis, sibi juris usurparint, hoc exemplo bonarum literarum studiosos admoneremus. Porro de Valeriano hoc quem tantopere hoc libro auctor laudat, aliud longe pronuntiat Victor alter: cujus ideo verba adscripsi. *Licinius Valerianus cognomento Colobius, imperavit annos quindecim: parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen, & multum iners, neque ad usum aliquem publici officii consilio seu gestu accommodatus.* Sane & Dionysius episcopus Alexandrinis in epistola ad Hermammonem scribit, Valerianum τῇ βασιλείᾳ πρὸς τὴν ἀξίαν ἐπιχαρῆναι: quod prorsus ista Victoris confirmant.

SALMASIUS.

2 *Valerianus imperator nobilis genere.*] Verissimum est quod supra diceba mus, mutilationi codicis cujusdam antiqui & unici, debere nos acceptum referre, quod Philipporum, & sequentium imperatorum vitas, & horum Valerianorum vitæ initium desideramus. à quo codice qui propagati sunt omnes istorum scriptorum codices, non integriores esse potuerunt archetypo suo. sæpenumero enim accidisse scimus, ut unum aliquod exemplar alicujus auctoris, quodque unicum tunc extaret, omnia disseminarit, quotquot ad nos pervenerunt, ejus auctoris exemplaria, quæque in bibliothecis nunc asservantur. si quis autem ista verba quæ initio hujus libelli habentur, gemina germana putat auctoris esse, næ is multum fallitur. nam, ut jam ante diximus, omnes scripti, & antiquitus excusi libri quos vidimus ita hanc vitam incipiunt: *Sapori rex regum, vel solus.* & longo alio ordine contextuque totum librum perscriptum habent quam vulgo habetur. certum est igitur correctores, & de suo multa donavisse huic libro, & totius contextus ordinem mutavisse ut aliquo modo sanior integriorque appareret. qua utinam opera abstinuissent. nos ea facile carere potuissemus. quam absurde vero hoc fecerint, & imperite, ut magis eluceat, considetet mihi lector non ineptus, quale sit, si hunc ordinem sequamur, quem nobis boni viri præscripserunt, hujus vitæ futurum initium, & quam aptum & conveniens. mira enim prorsus & nova brevitate, tribus verbis dictis de ejus honoribus statim ad imperium transcendunt, & vitam per LXX. annos laudabiliter actam tribus lineis absolutam concluserunt. sed verba illa, *cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam*, ad finem rejicienda sunt, adstipulantibus libris omnibus hoc modo: *hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut per honores & magistratus imperator fieret.* quibus verbis concluserat auctor hoc suum de Valeriano volumen, adjectis ad finem senatusconsultis de ejus censura, ut de illo viro judicia amplissimi ordinis qualia fuerint, notum esset. de ejus vero imperio nullum in toto libello verbum est, nec quomodo ad imperium venerit, nec quomodo gesserit. quod satis arguit, non solum principio mutilatam, sed vix dimidiatam relictam hanc esse vitam. positis igitur senatusconsultis, sic finem facit: *poteram multa & alia*

senatus-

senatusconsulta & judicia principum de Valeriano proferre, nisi ea vobis plerisque nota sunt, ut puderet altius virum extollere qui fatali quadam necessitate superatus est. nunc ad Valerianum revertar. sed ut melius perspici possit quam licentiose grassati sint correctores in hoc libello interpolando, placet fragmentum ipsum subjicere, quomodo plane scriptum extat in antiquo exemplari Palatino.

FRAGMENTA VITÆ VALERIANORUM. Sapori rex regum, vel solus. *si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, gauderem tibi de victoria, quam præfers. sed quia, vel fato. vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne quod senem imperatorum cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe victi sunt. Audivimus certe quod Galli eos vicerint, & ingentem civitatem illam incenderint. Certe Galli Romanis serviunt. Quid Afri? eos nonne vicerunt? Certe serviunt Romanis. De longioribus exemplis, & fortasse interioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certe victus est: certe Asia Romanorum est. si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde. ego gratulor felicitati tuæ, si tamen illâ uti scias.* Velenus rex Cadusiorum sic scripsit: *Remissa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi. sed captum Valerianum principem principum non satis gratulor: magis gratularer, si redderetur. Romani enim graviores tunc sunt, quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet: nec forma te inflammet, quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet, & nepotem Cæsarem: & quid? habet & omnem orbem Romanum, qui contra te totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas futuram.* Artabastes rex Armenorum talem ad Saporem epistolam misit: *In partem gloriæ venio: sed vereor ne non tam viceris quam bella severis. Valerianum & filius repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gentes quæ sunt in Illyrico, atque in oriente & in Ponto, quæ cum Romanis consentiunt, aut Romanorum sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus.* Bactrani, & Iberi, & Albani, & Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, Odenatus Palmyrenus collecto exercitu rem Romanam in pristinum statum reddidit. cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris cariores habent reges Parthici concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut post omnes honores

suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ¹ ut per omnes honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus, &c.

Nam quæ sequuntur usque ad finem, eodem modo scripta erant in libris quibus usus est Casaubonus ut in nostris, nisi quod illi Casauboniani exordii loco ea verba habuere quæ satis constat non esse Trebellii, sed ab aliquo adjecta qui voluit explere, quod deficere videbat, & initium quod deerat, addere. ad id exemplum plane quo hodierno solent artifices antiquis sine capite statuis capita imponere, & pedes manusque mutilatis adfingere, & truncas integrare. sed illa additicia nunc per partes perpendamus.

Ib. *Valerianus imperator nobilis genere, patre Valerio, censor antea & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens.*] num sane principium, sed non ex more hujus auctoris, aut aliorum qui vitas imperatorum conscripserunt: Spartiani dico, Capitolini & Vopisci. his, inquam, scriptoribus moris non est aliquem prius imperatorem vocare quam ejus vitam, mores, genus ex parte descripserint, & quibus ex causis ad imperium electi sint, quibus successerint, quid in imperio gesserint. heic nihil horum habes: sed statim *Valerianus imperator*, in ipso limine obtruditur. quæ vero sequuntur de dignitatem omnibus gradibus, mutuatus est, paucis mutatis, ex fine libri: *cujus vita per annos LXX. laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut per omnes honores & magistratus insigniter gestos, imperator fieret.* at ex tot honoribus & dignitatum gradibus solam nominat censuram. nec miramur. nam solam potuit nominare ex hoc libro. ceteras non potuit, maximam sui partem manca hac historia. at cum multos annos & per tot honorum gradus vitam laudabiliter egerit hic Valerianus, quod etiam infra tetigit Pollio in Macriano his verbis: *capto Valeriano diu clarissimo, principe civitatis, fortissimo deinde imperatore, &c.* nimis quam Inane atque adeo sterile hoc initium inducitur, ubi nihil eorum tractatur, vel saltem tangitur, quæ per tot annos, hic clarissimus civitatis princeps, priusquam fieret imperator, gessit. non sunt igitur Pollionis hæc verba, quæ initio leguntur vitæ hujus adtexta, ideoque expungenda. nec melioris notæ sunt, quæ ex suis libris produxit eruditissimus Casaubonus. videsis enim hæc mihi verba: *denique Valerianus regnum Persarum potenter invadens incauto suorum ductu à Sapore Persarum rege captus est.* nonne sordida sunt, & inepta? quæ vero ibidem sequuntur, *& ignominiosa apud Persas virtute consenuit, ac infamis officii damnationem sortitus est, &c.* partim ex altero Aurelio Victore sunt desumpta, partim inepta & barbara. item illa, statim initio, *Valerianus inter hæc in Rhetia existens ab exercitu est appellatus*, efficta videri possunt ex illis Eutropii: *hinc Licinius Valerianus in Rhetia & Norico se agens, ab exercitu imperator, & mox Augustus est factus.* ad summum nihil eorum verum genuinumque censemus, sed omnia ab hominibus insulsis adficta & adsuta; ut sarcirent jacturam ejus partis quæ periit.

1 *Et per omnes honores & magistratus.*] Sci-

gistratus insigniter gestos, imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus. [1] Et ut sciatur quanta vis in Valeriano meritorum fuerit publicorum, ponam senatusconsulta, quibus animadvertant omnes quid de illo semper amplissimus ordo judicaverit. Duobus Deciis coss. VI. Cal. Novemb. die, quum ob imperatorias literas in æde Castorum senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum [2] cui deberet censura deferri, (nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate) [3] ubi primum prætor edixit, *Quid vobis videtur P. C. de censore deligendo?* [4] atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset, absente Valeriano: ([5] nam ille in procinctu suo cum Decio agebat) omnes una voce dixerunt, interrupto more dicendæ sen-

Scribendum, *ut post omnes honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret.*

GRUTERUS.

1 *Ut post omnes honores.*] Ita Pal. non ut editi, *per omnes hon.* Ceterum idem libet mirifice distractus est. sumit enim initium ab epistola Belsoli ad Saporem, pergitque usque ad finem fere capitis septimi; ubi scribit: *Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos septuaginta vita laudabilis, &c.* quæ habemus cap. 1.

SALMASIUS.

1 *Et ut sciatur quanta vis meritorum.*] Vetus editio: *& ut scias.*

4 *Atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset.*] Scribe ex Pal. & vetere editione: *atque eum qui erat princeps tunc senatus.*

CASAUBONUS.

2 *Cui deberet censura deferri.*] Hoc censuræ veteris ultimum & longo intervallo repetitum exemplum. nam conanti Theodosio eam revocare repugnavit ordo amplissimus magisterium respuens, inquit Symmachus: quem lege libro quarto. & quinto.

3 *Ubi primum prætor edixit, Q.*] Erant partes Consulis: sed jam dixit fuisse tum Coss. duos Decios: habitumque hunc senatum ad literas imperatorias.

5 *Nam ille in procinctu suo cum Decio agebat.*] Dele *suo*, quam vocem nec regius agnoscit.

GRUTERUS.

4 *Atque eum qui erat princeps tum Senatus sententiam.*] Est à Pal. nam minus plane antea editi *princeps, cum senatus.*

5 *Jam ille in procinctu cum Decio tum agebat.*] Sic omnibus apicibus Palat. quippe editi: *nam ille in procinctu suo cum Decio agebat.*

1 *Vale-*

ſententiæ, [1] *Valeriani vita cenſura eſt: Ille de omnibus judicet qui eſt omnibus melior. Ille de ſenatu judicet qui nullum habet crimen. Ille de vita noſtra ſententiam ferat cui nihil poteſt objici. Valerianus à prima pueritia cenſor fuit. Valerianus in tota vita ſua fuit cenſor. Prudens ſenator, modeſtus ſenator, gravis ſenator. Amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hoſtis criminum, hoſtis vitiorum. Hunc cenſorem omnes accipimus, hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis ſanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus ſingularis,* [2] *exemplum antiquitatis.* [3] Quæ quum eſſent ſæpius dicta, addiderunt; OMNES: atque ita diſceſſum eſt. Hoc ſenatuſconſultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, [4] ipſum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conventu ſummorum virorum, recitato ſenatuſconſulto. *Felicem te* (inquit) *Valeriane,* [5] *ſenatus*

tus

CASAUBONUS.

1 *Valeriani vita cenſura eſt.*] B. Ambroſius: *Julianæ vita inſtitutio diſciplinæ eſt, & quædam formula caſtitatis.* plura ad Lampridii Alexandrum.

3 *Quæ cum eſſent ſæpius dicta, addiderunt* OMNES.] Vopiſcus in Tacito: *Hac oratione & Tacitus ipſe vehementer eſt motus, & totus ſenatorius ordo concuſſus. Statimque acclamatum eſt,* OMNES, OMNES. ibidem acclamationes in Tacitum hac voce clauduntur: *Tacite Auguſte Dii te ſervent. deinde* OMNES. ſimili acclamatione in conciliis patrum communis conſenſus omnium oſtendebatur. ut in Epheſinio tertio: *πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν. αὕτη πάντων ἡ φωνή· ταῦτα πάντα λέγομεν. αὕτη πάντων ἡ εὐχή.* At vir doctus emendabat, *ad id ierunt omnes.* quod neque eſt in antiquis, neque probari debet.

SALMASIUS.

2 *Exemplum antiquitatis.*] Libri Caſauboni, *exempla.* ipſe voluiſſe videtur *exemplar.* Palatinus habuit, *exemplo.* ſed *exemplum*, placet. ut enim *caſtitatis exemplum* dicitur mulier quæ ad exemplum caſta eſt, & *pietatis exemplum* homo valde pius: ſic *antiquitatis exemplum*, homo morum antiquorum, vel probitatis antiquæ retinens, atque adeo obſervans, ut poſſit eſſe exemplo.

4 *Ipſum etiam Valerianum præcepi trogari.*] Id eſt præcepit vocari: *omnes aulicos convocavit, ipſum etiam Valerianum præcepit rogari.* ſic ſupra in Heliogabalo: *matrem ſuam in ſenatum rogari juſſit.* in Alexandro: *at ſtatim probatum ad palatium eum rogavit.* honeſto autem ac modeſto verbo rogari dicuntur, qui non jubentur, ſed rogantur ut veniant. notanda igitur hæc locutio frequens apud iſtos auctores, rogari in ſenatum, rogari in palatium, pro vocari.

GRUTERUS.

5 *Totius Senatus ſententia.*] Vox *totius* adjecta à me, ſuaſu codicis Palatini. antea male aberat.

1 Totius

tus sententia, imo animis atque pectoribus: [1] *totius orbis humani suscipe censuram quam tibi detulit Romana Resp. quam solus mereris, judicaturus de moribus nostris. Tu æstimabis qui manere in Curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones,* [2] *tu vectigalia firmabis, divides statum, Respublicas recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum judicandum est: tu arma respicies: tu de nostro Palatio, tu de judicibus, tu de præfectis eminentissimis judicabis. Excepto denique præfecto urbis Romæ, exceptis* coss. *ordinariis, & sacrorum rege ac maxima virgine Vestalium, (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententias feres. Laborabunt autem etiam illi ut tibi placeant de quibus non potes judicare.* Hæc Decius. Sed Valeriano sententia hujusmodi fuit: *Quæso sanctissime imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de senatu, de*

CASAUBONUS.

1 *Totius orbis humani suscipe censuram.*] Lege cum præstantissimo Puteano, *orbis Romani.* non semel in veteribus hic error reperitur: nam & statim pro *Romana Resp.* habent iidem *humana Resp.* quod æque ineptum ac *orbis humanus.*

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum.*] Regius, *V. firmabis, divides, statues.* Est vero locus hic illustris de veteris censuræ munibus & potestate.

SALMASIUS.

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum, respublicas recensebis.*] Libri Casauboni: *firmabis, divides, statues, respublicas recensebis.* probat hoc ipse, sed ego probare non possum. nec tamen vulgatam lectionem mendo carere arbitror: quomodo vero sit emendanda, illud est nimirum quod ego non videre fateor. legebam aliquando ac distinguebam: *vectigalia firmabis ac divides, statum reip. recensebis.* vel etiam expuncto illo *statum*, quod potest videri huc temere translatum adhæsisse ex præcedente versu: *vectigalia firmabis ac divides, res publicas recensebis.* qui mihi explicabunt quid sit, *dividere statum*, per me licebit retineant vulgatam lectionem.

GRUTERUS.

1 *Totius orbis humani.*] Sic & Palat. neque necesse est mutare in *Romani.* volebant enim Romani sibi subditum, quidquid non esset barbarum, hoc est in quibus aliquid resideret humanitatis, sic in Gallienis cap. 14. *ut labem improbissimam, malis fessa Republ. à gubernaculis humani generis dimoverent.* Item in Claudio cap. 4. *Interest eorum qui bonos imitantur Principes, & totius orbis humani interest cognoscere quæ de illo viro S. C. sint condita.*

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum.*] Sic quidem & Pal. sed non etiam satisfacit. inclinaverim magis in scripturam codicis Regii, *tu vectigalia firmabis, divides, statues.*

de omni penitus orbe, judicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc ſunt propter quæ Auguſtum nomen tenetis, apud vos cenſura deſedit, non poteſt hoc implere privatus. Veniam igitur ejus honoris peto, [1] cui vita impar eſt confidentiâ, cui tempora ſic repugnant ut cenſuram hominum natura
3 *non quarat.* [2] Poteram multa & alia ſenatuſconſulta, & judicia principum de Valeriano proferre, [3] niſi ea vobis pleriſque nota eſſent, [4] ut puderet altius virum extollere, qui fatali quadam neceſſitate ſuperatus eſt.

Victus

CASAVBONVS.

1 *Cui vita impar eſt confidentia.*] *Vita*, ὁ νοῦ βίος, & quod ait poëta, *οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. confidentia* hoc loco eſt τὸ συνειδός, quod cum bonum eſt, judex non metuitur neque cenſor. ſed publica diſciplina corrupta, & moribus depravatis, jure ait Valerianus, nullius eſſe jam tantam in virtute ſua confidentiam, ut à cenſore nihil metuat. hoc verum apparuit Theodoſii temporibus, cum judicio totius ſenatus repudiata cenſura eſt.

3 *Niſi ea vobis pleriſque nota eſſent.*] Scribe cum regio, *niſi & vobis pleraque nota eſſent.*

4 *Ut puderet altius v.*] Scrib. *& puder.* hæc altera eſt ratio: duas enim affert.

SALMASIVS.

1 *Cui vita impar eſt confidentia.*] Optime Palatinus: *Cui vita impar eſt, impar eſt confidentia.* nec vita, nec confidentia parem ſe cenſuræ gerendæ fatetur Valerianus.

4 *Ut puderet altius extollere qui fatali quadam neceſſitate ſuperatus eſt.*] Fecerat finem, heic & in his finem vitæ Valer. patris Trebellius, producto enim ſenatuſconſulto de cenſura Valeriano deferenda, & oratione Decii, qua eidem Valeriano gratulatus eſt, ob illum cenſuræ honorem delatum, voluit oſtendere Pollio qualia fuerint hominum de eo adhuc privato judicia, ne ſine cauſa aut temere putaretur factus imperator, qui merito ſuo, omnium ordinum voluntate atque conſenſu ad imperium eſt vocatus. inde etiam fecit in Claudio hic Trebellius, nam ad finem ejus principis vitæ, epiſtolas principum de Claudio privato, & ſenatus judicia adnexuit, ut probaret non immerito factum eſſe illum imperatorem, qui talis tantuſque omnium judicio eſſet habitus, ut videretur dignus imperio, priuſquam ad imperium perveniſſet. Hinc igitur patet, quam imperite fecerint, qui hunc ordinem turbaverunt, & ima ſummis miſcuerunt, de ſuo præterea multa addiderunt, quæ nunquam auctor pro ſuis agnoſcat, ſi reviviſceret.

GRVTERVS.

1 *Cui vita impar eſt, impar eſt confidentia.*] Repetii duas voces, *impar eſt*, hortante Pal. quibus ipſis clariſſima inducitur lux ſententiæ antea obſcuræ.

2 *Poteram multa alia, & judicia & Senatuſconſulta, &c.*] Sic quoque Pal. non ut editi; *poteram multa & alia Senatuſconſulta, &c.*

3 *Niſi & vobis pleraque nota eſſent.*] Ita Regius codex, neque recedit Pal. quam quod is *pleriſque*. editi prius; *niſi ea vobis pleriſque nota eſſent.*

4 *Ut puderet altius.*] Bene monet noſter Caſaubonus legendum videri, *& puderet.*

1 *Ductu*

Victus est enim à Sapore rege Persarum dum [1] ductu cujusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum rerum agendarum commiserat, [2] seu fraude, seu adversa fortuna in ea esset loca deductus ubi nec vigor nec disciplina militaris, quin caperetur, quicquam valere potuit. Captus igitur, in ditionem Saporis pervenit: quem quum gloriosæ victoriæ successu minus honorifice quam deceret, superbo & elato animo detineret, [3] atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio

CASAUBONUS.

1 *Ductu cujusdam sui ducis.*] An Macriani de quo habes libro de Gallienis, & inter XXX Pollionis tyrannos. ita video affirmari serio in Annalibus ab illustri scriptore. sed Dionysius, quo uno teste nititur ea historia, nihil minus quam hoc dicit in epistola ad Hermammonem. Ipsa Dionysii verba velim consulant viri doctissimi, neque Latino interpreti nimium fidant: quem sæpe ipsis imposuisse observamus.

2 *Sed fraude seu adversa fortuna in ea loca deductus, ubi nec v*] Non ita Zosimus: qui captum magna sua culpa & imprudentia scribit. eum lege.

3 *Atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio loqueretur.*] Parcit honori Romani nominis: nam Saporis contumelia in Valerianum non intra verba stetit: sed videas Romanos scriptores plerosque dedecus acceptum dissimulare.. Aurelius Victor ne captum quidem scribit, sed fœde laniatum interiisse. liberius alter Victor, *captus* ** inquit, *apud Parthos ignobili servitute consenuit: Nam quandiu vixit, rex ejusdem provinciæ incurvato eo, pedem cervicibus eius imponens, equum conscendere solitus erat.*. eadem Orosius aliis verbis. quæ hac de re leguntur hoc loco in manu exaratis, adulterina sunt, & aliunde inserta.

SALMASIUS.

1 *Ductu cujusdam sui ducis.*] Frustra laborant eruditissimi viri quærendo quis fuerit & quo nomine dux iste, cujus ductu captus est Valerianus. hæc enim falsa & adulterina sunt, & ab inepto homine inculcata majorum nostrorum ætate. quod satis prodit diversitas, quam libri non illi quidem vetustissimi, sed tamen non adeo recentes, in his concipiendis exhibent. Palatinus omnium facile ut optimus, ita antiquissimus, ista non agnoscit: sed nec prima quæ vulgata est horum auctorum editio, in omnibus fere Palatino codici concors.

3 *Atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto mancipio loqueretur.*] Liber Casauboni: *infamis officii donec vixit damnationem sortitus est, ut ipse adclinis humi regem semper ascensurum in equum non manu sed dorso attolleret.* quod imitatus est ex Aurelio Victore: *Nam quamdiu vixit rex ejusdem provinciæ, incurvato eo pedem cervicibus ejus imponens, equum conscendere solitus erat.* idem iisdem verbis narrat Eutropius, in passione Beati Pontii, manuscripta, ex Bibliotheca doctissimi P. Puteani: *Valerianus scilicet imperator in captivitatem ductus à Sapore rege Persarum, non gladio sed ludibrio omnibus vitæ suæ diebus merita pro factis percepit. ita ut quotiescunque rex Sapor equum conscendere vellet, non manibus suis, sed incurvato dorso, & in cervice ejus pede posito, equo membra levaret.* non stratoris igitur officium exhibebat Sapori Valerianus, sed pla-

cipio loqueretur, literas ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianum faverant, plerasque missas accepit, 4 quarum seriem Julius refert. [2] *Sapori, rex regum Belsolus:*

ne vicem stapedis aut scalæ illi in equum ascensuro præstabat. nam stratores dextra manu erigebant equo insessurum, & sustollebant. qui vero inclinatus dorsum præbet domino equum conscendenti, non stratoris proprie munere fungitur, sed stapedæ, quam & scalam dicebant. Eustathius: τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ νῦν ζυγὰ ποιεῖ, ὅτε ὁ κελητίζων οὐ δύναται ῥᾷον ἀναβῆναι εἰς ἐφεστρίδα. κατακύψαντος γάρ τινος ἡ ῥάχις αὐτοῦ εἰς ἀναβολέα χρηματίζει τῷ κέλητι. hoc est, dorsum ejus scalæ vicem præbet ascensuro in equum. nam ἀναβολεὺς Eustathio non est strator sed scala. Suidas: ἀναβολεὺς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. diximus supra. tale ministerium obibant olim mulieres κλιμακίδες inde dictæ, ὅτι δορυφορούμεναι ταῖς μεταπεμπομέναις αὐτὰς ἐνδόξοις γυναιξὶ κλίμακα ἐξ ἑαυτῶν ἐποίουν οὕτως ὥστε ἐπὶ τοῖς νώτοις αὐτῶν ἀναβαίνειν καὶ καταβαίνειν ταῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ὀχουμέναις. Athenæus. eodem contumeliæ genere affectum tradunt Baiazetem à Tamberlane, cum prælio victus in ejus potestatem venisset, quo Valerianus à Sapore. non enim, ut stratores solent, manu eum in equum levabat, sed dorso incurvato ascensurum excipiebat.

CASAUBONUS.

1 *Quarum seriem Julius refert.*] Lego *Junius*; & Junium Cordum intelligo: quem Capitolinus solo Junii nomine aliquoties designat: tum videlicet, cum non multo ante fecit expressiorem ejus mentionem. idem factum existimo à Trebellio Pollione. sed istud fragmentum est tantum integri ejus libri, non ipse liber, ut ex postremis verbis patet.

2 *Sapori rex regum Belsolus.*] Satis compertum est regem nullum in Oriente fuisse ex historiis notum, cum Parthorum rege comparandum: nam penes hos perdiu summum imperium fuit. quos cum Artaxerxes Persa devicisset, Parthorum omnis potentia in Persarum reges est translata. Artaxerxi Sapor hic successit. quis igitur ille Belsolus qui ad Saporem scribens regem regum se nominat? is titulus olim Persicorum, postea Parthorum, deinde iterum Persicorum regum fuit proprius. Quare fortasse scribendum, *Sapori regi regum Belsolus.* Ammianus libro XVII. literarum meminit quas Sapor II. vel III. ad Constantium misit: earum est inscriptio hujusmodi: *Rex regum Sapor particeps siderum, frater Solis & Lunæ, Constantio Cæsari fratri meo salutem plurimam dico.*

GRUTERUS.

2 *Sapori Rex Regum Belsolus.*] Pal. *Saporis Rex Regum.* maluissem repperisse: *Sapori Regi Regum Belsolus.*

SALMASIUS.

2 *Sapori rex regum Belsolus.*] Non ineptam quæstionem heic instituit quærere vir longe doctissimus, cur alius rex quam Persarum hanc regis regum appellationem audeat usurpare quæ solis Persarum regibus dicata quasi debitaque fuit. ego etiam quæro quis hic Belsolus, aut quis rex unquam, vel privatus hoc nomine nuncupatus. Pal. & editio vetus, *Valsolus*, scribunt. supra docuimus, fragmentum vitæ Valeriani in omnibus ab hac epistola cepisse. non mirum igitur si hæc verba, quæ fragmenti initium faciebant, varie sunt distorta vexataque. si sequeretur ipsius Saporis epistola ad alium quam regem, hic titulus optime conveniret;

solus : Si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, [1] gauderem tibi [2] de victoria quam praefers. Sed quia vel fato vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne, quod senem imperatorem cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, [3] a quibus saepe victi sunt. Audivimus certe quod Galli eos vicerint, & ingentem illam civitatem incenderint. Certe Galli Romanis serviunt. [4] Quid Afri? eos nonne vicerunt? Certe serviunt Romanis. [5] De longioribus exemplis, [6] & fortasse ignotioribus nihil dico. Mithri-

ret; *Sapor rex regum, vel solus:* ut se regem regum appellet, vel solum regem, quasi omnes praeter ipsum regis nomine vix digni. non alii sane in illis partibus reges, qui hoc superbo regis regum titulo se jactarint. forte igitur scribendum: *Sapori regi regum, vel solo.* deest enim nomen illius Reguli, qui ad Saporem scripsit. utut sit, nec regem regum praeter Saporem alium dictum scimus, nec Velsolum ullum sive regem, sive privatum sic appelllatum memini legere. quo magis fit mihi verisimilis conjectura nostra, quam non parum & hoc videtur firmare, quod minime adscriptum est, cujus populi rex iste Belsolus, rex fuerit. quod in sequentibus factum est, & sane fieri debuit, ut *Balerus rex Cadusiorum:* &, *Artabasdes rex Armeniorum.* periit igitur cum reliquis nomen ejus regis, qui misit sequentem epistolam Sapori, & solus titulus remansit Saporis, qui *rex regum vel solus* dicebatur. hoc modo, N. *Sapori regi regum vel solo.* id mutarunt postea ad hunc modum quo nunc legitur, homines inficeti.

CASAUBONUS.

1 *Gauderem tibi de victoria quam praefers.*] Sic scripti quoque. *praeferre victoriam,* locutio insolens, pro qua videmus te efferri. & *gauderem tibi,* pro συνήδομαι σοι.

4 *Quid Afri? eos nonne vicerunt?*] Reg. *Quid? Afri eos non vicerunt?*

SALMASIUS.

2 *De victoria quam praefers.*] Vetus editio: *quam proferres?* nihil tamen muto.

3 *A quibus saepe victi sunt.*] Eadem editio: *a quibus nempe victi sunt.*

5 *De longioribus exemplis & fortasse ignotioribus.*] Nostri, & quos vidit Casaubonus: *& fortasse interioribus*, primo aspectu placebat, *exterioribus.* quod satis convenire videbatur, cum *longioribus.* ut negaret se uti longioribus & externis exemplis, cum domestica paene & vicina ad manum essent. sed subtiliori ratione *interioribus* posse defendi video. nam interius aliquid esse dicitur quod recedit sensim & ad ulteriora pergit. quomodo Graeci ἐνδοτέρω & εἴσω usurpant, de iis quae interius recedunt, & ab limine procul absunt. hinc longiora & interiora exempla junctim posuit, quae non adeo sint in propinquo, ut in promptu & ad manum se exhibeant. quae enim sunt a nobis longius dissita pauloque remotiora, magis quodammodo recondita nobis sunt, eorumque minorem usurpamus notitiam, quam quae sui vicinitate, sese ignorari non patiuntur. recte igitur longiora exempla etiam interiora esse dixit, quasi magis latentia, & in angulo interiore condita.

GRUTERUS.

6 *Et fortasse ignotioribus.*] Pal. *interioribus*, melius, ut puto.

Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certe victus
est, certe Asia Romanorum est Si meum consilium requi-
ris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde: ego
5 *gratulor felicitati tuæ, si tamen illa uti tu scias.* [1] Balerus
rex Cadusiorum sic scripsit: *Remissa mihi auxilia in-*
tegra & incolumia gratanter accepi. sed captum [2] *Vale-*
rianum principem principum non satis gratulor, [3] *magis*
gratularer si redderetur. Romani enim graviores tunc
sunt quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet:
[4] *nec fortuna te inflet quæ multos decepit. Valerianus &*
filium imperatorem habet & nepotem Cæsarem: [5] *& quid?*
Habet & omnem orbem illum Romanum, qui contra te
totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum
Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profutu-
6 *ram.* Artabasdes rex Armeniorum talem ad Sapo-
rem epistolam misit: *In partem gloriæ venio: sed ve-*
reor ne non tam viceris quam bella severis. Valerianum
& filius repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gal-
lia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia,
& omnes gentes quæ sunt in Illyrico, [6] *atque in Oriente &*
in Ponto, quæ cum Romanis consentiunt, aut Romanorum
sunt.

CASAUBONUS.

1 *Balerus rex Cadusiorum.*] Scripti quidam, *Balenus.* alii, *Belenus.*

2 *Valerianum principem principum.*] Etiam Rabbinorum vetustissimi Romanum imperatorem appellant המלך מלכים.

4 *Nec Fortuna te inflet quæ multos decepit.*] Regius, *te infamet.* μὴ ἐπαιρέσθω σε ἡ τύχη.

6 *Atque in Oriente.*] Non habet ista regius: & absint melius, propter personas inter quas est hic sermo.

SALMASIUS.

1 *Balerus rex Cadusiorum.*] *Velenus:* Palatinus & editio prima. *Velenus*, vel *Belenus* magis probo, quam *Balerus.*

3 *Magis gratularer si redderetur.*] *Magis gratuler si redderetur.*

4 *Nec fortuna te inflet, quæ multos decepit.*] Palat. *nec fortuna te inflammet.* quod non est respuendum. idque etiam præfert editio vetus. *infamet* vero, quod ex Regio Codice protulit Casaubonus, parum heic facit. *spe & animus inflammari* Cic.

GRUTERUS.

1 *Belerus rex Cadusiorum.*] Pal. noster facit pro libris eisscriptis, in quibus visitur *Belenus*; habet enim *Velenus*, quemadmodum & supra *Velsolus.*

3 *Magis gratularer si redderetur.*] Pal. *gratuler.*

4 *Nec fortuna te flet*] Pal. *inflammet.*

5 *Et quid habet & omnem orbem.*] Pal. *& quid ad omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus insurget?*

6 *Atque in Oriente.*] Sic & Palatinus idem.

1 Bactria-

sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus. [1] Bactriani, & Albani, & 7
Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, *Odenatus Palmyrenus*, collecto exercitu rem Romanam prope in pristinum statum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris chariores habent reges Parthici, concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. Atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, nunc ad Valerianum minorem revertar.

SALMASIUS.

1 *Bactriani & Hiberi.*] *Bactriani* Pal. Βάκτροι & Βάκτριοι dicuntur: atque inde Bactrani, & Bactriani.

[1]TREBELLII POLLIONIS
VALERIANUS JUNIOR.

VALERIANUS JUNIOR alia quam Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus perjucundus, [2] atque [3] à fratris dissolutione sejunctis, [4] à patre absente Cæsar est appellatus, à fratre (ut Celestinus dicit) Augustus. nihil habet prædicabile in vita nisi quod est nobiliter natus, educatus optime, & misera- 1

CASAUBONUS.

1 TREBELLII POLLIONIS.] Inducendus hic titulus: pars enim est ejusdem libri.

3 *A fratris dissolutione sejunctis.*] Nempe moribus, sed scripti, *sejunctus*.

4 *A patre absente Cæsar est app.*] Quid si *absens*.

GRUTERUS.

2 *Atque à fratris dissolutione sejunctis.*] Palatinus noster accedit libris in quibus, *sejunctus*.

4 *A patre absente Cæsar est appellatus.*] Sic & Pal. nemo tamen videt requirere formulam loquendi *à patre absens Cæsar, &c.*

ſerabiliter interemptus. Et quoniam ſcio errare pleroſque qui [1] Valeriani imperatoris titulum in ſepulchro legentes, illius Valeriani redditum putant corpus, qui à Perſis eſt captus: ne ullus error obrepat, mittendum in literas cenſui, hunc Valerianum circa Mediolanum ſepultum, addito titulo, Claudii juſſu, VALERIANUS IMPERATOR. Non puto plus aliquid vel de majore Valeriano, vel de juniore requirendum. Et quoniam vereor ne modum voluminis tranſeam, ſi Gallienum Valeriani filium, de quo jam nobis multus ſermo fuit; [2] vel Salloniūm filium etiam Gallieni, qui & Gallienus dictus eſt, huic libro adjungam, [3] ad aliud volumen tranſeam. [4] Semper enim me vobis dedidi & famæ, cui negare nihil debeo neque poſſum.

CASAUBONUS.

1 *Valeriani titulum in ſepulcro legentes.*] De hoc pluribus auctor, libro ſequente.

3 *Ad aliud volumen tranſeam.*] Pro tranſibo. ſic *redeam* pro redibo, apud Capitolinum & Ammianum.

4 *Semper enim me vobis dedidi & famæ, c.*] Reg. *me vobis dedi, & famæ, cui negare nihil poſſum.* Sed quod ante diximus, integrum librum prout habetur in antiquis exemplaribus hic viſum deſcribere. Nam & Angelus Politianus olim in ora libri ſui penitus eandem ſcriptionis diverſitatem adnotaverat. Sic igitur membranæ, nullius auctoris nomine adſcripto: quæ cauſſa eſt, cur Julio Capitolino qui libros præcedentes ſcripſit, hunc quoque nonnulli adſcribant: ut de Roberto Bononienſi ante retulimus.

GRUTERUS.

2 *Vel Salonium filium.*] Ita Palatinus, neque aliter vocatur infra libro ſuo peculiari. vulgati tamen *Sallonium.*

DE VALERIANO IMPERATORE.

VALERIANUS *inter hac in Retia exiſtens ab exercitu Auguſtus eſt appellatus, volente populo ac ſenatu gaudente. Fuit enim vir nobilis ſcientia ac eloquentia clarus: qui per multas dignitates ac officia remp. nobiliſſime adminiſtravit. Fuit enim prætor inſignis, cenſor æquiſſimus. Poſt adeptum principatum in diſpoſitione ducum & magiſtratuum, nemo juſtior, nemo melior. Quo tempore Romæ Galienus filius ejus à populo Cæſar eſt appellatus. Valerianus igitur cum ingenti exercitu profectionem paravit in Perſas, relicto, ut plerique aſſerunt, Romæ filio Galieno. Denique Valerianus regnum Perſarum potenter invadens*

dens incauto suorum ductu à Sapore Persarum rege captus est: & ignominiosa apud Persas servitute consenuit, ac infamis officii donec vixit damnationem sortitus est, ut ipse acclinis humi regem semper ascensurum in equum non manu sed dorso attolleret. ** Sapori rex regum Bellsolus. Si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, gauderem tibi de victoria quam præfers. sed quia vel de * facto vel de virtute gens illa plurimum potest, vide ne quod senem imperatorem cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisve tuis. cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus sæpe victi sunt. audimus certe quod Galli illos vicerunt, & ingentem illam civitatem incenderunt: certe Galli Romanis serviunt. quid? Afri eos non vicerunt? certe serviunt Romanis. De longioribus exemplis & fortasse † interioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit. certe victus est, certe Asia Romanorum est. si meum consilium receperis, utere occasione pacis & Valerianum suis redde. ego gratulor felicitati tuæ: si tamen illa uti tu scias. *Valenus rex Cadusiorum etiam scripsit.* Remissa mihi auxilia & incolumia gratanter accepi: at captum Valerianum principem principum non satis gratulor: magis gratularer si redderetur. Romani enim tunc graviores sunt, quando vincuntur. Age igitur ut prudentem virum decet, nec fortuna te infamet quæ multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet & nepotem Cæsarem. & quid ad omnem orbem illum Romanum qui contra te totus insudat? Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam. *Arthabasdes rex Armeniorum talem ad Saporem epistolam misit.* In partem gloriæ venio: sed vereor ne non tam viceris quam bella serueris. Valerianum & filius repetit & nepos, & duces Romani & omnis Gallia & omnis Africa & omnis Hispania & omnis Italia & omnes gentes quæ sunt in Illyrico & in Ponto, quæ cum Romanis consentiunt aut Romanorum sunt: unum ergo senem cepisti. & omnes gentes orbis infestissimas tibi fecisti. fortassis & nobis quia auxilia misimus qui vicini sumus: qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus. *Bactriani & Hiberi & Albani & Tauroscythæ Saporis literas non receperunt: sed ad Romanos scripserunt duces, auxilia pollicentes, ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, Odenatus Palmirenus collecto exercitu rem Romanam prope in pristinum statum reddidit. cepit regios thesauros, cepit etiam quas thesauris cariores habent regis Parthici concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor timore Balistæ atque Odenati in regnum suum ocius se recepit.*

* fato.

† ignotioribus.

atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos LXX. *vita laudabilis in eam conscenderat gloriam ut post honores omnes & magistratus insignes gestos, imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu; non militum strepitu: sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent; alter non esset electus. Et ut scias quanta vis in Valeriano meritorum fuerit publicorum, ponam senatus consulta quibus animadvertant omnes quid de illo semper amplissimus ordo judicaverit. Duobus Deciis consulibus* VI. *Kal. Novembr. cum ob imperatoris literas in æde Castrorum senatus haberetur, quæreretur que per sententias singulorum, cui deberet censura deferri: nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate: ubi prætor edixit*, Quid vobis videtur P. C. de censore deligendo? *atque eum qui erat tunc princeps senatus sententiam rogasset, absente Valeriano; nam ille in procinctu cum Decio tunc agebat, omnes una voce dixerunt interrupto more dicendæ sententiæ*: Valeriani vita Censura est: ille de omnibus judicet, qui nullum crimen habet: ille de vita nostra sententiam ferat, cui nihil potest objici. Valerianus à prima pueritia fuit Censor. Valerianus in tota vita sua fuit Censor, prudens, modestus, gravis senator, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. hunc censorem omnes accipimus: hunc imitari omnes volumus: primus genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, * exempla antiquitatis. *Quæ cum essent sæpius dicta, addiderunt*, Omnes, *atque ita discessum est. Hoc senatusconsultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, ipsum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conventu summorum virorum recitato senatusconsulto:* Felicem te, *inquit*, Valeriane, totius senatus sententia: imo animis atque pectoribus totius orbis † humani suscipe censuram, quam tibi detulit * humana Resp. quam solus mereris, judicaturus de moribus omnium, judicaturus de moribus nostris. tu æstimabis qui manere in Curia debent. tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges. tu censibus modum pones: tu vectigalia firmabis, divides, statues, respub. censebis. tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum judicandum est: tu arma respicies: tu de nostro Palatio, tu de judicibus, tu de præfectis eminentissimis judicabis: excepto denique præfecto urbis Romanæ, exceptis † consularibus ordinariis & sacrorum rege, ac maxima virgine Vestali: si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententias feres. laborabunt etiam illi ut tibi placeant, de quibus non potes judicare.

* exemplar

† Romani

* Romana

† consulibus

re. *hac Decius. Sed Valeriani sententia hujus modi fuit.* Ne quæso, sanctissime imperator, ad hanc me necessitatem alliges, ut ego judicem de populo, de militibus, de senatu, de omni penitus orbe, judicibus & tribunis, ac ducibus. hæc sunt qui Augustum nomen tenetis: apud vos censura desedit. Non potest hæc implere privatus. Igitur veniam ejus oneris peto, cui vita impar est confidentiâ: cui tempora sic repugnant, ut censuram hominum natura non quærat. *Poteram multa alia & senatusconsulta & judicia principum de Valeriano proferre, nisi & vobis pleraque nota essent, ut puderet altius virum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est.*

Ad Valerianum juniorem revertor. qui alia quam Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis. eruditione pro ætate clarus, moribus perjucundus, atque à fratris diss. &c. fere ut in vulgatis.

[1]TREBELLII POLLIONIS
GALLIENI DUO.

CAPTO Valeriano (enimvero unde incipienda est Gallieni vita, [2] nisi ab eo præcipue quo ejus vita depressa est?) nutante Republ. [3] quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium,

CASAUBONUS.

1 TREBELLII POLLIONIS.] In manuscripto regiæ bibliothecæ lib. est ἀντιγραφῷ nullo auctoris adscripto nomine. quare ut superiorem, sic etiam istum Robertus de Porta Julio Capitolino adscripsit: cui & Puteani alter codex suffragatur.

2 *Nisi ab eo præcipue, quo ejus vita depressa est.*] Excidit vox *malo*. nam omnes libri, *ab eo præcipue malo, quo ejus vita d.* non displiceat alioquin, *ab eo quo præcipue ejus vita depressa est.* ex multis probris conflata Gallieno ignominia: sed nihil æque probrosum ac longa patris captivitas, filio non vindicata, cum posset.

SALMASIUS.

1 TREBELLII POLLIONIS.] Julio Capitolino attribuunt membranæ Palatinæ, ut & sequentes libros, usque ad Aurelianum. rationem supra indicavimus, quæ nobis maxime probabilis visa est.

3 *Quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium.*] Vetus editio addit: *Orientis partibus.* scribendum esset: *quum Odenatus in Orientis partibus cepisset imperium.* & sane non Orientis imperium ceperat Odenatus, sed in Oriente factus erat imperator. paulo post; *& quum Romanum in Oriente nutaret imperium.* sic etiam *Orientis partes* infra dixit: *ergo Macrianus undique collectis exercitibus, Orientis partes petiit.*

GRUTERUS.

2 *Nisi ab eo præcipue malo, quo ejus vita depressa est.*] Sic & Palatinus noster. editis hactenus defuit dictio *malo*; quæ tamen in omnibus mss.

perium, & [1] Gallienus comperta patris captivitate gauderet, vagabantur exercitus, murmurabant duces, erat ingens omnibus mœror quod imperator Romanus in Perside serviliter teneretur. [2] Gallieno igitur & Volusiano coss. [3] Macrianus & Ballista in unum coëunt, exercitus reliquias convocant: & quum Romanum in Oriente nutaret imperium, quem facerent imperatorem requirunt, Gallieno tam negligenter se agente, ut ejus ne mentio quidem apud exercitum fieret. [4] Denique quum plureis ejus rei caussa convenissent,

SALMASIUS.

1 *Gallienus comperta patris captivitate gauderet.*] Quæ sequuntur verba, usque ad illa, *Gallieno igitur & Volusiano Coss.* ex officina correctorum prodiere, qui ista sic conglutinarunt, ut tegerent & dissimularent labem quæ hunc locum temporum injuria, codicumque vitio insedit. sed quis non malit ipsum illum hiatum recognoscere, quam inanias istas, & quisquilias, quibus vacuum spatium repleverant insciti homines, diutius heic tolerare? sic igitur in Palatino lacer & mutilus totus hic locus erat relictus: *Gallienus comperta patris crvitate gauderet* .... *vagabantur* .... *exercitus mu* .... *duces erat* .... *meror* ...... *imperator* .... *in Persida* ....*ior* .... *omnium* .... *quod Gallienus na* ...... *pater facto sic* .... *moribus rep.* .... *perdiderat. Gallieno igitur & Volusiano Coss.* ex quibus plura deesse facile cognoscimus. hæc vero ut in integrum restituantur, aliis potius tentandum relinquere, quam ipse experiri statui.

GRUTERUS.

2 *Gallieno igitur & Volusiano Consulibus, &c.*] Multa præcedunt istas voces in Palat. sed mutila. is enim codex post vocem *teneretur*, habet vacuum spatium litterarum quindecim. sequitur inde, *ior omnium* .. ..*quod Gallienus na* .... *pater facto sic* ...... *moribus rep.* ..*perdiderat. Gallieno igitur, &c.*

3 *Macrianus & Ballista.*] Palat. à manu prima *Macrinus*, non heic modo, sed & infra semper, usque ad illa, *Idem Macrianus Pisonem.* ibi enim diserte habet *Macrianus.*

CASAUBONUS.

3 *Macriano & Ballista.*] Scripti quidam, *Macrino* semper. & fortasse is est à quo, ut scribit Dionysius in epistola ad Hermammonem, Valerianus in Christianos fuit concitatus, ejusque animus ad curiosas artes & sacra magica traductus. inter Pollionis tyrannos est XI. Balista vero XVII. habes ibidem de Odenato, Pisone, Valente, Æmiliano.

SALMASIUS.

3 *Macrianus & Ballista.*] *Macrinus.* ita Palatinus. & locis omnibus qui *Macriani* mentionem faciunt, *Macrinum* semper repræsentat. sed & infra in triginta Tyrannorum volumine, *Macrinus* etiam scribitur, & in epistola Valeriani: *ego P. C. bellum Persicum gerens Macrino totam remp. credidi.*

4 *Denique cum plureis ejus rei caussa convenissent, placuit.*] Brevius, nescio an verius, editio prima: *Denique placuit ut Macrianum cum filiis suis imperatores dicerent.*

1 Cum

ſent, placuit ut Macrianum [1] cum filiis ſuis imperatores dicerent, ac Rempublicam defenſandam capeſſerent. Sic igitur imperium delatum eſt MACRIANO. Et cauſæ Macriano imperandi cum filiis hæ fuerunt. Primum, quod nemo eo tempore ſapientior ducum habebatur, [2] nemo ad res gerendas aptior: deinde ditiſſimus, & qui privatis poſſet fortunis publica explere diſpendia. Huc accedebat quod liberi ejus fortiſſimi juvenes tota mente in bellum ruebant, [3] ut eſſent legionibus exemplo ad omnia militaria. [4] Macrianus 2
ergo

CASAUBONUS.

1 *Cum filiis.*] Macriano juniore & Quieto, qui patri ſubjiciuntur in libro de tyrannis.

SALMASIUS.

2 *Nemo ad res gerendas aptior.*] *Ad res regendas.* perperam.

3 *Ut eſſent legionibus exemplo ad omnia militaria.*] Quæ ſequuntur uſque ad illa, *idem Macrianus Piſonem*, ingenio ſuo correctores repleverunt & reſtituerunt. miſere enim mutilata & diſcerpta leguntur in optimo Codice, cujus ſcripturam licet undequaque deformatam libet proponere, ut inde poſſit colligi, non omnia manum auctoris referre, quæ heic habentur: *ut eſſent legionibus exemplo . . . . ad omnia . . . . . aria ergo ma . . . . undique . . . . . . petit occupa . . . . . partibus quas . . . . poſuerat ita . . . . imperium . . . . . . bellum inſtruxit . . . . . . eſſet omni . . . . quæ contra eum poterant cogitari.* divinatoribus heic ampla facultas oſtenditur artem ſuam exercendi. nos qui non ſumus tam diſerti, quidquid inde poteſt gloriæ ſperari, libenter aliis concedimus. vetus editio videtur alium habuiſſe ſartitectorem qui has ruinas fulcire ac reparare conatus eſt, quique ſibi preſſius ſequenda veſtigia antiquitatis eſſe duxit, quam qui poſt eum idem tentarunt. ita enim ille: *ergo Macrianus undique auxilia petit occupatis à ſe partibus quas poſuerat ita . . . . imperium hoc bellum inſtruxit, ut par eſſet omnibus quæ contra eum poterant cogitari.* ex quibus intelligi facile poteſt, eamdem eum in ſuis codicibus lectionem eodemque modo affectam acceptamque repeperiſſe, quam nos in Palatino offendimus: circumſpectiorem tamen fuiſſe in alligandis vulneribus & his complendis ulceribus, quam qui poſtea manum eidem curæ admoverunt. certe nuſquam receſſit à veſtigiis ſcripturæ quam invenit. quod illi parvi penderunt, ideoque rem hanc totam inepte exſequuti ſunt. nihil enim ineptius iſtis: *ut poſſet late ſibi delatum defendere & tueri imperium.* quorum ne tenuiſſimum quidem expreſſum apparet in illis fragmentis veſtigium. nec illa porro meliora ſunt: *atque copias ſic paravit ut eſſet omnium circumſpectus quæ contra eum poterant cogitari.* quæ præter Latinitatem male ambulantem, nimis longe recedunt à notis quæ impreſſæ remanſerunt in illis miſeris relliquiis. expungenda igitur iſtinc omnia, & eorum potius loco ſpatium vacuum relinquendum, quam hæc recipienda, quæ nec cœlum nec terram tangunt. idque miror minime ſuboluiſſe acutiſſimo viro, qui ex horum auctorum reſtitutione decus immortale merito ſuo ſibi comparavit.

GRUTERUS.

4 *Macrianus ergo undique collectis exercitibus, &c.*] Palatinus heic totus
eſt

ergo collectis undique exercitibus, Orientis partes petiit; atque ut posset late sibi delatum defendere & tueri imperium, bellum sic instruxit, atque copias sic paravit, ut esset omnium circumspectus quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus Pisonem, unum ex nobilibus principibus senatus, ad Achaiam destinavit ob hoc ut VALENTEM qui illic proconsulari imperio Rempublicam gubernabat, opprimeret. Sed Valens comperto quod Piso contra se veniret, sumpsit imperium. Piso igitur in Thessaliam se recepit. [1] Ubi, missis à Valente militibus compluribus, interfectus est: [2] ipse quoque imperator appellatus cognomento THESSALICUS. [3] Sed Macrianus retento in Oriente uno ex filiis, [4] pacatis tamen rebus, Asiam primum venit, deinde Illyricum petiit: in Illyrico [5] cum AUREOLO imperatore, qui contra Gallienum imperium sumpserat, duce Domitiano nomine manum conseruit, unum ex filiis secum habens, [6] & xxx. millia militum ducens.

Sed

est fractus; & nescio an bene suppletus. habet namque horum verborum & sequentium loco: *Ergo Macrinus* .. ... *undique auxilia* .... *petit occupatis à se* ... *partibus quas ipse posuerat; ita ut par esset omnibus* .. ... *quæ contra eum poterant cogitari. Idem Macrianus, &c.*

SALMASIUS.

1 *Ubi mißis à Valente militibus compluribus.*] *Militibus complurimis.*

2 *Ipse quoque imperator appellatur cognomento Thessalici.*] Palatinus: *cognomento Thessalatis. Thessalas, Thessalatis* esset pro Thessalo vel Thessalico. sic supernus, supernas. *Later supernas* in epistola Augusti ad Mæcenatem. Arvernus, Arvernas: Privernus, Privernas. Rhavennas, Misenas Misenatis, pro Misenensis. nec hanc formam tantum usurparunt in ἐθνικοῖς, sed etiam in nominibus propriis. sic enim Geminatem pro *Geminus* dixerunt. Geminas & Agaclytus liberti Veri apud Spartianum. *Trophimas, Trophimatis* apud Jurisconsultum pro Trophimus Trophimi. sic *Eutychas* pro Eutychus. sed de his alibi.

3 *Sed Macrianus.*] *Hac Macrianus.* Pal. vitiose, ut quidem puto.

4 *Pacatis tamen rebus.*] Idem: *pacatis tam rebus.* omnino legendum: *pacatis jam rebus.*

GRUTERUS.

4 *Pacatis tamen.*] Pal. *pacatis tam rebus*, & annotatum legendum *jam*.

5 *Cum Aureolo Imperatore qui contra.*] Pal. *cum Aureolo Imperatore, qui*; ut forte voluerit subintelligi, *exercitus*.

CASAUBONUS.

6 *Et xxx. millia militum ducens.*] Ex iis quæ scripta sunt libro sequente, capite de Macriano tyranno, constat legendum hic esse, XLV. *millia m.* locum expende.

1 Gal-

Sed victus est Macrianus cum filio Macriano nomine, deditusque omnis exercitus Aureolo imperatori. Turbata interim Repub. totoque penitus orbe terrarum, 3 ubi ODENATUS comperit Macrianum cum filio interemptum, regnare Aureolum, [1] Gallienum remissius agere, [2] festinavit ad alterum filium Macriani, [3] quum exercitus hoc daret fortuna capiendum. Sed ii qui erant cum filio Macriani, Quieto nomine, consentientes Odenato, auctore præfecto Macriani BALISTA juvenem occiderunt, missoque per murum corpore, [4] Odenato se omnes affatim dediderunt. [5] Totius prope igitur Orientis factus est Odenatus imperator, quum Illyricum teneret Aureolus, Romam Gallienus. Idem Balista multos Emissenos, ad quos confugerant Macriani milites, cum Quieto & thesaurorum custode interfecit, ita ut civitas pene deleretur. Odenatus inter hæc quasi Gallieni partes ageret, [6] cuncta eidem nuntiari ex veritate faciebat. Sed Gallienus cogni-

SALMASIUS.

1 *Gallienum remissius agere.*] Idem liber: *Gallienum remissius ingerere*: forte, *remissius rem gerere*: vel *remissius se gerere.*

2 *Festinavit ad alterum filium Macriani, quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.*] Distinguebam: *quum exercitus hoc daret fortuna, capiendum.* sed nunc omnibus modis corrigendum distinguendumque censeo: *festinavit ad alterum filium Macriani, cum exercitu, si hoc daret fortuna, capiendum.* festinavit, ut caperet filium Macriani, quem cum exercitu reliquerat pater, in Oriente, ipse Occidentem versus proficiscens, si fortuna modo juvaret.

5 *Totius prope igitur Orientis factus est Odenatus Imperator.*] Hæc lectio firmat verum esse quod supra sic editum est: *quum Odenatus jam Orientis cepisset imperium.* ubi tamen primam editionem habere scribebamus: *quum Odenatus in Orientis partibus cepisset imperium*: eamque visi sumus probare scripturam. sed mihi nunc placet eo loci nihil mutari.

CASAUBONUS.

3 *Quum exercitus hoc daret fortuna capiendum.*] Hæc sunt corruptissima: sed scribendum est: *festinavit ad alterum filium Macriani cum exercitu, si hunc daret fortuna capiendum.*

4 *Odenato se omnes affatim dediderunt.*] Scripti, *confestim dederunt.*

6 *Cuncta eidem nuntiari ex veritate faciebat.*] Infra: *Nec defuit tamen reverentia Odenati circa Gallienum.* sed lege sequentia.

GRUTERUS.

3 *Cum exercitus hoc daret fortuna capiendum.*] Nihil discrepat scriptura Pal. à vulgata isthac, qua nihil tamen futilius.

4 *Odenato se omnes adfatim dediderunt.*] Sic Pal. rursusque habuimus verbum *adfatim* tali significatu.

1 *Ludos*

cognito quod Macrianus cum suis liberis esset occisus,
quasi securus rerum ac patre jam recepto, libidini ac
voluptati se dedidit. [1] Ludos Circenses ludosque sce-
nicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, &
ludos gladiatorios dedit: [2] populumque quasi victo-
rialibus diebus ad festivitatem ac plausum vocavit.
Et quum plerique patris ejus captivitatem mœrerent,
ille [3] specie decoris quod pater ejus virtutis studio dece-
ptus videretur, supra modum lætatus est. Constabat
autem [4] censuram parentis eum ferre non potuisse,
[5] votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus
4 suis gravitatem patriam non haberet. Per idem tem-
pus ÆMILIANUS apud Ægyptum sumpsit imperium,
[6] occupatis horreis multa oppida malo famis pressit.
Sed hunc dux Gallieni Theodotus conflictu habito
cepit

SALMASIUS.

1 *Ludos circenses ludosque scenicos, ludicram etiam venationem.*] Palatinus & editio vetus: *ludiariam venationem.* ludiaria venatio à ludiis. ludii autem gladiatores & bestiarii etiam vocati sunt à ludo. Trebellius: *at ego scio sæpius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen appositum. habuit proxime tuus libellus numerarius hoc nomen in indice ludiorum.* ita enim eo loci legendum docemus, non *ludorum.* ludii olim histriones dicebantur, ut plane nemo nescit: posterioribus vero temporibus, *ludii* etiam vocari μονομάχοι & θηριομάχοι. ut *ludiaria* heic *venatio*, sic *ludiaria vestis* Isidoro in Glossis: *vestis ludiaria, histrionis tunica.*

5 *Votivumque illi fuisse, quod imminentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet.*] Observa loquendi genus, *votivum illi fuisse quod non haberet.* pro votivum illi fuisse non habere, vel, ut non haberet imminentem cervicibus suis patriam gravitatem. votivum tamen heic ponitur pro re admodum grata & jucunda, quæque votis fuerit petenda. Glossæ: εὐκταῖος, *optabilis, votivus.* & sic minus erit insolens hæc locutio.

6 *Occupatis horreis multa oppida malo famis pressit.*] Scribe: *Æmilianus apud Ægyptum sumpsit imperium, occupatisque horreis, multa oppida malo famis pressit. malum famis* heic dixit, ut paulo ante, *malum captivitatis: capto Valeriano, enimvero unde incipienda est Gallieni vita, nisi ab eo præcipue malo, quo ejus vita depressa est?* malum captivitatis paternæ intelligendum est.

CASAUBONUS.

2 *Populumque quasi victorialibus diebus ad festivitatem & plausum vocavit.*] Explicat Aurelius Victor: *crebro etiam uti, rebus ex voluntate gestis solet, ludos ac festa triumphorum, quo promtius simulata confirmarentur exercens.*

3 *Specie decoris.*] Regius, *spe dec.*

4 *Censuram parentis eum ferre non potuisse.*] Non hoc dicit quia censor Valerianus fuit: sed censuram accipe, ut ante notavimus, pro severiore morum disciplina.

5 *Votivumque illi fuisse.*] Sic Græci, εὐκταῖον. frequens vox apud B. Ambrosium & Symmachum.

1 *Atque*

cepit [1] atque imperatori Gallieno vivum transmisit. [2] Ægyptus enim data Æmiliano per [3] Transthebaitanos milites, quum Gallienus in luxuria & improbitate persisteret. Quumque ludibriis & helluationi vacaret, neque

SALMASIUS.

1 *Atque imperatori Gallieno vivum transmisit.*] Magnam operam dedisse videntur heic homines correctores, ut vulnera contegerent potius quam consanarent & sic fucum lectoribus facerent, qui hactenus non integra pro integris legerunt. nam post vocem *imperatori* linea tota deest in membranis Palatinis, usque ad vocem, *vivum*. deinde quæ sequuntur non melius accepta sunt, fragmentis enim similiora, quam rectæ & integræ orationi videri possunt, hoc modo .... *vivum transmisit Ægyptus* .... *data est* ... . *a* .... *Strangy* .... *milites* .... *nitum ist* .... *ribus quum Gallienus in luxuria, & improbitate persisteret.* hinc videamus licet, quid sibi juris arrogatint in his reformandis, & quam prope ad verum pervenerint, illud hominum genus, qui corrigendi, restituendi supplendique omnia artem profitentur. quod in aliis similibus dixi, heic etiam dico, nihil me posse præstare in tam desperatis & ruinosis locis; sed ne tentaturum quidem quidquam. ad vocem autem illam *Strangy*, additum erat recentiore manu in optimo Palatino quasi explendæ ejus vocis causa, *thebitinos*, ut integrum verbum esset, *Strangythebitinos*. quam postea lectionem omnes scripti codices quos nostro esse longe posteriores certa fides est, retinuere. nam ex suis libris adscripsit Casaubonus, *transchithebitinos*. ipse intelligi posse ait illo nomine, milites qui in utroque limite, cis & ultra Thebaidem prætendebant. quod fieri non potest. & illa compositio non dura tantum est, sed Latinis etiam auribus prorsus respuenda. ut mittam, illud *thebitinos* additamentum esse inepti hominis & barbari. quod adfixum erat in illo optimæ notæ libro, non antiqua & eadem manu qua totum exemplar fuit descriptum, sed alia & magis recenti. & id argumentum non leve reputandum est, illius Palatini libri antiquitatis & bonitatis, ut ex quo apud me constet alios omnes, quotquot hujus historiæ scripti codices repperiuntur, fuisse exemplatos, ut ita loquar cum Valerio. vetus quoque editio, quam curavit Bonus Accursius Pisanus, quæque vicem nobis manuscripti fuit, plane compar & consimilis extat in his fragmentis componendis libro Pal. illa igitur habet, *Strangy*, nec præterea quidquam.

CASAUBONUS.

2 *Ægyptus enim data Æmiliano per Transthebaitanos milites.*] Scripta lectio, *Transchithebitinos milites*. videntur intelligi milites qui in utroque limite cis & ultra Thebaidem prætendebant. libro sequente in historia hujus tyranni Thebaidis fit mentio, & rerum in eo tractu gestarum ab Æmiliano contra barbaros. potest igitur legi, *per Transthebaitanos & Cisthebaitanos milites.* nisi aliquod hic monstrum dictionis latet.

GRUTERUS.

3 *Transthebaitanos milites, cum Gallienus in luxuria.*] Et heic quoque mutilus est Palat. sic tamen ut videatur arguere falsi scripturam vulgo receptam. habet enim cum grandibus intervallis vacuis, *Transgythebitinos* .... *milites* ..... *vitum est* ...... *ribus cum Gallienis in luxuria.*

neque aliter Rempublicam regeret quam [1] quum pueri fingunt [2] per ludibria poteſtates, [3] Galli quibus inſitum eſt eſſe leves ac degenerantes à civitate Romana, & luxurioſos principes ferre non poſſe, POSTHUMIUM, ad imperium vocarunt: exercitibuſque conſentientibus, [4] qui occupatum imperatorem [5] libidinibus ſentiebant querebanturque. [6] Contra hunc Theodotus exer-

CASAUBONUS.

1 *Cum pueri fingunt per ludibria poteſtates.*] Scribendum, *ludicra.* vide initio Severi.

GRUTERUS.

2 *Per ludibria partes.*] Ita quoque Pal.

3 *Galli quibus inſitum eſt eſſe leves ac degenerantes à civitate, &c.*] Sic quidem editi. at in Pal. reſtat; *eſt, leves ac degenerantes,* quo ipſo laudarentur magis Galli, quam vituperarentur.

5 *Libidinibus ſentiebant, querebanturque.*] Pal. *libidinibus querebantur*, ſine illo *ſentiebant.*

SALMASIUS.

3 *Galli quibus inſitum eſt eſſe leves ac degenerantes à virtute Romana principes ferre non poſſe.*] Et laudat heic & vituperat una oratione Gallos. vitium enim eſt, eſſe levem. at virtus eſt ferre non poſſe degenerantes à virtute Romana principes. Gallos quidem meos levitatis vitio non libero, ſed eos hoc facto quod heic narratur genitivæ illi levitati videri obnoxios nego. quin, ſi audiamus veterem librum, erit ita legendum: *Galli, quibus inſitum eſt, leves ac degenerantes à virtute Romana principes, & luxurioſos ferre non poſſe, Poſthumum ad imperium vocarunt.* leves igitur & futiles principes & luxurioſos & degeneres Galli non ferebant. hinc Gallienum non tulerunt. niſi quis dicat præter levitatem Gallis inſitam, ea etiam cauſa motos & impulſos ad alium eligendum principem, Gallieni loco, quod luxurioſum & degenerantem à virtute Romana ferre non poſſent. ego quam in membranis reperi lectionem, tacitam præterire non potui. confirmant eam quæ leguntur infra de Gallorum ſeveritate in epiſtola Valeriani: *Transrhenani militis ducem & Galliæ præſidem Poſthumum fecimus virum digniſſimum ſeveritate Gallorum.* ſed & ſupra retorridas Gallorum mentes eſſe dixit Capitolinus. cum igitur ſeveri ac retorridi eſſent Galli, non poterant ferre leves & luxurioſos, & degenerantes à virtute Romana imperatores.

4 *Qui occupatum imperatorem libidinibus ſentiebant, querebanturque.*] Concinnius, & meo judicio melius Pal. *qui occupatum imperatorem libidinibus querebantur.*

6 *Contra hunc Theodotus exercitum duxit.*] Tota hæc narratio non immerito ſuſpecta viſa eſt eruditiſſimo Casaubono, qui ſi ſciviſſet eam procuſam productamque eſſe correctorum malleo, minus profecto miratus eſſet, nihil ea boni contineri. commenti ſunt igitur hanc lectionem ex illis depravatis & truncatis antiquæ ſcripturæ veſtigiis. quam feliciter, licet videre. ſic enim Palatinus: P. *contra hunc .... exercitum ..... que urbium .... Poſtumus .... ic cæpiſſi ...... dentibus Gallis Gallienus muro circumiens ſagitta ictus eſt.* in quibus relliquiis nullum videre eſt Theodotum, nuſquam decernentes Gallos. unde igitur illum Theodotum excepiſcati ſunt? patet enim ex hoc loco Gallienum illi obſidioni interfuiſſe & exercitum non Theodoto, quiſquis ille eſt, commiſiſſe ducendum ſe

exercitum duxit. [1] Quumque urbem, in qua erat Posthumius, obsidere cœpisset, [2] decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens sagitta ictus est. Nam & per annos VII. Posthumius imperavit, & Gallias ab omnibus circumfluentibus Barbaris validissime vindicavit. His coactus malis Gallienus pacem cum Aureolo facit oppugnandi Posthumii studio, longoque bello tracto per diversas obsidiones ac prælia, [3] rem modo feliciter, modo infeliciter gessit. Accesserat præterea his

sed ipsum duxisse. quod etiam ex Posthumi vita magis liquet. ergo illa fragmenta sic posse restitui puto: *contra hunc ipse Gallienus exercitum duxit: cumque urbem in qua erat Posthumius obsidere cœpisset, acriter eam defendentibus Gallis, Gallienus muros circumiens sagitta ictus est.* si minus verba ipsa sumus assequuti, aut plura desunt quam quæ posuimus, historiæ tamen fidem sequuti, sensum & mentem auctoris videmur minimo minus expressisse.

CASAUBONUS.

1 *Cumque urbem in qua erat Posthumius obsidere cœpisset.*] Zosimus aliter: cum tendenti in Italiam Posthumio Aureolum objecisset, eique Insubrum fines commisisset defendendos; Aureolum Mediolani imperium cepisse: adversus quem cum accurrisset Gallienus, ipsumque in ea urbe obsessum premeret, dolo Heracliani & Claudii esse occisum. quare ut ejus quidem narratio est, nullum à Gallieno in Galliis bellum cum Posthumio gestum. Zosimo consentit uterque Victor.

2 *Decernentibus Gallis Gallienus muros circumiens sagitta ictus est.*] Libro sequente in Posthumio: *Gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum tunc, cum sagitta Gallienus est vulneratus.* sed quid est, *decernentibus Gallis*? imo quæ hæc narratio? bellum dicitur gestum à Theodoto: *contra hunc Theodotus exercitum duxit*: & tamen præsentem fuisse in procinctu Gallienum hæc verba ostendunt. Hæc absurda impellunt me, ut aliam ex istis verbis sententiam putem eliciendam. quod sola interpunctione mutata ita commode fiet. Scribo igitur: *Contra hunc Theodotus exercitum duxit: cumque urbem in qua erat, Posthumius obsidere cœpisset decernentibus Gallis, Gallienus muros circumiens sagitta ictus est.* rem ita gestam, auctor significare, nisi fallor, voluit. missus fuerat à Gallieno contra Posthumium Theodotus cum exercitu: sed occurrit Posthumius; & fugatis Theodori copiis, ipsum in urbem aliquam Galliæ coëgit. ubi cum decreto populorum Galliæ, qui illum imperatorem sibi adsciverant, obsideretur à Posthumio, Gallienus, ut obsidione illam urbem solveret, propius ad eam accessit. tum igitur accidit, ut sive à suis qui obsidebantur, sive ab hostibus qui Theodorum in ea urbe obsidebant, sagitta vulneraretur Gallienus. quem tamen vicisse tandem isto bello, paullo post dicturus est auctor. Paullo aliter refert hanc historiam Zonaras: quem, Lector, vide, & si lubet, ex eo potius de hoc loco statue.

SALMASIUS.

3 *Rem modo feliciter, modo infeliciter gessit.*] Libri, *gerit*. & ita legi postulat verbum, *facit*, superiore versu positum: *pacem cum Aureolo facit, oppugnandi Posthumi studio, longoque bello tracto, per diversas obsidiones ac prælia, rem modo feliciter, modo infeliciter gerit.*

his malis quod Scythæ Bithyniam invaſerant, civitateſque deleverant. [1] Denique Aſtacum, quæ poſtea Nico-

CASAUBONUS.

1 *Denique Aſtacum quæ poſtea Nicomedia dicta eſt.*] Non poſt iſta quidem. nam multis ſeculis ante hæc tempora facta erat hæc nominis mutatio. *poſtea* igitur accipe, pro poſteriore & recentiore nomine quam illud prius Aſtacus. De occupata à Scythis Nicomedia lege Zoſimum.

GRUTERUS.

1 *Denique Aſtacum, quæ poſtea Nicomedia, &c.*] Pal. *Denique Contum, quæ Nicomedia.*

SALMASIUS.

1 *Denique Aſtacum quæ poſtea Nicomedia dicta eſt.*] Juxta cum monſtro miranda Palatini hujus urbis ſcriptura, *denique Contum quæ poſtea Nicomedia dicta eſt.* quam tamen certum eſt & bonum Accurſium in ſuo libro deprehendiſſe. *Corinthum* enim in editione ſua edi curavit. unde enim Corinthum eum putamus accepiſſe, niſi *Contum* legit in ſuo codice? de Conto tamen urbe nihil novi, nihil didici. itaque, niſi mendum eſſe aliud nihil ſcio, idque etiam non ſatis ſcio. Aſtacum tamen urbem Bithyniæ, Nicomedjam poſtea dictam fere conſentiunt Latini ſcriptores. Ammianus Marcellinus: *& Aſtacum ſ. quanto tempore Nicomediam à rege cognominatam.* recte igitur *Aſtacum* hoc loco pro *Contum* repoſuerunt, quiqui primi hoc fecere. ſed Aſtacum Græci diverſam faciunt à Nicomedia. Stephanus περὶ ἐθνικῶν duas Aſtacos agnoſcit, alteram Acarnaniæ vel Cephalleniæ ſecundum quoſdam urbem: alteram Bithyniæ, ab Aſtaco Neptuni filio & nymphæ Olbiæ ſic appellatam. duas quoque Aſtacos cognomines habet Strabo, quarum alteram in Acarnania, alteram in Bithynia collocat. ſed illam ipſam, quam in Bithynia ponit, à Nicomedia ejuſdem Bithyniæ urbe diſtinguit. lib. x. καὶ πόλις Ἀστακὸς ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον ἑνικῶς λεγομένη. vides Ἀστακὸν τὴν περὶ Νικομήδειαν, Aſtacum illam Bithyniæ ab eo vocari. non igitur eadem urbs Aſtacus & Nicomedia. ſed clarius idem lib. XII. poſtquam Nicomediam nominavit, & ſitam eſſe in ſinu Aſtaceno dixit, ſic paulo poſt ſcribit: ἔστι δ' ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ καὶ Ἀστακὸς Μεγαρέων κτίσμα. Idem eodem loco tradit Nicomediam à Nicomede rege Bithyniæ conditam, Aſtacum autem everſam à Lyſimacho. ſub idem igitur pæne tempus contigit, ut Aſtacus everteretur, & conderetur Nicomedia. nam Lyſimachus ille à quo everſa eſt Aſtacus, contemporaneus fuit Zypœtæ Nicomedis patris à quo Nicomedia condita eſt. hunc Zypœten tradit Memnon cum Lyſimacho bellum geſſiſſe, variiſque eum præliis contudiſſe. eodem igitur fere tempore & incepit eſſe Nicomedia & eſſe deſiit Aſtacus. ſcribit enim Strabo incolas Aſtaci quam delevit Lyſimachus, Nicomediam traductos fuiſſe, ab ejus conditore Nicomede. lib. XII. de Aſtaco. κατεσκάφη δ' ὑπὸ Λυσιμάχου. τοὺς δ' οἰκήτορας μετῴκισεν εἰς Νικομήδειαν ὁ κτίσας αὐτήν. atque hinc factum arbitror, ut quidam auctores ſcripſerint Nicomediam prius dictam fuiſſe Aſtacum: quorum opinionem illud videtur etiam adjuviſſe, quod non longe ab eo loco ubi erat Aſtacus ſita, condendam curavit Nicomediam Nicomedes. Strabo Ἀστακὸν περὶ Νικομήδειαν collocat. Memnon Nicomediam conditam fuiſſe ſcribit ἀντιπέρα τοῦ Ἀστακοῦ. Νικομήδης δ' εἰς λαμπρὰν εὐδαιμονίαν ἀρθεὶς πόλιν ἑαυτοῦ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντικρὺ Ἀστακοῦ. fallitur vir magnus qui ad Euſebium notat has urbes adeo vicinas fuiſſe, ut amplitudo Nicomediæ offece-

Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt. Denique quasi conjuratione totius mundi, concussis orbis partibus, etiam in Sicilia quasi quoddam servile bellum extitit, latronibus evagantibus, qui vix oppressi sunt. Et hæc omnia Gallieni contemptu fiebant. Neque enim quicquam est ad audaciam malis, ad spem bonorum bonis promptius, quam quum vel malus timetur, vel dissolutus contemnitur imperator. [1] Gallieno & Faustino coss. [2] inter tot bellicas clades etiam terræmotus gravissimus fuit, & tenebræ per multos dies. [3] Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante. [4] Quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus: multi terrore mortui. quod quidem malum tristius in Asiæ urbibus fuit. Mota est & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, quum aqua salsa in fossis appareret.

fecerit alteri minoris famæ. quomodo enim luminibus Astaci potuit officere Nicomedia, quæ nulla erat cum Astacus adhuc extaret, & ubi nulla jam fuit Astacus, ipsa excitata est, & a Nicomede condita, non tamen in eo ipso loco ubi erat Astacus, sed in vicino? inde est, ut dixi, quod nonnulli scriptores Nicomediam à Nicomede cognominatam esse tradiderunt, quæ antea vocabatur Astacus. Pausanias: ἀπὸ τούτου (Nicomedem intelligit) καὶ τῇ μεγίστῃ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ πόλεων μετεβλήθη τὸ ὄνομα Ἀστακῷ τὰ πρὸ τούτου καλουμένῃ. sed de his alibi pluribus ad Stephani ἐθνικά.

1 *Gallieno & Faustino Coss.*] *Et Faustiano*, P. Φαυστινιανοῦ vocant fasti Siculi.

2 *Inter tot bellicas clades etiam terræ motus gravissimus fuit.*] *Etiam terræ motus fuit.* ita in prima editione.

4 *Quo motu multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus.*] Non assequor quid sibi velit Palatinus unius vocis additione, quam exhibet: *quo motu ipsæ multæ fabricæ devoratæ sunt cum habitatoribus.* quo enim pertinet illa vox *ipsæ*? loci nomen fortasse latet sub illa corruptum. neque tamen id videtur. nam generaliter loquitur, cum sequatur, id malum Asiæ urbes vehementius adflixisse. simpliciter igitur intelligimus motum illum terræ adeo gravem fuisse, ut ipsæ etiam fabricæ complures cum habitatoribus pessum darentur.

GRVTERVS.

1 *Gallieno & Faustino.*] Pal. *Faustiniano.*

4 *Quo motu multæ fabricæ.*] Pal. *quo motu ipsæ multæ fabricæ.*

CASAUBONUS.

3 *Auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Jove tonante.*] Caussam βρυχμοῦ habes in sectione xxv. problematum. & de terræ motu mycematia præter philosophos lege Ammianum libro xvii. frequens prodigium in historia Ro. apud Livium, Suet. & alios.

ret. Maria etiam multas urbes occuparunt. Pax igitur deûm quæsita, inspectis Sibyllæ libris, [1]factumque [2]Jovi salutari, ut præceptum fuerat, sacrificium. Nam & pestilentia tanta extiterat vel Romæ vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Sæviente fortuna quum hinc terræmotus, inde hiatus soli [3]ex diversis partibus pestilentia orbem Romanum vastaret, capto Valeriano, [4]Gallis parte maxima obsessis, quum bellum Odenatus inferret, [5]quum Aureolus perurgeret Illyricum, quum Æmilianus Ægyptum occupasset: [6]GOTTHI & CLODIUS,

SALMASIUS.

1 *Factumque Jovi salutari.*] Διὶ σωτηρίῳ vel σωτῆρι. Glossæ: *Salutaris*, σωτήριος.

5 *Quum Aureolus perurgeret Illyricum.*] *Illyricum* non agnoscunt libri, in quibus ita legitur: *quum Aureolus perurgeret, quum Æmilianus Ægyptum occupasset.*

6 *Gotthi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt.*] De quo Clodio, aut quando dictum est de hoc Clodio, si quidem eum intelligamus qui postea imperavit? an in aliorum imperatorum vitis quas amisimus? nugæ. non enim potuit. at si hoc esset, quis tamen dixit illum Clodium sese cum Gotthis junxisse & Macedoniam vastasse, Thracias occupasse? immo contra & Clodius adversus Gotthos strenue pugnavit, eosque devicit, & profligavit: ut infra dicet Trebellius in ejus vita. apparet igitur malefetiatos homines, qui nomen Clodii in rebus Gotthicis legerant, cum heic lacunam in libris veteribus offendissent, eam Clodii nomine putavisse replendam. sic enim Palatinus: *Gothori*. . . . . *à quo dictum est superius Gotthis inditum est, occupatis Thraciis.* legebam aliquando, *Gotthi quorum Scytha pars, de quibus dictum est superius.* nam paulo superius de Scythis dixit, qui & Bithyniam invaserunt, & multas civitates deleverunt. at Scythas partem Gotthorum fuisse post paulo idem repetit. sed nunc magis videtur, alio loco & fortasse in iis vitis quæ desiderantur, de Gotthis tractavisse, & unde hoc illis nomen inditum esset, disseruisse. & hoc vult heic dicere, superius sibi de Gotthis dictum esse, & unde illis istud nomen inditum.

CASAUBONUS.

2 *Jovi salutari.*] Sic vertit Δία σωτῆρα. sive potius intelligit Jovem ὑγιείας προστάτην: nam ὑγίεια est salus. & *salutis augurium*, quod Romæ celebrari solitum, Dioni dicitur Ὑγείας οἰώνισμα.

3 *Ex diversis partibus pestilentia.*] Melius, *& diversis p.*

4 *Gallis parte maxima obsessis.*] Partim à Posthumio tyranno, partim ab Alamannis duce Croco. de quo Gregorius Turonensis libro primo.

6 *Gotthi & Clodius de quo dictum est superius.*] In superiorum imperatorum rebus de eo dixerat Trebellius: sed illa hodie desideramus. hic est Claudius qui postea imperium obtinuit, ut mox subjicitur: ubi iterum scribitur *Clodius*, ut hic. alibi semper Claudius: & Græci quoque Κλαύδιος, non Κλώδιος.

1 *Neque*

DIUS, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, [1] neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est. Quæ omnia contemptu, ut sæpius diximus, Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi. [2] Pugnatum est 6
in Achaia [3] Macriano duce contra eosdem Gotthos. Unde victi per Achæos, recesserunt. Scythæ autem, hoc est pars Gotthorum, Asiam vastabant. Tunc [4] etiam templum Dianæ Ephesiæ dispoliatum & incensum est: [5] cujus opes fama in populos satis notæ.

Pudet

SALMASIUS.

1 *Neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est.*] *Ostentare visa est*, pro *ostentavit*. quod genus locutionis istis auctoribus non infrequens. aliud quid tamen ostentare videtur optimus liber, apud quem legi: *neque usquam quies mediocriter salutem ostentare est.* forte: *neque usquam spes mediocriter salutis ostensa est.* vel, *ostentata est.* quies sane non salutem ostentat, sed ipsa plane salus est. cum enim à bello quiescitur, nullus à bello periculi metus potest existere. si quis tamen erit paratus pro vulgata lectione pugnare, non ego paratus meam conjecturam propugnare.

2 *Pugnatum est in Achaia Macriano duce.*] Una littera minus legit Palatinus, *Mariano duce*. nos una amplius, sed aliter collocata, quam in edito legimus: *Marciano duce*. Marcianum nominat Zosimus, cui Gallienus contra Postumum profectutus belli Scythici vel Gotthici summam mandavit: *συνταραχθεὶς δὲ πρὸς τὴν παραχρῆμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδὸν εἶχε τὴν στρατηγίαν. τὸν πρὸς Σκύθας πολέμου Μαρκιανῷ παραδοὺς ἀνδρὶ τὰ πολέμια σφόδρα ἐξησκημένῳ.*

CASAUBONUS.

2 *Pugnatum est in Achaia, Macriano duce contra eosdem Gotthos.*] Recte *Macriano*, si is intelligitur, de quo dictum ante. sed infra dicturi sumus alium fuisse temporibus illis inter Gallieni duces, qui contra Barbaros rem gessit feliciter, nomine *Martianum*. de eo videtur hic sentire Trebellius, & scripsisse, *Martiano*.

GRUTERUS.

3 *Macriano duce contra eosdem Gothos.*] Pal. *Mariano*.

SALMASIUS.

4 *Etiam templum Dianæ Ephesiæ.*] Libri veteres omnes: *Lunæ Ephesiæ*. quod erratum librarii non esse manifesto perspicuum est. *Lunam* igitur vocavit *Dianam*. Diana enim Luna est. Lunæ sane templa in Asia & reliquis Orientis partibus multa, quæ & Luni dei dicebantur. nam Luna & Lunus *ἀδιαφόρως* illis usurpabatur. Græci *σελήνην* tamen semper vocant, *ἱερὸν σελήνης* Straboni. heic vero, ut diximus, Luna, Diana est.

5 *Cujus opes fama in populos satis notæ.*] Ed. Accursii: *cujus opus est fama in populos satu nota.* ex quo facile fieri possit, *cujus opum est fama in populos satis nota.* aliud tamen Palatinus ostendit: *cujus ope fama in populos pudet perdere inter hæc tempora quum ista gererentur.* quid si scribamus? *cujus opum fama in populos patet. pudet prodere inter hæc tempora quum ista gererentur, quæ sæpe Gallienus malo generis*

humani

[1] Pudet numerare inter hæc tempora quum iſta gererentur, quæ ſæpe Gallienus malo generis humani quaſi per jocum dixerit. Nam quum ei nuntiatum eſſet, Ægyptum deſciviſſe, dixiſſe fertur, *Quid?* [2] *ſine lino Ægyptio eſſe non poſſumus?* Quum autem vaſtatam Aſiam & [3] elementorum concurſionibus & Scytharum incurſionibus comperiſſet, *Quid*, inquit, [4] *ſine aphronitris eſſe non poſſumus?* [5] Perdita Gallia arriſiſſe ac dixiſſe perhibetur, [6] *Non ſine Atrebaticis ſagis tuta Reſp.*

humani quaſi per jocum dixerit. vicinitas enim & ſimilitudo horum verborum *patet & pudet* fecit ut alterum diſſimularetur vel ejiceretur. non improbem tamen ſi ita legatur: *cujus opes fama in populos notæ pudet prodere, &c.*

GRVTERVS.

1 *Pudet numerare inter hæc tempora cum iſta gererentur.*] Pal. *Pudet perdere.* forſan ſcribendum, *Pudet prodere.* ſed & vox *tempora* videtur à manu librarii; certe minus eſt neceſſaria.

3 *Elementorum concurſionibus.*] Sic Palat.

6 *Non ſine trabeatis ſagis tuta Reſpublica eſt?*] Palatinus præfert, *Non Atrabaticis ſagis tuta reſp. eſt.* abſque illo *ſine*: ut forte ſcriptum fuerit primitus, *Num Atrabaticis ſagis tuta Reſpublica eſt?*

CASAUBONUS.

2 *Sine lino Ægyptio eſſe non poſſumus?*] Inter Alexandrinas merces linum erat & opera linea, ut Cedrenus ſcribit & notiſſimum eſt.

3 *Elementorum concurſionibus.*] Membranæ, *concuſſionibus.*

4 *Sine aphronitris eſſe non poſſumus?*] Quia optimi aphronitri paſtillos Lydi Romam mittebant, & alii Aſiæ populi. Plinius libro xxx. capite x.

6 *Non ſine trabeatis ſagis tuta Reſp.?*] Regius, *ſine Atrabatis ſ.* Puteani, *Atrabaticis.* nempe pro *Atrebaticis.* Vopiſcus in Carino, *Donati ſunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Canuſini.* Hieronymus libro ſecundo adverſus Jovinianum: *Tunc pexa tunica & nigra ſubucula veſtiebaris, ſordidatus & pallidus, & calloſam opere geſtitans manum: nunc lineis & ſericis veſtibus, & Atrebatum & Laodiceæ indumentis ornatus incedis.* ſed lectionem vulgatam nolim ſollicitare: nam propria Gallorum ſaga trabeata, quæ Diodoro dicuntur σάγοι ῥαβδωτοί, ut ad Strabonem olim notabamus libro quarto. vide quæ dicturi ſumus ad Claudium.

SALMASIUS.

5 *Perdita Gallia arriſiſſe ac dixiſſe perhibetur.*] Lege, *riſiſſe ac dixiſſe perhibetur.*

6 *Non ſine trabeatis ſagis tuta reſp. eſt.*] Quidquid dixerint & heic & alibi de trabeatis ſagis viri doctiſſ. non eripi mihi temere ſinam quin ſit hujus loci vera lectio. *Atrabaticis ſagis.* & primum quidem trabeatorum ſagorum nemo eſt auctor qui meminerit. deinde ſaga non ex ſola Gallia veniebant, ſed Hiſpanis etiam erant ſua ſaga. oportet igitur fuiſſe genus ſagi peculiare quod in ſola Gallia texeretur, & ex Gallia in Italiam importaretur. ejuſmodi erant Atrabatica ſaga, quæ apud ſolos Atrabates fiebant, quorum frequens & celebris apud auctores mentio. Vopiſcus in Carino, *birros ab Atrabatis petitos* memorat. nam ita ibi legendum. Græci vero Ἀτραβατικὰς ἐσθῆτας vocant. Suidas: Ἀτραβατικός. ἐν τοῖς ἱερα-

τικοῖς

Resp. est? Sic denique de omnibus partibus mundi, [1] quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici, jocabatur. Ac nequid mali deesset Gallieni temporibus, Byzantiorum civitas clara navalibus bellis, claustrum Ponticum, per ejusdem Gallieni milites [2] ita omnis vastata est ut prorsus nemo superesset. Denique nulla vetus familia apud Byzantios invenitur, [3] nisi siquis peregrinatione vel militia occupatus evasit, qui antiquitatem generis nobilitatemque repræsentet. [4] Contra Posthumium igitur 7
Gallienus cum [5] Aureolo & Clodio duce, qui postea imperium obtinuit, [6] principe generis Constantini Cæsa-

ταῖς καὶ τοῖς ἐπινικίοις καὶ παρόντων πρέσβεων ἐνεδίδοντο χιτῶνας καὶ χλαμύδας ποικίλας, ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ ἄλλας τινὰς πολυτελεῖς· ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ξηρομπελίνας τὸ χρῶμα, ἃς ἐκάλουν Ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος· τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσιν, ἢ ὅτι μετὰ τραβαίας ταύταις εἰώθασι χρῆσθαι. τραβαῖαι δὲ λέγονται, αἱ πολυτελεῖς χλαμύδες. eadem verba habet Codinus περὶ Ἀτραβατικῶν. sed Ἀτραβατικὰς perperam ab atro colore dictas putant, vel à trabeis, quod simul cum trabeis gestarentur. ab Atrebatis enim Galliæ populis sunt appellatæ. ξηρομπέλινον autem colorem nigrum faciunt, quem inter coccinum & muricem fuisse scribit vetus Scholiastes Juvenalis ad xerampelinarum vestium mentionem. sed hæc alibi in commentario De re vestiaria.

1 *Quum eas emitteret, quasi detrimentis vilium mancipiorum videretur affici.*] Non placet mihi istud *emitteret*, hoc loco. vetus editio, *omitteret*: nihilo magis placet. Palatinus: *mitteret*. legendum censeo *amitteret*. non magis, inquit, afficiebatur, cum eas imperii partes amitteret, quam si servum aliquem de vilioribus amisisset. posset etiam legi: *sic denique de omnibus partibus mundi, quum eas amittens quasi detrimentis vilium ministeriorum videretur affici, jocabatur.* sed verum est: *quum eas amitteret, quasi detrimentis vilium ministeriorum videtur affici.* nam illud, *quasi videretur affici*, positum est pro quasi afficeretur, loquendi genere apud istos auctores usitato.

3 *Nisi quis peregrinatione.*] *Nisi si aliquis.*

4 *Contra Posthumium.*] *Contra Postumum.*

6 *Principe generis Constantini Cæsaris nostri.*] Pal *Constanti Cæsaris nostri.* recte: nam est *Constantii.*

CASAUBONUS.

1 *Cum eas emitteret.*] *Amitteret.*

2 *Ita omnis vastata est, ut prorsus nemo superesset.*] In Claudio: *Pugnatum præterea est apud Byzantios: ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus.*

6 *Principe generis Constantini Cæsaris nostri.*] Lege *Constantii*, ut in vita Claudii. idem error infra iterum in hoc libro.

GRUTERUS.

1 *Cum eas emitteret.*] Pal. *mitteret.* melius *amitteret.*

5 *Aureolo & Claudio duce.*] Sic Pal. non *Clodio.*

6 *Principe generis Constantii Cæsaris.*] Ita & Pal. non *Constantini*, ut vulgati.

Cæsaris nostri, [1] bellum incepit: & [2] quum multis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino processit, cum quo imperium participaverat. Victrix Gallieni pars fuit, [3] pluribus præliis eventuum ratione decursis. Erat enim in Gallieno subitæ virtutis audacia: nam aliquando injuriis graviter movebatur. Denique ad vindictam Byzantiorum processit: & quum non putaret recipi se posse muris, receptus [4] alio die omnes milites inermes, armatorum corona circundatos, interemit, [5] fracto fœdere quod promiserat. Per eadem tempora etiam Scythæ, in Asia Romanorum ducum virtute ac ductu vastati, ad propria recesserunt. Interfectis sane militibus apud Byzantium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolavit: convocatisque patribus, decennia celebravit novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum.
8 Jam primum inter togatos patres, & equestrem ordinem, albatos milites, & omni populo præeunte, servis etiam prope omnium, & mulieribus [6] cum [7] cereis & faci-

SALMASIUS.

1 *Bellum incepit.*] Idem liber cum veteri editione, *bellum incitet.* an *bellum iniit?* ego tamen nihil mutem.

2 *Quum multis auxiliis Posthumius juvaretur Celticis ac Francicis.*] *Celtis ac Francis.* Ed. v.

GRUTERUS.

1 *Bellum incepit, & cum, &c.*] Pal. *bellum incitet cum, &c.* ut videatur scriptum fuisse, *bellum iniit, & cum, &c.*

3 *Pluribus præliis eventuum ratione decursis.*] Nihil abit ab hac scriptura Pal. videtur tamen legendum, *variatione*, aut *pariatione*.

CASAUBONUS.

3 *Pluribus præliis eventuum ratione decursis.*] Scribendum *eventuum varia ratione*: vel, *eventuum variatione*. de eadem re supra: *longoque bello, tracto per diversas obsidiones ac prælia, rem modo feliciter, modo infeliciter gessit.*

4 *Alio die omnes milites inermes, ar.*] *Milites* ait, neque aliter libri scripti. sic statim, *interfectis militibus apud Byzantium.* modo tamen dictum est, non milites solum, sed & cives omnes Byzantinos πανδημεὶ fuisse occisos.

5 *Fracto fœdere quod promiserat.*] Pro fidem dare, dixit *fœdus promittere.* similes ἀκυρολογίας amat hic scriptor, ut paullo post, *bellum gerere cum aliquo*, pro odisse & vexare.

6 *Cum cereis facibus & lampadibus præcedentibus.*] Suetonius notat morem in Julii Cæsaris triumpho.

SALMASIUS.

7 *Cereis facibus, & lampadibus præcedentibus.*] Optimæ membranæ; *lampadis præcedentibus. lampadæ* dicebantur

facibus & lampadibus præcedentibus Capitolium petiit. [1] Processerunt etiam altrinsecus centeni [2] albi boves, [3] cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discolo-

tur pro *lampades*. sic *Persida* pro *Persis*: *Tritonida* pro *Tritonis*. sic *Colchida* pro *Colchis*, in Tragœdia Medea quam penes me scriptam in vetustissimis membranis habeo. *chorus Colchidarum*, hoc est *Colchidum*. sic *Leucada* pro *Leucas*, *Elida* pro *Elis*, & similia infinita quæ nos olim ad Florum notabamus.

CASAUBONUS.

2 *Albi boves cornibus auro jugatis.*] Non igitur sejuges isti boves in pompa traducti, sed jugati. juga autem & jugalia lora auro fuerunt obducta, & cum his cornua quibus erant alligata. mos deaurandi cornua boum mactandorum ex poëtis & historicis notus. Græci quoque χρυσοκεράτων boum sæpius meminerunt, etiam Josephus libro XIII. capite XVI. quo loco interpres Hebræus sive breviator quidam, sunt enim plures, fusius persequitur hunc morem. sed loquendi genus an Latinum sit videamus. nam eam sententiam quam diximus, nunquam ex his verbis elicias. videtur ergo scribendum, *albi boves cornibus aureis jugati*, sive *juncti*. vel ita potius, *cornibus auro virgatis*. sic dictum ut virgata sagula. Virgilius *auro velare* dixit,

Victori velatum auro vittisque juvencum.

quod tamen non ad cornuum solum deaurationem refertur, sed etiam ad dorsualia & alia ornamenta.

GRUTERUS.

1 *Processerunt etiam altrinsecus.*] Pal. *processerant*.

3 *Cornibus auro jugatis.*] Agnoscit & hanc lectionem Palatinus.

SALMASIUS.

3 *Cornibus auro jugatis.*] Non separes boves, sed pares & jugatos processisse ex istis verbis adstruunt viri docti. sed vereor ut hanc sententiam queant ista verba concinnare. De cornibus vero victimarum auratis pleni sunt & poëtarum & historicorum libri. idque solum velle indicare hoc loco Trebellium, sum certus. At loquendi genus non mirum tantum, sed etiam corruptum visum est summo viro. sane corruptum non puto, summo enim consensu, sine ulla varietate ita libri omnes. mirum fortasse tamen est, *cornua auro jugata* dici quæ *aurata* debuerunt. sed similis plane locutio est, quam supra in Alagabali vita observavimus, *Palladium auro vinctum*, quod est *auratum*. sic *pocula auro vincta* Pomponio Melæ pro deauratis. Græci unica voce, χρυσόδετος appellant. ad verbum *auro vincta*. ita hoc locó *auro jugata* sunt auro vincta, vel aurata. *jugare* autem & jungere & vincire prope eadem significat. nam ζυγοὶ & δεσμοὶ & ζυγόδεσμα, usurpantur de eadem re. sic & ἐλεφαντόδετον quod ebore tectum est & obductum, dixit Euripides. sed & quod nemo hactenus animadvertit, *auro cludere* Latini dicebant, quod idem est, & *auro jugare*. nam ζυγοῦν etiam Græcis claudere est. ζυγῶσαι, κλεῖσαι. Hesychius. unde & ζυγωθρον. auro cludere igitur, & auro jugare & auro vincire sunt συνώνυμα. Anastasius, *patenam argenteam, chrismalem, auro clausam*. Trebellius in Divo Claudio, *urceos duos auro inclusos argenteos librarum sex*. id est exauratos, & auro tectos. ita enim Anastasius Bibliothecarius argentea quædam opera, vel vasa quæ deaurata sunt solet appellare, *auro fusa*, vel *auro perfusa*, *auro superinducta*, vel *aureo colore superinducta*, *auro vestita*. Græci χρυσόδετα, χρυσέμπαστα & χρυσένδυτα. idem Anastasius *spatam auro ligatam* dixit, quam Græci χρυσόδετον vocarent. in Be-

coloribus præfulgentes. Agnæ candentes ab utraque parte cc. præcesserunt, & x. elephanti, qui tunc erant Romæ, mille cc. [1]gladiatores [2]pompaliter ornati, cum auratis vestibus matronarum, mansuetæ feræ diversi generis, cc. ornatu quammaximo affectæ. Carpenta cum mimis & omni genere histrionum: [3]pugiles saccu-

in Benedicto tertio: *spatam cum auro purissimo ligatam: item imagines duas ex auro purissimo.* spatham auro ligatam licet interpretari, vel totam deauratam, vel cujus capulus aureus esset, aut deauratus. sic Græci *μελάνδετον ξίφος*, quod habet *μέλαιναν λαβὴν χρυσόπαστον*. gemmas auro inclusas, *χρυσολίθους* iidem Græci vocant. *χρυσόλιθα* etiam vasa, quæ aurea emblemata habent inclusa *κατὰ τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην*. sed auro jugata cornua heic simpliciter dicuntur aurata: ut *auro vinctum Palladium* Lampridio, pro deaurato, & auro vincta pocula Melæ, *τὰ κεχρυσωμένα*. de quibus infra.

Cornibus auro jugatis.] Idem liber: *cornuis*. hic *cornus*, & hoc *cornu*, & hoc *cornuum* dicebant. *cornuis* igitur à cornuum. ita hic *tonitrus*, & hoc *tonitru*, & hoc *tonitruum* proferebant.

1 *Gladiatores pompaliter ornati.*] Vetus liber *pompabiliter ornati. pompare* dicebant, unde & *pompabilis*, & *pompabiliter*.

GRVTERVS.

2 *Pompaliter ornati.*] Pal. *pombabiliter*. & placet.

CASAUBONUS.

3 *Pugiles sacculis non veritate pugnantes.*] Reg. *flosculis*, absurde. Puteani unus, *flaculis*. nihilo melius. non etiam probo quod placitum viris doctis, *bacculis*. nam verum esse non dubito *sacculis*. Veri pugiles cestibus pugnabant, & quidem non sine sanguine ut plurimum: quare non facile ex eo certamine nisi auribus contusis redibant: quod sciunt qui non ignorant quid sit apud scriptores Græcorum *ἀποκράταξις*, & qui dicantur *ἀποκρατέκται* & *ἀποβλαδίαι*. B. Chrysostomus homilia sexta ad populum Antiochenum: *ὁ πυκτεύειν ἐπείγεται τὸ στάδιον ἐξελθεῖν, ἵνα ἀπαλλαγῇ τῶν πραγμάτων.* sed qui incruento pugilatu volebant dimicare, saccis non cestibus manus muniebant. erant autem hi sacculi vel tomento farcti, vel alia re pleni quæ gravem ictum non redderet: putà, ficorum granis, vel farina aut furfuribus: interdum & harena sacculos implebant. sed hoc in vero certamine, & cestuum legitimorum vicem. Beatus Chrysostomus homilia xx. in eam ad Hebræos: *ἀρχὴ τῶν ἀνταγωνισμῶν, καὶ ἀναιρεῖς τῶν στεφάνων τὴν ἀφορμήν. οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἀθλητὰς πῶς φυλάκους ἅμα μὴ πλήσσοντες οὕτω γυμνάζονται;* Similiter saccum illum quo utebantur in *κωρυκομαχίαις* & *κώρυκον* vocabant, *σύκων κεγχραμίσιν*, id est, fici granis, aut farina implebant, eorum gratia qui mollius exercere volebant: modo harena ut scribit Antyllus apud Oribasium. Ammianus Marcellinus lib. xiv. inter cruenta certamina & legibus vetita, pugilum ponit dimicationes vicissim se concidentium.

SALMASIUS.

3 *Pugiles sacculis non veritate pugnantes.*] Hanc lectionem retinere & explicare libuit Casaubono, cum tamen meliores ejus libri legerent *flasculis*. quam lectionem & in nostris quoque offendimus. Utinam tam facile esset veram emendationem extundere, quam in proclivi est vulgatam

hanc

hanc ſcripturam, ut contra librorum fidem à correctoribus concinnatam, & falſam retundere. *ſacculus* heic legi non poteſt. ſacculi ſunt quibus exercebantur athletæ, quos Græci κωρύκους, & σάκ'κας, Latini folles & ſacculos appellant. eos enim arena refertos ad hunc uſum habebant. inter vaſa & inſtrumenta quæ ad gymnaſium faciunt enumerat Pollux, σάκκον, μάρσιππον & σάκκον. idem lib. III. cap. ultimo: τὸ δὲ θύλακον τῶν ἀσκητῶν σάκ'κον καλοῦσιν ἢ σάκκον. at heic ſermo non eſt de pugilibus exercentibus, ſed pugillantibus, qui tamen non veris armis hoc eſt ceſtibus, pugnabant, quod nunquam ἀναιμάκτως fiebat, ſed aliis quibuſdam mollioribus, & innoxios ictus inferentibus. quemadmodum autem gladiatores qui per luſum depugnabant, lucentium mucronum loco, aut ferulis battuebant, aut hebetibus gladiis & mucronibus plumbeis decertabant: ſic pugilibus non in veritate pugillantibus ſed ludicri gratia, luſoria quædam arma videntur præſto fuiſſe, quæ ad ceſtus ἀνάλογα eſſent, & eodem modo manibus aptarentur, & circumligarentur, ut ceſtus. ἐπισφαίραις uſos eos eſſe ad hanc rem reperio, quibus ceſtuum vice manus ſibi innectebant, cum non vero nec decretorio pugillatu, ſed innoxio & ludicro depugnare vellent. quæ ἐπισφαῖραι, manibus & pugnis eorum innexa hoc præſtabant, ut mollius plaga caderet, & citra ſanguinem conflictus explicaretur. Plutarchus: πολιτικοῖς παραγγέλμασι. τῶν μὲν γὰρ ἐν ταῖς παλαίστραις διαμαχομένων ἐπισφαίραις περιδέουσι τὰς χεῖρας ὅπως εἰς ἀνήκεστον ἡ ἅμιλλα μηδὲν ἐκπίπτῃ, μαλακὴν ἔχουσα τὴν πληγὴν καὶ ἄλυπον. de pugilibus hæc verba ſunt accipienda. ἐπισφαῖραι iſta Latini *pugillos* vocabant. optimæ Gloſſæ: *pugilli*, ἐπίσφιρα. ἐπίσφιρα enim ibi ſcriptum pro ἐπισφαῖρα, more ſcribendi, & illis temporibus uſitato, & auctori Gloſſarum illarum familiari. ſic enim σφίρον alibi in illo libro Gloſſarum, & σφιροποιὸς & σφιροειδὴς ſcriptum in membranis quæ ſunt P. Puteani, reperi. eædem Gloſſæ: *pugilla*, ἐπισφίρια. hoc eſt ἐπισφαίρια. item: *pugil*, πύκτης, ἐπισφαίριον. ἐπισφαῖραι igitur ſive pugilli ceſtibus opponuntur. ceſtus enim ex crudo corio erant, plumboque, & ferro inſuto rigebant. at pugilli, ut videtur ſine plumbo, & ferro, ex molli corio facti & in modum pilæ circa manus & pugnos alligati. hinc pugillos Latini, Græci vocant ἐπισφαίρας. σφαίρας vocat Pollux, εἴποις δ᾽ ἂν ἐπὶ τῶν πυκτῶν χεῖρες ὡπλισμέναι. χεῖρες ὁπλίτιδες. καὶ τὰ ὅπλα σφαῖραι, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρὰ Ἀελ-ςαμψίς ἐν Διονύσου ἀσκητῇ. ſic pilas illas quæ gladiis præfixæ ſunt, quibus juventus in armorum exercitio depugnant, σφαίρας Græci vocant & ἐπισφαίρια. ad quarum etiam pilarum ſimilitudinem videntur hæc fuiſſe ἐπισφαίρια, ſive pugilla quæ pugilum exercentium nec in veritate pugnantium manibus circumligabantur: quæ multum, ut videtur, diſtabant ab illis ſacculis arena plenis, aut follibus quibus item exercebantur. iſta enim ἐπισφαίρια manibus alligata gerebant: at ſacculos illos folleſve mittebant & remittebant, & manibus inter ſe expellebant. ex his quæ diximus liquidiſſimum eſſe poteſt *ſacculos* heic minime convenire, niſi ſi quis putet eo ſenſu *ſacculos* poſſe accipi, ut ἐπισφαίρια illa, vel pugilla denotent, quibus pugiles per ludum depugnabant. quod minime cenſeo. quid igitur illis *flaccum* faciemus, qui tam pertinaciter inhæſerunt omnibus libris ſine ulla varietate aut ſuſpicione vitii? non poſſum diſſimulare, quod ſuper hoc verbo mihi nuper in mentem venit. recte ne an ſecus id accipiant lectores, θεῶν ἐν γούνασι. *flaccum*, & *flaccidum* veteres Latini vocarunt quidquid ita molle eſſet, laxum ſolutumque ut facile rei cuili-

bet

[1] facculis, non veritate pugilantes. [2] Cyclopea etiam luse-

bet insistenti, incidentique cederet. hinc & verbum *flaccere*, & *equi flacci* dicuntur qui aures flaccidas & dependentes habent: sed & *aures flaccæ* prægrandes sunt & dependulæ. hinc etiam, nisi fallor, pilas istas, vel pugillos qui in morem pilæ laxæ & flaccidæ circumponebantur bracchiis pugillantium, ut mollem & innoxiam plagam infligerent, *flacculas* à Trebellio vocatas arbitror, si pilas intelligamus; aut *flacculos* si pugillos. *flaccus* idem quod flaccidus. hinc & *flacculus*. ut longus, longulus: russus, russulus, & similia sexcenta.

GRUTERUS.

1 *Sacculis non veritate pugilantes.*] Pal. *flacculis*, uti etiam erat in libris quos excussit Puteanus.

2 *Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii.*] Haud aliter quoque exemplar Palatinum.

CASAUBONUS.

2 *Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii.*] Scribe, *Cyclopes*, sic Græci dicunt Κύκλωπα ὀρχήσασθαι. & Latini quoque *saltare Cyclopem*. quod pantomimorum est. *apinarii*, vel *apennarii*, præferunt membranæ, non quod aliquando visum, *arenarii*. Glossæ Isidori, *Acinari*, *tricari*, *in parvo morari*. scribo, *apinari*. de hoc genere hominum plura Scaliger ad Manilium. origo vocis Græca.

SALMASIUS.

2 *Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii.*] Jubent heic scribi *Cyclopes* eruditissimi viri. ego vero jubeo retineri, *Cyclopea*. *Cyclopea ludere* est τὰ περὶ Κύκλωπα παῖξαι. varia enim & multiplex, & πολυχιδὴς Cyclopis historia in fabularum & saltationum argumentis. ut ἔρως Γαλατείας, Κύκλωπος μέθη, ejusdem τύφλωσις. & cetera sic circa Semelem, Ἥρας δόλος, Σεμέλης καταφλέξις, Διονύσου ἀμφοτέρας γοναί. circa Latonam vero, Δήλου πλάνη, Λητοῦς ὠδῖνες, Πύθωνος ἀναίρεσις, Τιτυοῦ ἐπιβουλή, & similia, de quibus vide elegantissimum auctorem περὶ ὀρχήσεως. ut autem Cyclopea heic ludere dixit Trebell. sic Arrianus τὰ περὶ Ἀγαμέμνονα παίζειν. quod ad verbum est *Agamemnonia ludere*. libro primo, cap. xxv. πάλιν συνεθέμεθα παῖξαι τὰ περὶ Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλλέα. Vopiscus etiam *Cyclopea ludere* in Carino dixit. *Exhibuit & ludum Sarmaticum quo dulcius nihil est: exhibuit & Cyclopea. Donatum & Græcis artificibus & Gymnicis.* ita enim scribendus ex libris locus ille, qui vulgo pessime habet. Lusum autem hunc τῆς Κυκλωπείας sic expressit Lucianus Dialogo, ψευδολογιστής. ἐν Ἰταλίᾳ δὲ βαθεῖ, ποιμὴν ἐκεῖνος ἐπικληθεὶς ὁ Κύκλωψ, ἐπειδή ποτε καὶ περὶ τὰς ὀρχήσεις διασκευὴν παρασχόντα τοῦ Ὁμήρου ῥαψῳδῆσαι καὶ τὴν αἰσχρουργίαν ἐπιθυμήσαντες. καὶ αὐτὸς μὲν ἐκείζετο μεθύων ἤδη, κισσύβιον ἔχων ἐν τῇ χειρὶ βοηπῶν Πολύφημος, [illegible] δὲ ὑπόμεσθος ὀρθὸν ἔχων τὸν μοχλὸν [illegible] ἐπὶ σὲ Ὀδυσσεύς τις ἐπῄει ὡς ἐκκόψων τὸν ὀφθαλμόν.

Cyclopea luserunt omnes apenarii,] Vir quidam doctus quem non nomino, nuper adnotavit erravisse omnes hactenus in hac voce exponenda: falli enim eos qui mutant *apenarios* in *apinarios*; cum apenarii sint quos Græci vocant ἀπηναρίους. recte deinde fecit, quod & interpretationem illius Græci vocabuli apposuit. nisi hoc fecisset, nunquam profecto divinassem, quinam illi sint ἀπηνάριοι, quos ita Græci appellant. aurigas igitur & carrucarios ea voce significari nos docuit. sciebam ἀπήνην genus esse vehiculi, vel rhedæ: sed ἀπηνάριον Græcis rhedarium dici, & Latinis *apendrium*, ita me Deus amet nesciebam: & adeo mea mihi blanditur ignorantia & in-

scitia,

scitia, ut adhuc nescire velim. non darer hoc alius, certo scio, sed tamen hoc illi demus, *ἀπηναρίους* esse mulocisianos, quis & illud poterit concedere, de his hunc locum esse accipiendum? carrucarii & aurigæ luserunt Cyclopea scilicet, & Cyclopem saltarunt, & miranda quædam in illo genere, stupendaque monstraverunt; sed carrucarios cum suis carrucis missos faciamus, & cisia, & mulos & asinos. *apenarii* scriptum in omnibus libris pro *apinarii*. sic *apenas* pro apinis scribebant. ut *patenas* pro patinis: & *Catena* non raro in veteribus libris, pro *Catina* urbe legitur. sic *legulam* pro *ligulam* sæpe libri exhibent. apinarii autem sunt scurræ, vel ludii qui moribus & gestibus fabulas & historias desaltabant in scena, & varia miraque in illo genere ostendebant, ut hi apinarii qui Cyclopea luserunt, & totam illam Cyclopis fabulam expresserunt. ab apinis dicti. apinas optimæ Glossæ interpretantur *ἀμαλογίας*. *apinæ, ἀμαλογίαι*. ita enim scribendum. nam *ἀμαλογίαι*, argutiæ, ineptiæ & garrulitates, & id genus alia facetiæ leporesque. unde & *ἀμαλόγος* garrulus, qui omnia simul effundit & effutit, nec finem facit garriendi blatterandique, ut scurræ solent & vernaculi. eædem Glossæ: *Garrulus, φλύαρος, βαττολάλος, ἀμαλόγος*. dicti sunt ab *ἅμα* & *λέγειν*, quod *ἀθρόως* verba effutiant, & confertim sermones cædant. id enim *ἅμα* significat. Grammatici: *ἅμα ἐπίρρημα συλλήψεως ἢ ἀθροίσεως παρὰ τὸ ἅμμα· τὸ συνεχῶς καὶ πυκνῶς. τὸ γὰρ πυκνὸν καὶ ἐπάλληλον ἅμα γίνεται καὶ ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ.* ex quibus patet quare *ἀμαλόγοι* dicti. *apinas* eædem Glossæ *σάννας* etiam exponunt. *Apina, σάννα*. perperam hodie *φάννα* scriptum est. inde sanniones & sanni qui ridiculis moribus quidvis imitantur & ostendunt. *σάννος μωρὸς* vel *μωρολόγος* Cratino. Eustathius, *τζάνους* ab idiotis & vulgaribus appellatos scribit qui veteribus *σάνναι* & *σάννοι*. Odyss. ξ. *οὕτω γὰρ καὶ ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ σάννας. αὐτὸς μὲν τοι καὶ τὸ ἠλίθιον ἁπλῶς δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ μωρὸν, ὃν ἴσως ἡ κοινὴ γλῶσσα τζάννον καλεῖ.* nec dubium est inde suos *zannos* Italos accepisse. sanniones igitur & sanni & apinarii idem erant, qui ridiculis qua dictis qua gestibus in scena risum movebant. fabulones etiam vocabant istiusmodi ridicularios homines. Macrobius lib. II. *hæc nobis sit litterata lætitia & docta cavillatio vicem planipedis & fabulonis impudica & prætexta verba jacientis, ad pudorem ac modestiam versa imitata.* apud Macrobium *fabulonis* legitur vitiosissime, quos à nescio quo fabulo instrumento, ut ajunt musico dictos interpretantur doctissimi viri, quibus hac in parte non assentior. nam *fabulones* vera ibi lectio, quæ scenicos & Atellanos & istiusmodi apinarios designat. Varro:

Et orthophallica attulit psalteria,
Quibus sonant in Græcia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia:
Ut comici, cinædici, scenatici.

inde igitur *fabulones* à fabulis. Glossæ Isidori: *fabulo, fabulas componens. fabulones, fabularum inventores.* *f* & *s* literæ in veteribus libris quam sæpe invicem commutentur nemo ignorat, nisi qui nihil unquam veterum librorum versavit. apinæ igitur sunt nugæ, vel ridicula & nugatoria dicta. Græci *ἀφάνας* dicunt. *ἀφάνα, apina*. nam φ in *p* Lat. mutant, ut *πορφύρα, purpura*: & *α* in *i* ut *κατάνη, Catina: λεπαστή, lepista. πατάνη, patina*. Suidas: *σκινδαψὸς, ἀφάνα*. nam *σκινδαψὸν* pro re nihili, & nugatoria Græci dicunt. hinc *ἀφανίζειν* pro deridere. Glossæ: *appellat, ἐπικαλεῖ, ἐπισκώπτει, ἀφανίζει*. quod supra explicavimus, ubi & locum illum Glossarum, cujus paulo ante meminimus, sic corrigebamus: *apinæ, ἀφάναι, ἀφάναι*. & forsasse ita melius legatur quam *σάνναι*, ut supra voluimus. atque inde *apinarii* vel *apenarii*, sunt *μωρολόγοι*, & qui ridicularia quacunque occasione funditant,

luserunt omnes apenarii, ita ut miranda quædam [1] & stupenda

ditant, quique non solum dictis & salibus, sed etiam motibus corporis, & gestibus sunt ridiculi. nam apinarii isti qui Cyclopea luserunt, totum illud argumentum historiæ vel fabulæ Cyclopicæ, non solum facetiis, ac dictis scurrilibus, sed gestibus præcipue καὶ χήμασι peregerunt. unde miranda quædam & stupenda eos monstravisse in illo Cyclopeorum lusu dicit Trebellius. ejusmodi homines, qui facie magis quam facetiis erant ridiculi, qui rictu oris, labiorum ductu, totius vultus distortione, corporisque motione atque gestu ridenda schemata monstrarent, atque aliorum mores & gestus deridiculi gratia imitarentur, Græcis veteribus σάννας & σάννοι, & σαννίωνες appellati, recentioribus τζάννοι. Latini sannas, & sanniones eos dixerunt. nam qui Græcis ὁ σάννας, Latinis *hic sanna.* Glossæ: *sanna, subsannator.* μῶκος. Eustathius: ἴσως δὲ καὶ ὁ σάννας ἢ σαννὸς ἐξ αὐτοῦ παρῆκται. ὃς ἐπὶ τοῦ ἀνόητου δηλοῖ ἀλλαχοῦ γέγραφη. σάννοι Græci recentiores τζάννοι vocaverunt & scripserunt. sic Σάννοι, populum Scythiæ qui & Σαννῖγαι dicebantur, Τζάννους appellarunt. idem Eustath. δόξει δ' ἂν εἰληφθαι ἡ λέξις ἀπὸ τῶν Ἀσιανῶν Σάννων. οὓς οἱ ἰδιῶται Τζάννους καλοῦσι. sic Σίννος, τζίννος dixerunt. Sannam etiam pro irrisione & subsannatione Latini usurparunt. vetus interpres Persii interpretatur, *os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus.* *cinnos* etiam Latini vocavere sunt ejusmodi sannas, vel tortiones oris indecoras & ridiculas. Isidori Glossæ: *cinnos, tortiones oris indecentes.* Glossæ: *cinnum,* νεῦμα Græcum est κίνος ἀπὸ τοῦ κινεῖν: ut μῖμος pro μίμησις ἀπὸ τοῦ μιμεῖν: & κόλυμβος ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, ἡ κολύμβησις. sic κῖνος est κίνησις. ita etiam δῖνος ἀπὸ τοῦ δινεῖν. sic μῶκος ἀπὸ τοῦ μωκᾶν, pro μώκησις. Idem autem est μῶκος quod sanna. Glossæ: *sanna,* μῶκος. & Græci μωκᾶν proprie dicunt, de his qui ore, vultuque distorto & valgis labiis aliquem derident. Hesychius: διαμυλλαίνειν χλευάζειν. ἐπὶ τὰ χείλη διαστρέφειν διαμωκᾶσθαι. idem: διασιλλοῦσι, διαμωκῶνται. *labiis ductare,* Plauto, est διαμωκᾶσθαι καὶ τὰ χείλη διαστρέφειν *labiis dum ductant eum.* Gellius: *labiorum ductu irridere.* lib. XVIII. cap. IV. *Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni à se ostendens, & rem de qua quæreretur, & hominem ipsum qui quæreret.* *labiorum ductu,* τῇ τῶν χειλῶν διαστροφῇ. à Græco μῶκος, *mocosum* Latini deduxerunt, de hoc genere ridiculi quod fit non salibus & dicacitate, sed vultu & gesticulationibus. Cicero ea voce usus est lib. I. epist. ad Atticum: *consul autem ipse parvo animo & pravo, tantum cavillator, genere illo mocoso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus.* at importuni & morosi fuere, qui eo loci *morosi* reposuerunt pro *mocoso*. sic actionem mimicam, & gesticulatoriam *mocosam* veteres oratores appellabant. Quintilianus lib. XI. cap. III. sub finem: *quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc actionem mocosam.* actio mocosa est, ἡ μωκώδης. at otiosi homines, *motiosam* ibi pro *mocosam* substituerant. ex libro vetere mihi quondam à Jacobo Bongarsio, τῷ πάνυ, τῷ μακαρίτῃ commodato, ita illum locum emendavimus. sic duo optimi auctores in eadem voce à nobis emendati, alter ex libro, alter ex conjectura, & una eademque opera vox vetus Latio redonata est.

GRUTERUS.

1 *Et stupenda monstrarent.*] Palatinus hæc accommodat non apenariis, sed ipsi Gallieno, dum exhibet, *monstraret.*

1 Vexilla

ſtupenda monſtrarent. Omnes viæ ludis ſtrepituque & plauſibus perſonabant, ipſe medius cum picta toga & tunica palmata inter patres (ut diximus) omnibus ſacerdotibus prætextatis Capitolium petiit. Haſtæ auratæ altrinſecus quingenæ,[1] vexilla centena,[2] & præter ea quæ collegiorum erant,[3] dracones, & ſigna templorum omniumque legionum ibant. Ibant præterea gentes ſimulatæ, ut Gotthi, Sarmatæ, Franci, Perſæ:[4] ita ut non minus quam ducenti ſingulis globis ducerentur. Hac pompa homo ineptus eludere ſe cre- 9
didit populum Romanum: ſed, ut ſunt Romanorum facetiæ,[5] alius Poſthumio favebat, alius Regilliano, alius Aureolo, alius Æmiliano, alius Saturnino. nam & ipſe jam imperare dicebatur. Inter hæc ingens querela de patre:[6] quem inultum filius relinqueret, & quem externi utcunque vindicaverant. Nec tamen Gallienus ad talia movebatur,[7] obſtupefacto voluptatibus corde: ſed ab iis qui circum eum erant requirebat; [8] *Et quid habemus in prandio? &* [9] *quæ voluptates paratæ ſunt?*

SALMASIUS.

1 *Vexilla centena, & præter ea quæ collegiorum erant.*] Tollit σύνδεσμον vetus edirio, & legit: *vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant.* patet ex hoc loco ſingulis collegiis ſua vexilla fuiſſe, & ſigna, de quibus ſi Deus faverit, plura aliquando dicturi ſumus in alio opere.

4 *Ita ut non minus quam ducenti ſingulis globis.*] *Ita ut non minus quam duceni.* ita vet. ed.

6 *Quem inultum filius relinqueret.*] *Quem inultum filius liquerat.* ita Palatinus, & ſic legendum arbirtor.

GRUTERUS.

2 *Et, præterea quæ collegiorum erant Dracones.*] Abeſt Palatino illud *&*, non male.

6 *Quem inultum filius liquerat.*] Vulgati *relinqueret*. ſed noſtrum iſtud melius, hæretque in Pal.

8 *Ecquid habemus in prandio? ecquæ voluptates, &c.*] Eſt à Pal. prius legebatur; *Ecquid*, item *&* *quæ*.

CASAUBONUS.

3 *Dracones.*] Nam & dracones inter Romanæ miliriæ ſigna. Vegerius & Ammianus libro XVI. ubi ſimillime ut hic dracones ad pompam præferuntur. vide locum.

5 *Alius Poſthumio favebat.*] Accipe ut in illo, *dedit oraria populo ad favendum.* de quo in vita Aureliani.

7 *Obſtupefacto voluptatibus corde.*] Τῆς καρδίας ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἀναισθήτου γενομένης. ſive πωρωθείσης.

9 *Quæ voluptates paratæ ſunt?*] Quod ſpectaculi genus *voluptates* ſæpe dicunt ἁπλῶς ludi.

ſunt? & [1] *qualis cras erit ſcena? quales circenſes?* Sic [2] confecto itinere, celebratiſque hecatombis, ad domum regiam rediit: conviviiſque & epulis depulſis, alios dies voluptatibus publicis deputabat Prætereundum non eſt haud ignobile facetiarum genus. [3] Nam quum rex Perſarum, quaſi captivorum, per pompam (rem ridiculam) duceretur, [4] quidam ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis, diligentiſſime ſcrutantes omnia, atque [5] uniuſcujuſque vultum mira inhiatione mirantes. A quibus quum quæreretur [6] quidnam agerent illa ſolertia, illi reſponderunt, *Patrem principis quærimus.* Quod quum ad Gallienum perveniſſet, non pudore, non mœrore, non pietate commotus eſt, ſcurrraſque juſſit vivos exuri. Quod populus [7] factum triſtius quam quiſquam exiſtimaret, tulit: milites vero ita doluerunt ut non multo poſt vicem redderent. [8] Gallieno & Saturnino coss. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit

totius

SALMASIUS.

1 *Qualis cras erit cœna, quales circenſes.*] Puſillum mendum, & tamen latuit doctiſſimos viros. nam erat ſcribendum: *& quæ voluptates paratæ ſunt? & qualis cras erit ſcena? quales circenſes?* circenſes ludi & ſcenici in Maximi & Balbini ſimul poſiti: *his geſtis celebratiſque ſacris, datis ludis ſcenicis, ludiſque circenſibus.*

2 *Confecto itinere, celebratiſque hecatombis.*] Palatinus: *hecatombiis.* eſſet ἑκατόμβιον, pro ἑκατομβῶν.

5 *Uniuſcujuſque vultum mira inhiatione mirantes.*] *Mirari* vel *mirare* hoc loco ſumitur pro conſiderare & attente contemplari ſpecularique. qua notione etiam hodie Galli uſurpamus. inde *miratorium* pro ſpeculo vocamus.

7 *Factum triſtius, quam quiſquam exiſtimaret, tulit.*] Pal. *quam quiſquam æſtimat tulit.*

CASAUBONUS.

3 *Nam cum rex Perſarum quaſi captivorum per pompam r. r. duceretur.*] Omnino ſcribendum *grex Perſ.* neque enim ita væſanus fuit Gallienus ut fingeret Perſarum regem captivum: certe quidem hoc auctor non dixit, non cogitavit. *gregem Perſarum* appellat, quem paullo ante, *globum. Ibant,* ait, *gentes ſimulatæ, ut Gothi, Sarmatæ, Franci, Perſæ: ita ut non minus quam ducenti ſingulis globis ducerentur.*

4 *Quidam ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis.*] Ita fuit moris in omni pompa, ſive triumphorum, ſive funerum. habes ſimilium facetiarum exemplum in Suetonii Veſpaſiano, cap. XIX.

8 *Gallieno & Saturnino Coſſ.*] Hic ſextus eſt Gallieni conſulatus in Faſtis.

GRUTERUS.

3 *Nam cum Rex Perſarum.*] Nihil certius conjectura Caſauboni, *grex Perſarum.*

6 *Quidnam agerent illa ſolertia, &c.*] Palat. *ageret*; quod alium induxerit ſenſum, ſed minus nervoſum.

1 *Deni-*

totius Orientis imperium, idcirco præcipue quod se
fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declara-
vit: Gallieno aut nullas, aut luxuriosas, aut ineptas &
ridiculas res agente. [1] Denique Odenatus statim bel-
lum Persis in vindictam Valeriani, quam ejus filius
negligebat, indixit. [2] Nisibin & Carras statim occupat,
tradentibus sese Nibenis atque Carrenis, & increpan-
tibus Gallienum. Nec defuit tamen reverentia Ode-
nati circa Gallienum. Nam captos satrapas insultandi
prope gratia & ostentandi sui ad eum misit. Qui quum
Romam deducti essent, vincente Odenato triumpha-
vit Gallienus, nulla mentione patris facta: [3] quem nec
inter deos quidem nisi coactus retulit, quum mortuum
audisset, sed adhuc viventem: nam de illius morte
falso compererat. Odenatus autem ad Ctesiphontem
Parthorum multitudinem obsedit: vastatisque circum
omnibus locis, innumeros homines interemit. Sed
quum Satrapæ omnes ex omnibus regionibus illuc de-
fensionis communis gratia convolassent, [4] fuerunt lon-
ga & varia prælia, longior tamen Romana victoria.
Et quum nihil aliud ageret nisi ut Valerianum Odena-
tus liberaret, instabat quotidie, [5] ac locorum difficul-
tatibus in alieno solo imperator optimus laborabat.
Dum hæc apud Persas geruntur, *Scythæ* in Cappado- 11
ciam pervaserunt: [6] illic captis civitatibus, [7] bello et-
iam

1 *Denique statim bellum.*] Vulgati, *Denique Odenatus statim, &c.* sed nomen illud non erat in Pal. neque requirebat, cum proxime præcessisset.

7 *Bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contul.*] Pal. *vario diu actes ad B.*

CASAUBONUS.

3 *Quem ne inter deos quidem, nisi coactus retulit.*] Consecratum fuisse Vopiscus ostendit, qui in Aureliano divum appellat.

5 *Ac locorum difficultatibus i.*] Melius, *at loc.*

SALMASIUS.

2 *Nisibim & Carras statim occupat.*] *Nitibim* scribit Palatinus, & *Nitibenos* paulo post. quam scripturam supra quoque ex eodem libro observabamus.

4 *Fuerunt longa & varia prælia, longior tamen Romana victoria.*] Parvula distinctione sententiam hujus loci sic elucidamus: *fuerunt longa & varia prælia: longior, tamen Romana, victoria. longa & varia*, hoc est variæ fortunæ prælia fuerunt, longiorque fuit & tardior victoria, tamen tandem Romanorum fuit.

6 *Illis captis civitatibus bello etiam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt.*]

iam vario diu acies ad Bithyniam contulerunt. Quare milites iterum de novo imperatore faciendo cogitaverunt: quos omnes Gallienus more suo, [1] quum placare atque in gratiam suam reducere non posset, occidit. Quum tamen sibi milites dignum principem quærerent, Gallienus [2] apud Athenas ἄρχων erat, id est summus magistratus, vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, [4] & sacris omnibus interesse: [5] quod neque Adrianus

Locus haud dubie corruptus. quæ enim istæ acies aut quod genus istud loquutionis? mendum facile videbam, emendationem non vidissem, nisi eam ostendisset Palatinus, ita legens: *illic captis civitatibus, bello etiam vario diu actos ad Bithyniam contulerunt.* bella sed facilis emendatio: *bello etiam vario diu acto, se ad Bithyniam contulerunt.*

1 *Illic civitatibus captis.*] Zosimus negat eos urbes cepisse, cum aliquammultas obsedissent, ut Cassandriam & Thessalonicam, sed re infecta semper discessisse: μοῖρα δὲ τῶν Σκυθῶν Θεσσαλονίκην καὶ τὴν Ἑλλάδα περιπλεύσασα, τοὺς ταύτῃ τόπους ἐληΐζετο, πόλεσι μὲν ἐπιθέσθαι μὴ δυναμένη, τῷ φθῆναι ταύτας τειχῶν τε καὶ τῆς ἄλλης ἀσφαλείας φροντίδα ποιήσασθαι, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐναπολειφθέντας ἀπάγουσα.

1 *Quum placare atque in gratiam suam reducere non posset.*] *Atque ad gratiam suam reducere non posset.* ita Pal. cum vet. edit.

CASAUBONUS.

2 *Apud Athenas ἄρχων erat, id est summus magistratus.*] Reg. literis Latinis *archon.* & post, *is enim est summus magistr.*

4 *Et sacris omnibus interesse.*] Μυεῖσθαι τὰ Ἐλευσίνια. de quo ad Hadrianum.

GRUTERUS.

3 *Archon erat, id est summus.*] Sic & Pal.

SALMASIUS.

5 *Quod neque Hadrianus in summa felicitate neque Antoninus in adulta fecerat pace.*] Nimis negligenter & incuriose in hujus loci interpretatione versati sunt docti viri. nam si verba illa, *omnibus sacris interesse*, τὰ ἐλευσίνια μυεῖσθαι interpretabimur, quomodo poterit hæc oratio consistere, quæ negat illis sacris Adrianum & Antoninum initiatos esse? atqui contrarium doceri possumus ex Adriani vita, ubi scriptum est eum exemplo Herculis Philippique sacra Eleusinia suscepisse. de Antonino idem notum est ex ejus vita. quid igitur dicemus? an conciliaturam sic instituemus, ut dicamus Adrianum & Antoninum solis Eleusiniis sacris fuisse initiatos, Gallienum vero omnibus sacris interesse voluisse? ne sic quidem res procedet. itaque aliud reperiamus: & nisi fallor jam reperimus. sic enim puto scribendum: *vanitate illa qua & civis adscribi desiderabat, & omnibus sacris interesse. quod neque Hadrianus nisi in summa felicitate, neque Antoninus nisi in adulta fecerat pace, quum tanto studio Græcarum docti fuerint litterarum, ut raro aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum.* Arguit Gallienum quod illas vanitates persequutus sit eo tempore quo totus orbis Romanus undique bellis quatiebatur. & præter bellicas clades terræ motibus gravissimis, & pestilentia etiam laborabat: neque defendi posse exemplo Hadriani & Antonini imperatorum, quorum ille nonnisi in summa felicitate nugas illas affectarit, hic vero nonnisi adulta pace. *Bello Marcomannico*

nus in summa felicitate, neque Antoninus in adulta fecerat pace, [1] quum tanto studio Græcarum docti fuerint literarum, ut raro aliquibus doctissimis magnorum arbitrio cesserint virorum. Areopagitarum præterea cupiebat ingeri numero, [2] contempta prope Reipubl. [3] Fuit enim Gallienus (quod negari non potest) oratione, poëmate, atque omnibus artibus clarus. [4] Hujus est illud epithalamium quod inter centum poëtas præcipuum fuit. [5] Nam quum [6] fratrum suorum filios conjugaret, & omnes poëtæ Græci Latinique epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, [7] quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt,

nico composito, & rebus Orientalibus, ordinatis, Athenis fuit, inquit Spartianus, *& initia Cereris adiit, ut se innocentem probaret, & sacrarium solus ingressus est.* præterea hoc illis etiam fuisse condonandum propter Græcarum litterarum rerumque ingens studium, quo quidem studio its paucis cesserint, ut vix aliqui doctiores earum litterarum illa tempestate sint inventi. videtur sane Gallienus imitatione maxime Hadriani hæc facere instituisse, qui Athenis archon fuisse narratur, apud Neapolim demarchus. videndus Spartianus in ejus vita.

GRUTERUS.

1 *Cum tanto studio Græcarum docti fuerint litterarum.*] Pal. *sint literarum*; ut suspicer, illud *fuerint* & *cum* adscititium. certe si abjiciantur rotundior exierit sententia.

6 *Fratrum suorum filios conjugaret.*] Pal. *filios jungeret*. æque bene.

CASAUBONUS.

2 *Contempta prope R. pub.*] An? *propria Repub.* sed abest *prope* à regio.

3 *Fuit enim Gallienus, q.*] Melius, *Fuit tamen Gal.*

SALMASIUS.

2 *Contempta prope rep.*] Inepta lectio. scribe, *contempta R. Repub.* hoc est, *Romana Rep.* vel *pop. Ro. Republica.* id est populi Romana Republica. maximum enim contemptum præ se ferebat Gallienus qui civis Athenis adscribi affectabat. & in Areopagitarum numero conscribi, quasi hæc essent pluris facienda, quam Romanorum esse imperatorem.

3 *Fuit enim Gallienus.*] *Fuit etiam Gallienus.*

4 *Hujus est illud epithalamium.*] Corruptissime Palatinus, & editio vetus: *hujus est illa epistolamiono.* de qua scriptura nihil aliud docemur, quam scribendum, *hujus est illud Epithalamion.*

5 *Nam quum fratrum suorum filios conjugaret.*] Vet. ed. *jungeret.*

7 *Quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, sæpius dixisse fertur.*] Cur sæpius? an non satis fuit semel pronuntiasse? potuit quidem & plures. nec eo nomine hanc lectionem falsi insimulo: sed quod aliter legatur in omnibus libris. Palatinus quidem expressis litteris habet, *sceptus.* Bonus Accursius qui primus istos auctores in publicum vulgavit, edendum curavit, *septus.* quod multæ deinceps editiones retinuerunt. tandem placuit doctis viris id mutare in *sæpius.* quod nunc omnes editiones occupat. Ego vero redeundum cen-

cunt, [1] sæpius ita dixisse fertur:

[2] Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos; [3] non murmura vestra columbæ,
Bra-

sco ad caput, unde illæ omnes correctiones manarunt. *sceptus* scriptum in optimo Palatino, pro *exceptus.* sic *scanduit* in optimis Ciceronis Epistolarum familiarium exemplaribus scriptum olim notavit eruditissimus Victorius. quod est pro *excanduit.* sic *stirpare* pro *exstirpare* apud Prudentium in vetustissimo libro reperi. ita etiam *sculcatores*, pro *exculcatores*, & infinita ejusmodi. ad quod exemplum etiam hodie pleraque verba facta in idiotismo suo retinent Itali. erit igitur hoc loco sic distinguendum: *nam quum fratrum suorum filios conjungaret, & omnes poëtæ Græci Latinique Epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, quum ille manus sponsorum teneret, ut quidam dicant exceptus, ita dixisse fertur.* exceptus autem, est convivio nuptiali exceptus. ingenium enim Gallieni ex eo vult ostendi Trebellius, quod cum per plurimos dies Græci Latinique poëtæ certatim magno labore magnoque conatu epithalamia componerent, ipse Gallienus sponsorum manus tenens, vel ut alii dicunt, convivio exceptus, vel quum exciperetur, ita ex tempore dixisse fertur. quod ejus Epithalamium non plus tribus versibus textum, & ex tempore pronuntiatum inter centum alia Epithalamia operose laborioseque composita præcipuum fuit, & palmam obtinuit. ut *sceptus* autem pro *exceptus*, sic *sceptoria* pro *exceptoria.* Isidorus: *exceptoriæ, cisternæ.* idem alio loco: *sceptoriæ, cisternæ.* sic *spansum velum* pro *expansum* infra notabimus. inde est etiam quod *samitum* dixere, qui dici debebat *examitus.* Græcis ἑξάμιτος.

GRUTERUS.

1 *Sæpius ita dixisse fertur.*] Est à mss. aliorum, quibus accedit etiam Palatinus: nam ubi visitur, *sceptus.* vulgari *scepius.*

CASAUBONUS.

1 *Sæpius ita dixisse fertur.*] Erat scriptum *sceptus*: nullo sensu: membranæ *sæpius.* recte. & ita olim ex conjectura Lectius meus emendabat διςίχως.

2 *Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis Omnibus inter vos.*] Arctam conjunctionem atque adeo ipsum συνουσιασμὸν voce *sudate* significat. Zeno Veronensis, De pudicitia, loquens de adulteris: *qui turpibus jam non contenti latibulis, aliquotiens, proh nefas, sub ipsis obtutibus matronarum vesana congressione desudant.*

SALMASIUS.

2 *Ite ait ô pueri.*] Allocutiones sponsales dicebantur hujuscemodi epithalamia quibus sponsos ipsos alloquebatur auctor. tale est hoc loco istud Gallieni, & quod in vetustissimo codice epigrammatum nondum editorum nuper reperi, Abiti cujusdam sub titulo sponsalis adloquutionis, ad hunc modum:

ABITI ALLOCVTIO SPONSALIS.

Linea constricto de pectore vincula solve,
Et domino te crede tuo: nec candida lædas
In quibus ora vide, vel ne contacta repugnes.
Est in nocte timor, non est in nocte periclum.
Nec volo contendas: vinces cum viceris ille.

sed sponsam tantum alloquitur hic Avitus, Gallienus sponsum & sponsam.

CASAUBONUS.

3 *Non murmura vestra columbæ, Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.*] B. Ambrosius Institutione virginis: *Non pineæ velamen ejus, non vincant cupressi: pudicitiam ejus non turtures, simplicitatem ejus non vincant columbæ.* Non dubito virum sanctum & facundum imitatum esse hunc Gallieni locum,

Brachia non hederæ, [1] non vincant oscula conchæ.

[2] Longum est ejus versus orationesque connectere, quibus suo tempore tam inter poëtas quam inter rhetores emicuit. Sed aliud in imperatore quæritur, aliud in oratore vel poëta flagitatur. Laudatur sane ejus 12
optimum factum. [3] Nam consulto Valeriani fratris sui & Lucilli propinqui, ubi comperit ab Odenato Persas vastatos, redactam Nisibin & Carras in potestatem Rom. omnem Mesopotamiam nostram, denique Ctesiphontem esse perventum, fugisse regem, captos satrapas, plurimos Persarum occisos: Odenatum, participato imperio Augustum vocavit, ejusq; monetam qua Persas captos traheret, cudi jussit: quod & senatus & urbs, & omnis ætas gratanter accepit. Fuit præterea idem ingeniosissimus, [4] cujus ostendentia acumen pauca libet ponere. Nam quum taurum ingentem in arenam missis-

jocum, & à sensu minus honesto ad honestum ac pium traduxisse. nam in magna fama apud eruditos fuisse id carmen declarat abunde Pollio; qui seriæ historiæ hos versus inserat.

1 *Non vincant oscula conchæ.*] Aristophanes Vespis, *ὥσπερ λεπὰς προσεχόμενος τῷ κίονι.* lopades saxis adhærent: conchæ dithyri ipsæ sibi. unde proverbium, *κόγχην διελεῖν.*

3 *Nam consulto Valeriani fratris sui & L.*] Scrib. *consilio.*

SALMASIUS.

2 *Longum est ejus versus orationesque connectere.*] *Connectere*, id est perscribere, referre. Capitolinus: *quare tres Gordianos hoc libro connexui, consulens & meo labori & lectioni tuæ.* Vopiscus in Floriano: *longum est omnes epistolas connectere, quas vidi, quas legi.* perscribere dixit Trebellius in Claudio: *longum est tam multa quam meruit vir ille perscribere.*

3 *Nam consulto Valeriani fratris sui & Lucilli propinqui.*] Optimus liber cum prima editione: *consulta Valeriani fratris sui. consulta* pro *consultione.* ut *missa* pro *missione. remissa peccatorum* Cypriano, est remissio. *instituta* pro institutione Ammiano Marcellino. *ulta* pro ultione Ovidio, ut supra notavimus. *consulta* autem & *consultio*, est *συμβουλία* vel *γνώμη*. Glossæ: *consulit & consultat, συμβουλεύει.* sic *declamata* pro declamatione.

4 *Cujus ostendentia acumen pauca libet ponere.*] Iidem libri: *cujus ostendentia cum his scilicet pauca libet ponere.* forte scribendum, *cujus ostendentia acuminis, scilicet, pauca libet ponere. ostendentia acuminis*, ut *fugitans litium*, & *retinens antiquæ libertatis*, Ciceroni pro Plancio. sed magis etiam probem deleri illud, *scilicet: cujus ostendentia acuminis pauca libet ponere.*

GRUTERUS.

3 *Nam consulto Valeriani, &c.*] Pal. *consulta.*

4 *Cujus ostendentia acumen pauca libet ponere.*] Pal. *cujus ostendentia cum in his scilicet pauca lib.*

misisset, [1]exissetque [2]ad eum feriendum venator, neque

CASAUBONUS.

1 *Exissetque ad eum feriendum venator.*] Scripti, *vector.* sed rectum est *venator.* nisi malis *confector.* nam *conficere* & *confector* propria in hac re sunt vocabula.

GRUTERUS.

2 *Ad eum feriendum venator.*] Palat. *vector.*

SALMASIUS.

1 *Exissetque ad eum feriendum venator.*] Scripti libri quibus usus est Casaubonus, item illi quibus sum usus, *vector* heic magna constantia legunt. nec temere esse puto quod ita sine varietate in libris illa lectio servata est. *vector* igitur hoc loco idem significare debet, quod *venator.* & res ita se habet. *vectari* est bene valere & valentem esse. hinc *vector* homo valens, & robustus: & *vectio* pro robore & vigore. in lexico Latinoarabico: *vigore, vectione.* hoc enim ex eo citat Scaliger ad Manilium. & hujus locutionis hæc ratio est, quod qui sese vehere pedibus suis & ferre potest, is intelligitur bene valere: ut contra mala esse valetudine qui sese ferre non potest. Ovidius:

— *me mihi ferre grave est.*

cum de se, ut ægroto & male sano loqueretur. Ælianus de Diogene ægrotante & moribundo: Διογένης ὁ Σινωπεὺς ὅτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ, ἑαυτὸν φέρων μόλις, ἔρριψε κατά τινος γεφυρίου πρὸς γυμνασίῳ ὄντος. ut autem valentem Latini & eum qui bona valetudine est, & eum quoque, qui magnis præditus est viribus appellant: sic Græci ὑγιεινὸν robustum hominem vocant. Stephanus in Μύκονος: Μύκονος ἡ νῆσος ἀφ' ἧς μυθεύεται. κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑγιεινοτάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας. ibi τῶν γιγάντων ὑγιεινότατοι, sunt gigantum fortissimi & robustissimi. sed dices, quid hoc ad venatorem, si ὑγιεινὸς valentem & robustum significat, & vector pro robusto itidem sumitur & bene valente? expecta, jam illic ero. sicut enim παραβόλου nomen, quod audacem signat, & late sane patet de omnibus, in quibus audacia potest consistere; Græci tamen illi hominum generi proprie attribuerunt, qui ad bestias depugnandas & conficiendas operam locarent. παραβόλους enim & parabolanos nemo dictos fuisse ignorat, quos aliter *confectores* appellarunt Latini, atque etiam *audaces*, ut à viris doctis pridem est observatum. iidem igitur Latini *vectorem* videntur appellasse proprie venatorem, quod opus sit viribus maximis ad hoc opus. unde Dio, ut probaret Antoninum Philosophum prospera olim usum fuisse valetudine, scribit eum ex equo aliquando feras confecisse. cujus hæc sunt verba, ἔκ τε γὰρ τῆς πολλῆς ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστατον τὸ σῶμα εἶχε· καίτοι τοσαύτῃ εὐεξίᾳ ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σῦς ἀγρίους ἐν θήρᾳ καταβάλλειν ἀπὸ ἵππου. *vector* est εὐεκτής. adeo εὐεκτὴν fuisse in juventute Marcum, ut ex equo posset feras confodere, & egregius esset venator. quod non minimum erat virium argumentum. sed nihil agimus, nisi ejus vocis quam nunc primum cœlo Latino restituimus, assertorem alium quendam testemve producamus. is erit Aurelius Victor de viris illustribus, aut si quis alius est ejus libelli auctor is in Viriatho Lusitano ita scribit: *Viriathus genere Lusitanus ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate vector, audacia latro, ad postremum dux, bellum adversus Romanos sumpsit.* libri omnes antiqui *vector* ibi scriptum habent. quod cum minime intelligerent homines imperiti, *victor* pro eo legerunt, idque alii postea mutarunt in *venator.* *vectorem* quoque de venatore dixit elegans poëta Manilius libro quarto.

Ille

[1] neque perductum decies potuisset occidere, coronam venatori misit, mussantibusque cunctis quid rei esset quod

Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum
Apparat, & pecorum spolio vivitque rapinis.
Hoc habet, hoc studium postes ornare superbos
Pellibus, & captas domibus præfigere prædas,
Et pacare metu sylvas, & vivere vector.

Ita enim hunc postremum versum legimus ex veteri scriptura quæ habet, *vivere victor*: nam *vivere rapto*, quod editum est, ferri non potest, cum jam proxime dixerit, *vivitque rapinis*. *vectionem* pro vigore & robore dicebant, & *vectorem* de robusto & bene valente, & qui magnarum esset virium. hinc *vectare se*, pro bene valere apud Tertullianum de Pudicitia, cujus locum jam ita olim emendaveramus quomodo postea emendatum comperi ab illustri viro Josepho Scaligero in notis ad Manilium: *à quibus observando recte agetis. vectate vos. vectate vos.* ἔῤῥωσθε. hinc *vector* qui bene valet, & qui se vectat. quo nomine validum & robustum etiam appellarunt, ut Græci ὑγιεινόν. inde *vector vivere* dicitur venator Manilio, qui valens & robustus vivit. nam venandi exercitium & robur & bonam valetudinem conciliat. non tamen mihi displiceat apud Manilium *vivere victor*, ut præferunt libri. quod alibi pluribus adstruam. at *vector* hoc loco plane venator est. fuit cum legerem: *extitisetque ad eum feriendum auctor*. *auctores* enim dicebantur qui operam suam locabant & se auctorabant, ut cum bestiis pugnarent. Firmicus: *faciet auctores, audaces, periculosos*. idem alibi: *faciet enim laboriosos, homicidas, sceleratos, reos facinorum, auctores vel tortores*. ubi male vir magnus *auctores* eo sensu accipit, quo Græci veteres τὸν αὐθέντην sumebant pro homicida vel percussore. *auctor* Latinis est qui aliquid vendit, & *auctio*, venditio. hinc *secundus auctor* Latinis, qui sponsor est pro venditore evictionis nomine. Glossæ veteres βεβαιωτὴν interpretantur, quasi confirmatorem venditionis. venditor igitur primus erat auctor. aliæ Glossæ *secundum auctorem* vocant, qui Græcis προπράτωρ. προπράτωρ, *secundus auctor*. male hodie legitur προπάτωρ. προπράτας & προπώλας eos etiam Græci nuncupant & interpretantur τοὺς τοῖς πιπράσκουσί τι προξενοῦντας, qui venditoribus emptores conciliant, & inter emptorem & venditorem quasi pararii sunt: venditori tamen magis favent: & ejus gratia emptores adducunt. sic videntur non iidem omnino esse cum iis quos Lat. vocant secundos auctores. nam προπράται ex vi nominis quasi primi sunt auctores. sed hæc alibi subtilius. auctores Firmico dicti qui se vendunt & auctorant ad ludum. nemo enim poterat libertatem amittere nisi ipse auctor esset factus. vide Ciceronem in oratione pro domo sua ad Pontifices. atque inde auctorare se dicebant, qui auctores ipsi fiebant, ut emerentur, & sponte sua in ludum se mittebant. hi igitur & auctores & auctorati dicti. Glossæ: *auctoratus*, αὐθαίρετος εἰς λοῦδον ἑαυτὸν βάλλων. μονόμαχος. idcirco auctores, & audaces jungit Firmicus. qui dicerentur audaces supra docuimus. sed *vector* heic non *auctor* legimus, consentiente omnium librorum auctoritate.

CASAUBONUS.

1 *Neque perductum decies.*] Melius. *productum*. tamen ita veteres.

GRUTERUS.

1 *Neque perductum decies, &c.*] Sic quoque Pal.

quod homo ineptiſſimus coronaretur, ille per curionem dici juſſit, [1] *Taurum toties non ferire difficile eſt.* Idem [2] quum quidam [3] gemmas vitreas pro veris vendidiſſet

CASAUBONUS.

1 *Taurum toties non ferire difficile eſt.*] Alluſum videtur ad proverbium cujus meminit Ariſtoteles in libello de divinatione per inſomnium:

Ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον
(vel ἄλλον ἂν) βάλῃς.

SALMASIUS.

1 *Taurum toties non ferire difficile eſt.*] Jaculis igitur vel ſagittis feriendum habebat illum taurum venator iſte. at alio modo olim taurorum venatio in circo peragebatur: nam equites Theſſali juxta tauros per ſpatia circi adequitabant, uſque eo donec defatigaſſent, atque ita eos conficiebant cornibus ad terram detractos. Suetonius in Claudio: *præterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt.* Dio in Nerone: ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀπὸ ἵππων συμπαραθέοντές σφισι, κατέστρεφον. Plinius lib. VIII. cap XLV. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar dictator.* verba hæc Plinii abſque dubio mendoſa ſunt. nam quid eſt, rogo te, *cornu intorta cervice tauros necare*? nos ſcimus moris fuiſſe Theſſalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, injecto in cornua vinculo, eos cernuare, & humi procumbere magna vi cogerent. legendum igitur apud Plinium: *cornu intorto reſtibus*, vel, *retibus.* πλέγμα & ἅμμα dixit in eadem re Philippus, qui hanc taurorum venationem Theſſalis familiarem ita deſcribit hoc epigrammate nondum edito:

Θεσσαλίης εὔιππος ὁ Ταυρελάτης
χορὸς ἀνδρῶν
Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος
Δενδροτυπεῖ πώλους ζεύξας σκιρτήματα ταύρων,
Ἀμφιπαλεῖν σπεύδων πλέγμα μετωπίδιον.
Ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἅμα κ' ἄστρεπτον ἅμμα
Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισε βίαν.

Artemidorus quoque oſtendit in Theſſalia qui generoſiſſimi eſſent, & nobiliſſimi, taurorum venationi operam dediſſe. ταύροις, inquit, κατὰ σφαιρίζειν ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων ἀγωνίζονται. καὶ ἐν Ἀττικῇ παρὰ ταῖς θεαῖς ἐν Ἐλευσῖνι κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, καὶ ἐν Λαρίσσῃ πόλει τῆς Θετταλίας τῶν ἐνοικούντων οἱ εὐγενέστατοι. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ οἰκουμένῃ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐπὶ θανάτῳ κατακριθεῖσι συμβαίνει. verſus eſt in illis Artemidori verbis,

Κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

qui ſumptus videtur ex aliquo poëta, qui morem illum narrabat.

2 *Quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet.*] Vitioſe, ut videtur, Palatinus, converſo ordine ita legit: *quum quidam gemmas veras pro vitreis vendidiſſet.* vitreæ gemmæ heic opponuntur veris. vitrea gemma, & vitreum idem. quidquid autem ex vitro erat, vitreum vocabant, & gemmam vitream. & fallitur hoc loco vir doctiſſimus, qui *gemmam vitream* non aliud appellari poſſe cenſet, quam quod ad gemmarum ſimilitudinem fuerit elaboratum. ecce calculi vitrei in latronum luſu dicti ſunt & gemmei Martiali:

Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.

ſed & gemmam alibi vocat.

Pedis, diſſimulo gemma vis ludere, vincor.

gem-

didisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, [1] surripi quasi ad leonem venditorem jussit. Dein-

gemma ludere, est gemmeis lattonibus, hoc est vitreis ludere. idem pocula vitrea, gemmam appellat:

Nos sumus audacis plebeia toreumata vitri,

Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

vitreum igitur est gemma vitrea, vel quidvis ex vitro. apud Tertullianum, *vitreum*, & *verum margaritum* opponuntur. in veteri Glossario, capite de gemmis: *lapilli*, λιθάρια. *inaures*, ἐνώτια. *gemma*, σφραγίς. *vitreum*, ὑάλινον. *carbunculus*, ἀνθράκιον. aliæ Glossæ: ὕαλος, *vitrum*, *vitreum*.

3 *Gemmas vitreas pro veris vendidisset.*] Veræ gemmæ sunt, ut veræ smaragdi, veri adamantes, veræ iaspides. quæ omnia solent à peritis ex vitro simulari, & sic vitreæ gemmæ pro veris obtrudi. *veras iaspides* dixit Martialis:

Et pretium veris fecit iaspidibus.

idem *veras smaragdos* alibi dixit, & *vera Gentiana*:

Nec desunt tibi vera Gentiana.

perperam hodie *Glaniana* scriptum est in multis editionibus. at optime optimus Grutterus *Gentiana* ex veteribus libris asseruit. nemo tamen hodie quæ illa sint *Gentiana*, intelligit. optimus Pithœus *vera Glaniana* esse volebat. *Gentiana pocula* sunt, quæ in castris Gentianis fiebant. *castra* autem *Gentiana*, in septima regione ponuntur à P. Victore. *Vicus* vero *Gentianus* dicitur Sexto Rufo. quæ igitur in illo vico Gentiano fiebant, *Gentiana* dicta. de quibus plura ad Martialem. hæc enim heic præter rem à nobis posita sint.

CASAUBONUS.

3 *Gemmas vitreas pro veris vendidisset.*] Vetus fraus gemmas imitari, mendacio vitri, ut in XXXVII. loquitur Plinius. ideo Tertullianus vitreum & verum margaritum inter se opponit, capite quarto libri Ad martyras: *Tanti*, ait, *vitreum: quanti verum margaritum? quis non libentissime tantum pro vero habeat erogare, quantum alii pro falso?* sic etiam accipiendum illud Hieronymi epist. ad Demetriadem, *Tanti, ut dicitur, vitrum, quantum margaritum?* quod & alibi repetit. per vitrum enim gemmas vitreas intelligit: quare non assentior summis viris, qui aliter interpretantur, & locum Tertulliani censent emendandum. Atqui non de quovis vitro proverbium exponi debet, sed de eo quod ad gemmarum similitudinem fuerit elaboratum. Alchymistæ hodierni frustrationes ματαιοτεχνίας suæ eo compendio sæpe solantur. quod satis antiquum est inventum: nam apud Anastasium Sinaitam qui ante annos circiter sexcentos vivebat, inveni factam mentionem artificum qui per chymiam gemmas conficerent. in libro enim Ἀναγωγῶν, postquam docuit ænigma esse, quod narrat Moses initio Geneseos, de auro & pretiosis lapillis: οὐ γὰρ δὴ, inquit, χρυσοχόους ἡμᾶς καὶ λιθουργοὺς καὶ χειμευτὰς, χρυσοκολλήτων λίθων ἀπεργαστὰς ἡ γραφὴ βουλομένη καὶ παιδεύουσα ταῦτα φησίν. hæc ille. χειμευτὰς scribunt passim Græci, non χυμευτὰς, & χειμεία, non χυμεία. Ex Anastasio de vitis Pontificum discimus & vitreas gemmas in aliquo pretio fuisse.

GRUTERUS.

1 *Surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde è cavea caponem emitti.*] Sic Pal. minus recte vulgati, *emittit*. illud *surripi* ferri heic potest, si admittamus subito deprehensum & productum, tanquam cui pugnandum cum leone. interim nihil ingeniosius illo *surrigi*, amicissimi nostri Casauboni.

CASAUBONUS.

1 *Surripi quasi ad leonem jussit.*] Scribo, *surrigi*. nam ad stipitem deligabantur

[1] Deinde è cavea caponem emittit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit, *Imposturam fecit & passus est.* deinde negotiatorem dimisit. Occupato tamen Odenato bello Persico, & Gallieno [2] rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente, Scythæ navibus factis Heracleam pervenerunt, atque inde cum præda in solum proprium reverterunt, [3] quamvis [4] multi naufragio perierunt, navali bello superati.
13 Per idem tempus Odenatus [5] insidiis consobrini sui interemptus est cum filio Herode, quem & ipsum imperatorem appellaverat. Tum Zenobia uxor ejus, quod parvu-

tur bestiarii cum leonibus & aliis feris objiciebantur, ut scribit Tertullianus libro De pudicitia, capite ultimo. Latinis dicitur hoc *surrigere.*

SALMASIUS.

1 *Deinde è cavea caponem emittit.*] Non emisit caponem Gallienus, sed emitti jussit. sed & eo sensu legendum esset *emisit*, non *emittit*. lego ac distinguo: *surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde è cavea caponem emitti, mirantibusque cunctis, &c.*

2 *Rebus ineptissimis ut solebat, incumbente.*] *Incubante.*

3 *Quamvis multi naufragio perierunt, navali bello superati.*] Non possum concoquere genus istud loquendi, ut naufragio periisse dicantur, qui navali prælio superati sunt. scio sane in hujusmodi navalibus pugnis solere hostium naves demergi: sed quis naufragium id appellarit, adhuc requiro, nisi si quis poëtice, atque improprie sit loquutus. poëtæ enim, quibus licet esse quantumvis disertis, ὀχημάτων ναυάγια etiam vocare consueſunt. fuit igitur cum legerem; *quamvis multi naufragio perierunt, bello navali alii superati sunt.* idque postea confirmari vidi optimi Palatini scriptura, quæ habet, *quamvis multi naufragio perierint, bello navali superati sint.* quod ἀσυνδέτως dictum potest videri: aut repeti debet vox *multi. quamvis multi naufragio perierint, multi bello navali superati sint.* ut ut sit, naufragium heic omnino à navali bello separandum est. nam utroque modo extincta est pars magna Scytharum. naufragio certe eos maximam cladem accepisse testis Zosimus: ἐπεὶ δὲ τὰ στενὰ τῆς Προποντίδος κατέλαβον, τότε δὴ τῶν νεῶν τὸ πλῆθος ἀντέχειν τὴν τοῦ ῥοῦ ταχύτητα μὴ δυναμένων, ἀλλήλοις τὰ πλοῖα προσηράσσετο, καὶ ἐφέρετο τὰ σκάφη οὐδενὶ νόμῳ τῶν κυβερνητῶν, μεθέντων τοὺς οἴακας. ὥστε τὰς μὲν καταδῦναι, τὰς δὲ αὐτάνδρους, τινὰς δὲ καὶ ἀνδρῶν ἐρήμους ὀκεῖλαι, πλήθους πολλοῦ, καὶ ἀνθρώπων καὶ πλοίων ἀπολλυμένων.

GRUTERUS.

2 *Rebus ineptissimis, ut solebat, incumbente.*] Melius forte Pal. *incubante.*

CASAUBONUS.

4 *Multi naufragio perierunt n.*] Naufragium appellat demersas naves hostili manu. ita exponendum: quia addit, *navali bello superati.* de hac naumachia mox plura auctor.

5 *Insidiis consobrini sui.*] Mæonii, ut dicitur sequente libro.

1 *Heren-*

parvuli essent filii ejus qui supererant, [1] Herennius & Timolaus, ipsa suscepit imperium, diuque rexit non muliebriter, neque more fœminineo: [2] sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset, verumetiam multis imperatoribus fortius atque solertius. Gallieno sane ubi nuntiatum Odenatum interemptum, bellum Persis ad seram nimis vindictam patris paravit, collectisque per Heraclianum ducem militibus solertis principis rem gerebat. Qui tamen Heraclianus quum contra Persas professus esset, à Palmyrenis victus omnes quos paraverat milites perdidit, Zenobia Palmyrenis & orientalibus plerisque viriliter imperante. Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Rom. fecerunt. Quibus compertis, Gallienus [3] Cleodamum [4] & Athenæum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque præfecit. [5] Pugnatum est circa Pontum, & à Byzantiis ducibus victi sunt barbari. Veneriano item duce, [6] navali bello Gotthi superati sunt, tum ipse Vene-

SALMASIUS.

1 *Herennius & Timolaus.*] Scribe: *Herennianus & Timolaus.* ita enim habet Palatin. & infra sic scribitur in libello triginta Tyrannorum. corrupte tamen heic in Pal. legitur, *Therennianus.*

2 *Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset.*] Forte: *sed non solum Gallieno hæc virago melius imperare potuisset, verumetiam multis imperatoribus fortibus atque sollertibus.* & nisi fallor, sola vera est hæc lectio. Zenobiam ea virtute præditam prædicat fuisse, ut non solum Gallieno molli & inerte & ignavo principe melius imperare potuerit, sed etiam multis fortibus & solertibus principibus. *virgo* pro *virago* scriptum exhibebat Pal. male.

3 *Cleodamum & Athenæum.*] *Cleodamum & Atheneum.* Pal. perperam.

6 *Navalli bello Gotthi superati sunt, tum ipse Venerianus.*] Scribendum: *Veneriano item duce, navali bello Gotthi superati sunt, cum ipse Venerianus militari periit morte.*

GRUTERUS.

1 *Herennius & Timolaus.*] Pal. *Therennianus, &c.*

2 *Sed non solum Gallieno virago melius.*] Pal. *Gallieno quoque virgo.*

5 *Pugnatumque est circa Pont.*] Enclitica *que* adsita est volente Pal.

CASAUBONUS.

2 *Sed non solum Gallieno virago melius imperare potuisset, &c.*] Deest *ut* vocula. nam postulat scribi sententia: *sed ut non s.* jam vero, *imperare potuisset.* non aliud quam imperaret. ita plana erit sententia.

4 *Et Athenæum.*] Videtur ille esse, cujus hodieque in multis bibliothecis, libellus extat De machinis bellicis.

1 *Unde*

Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum & Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt, & ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt. [1] Unde pulsi [2] per Epirum, Acarnaniam, [3] Boëtiam, pervagati sunt. Gallienus interea vix excitatus publicis malis, [4] Gotthis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuito plurimos interemit. Quo comperto, [5] Scythæ facta carragine per montem Gessa-

SALMASIUS.

1 *Unde pulsi per Epirum, Acarnaniam, Boëtiam pervagati sunt.*] Monstrum lectionis habetur in veteribus libris. Palatinus enim, *Achenoniam* habet, pro *Acarnaniam*: libri Casauboni, *Athenoniam.* ipse *Athamaniam* emendabat. ego vero emendandum puto: *unde pulsi per Epirum, Machedoniam, Bœotiam. Machedonia* pro *Macedonia.* ultima enim littera vocis *Epirum* concurrens cum prima sequentis vocis *Macedoniam*, fecit, ut hæc absorberetur, illa vero vicem duarum præstaret: quod non raro fieri in veteribus libris satis sciunt, qui eos aliquando pervolutarunt. Macedoniam autem Scythas esse pervagatos testatur Zosimus, qui eos eo fugisse scribit facta carragine quotquot reliqui sunt facti ex pugna adversus Romanos commissa apud Naissum. etsi enim non illi plane convenit cum Trebellio in tota illa Scythici belli narratione, de Macedonia tamen pariter utrique convenit.

3 *Boëtiam.*] In libri veteres fere semper scriptum exhibent, & *Boetiam* vocant, quæ est *Beotia.* multos vidi versavique libros manu exaratos: nusquam aliter hujus provinciæ nomen in illis inveni scriptum. de cujus scripturæ ratione dicam ad Solinum plura.

4 *Gotthis vagantibus per Illyricum.*] Apud Mœsos pugnatum fuisse cum Scythis narrat infra Trebellius in Clodio: Zosimus apud Naissum urbem. sed adeo varia hæc Scytharum historia, ut in ea narranda parum sibi consentiant scriptores.

GRUTERUS.

1 *Unde pulsi per Epirum, Acarnaniam Bœotiam pervagati sunt,*] Palat. *Achenoniam.* sed nihil certius quam rescribendum *Athamaniam, Bœotiam.*

CASAUBONUS.

2 *Per Epirum, Acarnaniam, Boëtiam pervagati sunt.*] *Boëtia* quidem nihil, sed *Bœotia* regio notissima. tamen aliter membranæ regiæ: *per Epirum, Athenoniam, Mœsiam.* scribo, *Athamaniam.*

5 *Scythæ facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati.*] Quid sit *carrago* & καρραγὸς apud Tacticorum scriptores Græcos viri docti exposuerunt. Procopius *facere carraginem* libro quarto dixit, τὰς ἁμάξας μετωπηδὸν στῆσαι. frontes carrorum hosti objicere: & qua fine carrago fieret, his verbis explicat: ὅπως τὰ νῶτα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἔχοντες θωρηχθέντες μᾶλλον. quod plane convenit isti loco. Nam Scythæ fugam meditantes carraginem prius faciunt, ut Romani persequi fugientes non queant. Sic apud Zosimum, Scythæ προβαλλόμενοι τὰς ἁμάξας, ὡς ἐπὶ Μακεδονίαν ἐχώρουν. Alius carraginis usus, cum in orbicularam figuram collocatis sarracis exercitus undique cingebantur. Lege Ammianum libro XXXI.

6 Omnes

Gessacem fugere sunt conati. [1] Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit: quæ omnes Scythas ad rebellionem excitarunt. Et hæc qui- 14
dem Heracliani ducis erga Rempublicam devotio fuit. Verum quum Gallieni tantam improbitatem ferre

1 *Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit.*] Scripsi, *Macrianus.* ut is nempe sit de quo tam multa supra, & in libro sequente. Zosimus favet vulgatæ lectioni: τὴν στρατηγίαν τοῦ πρὸς Σκύθας πολέμου Μαρκιανοῦ παραδοὺς ἀνδρὶ τὰ πολέμια σφόδρα ἐξησκημένῳ. & recte Zosimus: nam alius profecto Macrianus, alius Martianus: quos qui confundunt, (nec vidi adhuc qui distinguerent,) in magno errore versantur. Macrianus cum Valeriano bella in Oriente gerens, eo capto rem gessit feliciter cum Persis: eoque successu inflatus, purpuram induit: ac mox Italiam infesto petens exercitu, victus ab Aureolo, in medio conatu extinctus est. Martianus Gallieni auspiciis cum Barbaris pugnat diu: ac tandem cum Gallieno militaret, de occidendo imperatore suo cum Heracliano altero duce consilium init; initum exequitur. In primis notanda sunt illa verba quæ sequuntur, *consilium inierunt Martianus & Heraclianus, ut alter eorum imperium caperet.* & cum istis comparanda de Macriano è libro sequenti: *Factus est Macrianus cum Macriano & Quieto duobus filiis, cunctis militibus volentibus imperator. Ac statim contra Gallienum venire cœpit, utcunque rebus in Oriente derelictis.* hæ duæ ῥήσεις non magis dici de eodem homine possunt, quam agnis & lupis potest convenire. Quare *Martianus* hic scribendum, & item aliis aliquot locis, quos indicamus.

SALMASIUS.

1 *Omnes inde Scythas Martianus varia bellorum fortuna agitavit, quæ omnes Scythas ad bellum excitarunt.*] Non tantum vitio contaminatus hic locus, sed etiam mancus videtur: quem adscribam, ut in libro Palatino reperi scriptum: *omnes inde Scythas Marcianus varia bellorum fortuna, quæ omnes Scythas ad bellum excitarunt.* paret igitur illud *agitavit*, ab iis insertum esse, qui sententiam explere tentabant: sed major labes huic loco insedit, quam ut sine meliorum codicum ope sanari possit. ex Clodii vita facile colligi potest quis fuerit hujus loci sensus. nam ibi scribit Trebellius Gotthos à Marciano variis præliis contusos, & multis in partibus fugatos, cum fugere vellent, & in patriam redire, à Claudio non esse emissos. atque eosdem postea omnes Scytharum gentes ad bellum Romanis inferendum excitasse. Trebellius: *nam, ut superius diximus, illi Gotthi qui evaserant eo tempore quo illos Marcianus est persequutus, quosque Clodius emitti non siverat, ne quid fieret, quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverant prædas.* quod vero ibi narrat Trebellius, sese superius dixisse de Gotthis illis qui evaserant, quique ne fugerent à Clodio prohibiti, omnes Scythas adversus Romanos excitaverunt. hoc loco nempe in dixerat. sed ut nunc est, vix dimidia sui parte integrum relictum esse apparet. atque etiam id satis probat, quod sequitur, *& hæc quidem Heracliani ducis erga remp. devotio fuit.* quæ verba quo referri possint, non habes. multa igitur hoc loco deperiisse constat.

GRUTERUS.

1 *Omnes inde Scythas Martianus varia, &c.*] Sic & Pal. nisi quod is semper littera molliore, *Marcianus*, quomodo & Græci.

1 Ut

ferre non possent, consilium inierunt Martianus & Heraclianus, [1] ut alter eorum imperium caperet: & Claudius quidem (ut suo dicemus loco) vir omnium optimus, electus est, qui consilio non adfuerat, [2] essetque apud cunctos in reverentia, [3] ut dignus videretur imperio, quemadmodum postea comprobatum est. Is enim est CLAUDIUS à quo [4] Constantinus vigilantissimus Cæsar originem ducit. [5] Fuit ejusdem socius in appetendo imperio [6] quidam Ceronius sive Cecropius, dux

CASAUBONUS.

1 *Ut alter eorum imperium caperet.*] Post ista deest aliquid: & Zosimus narrat aliter, qui Claudium facit consilii participem. Trebellius vero neque hic neque in libro de Claudio, quomodo ipsi delatum fuerit imperium satis explicat. Sed non dubitamus ejus historiam imperfectam & corruptam ad nos pervenisse.

4 *Constantinus vigilantissimus Cæsar.*] Jam diximus esse legendum, *Constantius.*

SALMASIUS.

2 *Essetque apud cunctos in reverentia.*] Optimus liber: *ea quæ apud cunctos reverentia.* periodum hanc totam sic debes scribere: *& Claudius quidem, ut suo dicemus loco, vir omnium optimus, electus est qui consilio non adfuerat, eaque apud cunctos reverentia, ut dignus videretur imperio.* planior tamen sententia foret, si scripsisset: *& Claudius quidem, qui consilio non adfuerat, electus est, vir omnium optimus, eaque apud cunctos reverentia, ut dignus videretur imperio.*

3 *Ut dignus videretur imperio.*] Addunt vocem Pal. & vet. ed. *ut juste dignus videretur imperio.*

5 *Fuit ejusdem socius in appetendo imperio.*] Omnino legendum: *fuit iisdem socius in appetendo imperio quidam Ceronius sive Cecropius. iisdem*, hoc est Marciano, & Heracliano & Clodio. nam Marcianus & Heraclianus consilio inter se inito, Claudium qui non aderat, elegerunt imperatorem, quibus se socium dedit hic Cecropius qui & Gallienum interemit. sequitur enim, *qui eos urbanissime & prudentissime adjuvit*, id est, *Marcianum, Heraclianum & Clodium.* & sane vetus editio quoque, *iisdem* agnoscit.

GRUTERUS.

2 *Eaque apud cunctos reverentia, &c.*] Exhibui quod erat in Pal. nam vulgati male, *essetque apud cunctos in reverentia.*

4 *Constantinus vigilantissimus Cæsar.*] Pal. *vigilissimus*, quæ forma forsan non dedeceat illud ævum. ceterum *Constantini* legendum videri, liquet ex loco superius posito.

5 *Fuit ejusdem socius, &c.*] Cum sequatur statim, *qui eos & urbanissime, &c.* videtur legendum: *Fuit eisdem socius*, ut referatur magis ad Marcianum & Heraclianum. & vero exstat in Pal. *isdem*, quod est idem cum *iisdem.*

CASAUBONUS.

6 *Quidam Ceronius, sive Cecropius, dux Dalmatarum.*] Scripti quidam, *Ceionius.* quasi ex illa esset nobilissima Ceioniorum stirpe, unde ortus Verus Cæsar. apud Zosimum Cecrops Maurus nominatur inter illos qui Gallieno imperante res novas sunt moliri: at dux iste Dalmatarum is est, de quo in eadem cum hac narratione scribit Zosimus, Heraclianum ei mandasse patrandum Gallieni cædem: *ἄνδρα*, inquit, *δεξιὸν εἰς τὰ*

τοιαῦτα

dux Dalmatarum, qui eos & [1] urbanissime & prudentissime adjuvit. Sed quum imperium capere vivo Gallieno non possent, hujusmodi eum insidiis appetendum esse duxerunt, ut labem improbissimam, malis fessa Republica, à gubernaculis humani generis dimoverent, ne diutius theatro & circo, [2] addicta Republica per voluptatum deperiret illecebras. Insidiarum genus fuit tale. Gallienus ab Aureolo qui principatum invaserat, diffidebat, sperans quotidie gravem & intolerabilem tumultuarii imperatoris adventum. [3] Hoc scientes Martianus & Cecropius, subito Gallieno jusserant nuntiari Aureolum jam venire. [4] Ille igitur [5] militibus congregatis, quasi certum processit ad prælium, atque ita missis percussoribus interemptus est. Et quidem Cecropii Dalmatarum ducis gladio Gallienus dicitur esse percussus, ut quidam ferunt, [6] circa Mediolanum: ubi continuo & frater ejus VALERIANUS est interemptus, quem multi Augustum, multi Cæsarem, multi neutrum fuisse dicunt: quod verisimile non est. Siquidem capto jam Valeriano, scriptum invenimus in fastis, VALERIANO IMPERATORE

τοιαῦτα προχειρισάμενοι ὅστις τῶν Δαλματῶν ἦρχεν ἴλης, ἰσχυρίζει τοῦτο τὴν πρᾶξιν. de Cecropio Zosimum hic loqui magis declarabunt sequentia verba, si cum Pollionis narratione illa conferas.

SALMASIUS.

1 *Urbanissime & prudentissime adjuvit.*] Notabis tibi novam urbanitatis hoc loco notionem. nam *urbane adjuvare* heic dicitur pro comiter & benigne. quod nos idiomate nostro diceremus, *courtoisement*. sed & infra notabimus *urbanitatem* sic sumi ab istis auctoribus, ut nos vulgo, *courtoisie*.

3 *Hoc scientes Martianus & Cecropius.*] *Marcianus* semper scriptum in Palatino. Zosimo *Μαρκιανὸς* dicitur.

4 *Ille igitur militibus congregatis.*] Quædam editiones *coactis*. sed optimus Pal. *cogitatis*. *cogitatis* autem est coactis. nam *cogo, cogito*: ut *coquo, coquito*. videtur ergo ab iis qui *cogitare* hac significatione reperiri non putabant, mutatum esse, & *coactis* vel *congregatis* repositum pro *cogitatis*. hoc sensu plane positum est in hoc versiculo sententiarum Senecæ & P. Syri: *Unus dies pœnam affert, multi cogitant.*

6 *Circa Mediolanum.*] *Mediolanium*, Mss.

CASAUBONUS.

2 *Addicta Rep. per voluptatum periret illecebras.*] Scrib. *Respubl.*

GRUTERUS.

2 *Addicta Republica.*] Sic & Pal. sed requirit sententia, *Respublica.*

5 *Militibus congregatis.*] Pal. *cogitatis*. an fuit? *coactis*, aut *coadunatis*.

TORE COS. [1] Quis igitur alius potuit esse Valerianus nisi Gallieni frater? [2] Constat de genere, [3] non satis tamen

CASAUBONUS.

1 *Quis igitur alius potuit esse Valerianus, nisi Gallieni frater.*] Falleris: nam præter Valerianum fratrem Gallieni, fuit & alter ejusdem Gallieni filius, P. LICINIUS SALONINUS VALERIANUS: quod ex Victore & ex lapidibus & nummis probarunt viri docti. Sed respondeat fortasse Pollio, consulatus hujus anno juniorem fuisse Gallieni filium, quam ut de eo possint hæc accipi.

2 *Constat de genere, non satis tamen constat de dignitate, vel, ut ceperunt alii loqui, de majestate.*] Videtur Pollio his verbis significare, vocem *majestas*, ante sua tempora de principibus non solitam usurpari, sed *dignitas* solum. sane videtur: & ita hunc locum scimus acceptum viris eruditis. re autem vera hoc non dicit Pollio: neque si diceret, fides ei esset habenda sed neque vim neque usum hujus dictionis omnes capiunt. Est vero MAIESTAS, unum ex iis vocabulis Latinis; quibus nullum est in tota lingua Græca par, & ex æquo respondens. Auctor Glossarum vertit μεγαλειότης. ea vero *magnificentia* vel *magnitudo* est, non *majestas*, quam diserte Plinius in Panegyrico separat à magnitudine. & merito. à magno fit *magnitudo*: *majestas* ab eo dicitur quod est majus. majestas itaque, si verbi proprietatem spectamus, numinis est solius: quod omnibus iis quæ magna dici possunt, est majus. usurpatio est, cum principibus majestas tribuitur. an hoc Plinius sentiebat, cum de sapientissimo & moderatissimo principe Trajano scriberet? *Locupletabant & fiscum & ærarium non tam Voconiæ & Juliæ leges, quam Majestatis singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacant: hujus tu metum penitus sustulisti, contentus* MAGNITUDINE: *qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi* MAIESTATEM *vindicabant.* Sed verius est, eo potius Plinium spectasse, quod legem majestatis non omnes imperatores voluerunt exerceri: per Augustum, Vespasianum, Titum, & bonos alios principes siluit: viguit per Tiberium, & cæteros arrogantes, superbos ac sævos imperatores. hos ait Plinius majestatem sibi vindicasse, id est, legem de majestate exercuisse: illos minime. sed non negat Plinius, qui de principibus etiam bonis loqueretur, majestatis nomen usurpasse. Pridem Latinus sermo à diis ad homines hoc nomen transtulerat. Duplici vero ex caussa hominibus tributa majestas à veteribus Latinis: singulis, propter virtutis cujusdam raræ opinionem; corpori Reip. propter imperium. De majestate singulorum, etiam privatorum, habes caput apud Valerium Maximum libro secundo, decimum. ita ille appellat, & cum eo M. Tullius, atque alii Latini scriptores, honorem eximium cum veneratione junctum, qui ex admiratione virtutis, aut propter gloriam rerum gestarum, alicui defertur. Sic exponendum, quod libro sequente de Pisone ait Trebellius: *Senatusconsultum de Pisone factum, ad noscendam ejus majestatem libenter inserui.* Etiam reverentia illa quæ certis personis lege naturali præstatur, majestas appellatur interdum: nam apud Plinium libro nono leges, *majestas pueritiæ*: apud Livium libro XXXIV. *majestas matronarum.* hæc Græcis αἰδὼς dicitur proprie: illam δόξαν dicunt, quia ἰσοδύναμον vocem non habent. vetus quoque Novi fœderis interpres δόξαν *majestatem* sæpe vertit. Diversa ex caussa & notione alia tribuitur majestas corpori Reip. quandiu enim libera fuit Resp. tandiu & summum imperium & majestas penes populum Ro. resedit. quare apud M. Tullium, T. Livium, & similes scriptores, illa passim occurrunt:

runt: MAIESTAS POP. Ro. neque male Polybius, qui in formula fœderis MAIESTATEM POP. Ro. Græce dixit, ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ. nihil enim aliud majestas fuit populi Romani, quam id quod expressit Polybius. Atque hæc publica, ut sic dicam, majestas, ceu comes imperii individua, simul cum potentia in imperatores à populo fuit translata. Quanquam puto equidem Augustum qui vim imperii sibi vindicavit verborum honorem populo concessit, abstinuisse hoc verbo, cum de se, aut de sua domo loqueretur. at non abstinuerunt qui de illo aut aliis imperatoribus etiam bonis scripserunt. Suet. cap. XXV. cur Augustus milites non appellaret commilitones, hanc rationem affert: *ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut sua domusque ejus majestas postularet.* & in Claudio scribit idem: *decretis sibi à senatu ornamentis triumphalibus, leviorem majestati principali titulum arbitratus est.* libro autem quarto, cap. XXII. inter Caligulæ flagitia ponit nobilis ille scriptor, non quod majestatem sibi vindicaret, ut loquitur Plinius; sed quod *majestatem divinam asserere sibi cœpisset.* elate innuens, humanam quandam principibus majestatem cum imperio inesse. atque hæc etsi imperii semper est comes, tempore tamen augescit, & fit subinde major. ita capiendum quod de Vespasiano scribit Tranquillus capite VII. *Auctoritas & quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato & adhuc novo principi, adhuc deerat: hæc quoque accessit.* sed tempore illi præsertim opus, quam virtus etiam privatis conciliat: ideo Valerius Maximus cum illam rudi Minerva describeret, LONGVM & *beatum honorem esse* dixit. Hæc ita olim: temporibus vero Trebellii cœpit hominum adulatio omnem dignitatem appellare majestatem. ita blandi homines & parasiti proceribus Romanis adulabantur: quorum fastum & arrogantiam describit non uno loco Ammianus Marcellinus. hunc igitur abusum hujus vocis obiter perstringit hic Pollio. nam qui aliter verba hæc illius interpretantur, ii quam fallantur, liquido constat ex superioribus. Porro isti qui dignitates omnes majestates vocabant, imperatores suos non aliis quam divinis verbis compellabant, aut de iis loquebantur. Tum primum cepit dici *numen Augusti*, non majestas: *oracula* principis, non rescripta aut edicta, & similia multa: quæ semel usu recepta, ne tum quidem sunt desita, cum religionem Christianam imperatores sunt amplexi: ut sciunt, qui eorum Constitutionibus legendis operæ aliquid posuerunt.

SALMASIUS.

3 *Nonsatis tamen constat de dignitate, vel ut alii loqui cœperunt de majestate.*] Mentem Trebellii neutiquam viderunt doctissimi viri, nec hujus loci sententiam sunt assequuti. quod enim quidam videntur existimasse majestatem de principibus ante Trebellii tempora non esse usurpatam, tot veterum scriptorum locis ac testimoniis contrarium asserentium revinci possunt, ut nefas de eo vel tantillum dubitare. quod autem vir præstantissimus & de his auctoribus optime meritus, ita Trebellii verba censet accipienda, ut intelligamus eum dicere velle, temporibus illis majestatis nomen de omni dignitate solitum usurpari, atque ita blandos homines & parasitos proceribus Romanis adulari consuetos esse, non magis probare possum, quam id quod maxime improbare debeo. nam quis auctorum hoc dixit, scripsitve, aut quis usurpavit majestatem, pro dignitate, non dico prætoria, aut præfectoria, sed vel consulari, quæ omnium dignitatum apex etiam sub imperatoribus censebatur? nec illud verum est, dignitates omnes tunc majestates vocari cœpisse, cum principes divinitatis titulis assumptis, & non

aliis quam divinis verbis compellari soliti, numen quidem, ut rem sibi propriam vindicarunt, minoribus vero magistratibus majestatem reliquerunt. quando enim hoc factum est, aut quis factum esse meminit, ut majestas, non de principe aliquando dicta sit, sed de magistratibus tantum minoribus, atque ita sub principum ævo? *numen Augusti*, inquiunt, *Trebellii ætate dici cœpit, non majestas*, immo & majestas & numen Augusti semper obtinuit, ut diceretur etiam Trebellii tempore. & hæc duo semper junctim posita legere est de imperatore, *numini majestatique ejus.* hinc illæ adeo frequentes in veteribus monumentis subscriptiones his notis signatæ: N. M. Q. E. D. hoc est: *numini majestatique ejus devotus.* libera stante republica, non solum populi Romani majestas dicebatur, sed etiam consulis & prætorum, & aliorum majorum magistratuum. at sub imperatoribus, nusquam nisi de imperatore ipso nomen illud majestatis in usu fuit. nunquam igitur de alio magistratu, aut dignitate quam de principatu majestas dicta est, nec aliæ dignitates majestates appellatæ imperatorum ævo. quærendum ergo est quid sibi velit Trebellius scribens, sua ætate quosdam cepisse majestatem vocare pro dignitate. hoc ille, ut puto voluit: anterioribus quidem temporibus, *majestas Augusti, & majestas divinæ domus* semper usurpata est, sed eo sensu, ut pondus & gravitas, & magnitudo quædam coli venerarique digna in principe, illa voce designaretur, & honos quidam eximius, cum veneratione junctus, qui jure meritoque illi potestati deberetur, quæ supra potestates omnes esset. nam ut *majestas populi* olim dicebatur, propter imperii magnitudinem ac dignitatem, quo tempore populus scilicet imperii summam obtinebat: sic postquam imperium à populo ad unum translatum est, majestas quoque quæ tanto imperio dicebatur, simul ad unum illum translata. atque hinc *majestas Augusti* dicta, quæ olim populi Romani majestas fuit. ætate vero Trebellii Pollionis majestas proprie vocari cœpta est ipsa imperii dignitas, vel imperium ipsum, hoc est βασιλεία, quam qui habet is imperator & Augustus dicitur, ut dignitas consularis consulem facit, & prætoria prætorem. sic majestas, hoc est imperii dignitas, imperatorem, & Augustum. nam dignitas de aliis magistratibus, & honoribus, majestas de solo imperio dicebatur. sed duæ tunc erant majestates; Cæsarea & Augusta. ideo Trebellius hoc loco, cum diceret dubitatum esse à multis de Valeriano juniore utrum Augustus an Cæsar tantum fuerit, non satis de majestate ejus inter omnes constitisse scribit, quod alii eum Augustum, hoc est Augusti majestate præditum fuisse, alii Cæsariana tantum, quidam neutra affirmarent. quo sensu majestas Augusti, & majestas Cæsaris, pro dignitate Augusta, & Cæsarea sumitur. & hoc plane sensu majestatis appellationem posuit idem Trebellius paulo ante, his verbis: *Odenatus Rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium, idcirco præcipue quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declaravit.* ubi *infulas majestatis*, dignitatem imperatoriam appellavit, ut præfecturæ infulas, & consulatus & præturæ, & aliarum dignitatum honorumque, ac præpositurarum dicebant. Majestas igitur Trebellii tempore dicebatur, dignitas imperatoria, vel imperii infulæ, ut ita dicam. & sic in Pisone quoque majestatem usurpavit: *Senatusconsultum de Pisone factum, ad noscendam ejus majestatem, libenter inserui.* imperium enim sumpserat ille Piso, eique post mortem non tanquam tyranno, sed tanquam legitimo imperatori & Augusto honores divini senatusconsulto decreti. βασιλείαν Græci vocant, hanc regiam dignitatem, vel ut Trebellius vocat majestatem. *regalitatem* vulgo appellamus, *imperium* recentioris

men constat de dignitate, vel, ut cœperunt alii loqui, de majestate. Occiso igitur Gallieno seditio ingens militum fuit, quum spe prædæ ac publicæ vastationis imperatorem sibi utilem, necessarium, fortem, efficacem, ad invidiam faciendam, dicerent raptum. Quare consilium principum fuit [1] ut milites, ejus, quo solent placari

tioris ævi scriptores dixerunt. hinc apud Luitprandum de rebus per Europam gestis, *imperium vestrum*, pro eo quod nunc dicimus, *majestas vestra*, cum ad regem loquimur. Hæc pluribus explicare coacti sumus, ut Trebellii mentem exponeremus, à qua nimis longe aberrarunt hactenus eruditi homines, qui hunc locum tractarunt. majestas imperatoribus solis cum diis communis facta est. hinc numen & majestas Augusti. Græci *μεγαλειότητα* exponunt. *καθοσίωσιν* etiam aliquando interpretantur. Glossæ: *majestatis crimen, καθοσιώσεως ἔγκλημα*. aliæ Glossæ, *καθοσίωσις, devotio, dicatio, majestas*. sed tantum inter majestatem & *καθοσίωσιν* interesse puto, quantum inter principem, & privatum. principis enim est majestas, privati devotio vel *καθοσίωσις*. nam devotionem omnes privati debent principis majestati. hinc illæ subscriptiones in veteribus saxis, *numini majestatique ejus devoti*. hanc debitam devotionem qui non præstarent, in tantam majestatem peccare existimabantur, iique indevoti, & læsæ majestatis rei dicebantur. quales sunt, qui in vitam principis conspirant, qui rebellant adversus principem, tyranni, perduelliones, rebelliones, antartæ, & ejusmodi, quos ut diximus indevotos, Græce *ἀκαθοσιώτους* appellabant. Optimæ Glossæ: *duelliones, ἀντάρται, ἀκαθοσίωτοι, τύραννοι καὶ τυραννίδες*. contaminatissime hodie locus ille scribitur in editionibus illius præstantissimi Glossarii. *ἀκαθοσίωτοι* igitur sunt indevoti, qui devotionem cultumque regiæ majestati non exhibent: atque hinc *καθοσιώσεως ἔγκλημα*, crimen majestatis dictum. ergo *devotio* privatorum erat, ut *majestas* principis. *devotio, καθοσίωσις*, in Glossis. quam & *dicationem* quoque dixere. eædem Glossæ: *dicatio, ἀφοσίωσις, καθοσίωσις*. eædem: *ad dicationem, πρὸς καθοσίωσιν*. sed illis omnibus locis posset fortasse aliquis contendere, *dicationem*, non eo quo posuimus significatu accipiendam. aliis & magis ad hanc rem idoneis agendum testibus. in lege quadam Constantini Cod Theod. *edictum autem continens indulgentiam nostram, ad devotionem tuam misimus, ut tua dicatio & alii cuncti recognoscant, quid præstitimus memoratis*. ibi quis non videt dicationem & devotionem idem significare? sed & passim in Cod. Theod. dicationis in illo significatu mentio invenitur: & in veteribus saxis, numini majestatique principis dicatus & devotus pro eodem sæpe aliquis dicitur. *dicatio* & *devotio* idem: cujus contrarium *indevotio*. quæ vox in Codice mihi lecta est, deo eo qui male devotus est, & minime fidelis principi. de qua alibi.

GRUTERUS.

1 *Ut milites ejus quo solent.*] Sic & Pal.

CASAUBONUS.

1 *Ut milites ejus quo solent placari genere sedarentur.*] Malim, *eo quo s.* neque enim Gallieni jam milites erant, morte extincti. Largitio autem, unica erat placandi militis certissima ratio. Herodianus libro sexto: *τοὺς στρατιώτας ἀνεκτᾶτο. καὶ ἐφ' οἷς*

placari genere, sedarentur. Promissis itaque per Martianum aureis vicenis, & acceptis, (nam præsto erat thesaurorum copia) Gallienum tyrannum militari judicio in fastos publicos retulerunt. Sic militibus sedatis, Claudius, vir sanctus ac jure venerabilis, & bonis omnibus charus, amicus patriæ, amicus legibus, acceptus senatui, populo bene cognitus, accepit impe-
16 rium. Hæc vita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini & voluptatibus, [1] dies ac noctes [2] vino & stupris perdidit orbem terrarum. [3] Triginta prope tyrannos passus est, Romanum dehonestantes

ἐληλύπηνϑ, παραμυθεῖν μεγαλοψυχίᾳ χρημάτων. τοῦτο γὰρ μόνον εἰς εὐνοίας ἀνάκτησιν στρατιωτῶν ἐνόμιζε φάρμακον.

1 *Dies ac noctes vino & stupris perdidit orbem terrarum.*] Vox una desideratur, ut sit plena sententia, quæ nunc hiat. Scribendum: *dies ac noctes vino & stupris impendens, perd. o. t.* hæc nostra sententia est, & conjectura. membranæ tamen longe aliter: in quibus locus ita conceptus *d. ac n. v. & st. perdidit. Orbem terrarum* xxx. *prope tyrannis vastari fecit: ita ut & mulieres eo melius imperarent.*

GRUTERUS.

2 *Vino & stupris perdidit; orbem terrarum triginta prope tyrannis vastari fecit: ita ut mulieres illo melius imperarent.*] Sic per omnia *Pal.* nisi quod habeat initio, *viginti prope tyrannis vasti fecit,* quod *vasti fecit* unica dictione seculo illi forte non insolens. vulgabatur prius: *& stupris perdidit orbem terrarum. Triginta prope tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium: ita ut etiam mulieres eo melius;* quam lectionem & alii mss. rejiciunt.

SALMASIUS.

1 *Dies ac noctes vino & stupris perdidit.*] Id est, *consumpsit, contrivit.* Aurelius Victor Scotthi: *inter hæc ipse popinas ganeasque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat.* ubi perperam, pro *vinariorum, numerum* vellet legi optimus Schotthus. *vinarios & lenones* conjunxit Victor, ut heic *vinum & stupra* Trebellius.

3 *Triginta prope Tyrannos passus est.*] Claris & expressis literis scriptum in Codice Palatino: *viginti prope Tyrannos.* qui numerus an possit consistere, nescio. liquet vero non posse, nisi ex Tyrannis, qui infra volumine uno inclusi sunt à Trebellio, pater cum filio pro uno semper numeretur. si enim Postumum seniorem, & juniorem, Victorinum seniorem & juniorem, Macrianos patrem & filios, Odenatum cum filiis & consobrino & uxore Zenobia, Tetricum quoque patrem & Tetricum filium pro uno computabimus, tunc viginti tantum Tyrannos inveniemus uno minus paulo tamen infra hunc numerum servat, & bis aut ter triginta Tyrannos nominat dixit autem hoc loco, prope triginta Tyrannos, quod numerus integer & rotundus non fuit: in illo enim numero non est Valens superior qui superiorum Gallieno principum imperium sumpsit. de Ballista quoque multi scriptores dubitarunt an imperator factus sit.

Ib. *Triginta prope Tyrannos passus est, Romanum dehonestantes imperium.*] Longe aliam lectionem habent membranæ, legunt enim: *triginta prope Tyrannos*

stantes imperium, ita ut etiam mulieres eo melius imperarent. Ac ne ejus prætereatur miseranda solertia, veris tempore cubicula de rosis fecit. De pomis castella composuit. Uvas triennio servavit. [1] Hyeme summa melones exhibuit. Mustum quemadmodum toto anno haberetur docuit. Ficos virides, & poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit. [2] Mantilibus aureis semper stravit. [3] Gemmata

nos vastari fecit, Romanum dehonestantes imperium. qua scriptura ductus, non lectionem tantum, sed etiam distinctionem mutandam censeo hoc modo: *hæc vita Gallieni fuit breviter à me litteris intimata, qui natus abdomini ac voluptatibus, dies ac noctes vino & stupris perdidit, orbem terrarum per triginta prope Tyrannos vastari fecit, Romanum dehonestantes imperium.*

CASAUBONUS.

1 *Hieme summa melones exhibuit.*] De melonibus ante dictum. Theophrastus inter stupidi hominis notas, ponit hanc: καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδί, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε. insaniam hoc, non fatuitatem appellat Marcus Antoninus libro XI. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν μαινομένου. sed quod rerum natura negabat, industria hominum pervicit, ut media hieme fructus æstivi haberentur recentes. Lege Athenæum libro nono.

SALMASIUS.

2 *Mantilibus aureis semper stravit.*] *Mantelibus aureis.* ita veteres, atque ita scribendem. Isidorus: *mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ olim, ut nomen indicat, tergendis manibus fuere.* verum ille dicit. nam mantelia olim apud veteres tergendis manibus habita, mappæ tegendis mensis. apud istos auctores contra mantelibus mensa semper sternitur, mappæ tergendis manibus dantur. hinc hoc loco *mantelibus aureis sternere*, & in vita Heliogabali *pura mantelia mittere* eodem sensu, ut alibi ostendam. hanc *mantelam* dicebant veteres, quod rationabilius erat. nam *mantela* est *manualis tela*, qua manus terguntur: ut *mamclava*, manualis clava quæ manu gestatur. sic *mansuetum* dicebant pro manusueto, quod Græci χειροήθης. *manstuprare*, τὸ χειρουργεῖν, manui stuprum inferre, quod corrupte postea *masturbare* dixerunt. *mantela* igitur proprie χειρόμακτρον. Pollux: λά-πα δὲ ἐκάλουν τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα ὡς ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος. ὥστε οὐδὲν κωλύει τὰς ὀνομαζομένας μαντήλας οὕτω καλεῖν. ita enim apud Pollucem legendum ex scripto codice. veteres Glossæ: χειρόμακτρον, *mantela*. at pro *mantela*, etiam *hoc mantelum*, & *hoc mantele*, *mantelis* protulerunt. eodem plane modo quo *hæc gausapa*, *hoc gausapum*, & *hoc gausape* enuntiarunt, cum *hanc gausapam* solum dici debere ratio evinceret. nam Græcum erat ὁ γαυσάπης, Latinum *hæc gausapa*: ut ὁ χάρτης, *hæc charta*: ὁ κοχλίας, *hæc cochlea*. ὁ ἕρμας, *hæc herma*. de mantela non possum prætermittere elegans ænigma, quod habetur inter epigrammata nostra ἀνέκδοτα, ad hunc modum:

Ξανθὴ μέν τις ἐγὼν ἤμην πάρος, ἀλλὰ κοπεῖσα
Γίνομαι ἀργεννῆς λευκοτέρη χιόνος.
Χαίρω δὲ γλυκερῷ τε καὶ ἰχθυόεντι λοετρῷ
Πρώτη δαιτυμόνων εἰς χέρα ἐρχομένη.

 3 Gem-

mata vasa fecit, eademque aurea. Crinibus suis auri scobem aspersit, [1] radiatus sæpe processit. cum chlamyde purpurea gemmatisque fibulis & aureis Romæ visus est, ubi semper togati principes videbantur: purpuream tunicam [2] aureatamque virilem eandemque manicatam habuit. Gemmato baltheo usus est, [3] caligas

3 *Gemmata vasa fecit.*] Id est facienda curavit. sic Capitolinus in vita Maximinorum: *usus est clypeo gemmato inaurato & hasta inaurata. fecit & spathas argenteas, fecit etiam aureas.* & paulo post: *fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas.* id est, faciendas curavit.

CASAUBONUS.

1 *Radiatus sæpe processit.*] Cum corona radiata, quæ numinum propria.

3 *Caligas gemmatas annexuit.*] Στρεπτοκάλιγα περιδιηρμένα λιθοκόλλητα ὑποδήματα, sive ὑποδέδεμα. de caligis satis ad Suetonium. sed novum genus caligarum istud fuit: nam olim caligæ militum infimi gradus erant: istæ inter insignia imperatoria habita. Luithprandus Historiarum libro III. cap. IX. *decretum ut quia tantæ erat dignitatis & λαυκάλλανον filiam suam Helenam imperator ei copularat, rubricatarum pellium caligis, ut isthic imperatorum moris est, uteretur.*

GRUTERUS.

3 *Caligas gemmatas annexuit.*] Pal. *caligias gemmeas adnexuit.*

SALMASIUS.

2 *Auratamque virilem.*] Erant tunicæ muliebres, erant & viriles. muliebres tunicæ, quæ & cyclades dicebantur, paragaudas aureas hoc est χρυσοῦ παραγαύδια habebant, quibus viriles tunicas ornari minime moris fuit. at Gallienus etiam tunica virili aurata usus est. auratæ autem tunicæ ab illis paragaudis vel loris auro intextis quibus in circuitu ad extremam oram adsutis ornabantur, dictæ sunt. hujusmodi viriles paragaudias quæ heic in Gallieno reprehenduntur, posteriores principes, eos dico qui post Diocletianum vixere, passim usurpaverunt, earum usu privatis interdicto. vide tit. Cod. de vestibus holoveris. Diocletianus etiam ipse serica aurataque veste usus est. sed de his infra.

3 *Caligas gemmatas annexuit.*] Palatinus; *gemmeas caligias annexuit. caliga, caligea* vel *caligia.* ut *blatta, blattea: tina, tinia: baxa, baxea: pala, palea,* ἡ τοῦ δακτυλίου σφραγίς. & similia sexcenta. caligas heic à campagis separat. & sane caliga proprie, militis calceamentum: campagus calceus patricius, quo & imperatores utebantur. nam solo colore distabant, imperatoris & senatorum calcei. Capitolinus in Maximinis, caligam Maximini appellat regium ejus calceum, & nullum discrimen statuere videtur inter caligam & campacum. Tertullianus in carmine quod in senatorem Isiacum composuit:

—— caligaque remota
Gallica fit pedibus molli redimita papyro.

ubi satis manifestum est caligam senatoribus ab eo tribui, ut gallicam Isiacis. Græci recentiores καλίτζαν vocaverunt calceum, nomine à caliga detorto. ut enim qui Latinis calix, ipsis καλίτζα dicta est, sic qui vetustioribus Græcis κάλλιξ, recentiores καλλίτζαν, & κάλτζαν dixerunt. κάλλιξ κάλλιγος. Græcis est calliga: ut δέλφιξ δέλφικος, *delphica.* Modestinus de excus. tut. οὐ μόνον δὲ οἱ τοὺς ἀπὸ καλλίγου στρατιώτας, καὶ τοὺς λιτοὺς

λοιπὰς περιμιτπλάρμοι σφαλδοσιδηροι. κάλλιξ ex Latino *caliga* fecerunt Græci, postea Latini ex illo Græco κάλλιξ vel κάλιξ, κάλιγος, *caligem* etiam dixerunt pro caliga. Isidorus: *clavati quasi claviati, eo quod minutis clavis sola caligis vinciantur.* idem in Glossis: *caliges, gallicæ militum.* κάλτζαι sunt caligæ. Codinus: τὸ περιπόρφυρον αὐτῷ τὸ μὲν παλαιὸν ζητεῖται, τὰ λοιπὰ αἱ κάλτζαι ὑπτανίζουσι: at *calsas* hodie vocamus, tibialia, qua appellatione femoralia quoque sive braccas nuncupamus, sed ad distinctionem earum quibus crura vestiuntur. has *superiores calsas* dicere consuevimus. inferiora etiam feminalia *calsones* appellamus. sic veteres *calcamenta* etiam dixerunt de fasciis femoralibus & cruralibus. Justinus: *igitur bracchia & crura calciamentis, caput tiara tegit.* vide quæ supra notavimus ad Alexandri vitam. calsæ nostræ respondent plane femoralibus & tibialibus fasciis quibus veteres crura, & femora velabant. caligæ etsi tibiatim calceatentur, nunquam tamen pro braccis, aut femorum tegmine apud veteres sunt acceptæ, ut viri quidam docti falso sibi persuaserunt. caligam Capitolinus in vita Maximini cum campago confundit. Trebellius heic campagum à caliga distinguit. *campacum* vel *campagum* proprie vocabant senatorium vel patricium calceum, caligam vero militarem. atqui Tertullianus caligam de senatorio calceamento dixit, καλλιχρησιμῶς, nisi quis dixerit caligis etiam usos senatores, quod non putamus, sed caligam ille usurparive pro campago posuit, vel calceo senatorio. sic Luitprandus calceos imperatorios, *caligas* vocavit: *decretum ut quia tantæ erat dignitatis, & λογοθέτην filiam suam Helenam imperator ei copularat, rubricatarum pellium caligis, ut istic imperatorum mos est, uteretur.* *caligam* recentiores non de calceamento tantum militari dixerunt, sed de omni calceorum genere hanc vocem usurparunt. Cassianus lib. 1. cap. x. sandalia monachorum Ægyptiorum caligas appellat: *cum infirmitas corporis, vel matutinis hyemis rigor seu meridiani æstus fervor exegerit, tantum caligis muniunt pedes.* D. Hieronymus σανδάλια, *caligas* vertit. vetus interpres Juvenalis Græcorum crepidas, *Græcas caligulas* vocat. ita enim interpretatur, quæ Juvenalis *trechedipna* dixit nimirum *trechedipna* volebat esse apud Juvenalem quæ Græcis τροχάδες appellantur. τροχάδας exponit Hesychius, σανδάλια ἀπὸ τῆς αἰγὸς δέρματος. auctori veteris Glossarii τροχάδες sunt *gallicula.* idem *gallicula* σανδάλια reddit alio loco, sic plane gallicæ & caligæ confunderentur. aperte tamen distinguit Tertullianus, & caligam senatoribus, gallicam hoc est σανδάλιον Isiacis attribuit. & sane constat gallicam de eo genere calceorum fuisse, quod infimas tantum plantarum calces regeret, quales erant crepidæ & solcæ. at caligæ non tales. non dubito multis auctorum locis caligas, & caligulas, pro gallicis & galliculis irrepsisse. Græci quoque, dum κάλλιγα & καλλίγαι scribunt, dubium facere possent utrum caligam an gallicam exprimere voluerint. iidem Καλλιγόλαν solent plerumque scribere qui Latinis *Caligula.* sed certum est sive καλλίγαι illi scribunt, sive καλίγαι, de caliga esse accipiendum non de gallica. perperam de gallica accipiunt illum Suidæ locum: ἄλλικα χλαμύδα κατὰ Θετταλούς, οἱ ἰδιῶται γάλλικα πρώτην φασί. nam quid gallichlamyde? ἄλλιξ ἄλλικος Græcis est genus chlamydis fibulatoriæ. Callimachus:

> Ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐν ἐνετῇσι.

Hesychius: ἄλλικα χλαμύδα ἐμπόρπημα, οἱ δὲ περιτίδα χλαμύδας μακροχειρῖς. ita legendum apud Hesychium. μακρόχειρον alibi χειριδωτὸν interpretatur. hinc *macrochere tunicæ Severi* in vita Alexandri. ab illa voce ἄλλιξ, *alicam & aliculam* Lati-

gas gemmatas annexuit,¹ quum campagos reticulos appella-

ni genus vestis vel togæ deflexerunt. de qua nos alibi. nihil igitur illa Suidæ ἀλλὰξ ad gallicam, chlamys ad crepidam. sed ne ut sutor ille quondam ultra crepidam, & extra plantam evagemur, sciendum est Latinos infimæ vetustatis caligam de omni calceamento dixisse ut Græcos σανδάλιον. qua de re nos alibi Deo juvante. *caliga* autem ex Græco. nam χάλχη est pellis. unde *calga*. sed more suo *caligam* dixerunt veteres. ut Ἀλκμήνη *Alcumena*. Τέκμησσα *Tecumessa*. λύχνος, *lycinus*. sic χάλχη, *caliga*. nam χ in g mutant. ut χαλβάνη. *galbanum*: δέχη *dega*: στίγμα, *stigium*: χιών, *gamna*. unde *gannare* & *subgannare*, deridere. sic *solea* à Græco ὕλιας, quod pellem significat. ὁ ὕλιας, *hæc solea*. ut ὁ κοχλίας, *hæc cochlea*. Hesychius: ὕλιας τὰ ἐπὶ τοῖς κελύφεσι δέρματα. ὕλιας τὰς καρπατίνας τόμους. ὕλιας, solea: ut ὕραξ, *sorex*; ὁλκός, *sulcus*, & similia. sed hæc alibi.

Ibid. *Caligas gemmatas annexuit.*] *Gemmeas* malo legere cum Palatino, quæ ita contextæ contectæque gemmis essent, ut totæ gemmeæ viderentur.

CASAVBONVS.

1 *Cum campagos reticulos appellaret.*] Obtinuerat jam tum, ut campagis, quod genus est calceamenti barbarici, uterentur imperatores, ut supra dictum in Maximinis. at Gallienus spretis campagis, caligas, id est militares calceos annexuit, sed gemmatos. *Reticulos* autem campagos appellavit Gallienus, quia intercisi erant, ut æstivi calcei hodieque, sunt multifores: sic nobiliorum apud Græcos calcei erant πολυσχιδεῖς: ex eaque re dicebantur σχιστοὶ & λεπτοσχιδεῖς. nihil autem reticulato operi similius calceis istis intercisis. Poterat & alia afferri ratio hujus appellationis: quod pars campagi superior, quam Aristoteles χιτῶνα & ὑποδήματος nominat, è loris decussatim implicitis esset contexta. & hæc fortasse ratio est, cur de calceo imperatoris loquens Georgius Pisides, voca τζαγγίον sit usus. sic enim Heraclium alloquitur apud Cedrenum, sive suis, sive alienis versibus: Ὦ βασιλεῦ,

Μελαμβαφεῖς πέδιλον εἰλίξας πόδα,

Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

sed de istis fuse alibi. *Campagum* Græci καμπάγιον dicunt. Vox est μιξοβάρβαρος: nam à Græco καμπή Latinitas fugiens fecit *campa* pro crure, quod vulgo hodie Galli retinemus. extat autem sæpius in Veterinario Vegetii. Inde est campagus, quod crure tenus vinciretur, ut illustrissimi Scaligeri sententia est: quam veram censemus.

SALMASIVS.

1 *Cum campagos reticulos diceret.*] De campagis vel campacis, ut potius sunt dicendi, quædam carptim supra attigimus ad Maximinorum vitam, & longe plura superiore anno notabamus ad inscriptionem Regillæ. quod genus autem calceamenti fuerit, *campacus*, & unde sic appellatum sit, paulo subtilius heic quærendum videtur. genus calcei barbarici fuisse notavit ad hunc locum vir magnus: cui non possum assentiri. nam appellatio ipsa *campaci* minime barbara, sed ex Græco plane deducta, ut inferius ostendemus. sic igitur appellatos esse reperio recentiorum scriptorum ævo calceos patriciorum & senatorum, quibus etiam imperatores utebantur, solo colore discretis à senatoriis. nam imperatorii campagi rubri erant vel phœnicei, senatorum vero nigri vel etiam candidi. campagum regium dixit Capitolinus in Maxi-

Maximino: *nam quum esset Maximinus pedum ut diximus octo, & prope semis, calceamentum ejus, id est campagum regium quidam in luco qui est inter Aquileiam & Arciam posuerunt.* καμπάγια sive κομπάγια, hoc est compagos patriciorum calceos, vocatos esse vult Johannes Antiochensis ὑπὸ ἀρχαιολογίας, quod Romanum cappa adsutum haberent. Romanum illud cappa est C, quod Lunæ figuram refert, quam Lunulæ figuram Romani senatores calceis adsutam gerebant. verba Johannis illius: Νυμᾶς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι, τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα, ὃ φέρει τοῖς Ἕλλησιν ἑκατὸν ῥῶ. οἱ διὰ τὸ τῶν κοινῶν ἐπιμελεῖσθαι πατέρων ἔχειν ἐπωνυμίαν. ἐφόρουν δὲ οἱ πατρίκιοι τὰ κομπάγια εἰς οὐκ ἐξὸν ἄλλως ὁρᾶσθαι τῷ βασιλεῖ. καμπάγιον pro κομπάγιον Græculus ille dixit, vel quod ita etymologiæ, quam ibi adfert, magis faveret, vel quod etiam nomen illud sic enunciarent. sic καμβάδιον, & καβάδιον: τιμπίδιον & τυμπίδιον proferebant. campagus igitur, patricius, & imperatorius calceus. quod autem ait, εἰς οὐκ ἐξὸν ἄλλως ὁρᾶσθαι τῷ βασιλεῖ, sane verum est senatores nunquam videri solitos in publico sine calceis & toga, nec imperatorem videre cuiquam senatori licebat nisi togato, & cum calceis. senatoris enim vel senatoriæ dignitatis insignia hæc erant, toga & calceus, sive ut posteriores appellarunt, *campagus.* moris igitur fuit, ut senatores omnesque magistratus non nisi cum dignitatis suæ insignibus imperatori se ostenderent, & ejus conspectui se offerrent. Chrysostomus: τὸ ἀρχόντων τῷ βασιλεῖ φυσιούμενον τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἔχειν δεῖ. quos autem campagos posterior ætas vocavit, calceos simpliciter vocabant vetustiores Latini. nam etsi calceus generale nomen, de quolibet calceiamento, sic proprie tamen dictum est calceamenti genus quo senatores & equester ordo, & reliqui paulo honestiores & equester ordo, & reliqui paulo honestiores in urbe utebantur. hinc distinctus calceus, à crepida, à solea, à gallica, à caliga, à peronibus, & aliis quibuslibet calceamentorum generibus. Isidorus: *calceis utebantur reges & Cæsares.* patricii lunatos eos gestabant, quod erat insigne nobilitatis. qui magistratum curulem cepissent, calceis mullei coloris utebantur. Cato apud Festum: *qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos, alii uncinatos, ceteri perones.* qui triumphabant, puniceos sumebant. in veteri inscriptione C. Marii: VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS. hos postea soli Imperatores usurparunt, ut & reliqua triumphalia ornamenta. hinc Consules sub imperatoribus, mulleis, aut rubris & puniceis calceis quibus stante republica utebantur, abstinuerunt, quod illi imperatoribus quasi proprii dicati essent: sed pro purpureis aut puniceis, auratos habuerunt. Cassiodorus in formula consulatus: *pinge vastos humeros vario colore palmata, validam manum victoriali scipione nobilitata, lares proprios etiam calceis auratis egredere.* omnes illi calcei, cujuscumque tandem coloris essent, ejusdem formæ fuere. nam color in calceis formam non mutat. calceus igitur proprius Romanorum fuit, in urbe & in publico usurpari solitus. nam domi depositis calceis, soleas sumebant. extra urbem quoque calceos abdicabant. itaque calceus togam semper sequebatur, calceum Romanum appellat Cassiod. in Codicillis Patriciatus ad Tholum: *ornavit humeros fortes chlamydum vestis, pinxit suras fericis calceus iste Romanus.* calcei servis interdicti. Servius: *nec calceos nec colobia Romæ servi habebant.* à Siculis autem & illis Græcis qui Italiam incoluerunt nomen & usum calcei videntur esse mutuati Romani veteres. κάλτιον illi dicebant, quem Latini *calcium* vel *calceum* vocaverunt. ea voce Rinthon Tarentinus usus est teste Polluce lib. VII. cap. XXII.

ὁ Ῥινθὼν

ὁ Ῥωμαῖος ἢ κολοφωνίας ἢ κοιλίας καὶ ὄψεως. Hesychius: κοίλιοι ὑποδήματα κοῖλα ἐν οἷς ἐμπεδεῦσι. cavum & profundum calceamentum, κοῖλον καὶ βαθὺ ὑπόδημα Græci vocant, quod usque ad mediam tibiam ascendit. Pollux: καὶ ὑποδήματα κοῖλα, βαθέα εἰς μέσην κνήμην ἀνήκοντα. tales Romanorum calcei, ut alibi dicemus. sed quod addit Hesychius, ἐν οἷς ἐμπεδεύουσιν, id jam Romanis calceis minime convenit, quorum usus tantum in urbe. voce κάλτιος utitur etiam alicubi Plutarchus ubi καινὸν κάλτιον appellat, novum calceum. idem alibi κάλτιον πατρίκιον dixit de senatorio calceo. περὶ εὐθυμίας. μηνμονεύομεν ὡς οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει κάλτιος πατρίκιος, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας. perperam hodie apud Plutarchum legitur, καλτίκιος, pro κάλτιος πατρίκιος. ridiculi sunt in ea voce corrupta exponenda lexicorum consarcinatores, dum καλτίκιον interpretantur *calceolum*. sensus Plutarchi est, calceos patricios podagræ sanandæ nihil quidquam prodesse, non magis quam pretiosos annulos, reduviæ tollendæ. in eodem tractatu paulo post πατρικίους simpliciter vocat, calceos patricios: ἀλλὰ κλαίων ὅτι μὴ φορεῖ πατρικίους· ἐὰν δὲ καὶ φορῇ, ὅτι μηδέπω στρατηγεῖ Ῥωμαίων· ἐὰν δὲ καὶ στρατηγῇ, ὅτι μὴ ὑπατεύει. quo loci minus bene Budæus *senatoria* vertit. melius *senatorios calceos*, vel *patricios* reddidisset. calceos porro senatorios istos sive patricios, *campagos* appellari constat ab auctoribus medii ævi. cujus appellationis rationem quæsiverunt docti, atque etiam, de se si creditur ipsis, invenerunt: nam à Græco καμπή, Latinitatem fugientem fecisse *campam* pro crure, atque inde esse *campagum* quod cruri tenus annecteretur. *gambam* quidem hodie crus vocamus, sed falsum est infimæ Latinitatis auctores *campam* pro crure usurpasse: falsum item extare hanc vocem eo sensu in veterinario Vegetii. *gamba* sæpius legitur apud Vegetium, sed non pro crure, ut nos vulgo appellamus. possem multis locis inde allatis hoc probare, verum unus sufficiet qui instar erit multorum. lib. I. cap. LVI. de equo sic loquitur: *post quod admonitus injuria, tollit altius crura, & inflexione geniculorum, atque gambarum molliter vehit. gamba* Vegetio est, quæ Græcis καμπή. si καμπὴν, Græci pro crure toto nunquam dixerunt, nihil causæ dico quin & *gambam* in eadem significatione posuerit Vegetius. sed quantum interest apud Græcos inter τὸ σκέλος, καὶ τὴν καμπὴν τοῦ σκέλους, tantum sane est inter gambam, & crus apud Vegetium. Græci καμπὴν appellant, omnem artuum articulorumque commissuram & inflexionem. hinc καμπαὶ δακτύλων, καμπαὶ βραχιόνων, καμπαὶ σκελῶν Aristoteli de partibus animalium. *Gamba* vero Vegetio proprie dicitur ἡ καμπὴ τοῦ σκέλους, quæ tibiam pedi jungit. sic enim partes istæ ordine procedunt in equo: pes, gamba, crus vel tibia, genu, coxa. de quibus alibi pluribus apud ipsum Vegetium. non potest igitur inde peti campagi etymologia, quod crure id est campa tenus vinciretur. præterea etsi maxime *campam* pro crure usurpassent Latini, cum præter campagum alia multa calciamentorum genera apud veteres in usu fuerint itidem crure tenus solita calciari, non video cur id nominis, proprium præcipuumque campago dati debuerit, quod esse debuit omnibus aliis generibus commune. sane generalem hanc esse oportuit eam pagi appellationem, de quocunque calciamento, quod ad mediam usque tibiam calciando pertingeret. caligæ, perones, tubuli, cothurni tibiatim calciabantur, non minus quam campagi, immo etiam magis. nam campagus, loris tantum, & corrigiis crus involvens, magnam ejus partem intectam relinquebat, quod illæ species

totum

pellaret. Convivatus in publico est: congiariis populum mollivit: senatui sportulam sedens erogavit. Matro-

totum operiebant solida & integra pelle. docuimus ante, quid proprie fuerit campagus, nunc quare ita dictus sit, doceamus. campagos reticulos appellabat Gallienus. ideoque magis libenter utebatur caligis. reticulos eos idcirco appellatos à Gallieno volunt, quod intercisi erant, ut æstivi calcei hodieque apud nos esse solent. Græci πολυχιδεῖς, χιστὰς & λεπτοχιδεῖς hujusmodi calceos multiforatiles vocant. sed tales fuisse patriciorum senatorumque calceos non legimus, immo non fuisse tales satis constat. si minime tales erant senatorii calcei, nec campagi fuere. nam ex iis quæ supra disputavimus, satis potest constare, campagos de senatoriis vel patriciis calceis dictos esse. verius igitur campagis reticulis ideo similes visos Gallieno propter lororum & corrigiarum quibus circa crura alligabantur, variam & multiplicem decussatimque volutam implicationem, quæ reticulatum plane opus referret. multis autem corrigiarum nexibus, & involutionibus vinciri solitos patricios illos calceos, sive campagos ex Isidoro colligitur qui ita eos describit: *patricios calceos Romulus reperit, quattuor corrigiarum assutaque Luna.* cum quattuor illis corrigiis adnecterentur, multas decusses fieri fuit necesse, quales visuntur in reticulis. atque inde etiam nomen reperisse campagos, non verisimile tantum, sed omnino verum est. nec vox est μιξοβάρβαρος, sed plane Græca, vel ex Græco declinata. nam ἀπὸ τῶ καμπῶν, hoc est à flexuris illis & decussationibus corrigiarum, ὁ κάμπαξ κάμπακος, καὶ τὸ καμπάκιον genus illud calceamenti Græcis est appellatum: Latini *campacum* vel *campagum* dixere. καμψίον etiam de quodam genere calceamenti invenio apud Hesychium: καμψία, κανᾶ, κανίσκια, κανάστια κυνηγετικὰ εἰς γόργαλοι, ἢ ὑποδήματα ποιά. καμψία Græcis dicuntur vasa viminea ex virgis inflexis & invicem implexis reticulatim contexta. κάμψαι quoque iidem appellaverunt, arculam ex vimine plexoque factum. hinc Latinum *capsa*. κάμψα, *capsa*. ut αὐτοκαμβάτης, *andabata*. κάμπτρον etiam, τὴν κάμψαν appellarunt. sed de his alibi. καμψίον igitur calcei genus, quod corrigiis & loris reticulatim cancellatimque implicitis adnecteretur. τὸ καμψόν. est καμπύλον καμψία κανάστια γυναικεῖα interpretatur Hes. at κανάστια Polluci inter γυναικεῖα ὑποδήματα recensentur. verum de his alibi fuse. καμψίον & καμπάκιον idem videri posset, quod eadem utriusque vocabuli originis sit ratio. utut sit, de eo dubitari minime potest, quin ea sit origo vocis κάμπαξ & καμπάκιον, & Latinæ *campacus*, quam diximus esse. nam ut ἀπὸ τῶ ἱμπάζω quod est curo, futurum ἱμπάξω, inde ἵμπαξ curator: & ἀπὸ τῶ τρεβάζω τρέβαξ, qui moratur: & σάλπιξ ἀπὸ τῶ σαλπίζω: sic ἀπὸ τῶ καμπάζω, κάμπαξ calceus, quod multis καμπαῖς flexurisque corrigiarum crura vinciat. hinc verbo ἑλίσσειν usus est de campago regio Georgius Pisides:

> Μελαμβαφεῖς πέδιλον εἵλιξας πόδα
> Βάψας ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

καμπάκιον Suidæ ξυρίς. ξυρὶς & ἀναξυρὶς idem. ἀναξυρίδες Hesychio, τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ ὑποδήματα. καππάγιον & καππάγιον alii dixerunt. at καππάζιον aliud est apud Hesychium. nam καππάνιον & καππάδιον diminutivum à κάππα, de quo nos alibi.

1 Matro-

[1] Matronas ad consilium suum rogavit, iisdemque manum sibi osculantibus, quaternos aureos sui nominis
17 dedit. Ubi de Valeriano patre comperit quod captus
esset, [2] id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, [3] *Sciebam me genuisse mortalem*, [4] dixit ille, *Sciebam patrem meum esse mortalem*. Nec defuit Annius Cornicula qui eum quasi constantem principem [5] falso sua voce laudaret. pejor tamen ille qui credidit. Sæpe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, quum

1 *Matronas ad consilium suum rogavit.*] Quod consilium? an consilio suo matronas interesse voluit, & cum his deliberavit? hoc sane videtur innuere vulgata hujus loci lectio, quam ne suspicione quidem tenus à doctis hominibus vitii insimulatam fuisse valde miror. atqui si veterem editionem consuluissent, facile illis fuisset, ea suffragante, non solum hanc scripturam, quæ edita est, falsi condemnatam expellere, sed veram etiam quæ hactenus exulavit, in possessionem suam reducere. sic igitur habuit vetus editio: *matronas ad consulatum suum rogavit, iisque manum suam osculantibus quaternos aureos nominis sui dedit.* atque ita etiam legitur in Palatino. pessimo consilio hoc mutarunt recentes editores. notum est aureorum argenteorumque nummorum sparsiones olim fieri solitas ab his qui consulatum inibant. hinc ὑπατεία recentioribus Græcis quævis sparsio. Gallienus igitur ad consulatum suum etiam matronas invitavit, nec ea expertes munificentiæ suæ esse voluit, & singulis manum suam osculantibus τῆς ὑπατείας nomine quaternos aureos Gallienos dedit.

3 *Sciebam me genuisse mortalem.*] Proponam scripti codicis lectionem, quæ aliquantum est turbata, & involuta: *id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, sciebam me genuisse mortalem, nec defuit ille si dixit, sciebam patrem meum esse mortalem, nec defuit Annius Cornicula.* quam & eamdem turbationem reperit in suis libris doctissimus Casaubonus. sed facile expediri potest. nam illa verba, *nec defuit*, perperam sunt repetita ex sequentibus. sic igitur totum locum legendum puto: *id quod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, Sciebam me genuisse mortalem, de patre ille dixit, Sciebam patrem meum esse mortalem, Nec defuit Annius Cornicula.*

GRVTERVS.

1 *Matronas ad consulatum suum rogavit.*] Nolui fraudare lectores scriptura Palatina, quæ verissima. male prius edebatur, *ad consilium suum.*

5 *Falso sua voce laudaret. pejor, &c.*] Exstant hæc plane in Pal.

CASAUBONUS.

2 *Id quod philosophorum optimus d.*] Xenophon.

4 *Dixit ille.*] Reg. *nec defuit cum ille sic dixit.* simile genus loquendi ante exposuimus: sed aliter hic Puteani codd. & videtur temere corruptus locus ex sequentibus paullo post verbis.

5 *Falso sua voce laudaret, pejor tamen ille qui credidit.*] Omnia hæc absunt à regio: ubi locus ita conceptus: *qui eum quasi constantem principem diceret.*

1 *Lævie*

quum processui & recessui cani juberet. [1] Lavit ad diem septimo æstate vel sexto, hyeme secundo vel tertio. Bibit in aureis semper poculis, [2] aspernatus vitrum, dicens nil esse eo communius. Semper vina variavit: neque unquam in uno convivio ex uno vino duo pocula bibit. Concubinæ in ejus tricliniis sæpe accubuerunt. Mensam secundam scurrarum & mimorum semper prope habuit. Quum iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia sequebantur. Ibant & præfecti, [3] & magistri officiorum omnium: [4] adhibebantur

1 *Lavit ad diem septimo.*] *Ad* pro *per* sic Vopiscus in Firmo: *struthionem ad diem comedisse fertur.* in Commodo: *Lavabat per diem septies.* sic autem membranæ: vulgo, *Lavit dies.*

GRUTERUS.

4 *Adhibebantur & conviviis & natationibus lavabant.*] Est à libris calamo pictis, quibus adludit quoque Pal. in quo, *& nationibus.* perperam vulgati prius, *& cœnationibus. lavabant, &c.*

SALMASIUS.

2 *Aspernatus vitrum, dicens nihil esse eo communius.*] Pal. *diceret*, pro *dicens.* forte: *aspernatus vitrum, cum diceret nihil eo esse communius.*

3 *Et magistri officiorum omnium.*] De magistris officiorum supra diximus, & heic dicam etiam, quæ non præteriri melius est. singula officia Palatina habuerunt magistros suos, qui & principes dicebantur. hinc sæpius apud hos auctores videmus magistros & principes simul eos appellari. Lampridius in Alexandro 1 *injuriam nulli unquam amicorum, comitumve fecit, ne magistris quidem aut principibus officiorum.* principes & magistri officiorum ibi iidem sunt, nec tanquam diversi ponuntur. heic *magistri*, simpliciter dicuntur, ut in vita Pescennii: *quos quidem versus Severus eradi noluit, quum hoc ei & præfecti suggererent, & officiorum magistri.* principes vocantur in Antonino philosopho: *amicis comitantibus à senatu ornavit, additis officiorum omnium principibus.* qui in singulis officiis Palatinis primum locum obtinebant, hi principes & magistri illius officii in quo primas tenebant, dicebantur. *primi & magistri numerariorum* dicuntur leg. VIII. Codic. Theod. de numerariis: *jubemus omnes numerarios, non eos modo quos plebe confusa vulgus abscondit, sed primos etiam & magistros eorum, officii sedis amplissimæ, tum etiam judicum ceterorum, &c.* primates officii, & priores, & capita officii passim in Codicibus Justin. & Theod. vocantur. aliter tamen atque aliter in diversis officiis nominabantur isti principes & magistri. in officio præfecturæ prætorii qui primus erat & princeps illius officii, *primiscrinius* vocabatur. in officio sacrarum largitionum & privatarum, & aliis plerisque, *primicerius.* in scriniis epistolarum, libellorum & memoriæ, *proximus.* in dispositionum scrinio, *comes dispositionum.* nam in tribus illis scriniis epist. libell. & mem. qui primi erant & primum locum inter homines ordinis sui obtinebant, *proximi* dicebantur. *priores scrinii* eos vocat Cod. Theod. de prox. com. dispos. hi & in capite scrinii constituti esse dicuntur leg. XI. eod. tit. *per omnia scrinia nostra singulis annis emensis, qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum.* principes *scriniorum* vocat Lampridius

pridius in Alexandro. proximi igitur in scriniis iidem erant, qui in aliis officiis primicerii. hi enim omnes qui in aliquo officio primo loco militabant, principes & magistri illius officii audiebant. sic *comites dispositionum*, qui id erant in scrinio dispositionum quod *proximi* in aliis scriniis. *magistros* etiam *dispositionum* vocat lex II. titulo quo supra: *clarissimos viros proximos scriniorum, & magistros dispositionum vicariorum ordini copulamus.* nec dubium est proximos libellorum, epistolarum & memoriæ, magistros etiam dictos, & eosdem fuisse cum illis qui magistri epistularum, libellorum & memoriæ apud antiquiores dicebantur. præter hos autem singulorum scriniorum magistros, fuit & qui diceretur & esset omnium scriniorum magister, sub quo erant quattuor illi scriniorum magistri, proximi scilicet epistularum, libellorum & memoriæ, & comes dispositionum. is simpliciter vocabatur *scriniorum magister*, & *scrinia curare* dicebatur, ut *epistulas curare*, qui epistularum magister erat. at de magistro epistularum non diceres eum scrinia curare, aut scriniorum magistrum esse: nam unum tantum scrinium curabat, nempe epistolarum, nec plurium scriniorum erat magister, quod nomen tantum usurpabatur de quattuor scriniorum magistro. diximus de hac re supra & pluribus eam confirmavimus. eodem plane modo Palatina omnia officia, præter illos singulorum officiorum magistros, unum quemdam generalem magistrum agnoscebant. qui *officiorum magister*, & *princeps officii Palatini*, & sine ulla additione *magister* simpliciter vocabatur. ejus dignitas *magisteria*. leg. unica Cod. de quæstoribus & magistris offic. *qui ex quæstura honore, aut efficaci magisteria, aut comitiva utriusque ærarii nostri attonito splendore viguerunt.* ita enim ex Cod. Theod. legendum. perperam hodie vulgatur, *aut officiali magisterio.* jam *efficaci* pro *officiali* emendaverat Cujacius, sed *magisterio* perperam retinuerat. *magisteria dignitas* de magistro officiorum Cassiodoro dicitur. ejus officiales *principes* dicebantur & *magisteriani*, vel *magistriani.* quoties igitur legis *magisterianam*, aut *magisteriam dignitatem*, de hoc officiorum magistro debes eam intelligere. Suidas: μαγιστερία, ἀρχή. auctor nescio quis apud eundem: ἀπηξιώθη καὶ Θεόδωρος τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ παρὰ Ῥωμαίοις τιμωμένῃ τε καὶ γεραιρομένῃ, id est, magistrum officiorum. Theophylactus lib. II. cap. III. hist. ὁ καὶ τὴν παρὰ Ῥωμαίοις μαγιστερίαν διαζώννυται ἀρχὴν ἐκαλεῖτο τὸ γένος Ἴβηρος. μαγίστρου ἀρχὴν vocat Priscus in hist. Goth. Μαρκέλλιον τὴν τοῦ μαγίστρου διέποντα ἀρχὴν προσμεταπεμψάμενος. cum enim magistri κατ᾽ ἐξοχὴν dicerentur, eorum etiam dignitas *magisteria* dicta est: ut *vicaria* dignitas vicarii: *præfectoria*, præfecti: *consularis*, consulis. multi alii erant magistri, ut magistri militum, magistri cubiculi, magistri scriniorum, sed de nullo alio *magisteria* dicebatur, quam de hoc officiorum magistro, exempli gratia; dignitas magistri militum non vocabatur *magisteria*, sed *magisterium militum*. & ita de aliis. hunc Græci interpretantur ἡγεμόνα τῶν ἐν αὐλῇ τάξεων & ἡγούμενον τῶν αὐλικῶν καταλόγων. unicus hic in aula videtur fuisse. Corippus:

——— *mandante magistro*
Omnis sacrorum vis adfuit officiorum.

quod alibi pluribus confirmabimus in libro de officiis domus Augustæ. at plures fuere sub infimæ ætatis Græcis imperatoribus, ut ibi dicemus. per magistros vero officiorum heic intellige singulorum officiorum Palatinorum principes, qui omnes suberant illi quem dixi magistro.

4 *Adhibebantur & conviviis & cenationibus.*] *Cenationem* Latini non solent pro cæna dicere vel convivio, sed locum ipsum ita vocant in quo cænatur. corruptum autem id verbi videtur ex scriptura vetere, *nationibus.* sic

bebantur [1] & conviviis & cœnationibus. lavabant et-
iam simul cum principe. [2] Admittebantur sæpe etiam
mulieres, [3] cum ipso pulchræ & puellæ, & cum illis
anus deformes, & jocari se dicebat quum orbem terra-
rum undique perdidisset. Fuit tamen nimiæ crude- 18
litatis in milites: [4] nam & terna millia, & quaterna
militum singulis diebus occidit. Statuam sibi majo-
rem colosso fieri præcepit Solis habitu, sed ea imperfe-
cta periit. Tam magna denique cœperat fieri, ut du-
plex ad colossum videretur. Poni autem illam volue-
rat in summo Æsquiliarum monte, [5] ita ut hastam te-
neret,

sic igitur erit distinguendum & legendum: *adhibebantur & conviviis, & nationibus. lavabant etiam cum principe. nationes* vocat, natationes. natationibus autem utebantur veteres æstate, ut balneis hyeme. natationes frequentius nominat Celsus, aliquando tamen & nationes, ut lib. III. cap. XXIV. *per omne vero tempus utendum est exercitatione, frictione: si hyems est, balneo; si æstas, frigidis nationibus.* cap. XXI. ejusdem libri: *balneum rarum res amat, frequentiorem in jejunio vomitum. si æstas est, in mare natare commodum est.* lib. IV. cap. V. *item unctiones frictionesque, hinc perfundi gelida atque in eadem natare.* natationes igitur vel nationes fiebant in aqua frigida, idque æstate. balnea vero hyeme frequentabantur. nationes vero heic habemus & balnea. nam verbum lavandi, quod hoc loco legitur, ad balnea referimus.

CASAUBONUS.

1 *Et conviviis & cœnationibus.*] Bis idem dicit. sed aliter regius, & alter Puteani: *& natationibus lavabant simul cum principe.*

4 *Nam & terna millia & quaterna militum singulis diebus occidit.*] Id est uno die. non enim quotidie id factum: sed aliquando tamen accidit, ut plura millia militum die uno trucidaret. Exemplum superius in clade Byzantina: & item alterum libro sequente in Ingenuo tyranno.

SALMASIUS.

2 *Admittebantur sæpe etiam mulieres, cum ipso pulchræ & puellæ.*] Vitiosa nonnihil & lectio & distinctio. videntur enim hac lectione distingui mulieres & puellæ. atqui sic legi debet: *admittebantur sæpe etiam mulieres cum ipso, pulcræ puellæ, & cum illis anus deformes.* mulieres sæpe etiam cum ipso admissas scribit, hoc est puellas pulcras & anus deformes, jocandi scilicet & ludendi gratia.

GRUTERUS.

3 *Cum ipso pulcræ puellæ; cum illis anus, &c.*] Sic Pal. exclusa copula &, quæ in vulgatis.

CASAUBONUS.

5 *Ita ut hastam teneret, per cujus capud infans ad summum posset ascendere.*] Caput intellige statuæ, non hastæ. hoc dicit si recte capio, prægrandem hanc statuam non solidam, sed cavam ab interiore parte fuisse: ita ut pateret puero via sursum tendenti ad summum usque caput: unde per os emissus, hastam quæ tenebatur erecta, conscendebat quam longa illa erat. rem ridiculam sane & nugatoriam. Sed Josephus Scaliger monuit me legendum esse, *per cujus scapum inf.* quæ verissima lectio est. quid sit columnæ scapus, sciunt qui legerunt Vitruvium. dicitur & de multis aliis re-

neret, [1] per cujus caput infans ad summum posset ascendere. Sed Claudio & Aureliano deinceps stulta res visa est, siquidem etiam equos & currum fieri jusserat pro qualitate statuæ, [2] atque in acutissima base poni. Porticum Flaminiam [3] usque [4] ad pontem Milvium & ipse paraverat ducere, ita [5] ut tetrastiche fieret, ut autem alii dicunt, pentastiche: ita ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus & tertius, & deinceps διὰ τεσσάρων columnas. Longum est ejus cuncta in literas mittere. [6] quæ qui volet scire, legat Palfurium Suram, qui Ephemeridas ejus vitæ composuit. Nos ad Saloninum revertamur.

bus, apud Plinium sæpe. etiam duo illi asseres arrectarii, qui scalarum gradus sustinent, scapi Latinis dicuntur. Zeno Veronensis sermone de Abraham III. *Scala duos scapos habet, & gradus plurimos. sed ejus ascensus est unus.*

GRVTERVS.

1 *Per cujus caput infans.*] Nihil verius emendatione Scaligerana, *per cujus scapum.*

4 *Ad pontem Milvium.*] Pal. *Molvium*, scilicet scribendum *Mulvium.*

SALMASIUS.

2 *Atque in acutissima base poni.*] Aperte falsum & mendosum tinnit hæc *acutissima basis.* quomodo enim acutissimam eam intelligemus, quam amplissimam, & vastissimam oportet fuisse, ut teneret equos & currum ea magnitudine, qui responderent illi statuæ colossæ? Palatinus etiam hac parte vitiosus, nam *attusfima* legit. nos legimus, *auctissima. auctissimam basim* dixit, amplissimam. sic, *auctiores opes* Florus, ampliores & majores. plura non addam illi conjecturæ nostræ firmandæ, & vulgatæ lectioni infirmandæ. satis enim puto & illam defendi, & hanc per se improbari.

3 *Usque ad pontem Milvium*] *Molvium*, Pal. atque ita semper in libris, *Mulvium*, non *Milvium.*

5 *Ut tetrastiche fieret.*] Valde miror viro Græce doctissimo, vitium hujus lectionis minime suboluisse, Græce quidem, sed minus Græco more enuntiatæ nec enim τετραστίχω, aut πενταστίχω Græci puto dicerent. scribendum igitur: *ut tetrastichæ fierent, & pentastichæ. fierent* autem, non *fieret*, etiam in Palatino reperitur scriptum. *tetrastichæ* sunt τετράστοιχοι, quatuor scilicet ordines columnarum, vel columnæ quaternis ordinibus positæ sic & πεντάστοιχοι, quini ordines columnarum *tetrastichæ* pro τετράστοιχοι, ut *picile* pro ποικίλη supra. & *Tichobates*, pro τοιχοβάτης. στίχον tamen & στοῖχον Græci dicunt pro eodem. *ante se*, pro ante: ut *contra se*, pro contra

6 *Quæ qui volet scire legat Palfurium Suram.*] *Calphurinum* habet princeps editio, ex qua scriptura posset fieri: *Calfurnium* vel *Calpurnium.*

DE

DE SALONINO GALLIENO.

SALONINUS hic Gallieni filius fuit, nepos Va- 1
leriani, [2] de quo [3] nihil est quod dignum in literas mittatur, nisi quod nobiliter natus, educatus regie, occisus deinde non sua sed patris causa. De hujus nomine magna est ambiguitas. Nam multi eum GALLIENUM, [4] multi SALONINUM in historiis prodiderunt. [5] Et qui Saloninum, idcirco quod apud Salonas natus esset, cognominatum ferunt: qui autem Gallienum, patris nomine cognominatum, & avi Gallieni summi quondam in Repub. viri. Fuit denique hactenus statua in pede montis Romulei, hoc est ante Sacram viam, intra templum Faustinæ advecta ad arcum Fabianum, [6] quæ haberet inscriptum, [7] GALLIENO minori,

SALMASIUS.

1 DE SALONINO GALLIENO.] Delendus hic titulus & reponendum ejus loco: SALONINVS GALLIENVS. *Hic Gallieni filius fuit, nepos Valeriani.* ita enim solent isti auctores cum duo aut tres aut etiam plures uno volumine includunt imperatores: idque paulo ante observavimus. idem Trebellius in sequente libello triginta Tyrannorum, non aliter usus est: CYRIADES. *Hic patrem Cyriadem fugiens.* POSTVMVS. *Hic vir in bello fortissimus.* LOLLIANVS. *Hujus rebellione in Gallia Postumus.* & sic de ceteris, ut ibi ostendemus.

2 *De quo nihil est quod dignum in litteras mittatur.*] Palatinus liber una voce auctior est: *de quo quippe nihil est, quod dignum in litteras mittatur.* assentior tamen docto viri scribenti: *nihil est dignum quod in litteras mittatur.*

4 *Multi Saloninum in historiis prodiderunt.*] Melius membranæ Palatinæ: *multi Saloninum historiæ prodiderunt.* atque ita etiam editio vetus.

GRUTERUS.

2 *De quo nihil est quod dignum in litteras, &c.*] Pal. *de quo quippe nihil est dignum.* tamquam si quid periisset ante illud *quippe.*

7 *Gallieno juniori, &c.*] Sic cum aliis mss. Palat. editi enim *minori.*

CASAUBONUS.

3 *Nihil est quod dignum in literas mittatur.*] Melius, *nihil est dignum quod in l. m.*

5 *Et qui Saloninum idcirco quod apud Salonas natus esset cognominatum ferunt.*] Paullo post aliam caussam allaturus est, de matris nomine, quæ dicta est Cornelia Salonina Pipara. sive Pipa. quod magis probo. nam Gallienus hanc sive conjugem sive pellicem suam insano amore deperiit: ut scribunt ambo Victores.

6 *Quæ haberet inscriptum,* GALLIENO MINORI *Salonino additum.*] Scripti omnes, IVNIORI non *minori.* ante *Salonino,* deesse copula videtur. pro *additum* membranæ, *addic.* scribo, SALONINO *addito.*

SALMASIUS.

6 *Quæ haberet inscriptum Gallieno minori, Salonino additum.*] Putavi aliquando legendum: *quæ haberet inscriptum,*

nori, Salonino additum: ex quo ejus nomen intelligi poterit. Tranſiſſe decennium imperium Gallieni ſatis clarum eſt: quod idcirco addidi, [1] quia multi eum imperii ſui primo anno periiſſe dixerunt. [2] fuiſſe autem & a-

GALLIENO MINORI SALONINO, deleta voce *additum*, quam perperam additam eſſe mihi perſuadebam. Caſaubonus ſcribendum cenſebat: SALONINO *addito*. ego vero nunc legendum & diſtinguendum eſſe ajo: *quæ haberet inſcriptam*, GALLIENO, IUNIORI SALONINO *additam*. *inſcripta* pro *inſcriptio*. ut ſupra *conſulta* pro *conſultio*. Ammiano *inſtituta* pro *inſtitutio*. hoc eſt, quæ illam inſcriptionem GALLIENO IUNIORI, haberet additam nomini SALONINO. hoc modo: SALONINO GALLIENO IUNIORI. diſputat auctor de nomine Salonini & varias de eo ſententias fuiſſe dicit. quidam Saloninum cognominatum aſſerebant, quod apud Salonas natus eſſet, ex quorum ſententia GALLIENUS SALONINUS fuerit dicendus. alii patris & avi nomine Gallienum coguominatum volebant. & ſecundum horum opinionem SALONINUS GALLIENUS dictus eſt. nam *Gallienus* cognomen illi ſic fuit, *Saloninus* nomen. hanc ſententiam denique probari teſtatur Trebellius ex inſcriptione ſtatuæ ejus, quæ GALLIENO additum habuit nomini SALONINO. hæc vera igitur eſt lectio & diſtinctio. *iunior* autem pro *minori* ſcribunt libri. ſic Maximinus junior & ſenior: Philippus ſenior & junior: Gordianus ſenior & junior, & ita de reliquis.

1 *Quia multi enim imperii ſui primo anno periiſſe dixerunt.*] Multi, inquit, dixerunt primo imperii ſui anno Gallienum periiſſe. immó certum eſt neminem id dixiſſe, atque adeo neminem hoc dicere potuiſſe. tam enim falſum eſt, quam res quæ falſiſſima eſt. ut Gallienus uno tantum anno imperarit? miror adeo negligenter in hoc loco verſatos eſſe doctiſſimos viros, ut de vitio lectionis ne admonuerint quidem. Palatinus & editio vetus non agnoſcunt heic illud *primo*. ſcribendum ex hiſtoriæ fide: *quod idcirco addidi quia multi eum imperii ſui anno nono periiſſe dixerunt.* de qua lectione non poteſt dubitari. nihil fuit facilius quam ut tolleretur vox illa *nono* poſt *anno* poſita, propter ſyllabarum duarum concurſum, cum ultima ſyllaba vocis *anno*. res autem ita ſe habet. vult evincere Trebellius totos decem annos tranſiſſe Gallieni imperium. nam & decennalia ab eo celebrata, & poſt decennalia, Gotthos ab eo victos, cum Odenato pacem factam, cum Aureolo, pugnatum contra Poſtumum, contra Lollianum. at plerique omnes hiſtorici nono anno imperii vel decimo interfectum fuiſſe ſcripſerunt. Trebellius in fine: *ut quum XV. annos eoſdem imperaſſe conſtet, id eſt Gallienum uſque ad quintum decimum perveniſſe, Valerianus vero ſexto ſit captus, alii IX. annis, alii decem etiam Gallienum imperaſſe in litteras mittant.* ubi ſunt igitur illi tam multi, qui primo anno imperii ſui Gallienum periiſſe dixerunt? vera igitur conjectura noſtra, ſcripſiſſe multos auctores nono imperii ſui anno Gallienum extinctum. in his Aurelius Victor Scotthi: *huic novem annorum potentia fuit.* quem ſequitur Eutropius: *Gallienus interea fraude Aureoli ducis ſui cum fratre Valeriano occiſus eſt imperii anno nono.*

2 *Fuiſſe autem & alias rebelliones.*] Vetus: *& alios rebelliones.* quod verum eſt. *rebelliones* pro *rebellibus*. ſic in epiſtola Fauſtinæ ad Marcum: *hortor ut ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrime proſequaris.* Vopiſcus in Probo; *rebelliones* quoque iſto ſignificatu poſuit. Gloſſæ: ἀντάρτης. *perduellio, rebellio.* eædem Gloſſæ: *rebellio*, ἀποστάτης, ἀποστάτης.

1 Rebel-

& alias [1] rebelliones sub eodem [2] de quibus proprio dicemus loco. [3] Siquidem placuit triginta tyrannos uno volumine includere, idcirco quod nec multa de his dici possunt & in Gallieni vita pleraque jam dicta sunt. Et hæc quidem de Gallieno hoc interim libro dixisse sufficiat. Nam [4] & multa jam in Valeriani vita: [5] in libro qui *De triginta tyrannis* inscribendus est, jam loquemur quæ iterari ac sæpius dici minus utile videbatur. Huc accedit quod quædam etiam studiose prætermisi, ne ejus posteri multis rebus editis læderentur. [6] Scis enim ipse quales homines cum iis qui aliqua de majoribus eorum scripserint, quantum gerant bellum: 2
[7] nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio quem ad exemplum Protreptici scripsit. Unum ponam tamen quod jucunditatem quandam, sed vulgarem habuit, morem tamen novum fecit. Nam quum cingula sua plerique militantium qui ad convivium vene-

GRUTERUS.

1 *Rebelliones sub eodem proprio dicemus loco.*] Ita quoque & nostri Pall. nam vulgati amplius *eodem de quibus proprio.*

4 *Et multa jam in Valeriani vita, &c.*] Cum sequatur statim iterum vocula *jam*, vel ibi tollenda venit, vel sane heic.

6 *Scis enim quales homines, &c.*] Præstiterat scripsisse; *Scis enim qui de quantumque homines cum his, &c.* nisi forte fuit, *tales homines*, ut placebat Casaubono nostro.

CASAUBONUS.

2 *De quibus proprio dicemus loco.*] Dele illa *de quibus*, postulante sententia, jubentibus manu exaratis.

5 *In libro qui D.*] Scrib. *& in libro qui.*

6 *Scis enim ipse quales homines c.*] Non *quales*, sed *tales* exigit sententia.

7 *Nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio, q.*] Huc refero verba ista ex eo libro quæ descripsit Nonius: *Qui cum publicas injurias lente tulisset, suam non tulit.*

SALMASIUS.

3 *Siquidem placuit triginta Tyrannos uno volumine includere.*] Pal. *viginti tyrannos.* ut supra. vide quæ ibi notavimus: nam si patrem & filium imperatores unius imperatoris vice accipimus, viginti tantum Tyrannos habebimus. filii autem & cum patribus imperatores sunt facti, & cum iisdem interfecti. & sane ubi de iis agit, qui Romanum imperium sub Gallieno adfectarunt, non duos Postumos nominat, sed unum, quum tamen duo fuerint pater & filius: non duo Tetricos, sed Tetricum, & sic de aliis. in Lolliano: *ita Gallieno perdente remp. in Gallia primum Postumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremo Tetricus, nam de Mario nihil dicimus, affectatores imperii Romani extiterunt.* triginta tamen retinemus, his de causis quæ in aperto sunt. proferre tantum volui scripturæ varietatem, & ejus tuendæ, si cui placere posset, rationem.

venerant, ponerent hora convivii, Saloninus puer, ſive Gallienus, [1] his auratos conſtellatoſque balteos rapuiſſe perhibetur: & quum eſſet difficile in aula palatina requirere quod periiſſet, [2] ac taciti militares viri detrimenti

1 *His auratos conſtellatoſque baltheos rapuiſſe perhibetur.*] Non una ratio eſt quæ mihi hanc lectionem ſuſpectam reddat. primum *ſtellatos* baltheos ab auctore dictos, aut ſane dicendos fuiſſe putarem, non *conſtellatos*. deinde cum baltheos conſtellatos ab auratis diſtinguere videatur, quo genere ornatos, aut quo metallo intelligemus iſtos ſtellatos? ſtellatum auro, argento, gemmis, Latini vocant quidquid illis rebus decoratum diſtinctumque eſt & exlatum. Virgilius:

—*ſtellatus iaſpide fulva*
Enſis erat.

Gajus Memmius de triumpho Luculli apud Servium: *Syriaci calceoli gemmarum ſtellati coloribus.* Symmachus epiſt. II. lib. III. *ipſa vero pars materiæ digna laudari, quanto verborum ſtellatur auro!* ad quem locum vide miſcellanea doctiſſimi & amiciſſimi noſtri Juretii. in ſumma ſtellatum aliquid Latini dicere non conſueverunt, niſi addant, quo genere vel qua materia ſtellatum illud ſit. præterea *conſtellatos* heic non habet vetus Palatinus, ſed *coſtilatos* pro eo legit. vetus editio: *coſtillatos*. nec dubium eſt inde *conſtellatos* factos eſſe hos baltheos à correctoribus. ſed quid dicemus de illa veteri lectione, aut quid ea faciemus? putaverim *coſtilatos* ſcriptum eſſe pro *poſtilatos* vel *poſtulatos*; hoc eſt *puſtulis* vel bullis argenteis diſtinctos. puſtula de argento optimo dicebatur. unde & puſtulatum argentum: Martialis:

Et niveum candens puſtula vincit ebur.

puſtulatos igitur baltheos heic interpretamur puſtulis aut bullis ornatos. bullæ aureæ vel argenteæ in baltheis. Virgilius:

—*notis fulſerunt cingula bullis.*

idem:

—*phaleras Rhamnetis & aurea bullis*
Cingula.

puſtulas etiam pro bullis Latini dicunt. & *puſtulatum* pro bullatum. Tertullianus de concha margaritica: *quod ſi concha illa aliquid intrinſecus poſtulat, vitium ejus magis debet eſſe quam gloria. poſtulat* pro *puſtulat*. ſic hoc loco *poſtulatos* vel *poſtilatos* ſcriptum videtur fuiſſe, & corruptius *coſtilatos*. poſſumus heic poſtulatos accipere, puſtulis argenteis, hoc eſt optimo argento variegatos & ornatos, quod poſtulatum dicebatur. nam & puſtulam de optimo argento & valde puro dixit Martialis. & ſic auratos & argentatos baltheos heic haberemus. Plinius de laminis argenteis quibus ornabantur militum balthei: *capuli militum, ebore faſtidito, cælantur argento, vaginæ batillis, balthei laminis crepant.* vel *poſtulatos* ſimpliciter accipe puſtulis & bullis decoratos & variatos. quid ſi minimum recedendo à veſtigiis antiquæ ſcripturæ legimus *coſtulatos*, & intelligimus regulis quibuſdam & virgis argenteis in modum coſtarum poſitis & ordinatis diſtinctos? ſic coſtulæ argenteæ dicerentur in baltheorum ornatura, ut laminæ & batilli eiſdem baltheis ornandis & gladiorum vaginis apud Plinium memorantur. videant acutiores an verum dixerimus, & ſi non videmur dixiſſe, ipſi dicant.

2 *Ac taciti militares viri detrimenta pertuliſſent.*] Percuſſit me novitate ſua lectio quam in membranis offendi: nam præter expectationem accidit, ut varietatem in re tam aperta reperirem, in quam etiam cœpi attentius inquirere, poſtquam illis primam editionem conſentire vidi. ſic igitur habebant: *ac tacitis militibus viri detrimenta*

menti pertulissent, postea rogati ad convivium cincti accubuerunt. [1] Quumque ab his quæreretur cur non solverent cingulum, [2] respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem ut deinceps cum imperatore cincti discumberent. [3] Negare non possum,

menta pertulissent. facile est divinatu prius fuisse: *ac taciti ex militibus viri detrimenta pertulissent. ex militibus viri*, sunt militares viri. ut *ex consulibus viri*, sunt viri consulares. sic *Mæcenatem ex ducibus* habuimus ante in Gordianis, ad quem locum plura de hoc loquendi genere notavimus.

CASAUBONUS.

1 *Cumque ab his quæreretur cur non solverent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus.*] Respiciunt isti hac responsione sua ad morem veterem: ut omnes magistratus & quicunque jus gestandi gladii haberent, nonnisi accincti & cum omnibus suæ dignitatis aut loci insignibus, in conspectum principis venirent. Docuit nos istud Johannes Chrysostomus homilia in priorem ad Corinthios XXVI. τὸν ἄρχοντα, inquit, τοῦ βασιλέως στρατιώτας. τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἔχειν δεῖ. & paullo ante magis diserte de cingulo: οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων χωρὶς ζώνης καὶ χλαμύδος τολμήσειεν ἂν φανῆναι τῷ τὸ διάδημα ἔχοντι. quæ verba ad hunc locum sunt appositissima: nam loquitur Chrysostomus de militaribus viris; quorum insignia cingulum & chlamys, apud omnes scriptores etiam Latinos. sed editum vitiose, χλαινίδος: quæ menda decepit interpretes.

SALMASIUS.

2 *Respondisse dicuntur, Salonino deferimus.*] Ambiguum hoc militarium virorum responsum, quod non videntur animadvertisse doctissimi viri. duplicem enim sensum potest habere: aut Salonini honori se hoc tribuere, aut ejus causa hoc facere, ut baltheos non deponerent, ne iterum ab ipso raperentur, hoc responso voluerunt intelligi milites isti. sed magis verum est, illos sic intellexisse, ne iterum perderent baltheos suos, quos prius rapuerat Saloninus, Salonini causa se facere, ne eos dimitterent: cum tamen aliud etiam darent intelligendum, ambiguitate responsi, nempe se hoc ejus honori tributum velle: & tamen si honoris gratia id tantum fecissent, Gallieno potius patri & imperatori fuit deferendus, quam Salonino puero.

3 *Negare non possunt alimode plerisque videri hujus rei ortum esse morem.*] Unde mos iste deductus esset, ut nonnisi præcincti in imperatoria cœna discumberent milites. quærit hoc loco, & quæsitum pleris que ostendit Trebellius. falsa tamen sunt omnia, unde illius moris originem repetunt. quam nos tribus verbis aperiemus. sciendum est igitur, ita cunctos cum imperatore cœnasse milites, ut reliquos omnes qui milites non erant, rogatos cœnare oportebat. quod enim militi cinctus, id non militi toga. nemini autem, qui imperatoriæ cœnæ rogatus interesset, licebat esse non togato. nam qui palliati veniebant, togam cogebantur accipere. Spartianus in Severo: *habuit etiam aliud omen imperii: quum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam præsidiariam ipsius imperatoris accepit.* privatis enim conviviis & suis nunquam rogati accumbebant Romani, sed in domesticis vestibus & cœnatoriis cœnabant. togam enim domi non gestabant, sed simul ac erant domum ingressi, eam deponebant. ad imperatoriam vero cœnam

possum, aliunde plerisque videri hujus rei ortum esse morem. [1] Dicunt enim [2] militare prandium ([3] quod dictum est prandium ab eo quod ad bellum milites paret)

cum togati veniebant, togati, ut diximus, discumbebant. sed & ad ipsum salutandum togati mane veniebant. nec aliter licitum erat. par igitur atque eadem est ratio, qua milites cincti cum imperatore cœnabant, & qua togatam militiam sequuti, eum toga. nec quærenda ulterius interiusque, moris utriusque causa & origo. nam magistratibus non licebat ad imperatorem accedere, aut ipsius convivio interesse, nisi cum magistratus insignibus, ut vestibus & aliis, quæ ejus magistratus, quem gerebant, essent propria: neque hominibus forensibus, nisi cum toga; neque militibus, aut militaribus viris, nisi cum chlamyde & baltheo. de quo more nos alibi, θεῷ διδόντος, plura, nam heic tantum diximus, quantum ad hujus loci sententiam aperiendam sufficere arbitrati sumus.

1 *Dicunt enim militare prandium, quod dictum est prandium ab eo quod milites ad bellum paret.*] Optimus liber: *quod dictum est parandium.* optime. lege, *quod dictum est quasi parandium ab eo quod milites ad bellum paret. prandium* igitur quasi *parandium*, quod paret milites ad pugnam. nam ante pugnam sumebatur. scribit enim Isidorus, *proprie apud veteres prandium vocatum fuisse, omnium militum cibum ante pugnam.* aliter Plutarchus de prandii veriloquio sentit, cujus hæc sunt verba ex lib. octavo Symposiacῶν, quæ obiter ascribam, ut emendem: τὸ δ᾽ ἄρισον ἐκλήθη πρώϊον ἀπὸ τῆς ὥρας· ἕωθεν γὰρ τὸ δειλινὸν, καὶ τὸ μετ᾽ ἄρισον ἀναπαύειν, ἐνδιάζειν· ἢ προσφέρεσθαι ἵνα σημαίνοντες ἐνδεδυμένην ἢ τροφὴν ἢ χρῶνται περὶ ἐνδείας γυίας vulgo scribitur, καὶ τὴν μετ᾽ ἄρισον ἀνάπαυσιν. perperam.

CASAUBONUS.

2 *Militare prandium.*] Imperatores soliti suos duces frugaliore mensa excipere. quæ *militare prandium* dicebatur. vel *mensa militaris*, ut in Lampridii Heliogabalo.

3 (*Quod dictum est prandium ab eo quod ad bellum milites paret*)] Fere Romani quoties aliquem invitarent, ad cœnam non ad prandium vocabant, ut ex antiquorum lectione notissimum est. at imperator non ad cœnam, sed ad prandium solitus duces suos invitare: idque appellatum est *militare prandium.* ad eas epulas conveniebant militares viri accincti gladiis, & ita discumbebant: nimirum servato in aula disciplinæ militaris more, cujus in castris præcipuus usus. Quærit hic Trebellius unde mos sit ortus discumbendi eo loci cum gladiis: attulit de Salonino historiolam, quæ videtur originem mori dedisse. verum addit, videri aliis non ab eo casu ortam consuetudinem; sed ipsam convivii ejus institutionem id exigere: hoc autem probat. primum ex ipso nomine ducto argumento; quippe id convivium non cœnam esse, verum prandium: neque prandium simpliciter dici, verum militare prandium, ex eo, inquit, quod ad bellum milites paret. Deinde aliam subjicit rationem, de qua mox. Tollendæ autem sunt parentheseos notæ, & scribendum sic: *Dicunt enim militare prandium, quod dictum est ab eo quod ad bellum milites paret, à cinctis initum.* non solum notationem vocis *prandium* indicat, à verbo paro; unde & Isidorus ducit, sed aliter: verum etiam caussam docet cur istæ dapes sint appellatæ *militare prandium.*

GRUTERUS.

3 *Quod dictum est prandium.*] Palat. *parandium.*

1 Cui

ret) à cinctis initum: [1] cui rei argumentum est quod à discinctis etiam cum imperatore cœnatur. Quæ idcirco posui, quia digna & memoratu videbantur & cognitu. Nunc transeamus ad triginta tyrannos, qui Gal- 3
lieni temporibus contemptu mali principis extiterunt. De quibus breviter & pauca dicenda sunt. Neque enim digni sunt eorum plerique ut volumen talium hominum saltem nominibus occuparetur: quamvis eorum aliqui non parum in se virtutis habuisse videantur, multum etiam reipublicæ profuisse. Tam variæ item opiniones sunt de Salonini nomine, [2] ut, qui se verius putant dicere, [3] à matre sua Saloni-na

CASAUBONUS.

1 *Cui rei argumentum est, quod à discinctis etiam cum imperatore cœnatur.*] Si verum esset cepisse duces cum gladiis discumbere in convivio principali, occasione Salonini, aut reverentiæ in principem gratia; semper id servaretur, quoties aliquis vir militaris imperatoriis epulis interesset. atqui, ait Trebellius, non ita fit: nam ad cœnam vocatos, etiam discinctos accumbere, nulla est invidia. cur aliter fit in militari prandio? hæc ratio firmissima est.

3 *A matre sua Salonina.*] Cornelia Salonina, ut in nummis Græcis Latinisque, & apud Porphyrium in vita Plotini, ubi perhonesta est hujus mentio.

GRUTERUS.

2 *Ut qui se verius putant dicere.*] Pal. *putet.* qui tamen deinde non agnoscit vocem *dicant.*

SALMASIUS.

1 *Cui rei argumentum est quod à distinctis cum imperatore cœnatur.*] Hunc locum & male legerunt, & pejus acceperunt eruditissimi viri. primum, nihil est certius, quam esse legendum: *cui rei argumentum est quod ab iis cinctis etiam cum imperatore cœnatur. ab his cinctis*, id est, à militibus cinctis. tractat de origine ejus moris, quo cincti milites cum imperatore discumbebant. quibusdam enim ad illam Salonini supra expositam fabulam referentibus, alii deductum ejus moris initium aliunde volebant: quorum hæc erat ratio. prandium militare prius dicebatur, quod milites pugnam inituri sumebant, & dictum inde prandium, quod parer ad pugnam milites. cincti autem prandebant, ut statim à prandio, nulla oblata mora pugnam capesserent. hinc proverbium, *pransus paratus*. nam pransi milites, erant ad pugnandum parati. quod verum esse, etiam illud, inquit Trebellius, argumento est, quod etiam ii cincti cum imperatore cœnant. nam etsi ad imperatoriam cœnam rogati, non militariter cœnent, nec militare prandium capiant, ut à prandio pugnam ineant, tamen ad illum morem respicientes, quo cincti solent prandium militare inire, etiam tum cum in imperatoris convivio cœnant, cincti discumbunt. is est sensus hujus loci; hæc vera lectio.

2 *Ut qui se verius putant dicere.*] *Ut qui se verius putet dicere, à matre sua Saloninâ appellatum esse dicat.* Pal.

3 *A matre sua Saloninâ appellatum esse dicat.*] Existimavi aliquando Aurelium Victorem aliam Saloninam

na appellatum esse dicant, [1] quam is perdite dilexerit, [2] Piparam nomine, Barbaram regis filiam. [3] Gallienus

facere, quæ conjux fuit Gallieni, ab ejus concubina, quæ Pipa nomen habuit, & barbari regis filia fuit. eo me inducebant ejus verba, quæ ita se habent: *inter hæc ipse popinas, ganeasque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat, expositus Saloninæ conjugi atque amori flagitioso filiæ Attali Germanorum regis, Pipæ nomine*. quis enim non censeat, horum verborum colore, diversam esse Saloninam Gallieni conjugem, ab illa Pipa regis Germanorum filia, cujus flagitioso amori expositum fuisse Gallienum scribit? sed postea intellexi deesse vocem unam Aurelio, quam ex historica fide, aliorumque scriptorum auctoritate, sic puto restituendam: *expositus Saloninæ conjugis atque concubinæ amori flagitioso, filiæ Attali Germanorum regis, Pipæ nomine*. atque ita plane habet vulgarius Victor, qui ab illo altero Victore mutuatus, mutatis aliquot verbis, nonnullis etiam additis ita scripsit: *amori diverso pellicum deditus, Saloninæ conjugis, & concubinæ, quam per pactionem concessa parte superioris Pannoniæ, à patre Marcomannorum rege matrimonii specie susceperat, Pipam nomine*.

CASAUBONUS.

1 *Quam is perdite dilexerit.*] *Is*, hoc est, Gallienus, Salonini pater. explicat Aurelius Victor.

2 *Piparam nomine Barbaram, regis filiam.*] Pipam Victor uterque nominat, filiam Attali Germanorum regis, Aurelius Victor Schotthi: alter Marcomannorum. sic libro sequente appellat mulierem Barbaram, non uxorem Gallieni: quæ tamen pro uxore habita, & Augusta. sed non creditæ sunt nuptiæ, quas civis Ro. cum peregrina contraxisset.

3 *Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.*] Id vult quod supra jam dixit: *crinibus suis auri scobem aspersit*. de quo more notatum nobis superiore quodam loco. non tacebo lectionem omnium veterum, ut de ea docti cogitent: nos quidem nihil boni inde elicimus: sic autem habent, *Gallienus cum cujus flavo crine condit*.

GRUTERUS.

1 *Quam is perdite dilexit.*] Cum supra exsuler, ut indicavi, vox *dicant*, & habeat heic Palatinus, *perdite dilexit*; illudque *is* commode referri possit ad Gallienum patrem Salonini, cujus proxima periodo nulla mentio; fere suspicor aliquot excidisse verba, locumque mancum.

3 *Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.*] Forsan etiam ante isthæc quædam desiderantur. uam Pal. sic ea concepit: *Gallienus cum suis semper flavo crine condit*.

SALMASIUS.

1 *Quam is perdite dilexerit.*] *Quamvis perdite dilegis*, Pal. lege: *quam is perdite diligit*. *dilegit* pro *dilexit*: ut *negligit* pro *neglexit*, *intellegit* pro *intellexit*.

2 *Piparam nomine barbaram regis filiam.*] Omnino scribendum: *Piparam nomine barbarorum regis filiam*: vel *barbari regis filiam*. sed illud malo. unus è Victoribus, *Germanorum regis* ait: alter, *Marcomannorum*: tutius Trebellius, qui *barbarorum*.

3 *Gallienus cum suis semper flavum crinem condidit.*] Hoc quid sit, neminem extare puto qui intelligat. constans in veteribus scriptura est: *Gallienus cum suis semper flavo crine condit*. minime quidem est dubium, quin idem velit hoc loco designare, quod paulo ante aliis verbis sic expressit: *crinibus suis auri scobem aspersit*. Spartianus in eadem re, *capiti auri ramenta respergere*, & *capillum auri ramentis illuminare*, dixit. legendum igitur hoc loco: *Gallienus cum suis semper flavo crinem condit*. *condir* in membranis scriptum erat pro *condit*. ut *perit* pro *periit*, paulo supra,

nus cum suis semper flavum crinem condidit. De annis autem Gallieni & Valeriani ad imperium pertinentibus adeo incerta traduntur, [1] ut [2] quum xv. annos eosdem imperasse constet, id est Gallienum usque ad quintumdecimum pervenisse, Valerianus vero sexto sit

pta, & *petit* pro *petiit*, & similia innumerabilia. *flavum* autem eleganter aurum appellat. sic *flava moneta*, Martiali pro aurea:

Hos nisi de flava loculos implere moneta
Non decet: argentum vilia ligna ferant.

& *flavos* idem absolute dixit, nummos aureos:

Et de moneta Cæsaris decem flavos.

fallitur enim bonus Calderinus, qui *flavos*, *Flavios* esse putat. *flavi* enim sunt aurei nummi: ut *flavum* hoc loco est aurum. sic recentiores ὑπέρπυρρον aurum appellarunt. inde ὑπέρπυρρα vel ὑπέρπυρα, solidi aurei. ita enim ὑπέρπυρρον & ὑπέρπυρα scribebant. sed de his alibi. *flavo* igitur *crinem condire*, est auro aspergere, & aureis ramentis illinere. χρυσῷ καταπάττειν χρυσῷ ἀλείφειν. sic etsi in alia re, *conditor*, ἀλείπτης ἵππων in veteri Glossario exponitur.

1 *Ut quum XV. annos eosdem imperasse constet, id est Gallienum usque ad quintumdecimum pervenisse.*] Nihil heic cohæret, si diligenter attendas. vetus omnis lectio sic habet: *ut quum quindecim annos eosdem imperasse constet. id est Gallieni usque ad quintumdecimum annum pervenisset, Valerianus vero sexto sit captus, &c.* forte scribendum: *id est Gallienus usque ad quintumdecimum annum pervenerit, Valerianus vero sexto sit captus.* sequitur in iisdem veteribus etiam corruptius, *alii novem annis, bis decem alii etiam Gallienum imperasse in litteras mittant.* scripserim etiam heic, *alii novem annis, decem alii etiam Gallienum imperasse in litteras mittant.* hoc unum pertendit Trebellius hoc loco, quod & ante tetigit, Gallieni imperium decennium transisse, adversus eorum sententiam, qui novem annis, aut decem etiam eum tantum imperasse asseverabant. constat, inquit, inter omnes, Valerianum & Gallienum quindecim annos regnasse. hoc si verum est, necesse est ad quintumdecimum annum pervenisse Gallienum. patet autem Valerianus sexto anno imperii captus est. sic Gallienus sex annos cum patre imperarit, novem annos solus, post patris captivitatem. toti igitur quindecim anni ejus imperii fuere. cui firmando satis esse etiam addit idem Trebellius, quod & decennalia imperii ab eo celebrata fuisse constet, & post decennalium celebrationem multa ab eodem gesta, qua ad bellum, qua ad pacem pertinentia, quibus omnibus annorum quinque spatium potuit impendere. posset tamen objici Trebellio, auctores illos qui Gallienum novem annis imperasse tradiderant, quorum in numero esse vidimus utrumque Victorem, de solis annis, quibus post patrem imperavit, intellexisse. ad sextum annum imperii pervenerat Valerianus, cum captus est. illis sex annis, si novem addas, quos in imperio fuisse Gallienum, scriptum reliquerunt auctores, quindecim fient anni, quos tot imperasse Valerianum & Gallienum constat. hæc velim ab iis considerari, qui sui muneris faciunt hanc historiæ partem, quæ per annos, tanquam per calculos, rerum gestarum seriem, digerit & componit.

CASAUBONUS.

2 *Cum xv. annos eosdem imperasse constet.*] Vere constat, & certo quidem, vel ex libro Porphyrii de Plotini vita. nam ibi Porphyrius, qui tum vivebat cum Plotino, anni hujus meminit.

1 Nam

ſit captus, alii IX. annis, alii decem etiam Gallienum imperaſſe in literas mittant: quum conſtet & decennalia Romæ ab eodem celebrata, & poſt decennalia Gotthos ab eo victos, cum Odenato pacem factam, cum Aureolo initam eſſe concordiam: pugnatum contra Poſthumium, contra Lollianum, multa etiam ab eo geſta, quæ ad virtutem, plura tamen quæ ad dedecus pertinebant. [1] Nam & ſemper noctibus popinas dicitur frequentaſſe, [2] & cum lenonibus, ac etiam mimis ſcurriſque vixiſſe.

1 *Nam & ſemper noctibus popinas dicitur frequentaſſe, & cum lenonibus ac etiam mimis ſcurriſque vixiſſe.*] Ammianus libro XIV. *Novo denique perniciſoque exemplo idem Gallus auſus eſt inire flagitium grave, quod Romæ cum ultimo dedecore tentaſſe aliquando dicitur Gallienus: & adhibitis paucis clam ferro ſuccinctis veſperi per tabernas palabatur & compita.* Similia his narrantur de Caligula, Nerone, Vero, & Alagabalo. at de Gallieno eadem iterum, ſed brevius, Pollio libro proximo in Saturnino.

SALMASIUS.

2 *Et cum lenonibus ac etiam mimis ſcurriſque.*] Brevius & melius Palatinus: *& cum lenonibus, mimis ſcurriſque vixiſſe.*

GRUTERUS.

2 *Ac cum lenonibus, mimis, ſcurriſque vixiſſe.*]Ita malui cum Palatino, quam ut erat in retro publicatis, *cum lenonibus, ac etiam mimis ſcurriſque vixiſſe.*

TRE-

[1] TREBELLII POLLIONIS
[2] TRIGINTA TYRANNI.

Scriptis jam pluribus libris, [4] non historico nec di- 1
serto, sed pedestri eloquio, [5] ad eam temporum ve-
niemus

CASAUBONUS.

1 TREBELLII POLLIONIS XXX. TYRANNI.] Et hunc librum quædam exemplaria Julio Capitolino tribuunt, ut Puteani alterum, & Roberti Bononiensis. regius codex cum editis Trebellii Pollionis nomen prænotat, atque hoc censemus verum. cuicunque autem librum istum adscripseris, eidem necessario & superiorem oportet adscribas; & sequentem quoque de Claudio: nam illarum vitarum auctor librum sibi de XXX. tyrannis vindicat. Titulus hic non est communis omnibus historicis qui eadem ista tempora descripserunt, sed proprius Trebellii Pollionis: qui vel ἀπειροκαλίας & rotundandi numeri studio, vel quod respiceret ad triginta Atheniensium tyrannos, huic suo libro quem de tyrannis scribebat, quos Valeriano & Gallieno imperantibus passa est Respubl. eum titulum præfixit. Atqui Pollione ipso teste, qui per duorum illorum principum tempora rebellarunt, non XXX. verum XXVII. solum fuerunt. sed adjecit istis auctor duas feminas, quæ Gallieno principe celsum imperium tenuerunt, Zenobiam ac Victoriam. & ne quid omnino deesset ei numero quem titulus promittebat, plane, quod Aristoteles & Strabo dicere solent, δυλδῶν τῇ ὑποθέσει, unum alieni temporis tyrannum adjicere est coactus: is est Valens superior, ut ipse appellat, qui sub Deciis rebellavit. quanquam auctor commemorati alieno loco istius Valentis hanc esse caussam serio dissimulat, & alias rationes in medium affert. omnino tamen quod diximus verum est. Quare postea quam liber hic à Pollione est publicatus, viri docti qui in templo Pacis convenire, & de literis sermones habere soliti, ἀπειροκαλίαν tituli hujus mirari, auctorem risu exceperunt, variisque jocis perstrinxerunt. Trebellius igitur, ut obtrectatoribus suis responderet editione altera, appendicem adjecit: cum quidem, amici consilio usus, auctarium etiam duorum tyrannorum, libro suo adsuit. priorem enim libri istius editionem sermo de Victoria finiebat: quæ deinceps sequuntur, postea accesserunt, ut ibi sumus dicturi. Porro de tyrannis qui temporibus Gallieni emerserunt, ita Eumenius panegyrico ad Constantium Cæsarem. *Principe Gallieno, sive incuria rerum, sive quadam inclinatione fatorum, omnibus fere membris erat truncata Resp. Tunc se nimirum & Parthus extulerat & Palmyrenus æquaverat, totæ Ægyptus, Syriæque defecerant, amissa Rhetia, Noricum, Pannoniæque vastatæ. Italia ipsa, gentium domina, plurimarum urbium suarum excidia mærebat.* Claudius imperator in epistola ad Brocchum scribit, Gallieno principe, Remp. sexcentos tyrannos pertulisse.

SALMASIUS.

1 TREBELLII POLLIONIS.] Non dubitaremus hunc triginta Tyrannorum libellum Capitolino adscribere, nisi testimonio Vopisci sciremus, hujus geminum germanum esse auctorem Trebellium Pollionem. omnes enim libri veteres scripti editique magno consensu Capitolino adjudicant, & reliquos libros, qui præcesserunt: quos tamen tam certo esse scimus

mus

mus Trebellii. quam Capitolini non esse vel hunc vel præcedentes. nihil aliud autem videtur librariis imposuisse quam quod diximus. deperditis enim injuria temporum integris Philippis, à quibus historiam erat exorsus Trebellius, & toto principio vitæ Valeriani, cum titulum non viderent scribæ librarii, qui nomen auctoris præferret, ex proximo scilicet sunt mutuati, ex Capitolino scilicet, qui Balbini & Maximi proximo volumine historiam suam Augustam clauserat: cui & propterea sequentes istos libellos vitæ Gallienorum, triginta Tyrannorum, & Claudii, non dubitarunt transcribere ademptos auctori suo legitimo, Trebellio Pollioni.

2 *Triginta Tyrannos.*] Multis locis in vita Gallienorum, *viginti Tyrannos*, pro *triginta* scriptum præferebant membranæ Palatinæ. sed *triginta* non dubitamus esse veram lectionem, hoc præsertim in loco, libelloque, ubi hic numerus integer triginta Tyrannorum habetur. in Gallieno vero de iis solis Tyrannis agebat, quos erat passus Gallienus in imperio suo, præter quos in hoc libello quidam perscribuntur, qui Gallieni temporibus non extitere. idcirco in Gallieni vita, non *triginta Tyrannos*, sed *triginta prope Tyrannos* posuit. *Tyrannos* autem vocarunt rebelles duces, qui sola eorum quibus præerant auctoritate & consensu imperium sumebant, quos posterior ætas, *intartas* vocavit. Anastasius de vitis Pontificum in Deusdedit: *qui egressus de Roma venit Neapolim quæ tenebatur à Joanne Compsino intarta.* in vita Bonifacii quinti, *eodem tempore ante dies ordinationis ejus Eleutherius Patricius & Eunuchus, factus intarta, assumpsit regnum.* item in vita Adeodati: *& multi ex judicibus ejus truncati perducti sunt Constantinopolim, simul & caput ejusdem intartæ.* inde verbum, *intartizare.* ibidem: *hujus temporibus Mezentius qui erat in Sicilia cum exercitu Orientali intartizavit & arripuit regnum.* ne quis vero putet barbaram esse vocem, pura puta Græca est. nam *intarta* est ἀντάρτης. & *intartizare*, ἀνταρτίζειν. *Intarta* igitur pro *antarta*, ut *insilia* pro ansilibus, quæ sunt προσόνια telæ, de quibus nos alibi multa adhuc indicta dicemus. ἀνταρσίαν autem Græci dixerunt rebellionem & tyrannum vel apostatam, ἀπὸ τοῦ ἀνταίρεσθαι, quod est contra surgere. cui contrarium est συναίρεσθαι. Glossæ: *Delliones*, ἀντάρται, ἀκαλοσίασται, τύραννοι, καὶ τυραννίδες. qui locus in Glossis hodie corruptissimus circumfertur. aliæ Glossæ: ἀντάρτης, *rebellio, perduellio.* ἀνταρσία, *rebellatio.* hinc ἀνταρμὸς, bellum ab antarta excitatum. optimæ Glossæ: *antarium*, ἀνταρμός. fallitur enim vir longe doctissimus, qui *antarium* & ἀνταρμὸν, ibi pro antepagmento accipit. antarium bellum exponit Festi mutilator, quod ante urbem geritur. ex illo exponendum est, *antartum* in Glossis. *tyrannus* ergo, *duellio, perduellio, perduellis, rebellis*, & *rebellio* & *antarta*, sunt synonymæ voces.

CASAUBONUS.

3 *Scriptis jam pluribus libris n.*] Orsus historiam erat à Philippo, ut ante diximus. quare non potuit multos admodum libros scripsisse ad hæc usque tempora. sed videtur alia opera scripsisse.

4 *Non historico nec diserto, sed pedestri eloquio.*] Negat Pollio historiam se scribere, sed sermones pedestres. Sic & Flavius Vopiscus; cujus sunt verba in Probo: *Longius amore imperatoris optimi progredior, quam pedestris sermo desiderat.* sic apud Vegetium præfatione libri tertii Artis veterinariæ. Est enim sermonis humilior quam historiæ stylus. Plinius libro quinto, epistola ad Maximum: *jam tres libros absolverat subtiles & diligentes & Latinos, atque inter sermonem historiamque medios.* sic Græci τὸ λογοειδὲς, quæ accuratior oratio est, separant ab sermone Commentariorum. quem ita describit Philostratus libro 1. ubi ait Damim

τὸ μὲ

niemus seriem in qua per annos quibus Gallienus & Valerianus Rempubl. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano magnis belli Persici necessitatibus, extiterunt, quum Gallienum non solum viri, sed etiam mulieres contemptui haberent, ut suis locis probabitur. Sed quoniam tanta obscuritas eorum hominum fuit qui ex diversis orbis partibus ad imperium convolabant, ut non multa de his vel dici possint à doctioribus, vel requiri: deinde ab omnibus historicis qui Græce ac Latine scripserunt, ita nonnulli prætereantur, ut eorum nec nomina frequententur: postremo quum

τὸ μὲν λογοειδὲς οὐκ ἔχειν, διατετηρηκὼς δὲ ἀναγράψαι καὶ συνουσίαν, καὶ ὅ τι ἂν ἠκούσεν ἢ εἶδεν ἀναποπτύσαι, καὶ ὑπομνήματα τῶν τοιούτων συντεθεῖναι, σφόδρα ἱκανὸς εἶναι. Constantinus imperator in Varia historia sive Ἐθνογραφία ad Romanum filium: εἰ δὲ σαφεῖ καὶ κατημαξευμένῳ λόγῳ καὶ οἷον εἰκῇ ῥεούσῃ πεζῷ καὶ ἀπλοϊκῷ πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐξηγησαμένην δήλωσιν, μηδὲν θαυμαστὸν ἐστί. sic pedestris sermo sive in versu, sive in prosa oratione, sublimi opponitur, ut apud Horatium non semel. non semper enim πεζὴ λέξις opponitur versui.

SALMASIUS.

4 *Non historico nec diserto sed pedestri eloquio.*] Non *eloquio* sed *alloquio* retinent omnes meliores & antiquiores libri. & sane *alloquium pedestre*, sermonem vocat pedestrem, humilem & vulgarem, cui opponitur ἡ λογὰς λέξις καὶ κατηττικισμένη. at *eloquium* aliud est. non enim simpliciter sermonem significat, sed τὸν καλὸν λόγον. Glossæ: *eloquium*, εὐγλωττία. sermo igitur disertus est, *eloquium*. *alloquium* vero est, ὁμιλία, vel sermo simplex. opponitur heic historicus & disertus sermo, pedestri & humili, quem Græci χαμαιπετῆ vocant, & χυδαῖον. Photius Bibliotheca de Joanne Laurentio: καὶ λέξει μὲν ἐστὶν οὐ κεχρημένη λογάδι τινὶ καὶ εἰς τὸ ἐπιτετηδευμένον ἀνηγμένῃ. ἔστι δὲ ὅπου χαμαιπετεῖ τι καὶ παρασεσυρμένῃ. πεζὸν alibi vocat, de Olympiodoro historico: τὴν γὰρ λίαν πεζὴν καὶ ἐξηυτελισμένην καὶ ταύτης ἐκπίπτων εἰς ἰδιωτισμὸν ὅλος ὑπενήνεχθαι. huic χαμαιπετεῖ καὶ πεζῷ opponit τὸ ὑψηλὸν καὶ ὑψηλήγορον καὶ εἰς ὄγκον ἀνηγμένον λόγον, multis in locis.

5 *Ad eam temporum veniemus seriem.*] Scribe: *in eam temporum venimus seriem.* sic etiam habet editio vetus. quare mutarint, nescio. nullo enim modo ferri potest illud, *veniemus*.

GRUTERUS.

5 *Ad eam temporum venimus seriem.*] Est à Pal. nam editi litera plus, *veniemus*.

SALMASIUS.

1 *Ita nonnulli prætereantur, ut eorum nec nomina frequententur*] *Ut eorum nomina frequententur*, sublata negatione, habent Pal. & editio Accursii Pisani. deesse tamen non potest sine sententiæ jactura. scrib. *ita nonnulli præteream-tur, ut nec eorum nomina frequententur.* vel: *ut eorum nomina nec frequententur*, vel, *minus frequententur*.

2 *Maxime*

quum tam varie à plerisque super his nonnulla sint prodita: in unum eos libellum contuli, & quidem brevem, [1] maxime quum vel in Valeriani, vel in Gallieni vita pleraque de his dicta, [2] nec repetenda tamen satis constet.

[3] DE CYRIADE, I.

2 [4] HIc patrem Cyriadem fugiens, dives & nobilis, quum luxuria sua & moribus perditis sanctum senem gravaret, direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere, Persas petiit: atque inde Sapori regi conjunctus atque sociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuisset, [5] Odenatum primum, deinde

1 *Maxime quum vel in Valeriani vel in Gallieni vita pleraque de his dicta.*] In Valeriani vita pleraque de his tyrannis dicta? non sane in ea quæ ad nos pervenit. nec enim unum de his verbum in illa reperies. sed jam ante docuimus vix partem dimidiam ejus vitæ salvam ad nos pervenisse: immo ne quartam quidem. cum enim sex annos imperarit Valerianus, & sexto imperii anno captus sit: quomodo ad imperium venerit, quid ante, quid post gesserit, totis illis sex annis ante captivitatem, ex illa ejus vita non docemur.. inde apparet ejus libelli finem nos tantum habere, reliqua deperiisse cum vitis Philipporum, & eorum qui Philippos sequebantur, imperatorum.

3 DE CYRIADE.] Mutandi sunt toto hoc libello tituli. cum enim unus sit libellus, non plures, quo triginta Tyrannos est complexus Pollio, nuda tyrannorum nomina debent adponi hoc modo: CYRIADES. *hic patrem fugiens.* POSTUMUS. *hic vir in bello fortissimus.* LOLLIANUS. *hujus rebellione in Gallia Postumus.* & ita deinceps. ita fecit Capitolinus in iis imperatoribus quos binos & ternos uno volumine conclusit. GORDIANUS JUNIOR. *hic Gordiani senis Proconsulis.* GORDIANUS TERTIUS. *post mortem duorum Gordianorum.* sic in Maximinis. MAXIMINUS JUNIOR. *de hujus genere superius dictum est.* non enim tituli vice hæc nomina adponuntur, sed continuandi gratia, ut nomine posito, uno eodemque tenore, vitam ejus cujus nomen esset præfixum, connecterent.

CASAUBONUS.

2 *Nec repetenda tamen satis constet.*] Dele *tamen*: nisi velis superflue additum ut sæpe.

3 DE CYRIADE, I.] Nusquam invenio vel nomen istius. quidam codices Chiriadem vocant: ut Robertus de Porta. emersit circa annum V. C. CIↃXI. Coss. Fusco & Basso. quod ex eo colligitur, quia ait Pollio occisum, quo tempore ad bellum Persicum Valerianus veniret.

GRUTERUS.

4 *Hic patrem Cyriadem fugiens.*] Ita etiam nomen istud perscribitur in membranis Pal.

5 *Odenatum primum.*] Palat. *Odenastum.*

SALMASIUS.

5 *Odenatum primum, deinde Saporem* ad

de Saporem ad Romanum solum traxit: [1] Antiochia etiam capta & Cæsarea, Cæsarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Augustus, [2] quum omnem Orientem vel virium vel audaciæ terrore quateret, patrem vero interemisset (quod alii historici negant factum) ipse per insidias suorum, quum Valerianus jam ad bellum

ad Romanum solum traxit.] Quis hic Odenatus? non enim is potest esse Palmyrenus cujus in his libris mentio frequens, quique in Oriente imperium sumpsit. non enim ille contra Romanos, sed pro Romanis faciebat. bene Palatinus *Odenatum* hoc loco nullum agnoscit, sed *Odomastem* pro eo legit. hic vero Odomastes, quis fuerit, tantumdem scio. nisi valde verisimile est, fuisse ducem aliquem aut satrapem Saporis regis, qui in solum Romanum incursionem, & impetum fecerit, hortatu hujus Cyriadis. quod omnino verum esse puto.

1 *Antiochia etiam capta & Cæsarea, Cæsarianum nomen accepit.*] Multæ hoc nomine urbes censebantur. quam tamen Cæsaream intelligat, haud facile dictu est. nec enim potest intelligi Cæsarea illa Cappadociæ nobilissima. putavi aliquando delendum hujus urbis ab hoc loco nomen tanquam perperam effictum ex vocis sequentis repetitione. fuit & quum legerem: *Antiochia etiam capta & Carris Cæsareanum nomen accepit.* cujus emendationis me nondum penitet. Carræ tunc erant Romanorum, ut & Antiochia. supra in vita Alexandri: *Antiochiam recepit, & Carras & Nisibim, quæ omnia sub Persarum imperio erant.* Antiochiam igitur, & Carras hic Cyriadea Sapori conjunctus & sociatus cum cepisset, Cæsarianum nomen accepit, hoc est, Cæsar dictus est. An tiochia urbs Mesopotamiæ, ut & Carræ. eas urbes postea recepit Odenatus. Trebellius in Gallieno: *Nisibim & Carras occupat tradentibus sese Nisibenis atque Carrenis, & increpantibus Gallienum.* legebam etiam quondam: *à Sapore Cæsareanum nomen accepit.* nam ad Saporem confugerat hic Cyriades, & auctor illi fuit belli Romanis inferendi, & eum ad Romanum solum traxit, & cum eo bellum adversus Romanos gessit. videtur igitur etiam Cæsareanum nomen accepisse, & postea Augustum fuisse appellatum. sed omnino verius est, aut esse delendum illud *Cæsarea*, aut mutandum in *Carris.* magis censeo ut deleatur. putavit aliquis imperitus, Cæsareanum nomen accepisse Cyriadem ab aliqua urbe Cæsarea expugnata, itaque ad oram adscripsit è regione horum verborum: *Cæsareanum nomen accepit, à Cæsarea.* quod postea in contextum receptum est. nam ita plane scriptum exhibet Palatin. *Antiochia etiam capta à Cæsarea Cæsareanum nomen accepit.* de Cæsarea vero nullum in tota ista historia verbum, non heic, non apud Zonaram & Zosimum, nusquam denique ejus mentio in Gallieni rebus & horum Tyrannorum gestis.

2 *Quum omnem Orientem vel virium audacia vel terrore quateret.*] Inepta hæc lectio & nugatorius ejus sensus. quid est *virium audacia*? quid est, *vel audacia vel terrore quatere*? terror ille quo totum orientem quatiebat, nonne effectus erat ejus audaciæ? Palatinus habet: *vel virium vel audacia terrore.* omnino scribendum: *quum omnem Orientem vel virium, vel audaciæ terrore quateret.* id est, quum Orientem viribus, & audacia perterrefaceret. *vel* hoc loco pro *&*. *vel virium vel audacia terrore,* pro, & virium & audaciæ terrore.

lum Persicum veniret, occisus est. Neque plus de hoc historiæ quicquam mandatum est [1] quod dignum memoria esse videatur [2] quem clarum, perfugium & parricidium, [3] & aspera tyrannis & summa luxuries literis dederunt.

[4] DE [5] POSTHUMIO, II.

3 HIc vir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni vita gravis, usque adeo ut Saloninum filium suum eidem Gallienus [6] in Gallia positum crederet, quasi custodi vitæ, & morum & actuum imperialium institutori. Sed, quantum plerique asserunt, ([7] quod ejus non convenit moribus) postea fidem fregit,

1 *Quod dignum memoria esse videatur.*] *Quod dignum memoratu esse videatur.*

3 *Et aspera tyrannis & summa luxuries litteris dederunt.*] Colligo legendum ex Palat. *è summa luxurie.* vel, *ex summa luxurie.* nam is habet, *luxurie: quem clarum, perfugium & parricidium, & aspera tyrannis ex summa luxurie, litteris dederunt.* nam summa hujus luxuria fecit, ut patrem fugeret, cui perditi filii mores displicebant, vel ut quidam volunt, etiam occideret: ut ad Saporem confugeret: ut imperium raptum iter denique.

5 POSTUMUS. *Hic vir in bello fortissimus.*] Ita omnes libri, & omnibus locis quibus habetur ejus mentio. *Postumus* semper scriptum reperi non *Postumius.* ita Zonaras, ita Zosimus, ita etiam nummi: IMP. C. POSTVMVS. P. F. AVG.

CASAUBONUS.

2 *Quem clarum perfugium & parr.*] Dum patris censuram fugit, ad Saporem Persam transfugerat, ut initio dictum non recte viri docti, *perjurium*, corrigunt.

4 DE POSTHUMIO, II.] Non servat ordinem temporum: nam Cyriadi subjungi debuerat Ingenuus, qui octavus recensetur: & item alii post istum. Atque hoc semel dictum esto. vocatur in nummis, C. CASSIVS. POSTVMIVS. LABIENVS. Zosimo & Zonaræ Ποςῦμ@. Victori & Eutropio, *Postumus.*

6 *In Gallia positum crederet quasi custodi vitæ.*] Zosimus creditum ait non hunc, sed Silvano. τ̃ παραλαβόντος τὴν τ̃ Σαλωνίνου φυλακὴν ἐκ τ̃ πατρὸς Σιλβανόν. sed scribendum ibi Ἀλβανὸν, è Zonara, qui sæpius nominat. sed de Postumio & ei commisso principe, habes certum testimonium in ipsius Valeriani patris epistola ad Antoninum Gallum consulem. vide infra in Aureliano.

7 *Quod ejus non convenit moribus.*] Non magnum argumentum innocentiæ: nam multos moribus alioquin bonis ad scelera compulit dira ambitio. Zosimus scelus ab eo admissum scribit, neque id obiter.

GRUTERUS.

4 *De Postumio.*] Sic fere semper supra scripsit Palatinus: heic vero perpetuo exaravit *Postumium*, non *Postumium.*

1 Per

git, & occiso Salonino sumpsit imperium. Ut autem verius plerique tradiderunt, quum Galli vehementissime Gallienum odissent, puerum autem apud se imperare ferre non possent, eum qui commissum regebat imperium, imperatorem appellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt. Quo interfecto ab omni exercitu & ab omnibus Gallis, Posthumius gratanter acceptus talem se præbuit [1] per annos septem, [2] ut Gallias instauraverit, quum Gallienus luxuriæ & popinis vacaret, & amore Barbaræ mulieris consenesceret. [3] Gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum tunc quum sagitta Gallienus est vulneratus. Siquidem nimius amor erga Posthumium omnium erat [4] in Gallica gente populorum, quod submotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in pristinam securitatem revocasset imperium. Sed quum se gravissime regeret, more illo quo Galli novarum rerum semper sunt cupidi, Lolliano agente, interemptus est. Siquis sane Posthumii meritum requirit, judicium de eo Valeriani ex hac epistola quam ille ad Gallos misit, intelliget; [5] *Transrhenani limitis ducem, & Galliæ præsidem Posthumium fecimus, virum dignissimum severitate Gallorum. præsente quo non miles in castris, non jura in foro,*

non

CASAUBONUS.

1 *Per annos septem.*] Idem numerus libro superiore, & infra capite de Lolliano. Eutropius tamen ait decem.

3 *Gestum est tamen à G.*] Scribe *autem*, ut in antiquis.

SALMASIUS.

2 *Ut Gallias instauraverit.*] Hinc in ejus nummo, quem descripserunt eruditi viri, RESTITVTORI GALLIÆ.

4 *In Gallica gente populorum.*] Legerem saltem: *in Gallicorum gente populorum.* vulgata enim lectio non recte se habet Palatinus, *Gallicanorum* scribit. totum locum sic scripserim: *siquidem nimius amor erga Postumum, omnium erat in Gallicanorum mente populorum.* cui gente placebit retinere, id illi per me facere liceto.

5 *Transrhenani limitis ducem.*] Pal. *militis.* perperam. meminit etiam infra *limitis transrhenani*, in Taciti vita Vopiscus: *nam limitem trans Rhenum Germani rupisse dicuntur.* sic in Pescennio Nigro perperam erat scriptum, *Ægyptiaci militis*, pro *limitis.*

GRUTERUS.

3 *Gestum est autem, &c.*] Sequutus sum exemplaria aliorum. nam noster adhærescit vulgaris, in quibus, *Gestum est tamen.*

non in tribunalibus lites, non in Curia dignitas pereat: qui unicuique proprium & suum servet. Virum quem ego præ cæteris stupeo, [1] *& qui locum principis mereatur jure: de quo spero quod mihi gratias agetis. Quod si me fefellerit opinio quam de illo habeo, sciatis nusquam gentium reperiri qui possit penitus approbari. Hujus filio Posthumio nomine, tribunatum Vocontiorum dedi, adolescenti, qui se dignum patris moribus reddet.*

DE POSTHUMIO JUNIORE, III.

4 DE hoc prope nihil est quod dicatur, nisi quod à patre appellatus est Cæsar, ac deinceps in ejus honore Augustus cum patre dicitur interemptus, quum Lollianus in locum Posthumii subrogatus, delatum sibi à Gallis sumpsisset imperium. Fuit autem (quod solum memoratu dignum est) ita in declamationibus disertus, ut ejus controversiæ Quintiliano dicantur insertæ, quem declamatorem Romani generis acutissimum, vel unius capitis lectio prima statim fronte demonstrat.

DE LOLLIANO, IIII.

5 HUjus rebellione in Gallia Posthumius, vir omnium fortissimus, interemptus est, [2] quum jam nutan-

SALMASIUS.

2 *Et qui locum principis mereatur jure.*] Forte: *locum principem.* ita enim apud Tacitum & alios frequentius ponitur. sic *locus Augustus*, ut *imperium Augustum*: Ammiano Marcellino, *locus principalis* sæpius dicitur. *locus principis*, pro dignitate principis.

CASAUBONUS.

3. *Cum jam nutante Gallieni luxuria in v.*] *Nutans luxuria* quid esset, ne ipsi quidem scivere qui sic scripserunt. Legendum, *cum jam nutans Gallieni luxuria, in v. st. R. reformasset imperium.*

GRUTERUS.

2 *Cum jam nutante Gallieni luxuria.*] Sic quoque Pal. sed proculdubio reponendum, *nutans.*

SALMASIUS.

2 *Quum jam nutante Gallieni luxuria in veterem statum Romanum reformasset imperium.*] Constantes sese præbent in hujus loci retinendo vitio veteres libri.

nutante Gallieni luxuria in veterem ſtatum [1] Romanum reformaſſet imperium. [2] Fuit quidem etiam fortiſſimus, ſed rebellionis intuitu minorem apud Gallos autoritatem [3] de ſuis viribus tenuit. Interemptus autem eſt [4] à Victorino [5] Victorinæ vel Victoriæ filio, quæ poſtea MATER CASTRORUM appellata eſt, & Auguſtæ nomine affecta, quum ipſa per ſe fugiens tanti ponderis molem, primum in Marium, deinde in Tetricum atque ejus filium contuliſſet imperia. Et Lollianus quidem nonnihilum Reip. profuit. Nam pleraſque Galliæ civitates, [6] nonnulla etiam caſtra quæ Poſthumius per ſeptem annos in ſolo Barbarico ædificaverat, quæque interfecto Poſthumio ſubita irruptione Germanorum & direpta fuerant & incenſa, in ſtatum veterem reformavit: deinde à ſuis militibus, quod in labore nimius eſſet, occiſus eſt. [7] Ita Gallieno perdente Rempubl. in Gallia primum Poſthumius, deinde Lollianus, [8] Victorinus deinceps, poſtremo Tetricus (nam de

libri, nemo tamen non videt eſſe legendum: *quem jam nutans è Gallieni luxuria in veterem ſtatum Romanum reformaſſet imperium.* ſic initio vitæ Gallieni, *nutantem remp.* dixit: *capto Valeriano, nutante republica, quum Odenatus jam Orientis cepiſſet imperium.* ſic in epiſtola Claudii Juliani, *ita ego precor, ut in eo ſtatu vobis remp. ſervent in quo jam vos adhuc nutantem collocaritis.*

GRUTERUS.

1 *Romanum reformaſſet imperium.*] Pal. *formaſſet.* forte *firmaſſet*; quod magis convenit illi *nutanti.*

2 *Fuit quidem etiam iſte fortiſſimus.*] Vox *iſte* eſt à Pal. & aliis mſſ. vulgatis antea defuerat.

5 *Victorinæ vel Victoriæ filio.*] Pal. *Vitruviæ filio, vel Victoriæ.*

8 *Victorinus deinceps.*] Ita etiam Pal. non *Victorianus.*

CASAUBONUS.

2 *Fuit quidem etiam fortaſſe.*] Melius ſcripti, *F. q. & iſte fortiſſ.*

3 *De ſuis viribus.*] Scripti, *de ejus vir.* mira locutio.

7 *In Gallieno prod.*] *Ita Gall.*

SALMASIUS.

4 *A Victorino Victorinæ vel Victoriæ filio.*] *Vitruviæ vel Victorinæ.* Palatinus, & ita ubique.

6 *Nonnulla etiam caſtra quæ Poſthumus.*] Paulo aliter hunc locum concipiunt ſcripti codices, & vetuſtæ editiones. quas ſi ſequimur, ita legendus fuerit, & diſtinguendus: *Nam pleraſque Galliæ civitates, nonnulla etiam caſtra, Poſtumus per ſeptem annos in ſolo barbarico ædificaverat: quæ interfecto Poſtumo ſubita irruptione Germanorum & direpta & incenſa, veterem in ſtatum reformavit.* nunc magis placet ita legere: *nam pleraſque Galliæ civitates, nonnulla etiam caſtra, quæ Poſtumus per ſeptem annos in ſolo barbarico ædificaverat, & Poſtumo interfecto ſubita irruptione Germanorum direpta fuerant, & incenſa, ſtatum in veterem reformavit.*

de Mario nihil dicimus) [1] assertores Romani nominis extiterunt: quos omnes datos divinitus credo, [2] ne quum illa pestis inaudita luxuria [3] impediretur, in aliis possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas: [4] qui si eo genere tunc evasissent quo Gotthi & Persæ, consentientibus in Romano solo gentibus, venerabile hoc Romani nominis finitum esset imperium. [5] Lolliani autem vita in multis obscura est, ut ipsius Posthu-

CASAUBONUS.

8 *Victorianus.*] Scrib. *Victorinus.* omittit Ælianum, de quo ex Victore Onuphrius. Sed quod non observat eruditissimus vir, Ælianus Victori eo loco est qui Pollioni & aliis *Lollianus.* nam etiam apud Eutropium non *Lollianus*, sed *L. Ælianus* legit Pæanius.

SALMASIUS.

1 *Affectatores Romani nominis.*] Semper mihi displicuit hæc lectio, suspectamque eam viril habui. nec enim *affectare Romanum nomen*, pro imperium Romanum affectare, Latine satis dici puto. Latine dici etiam concedamus, non hoc vult auctor: qui tyrannos istos multum profuisse Reip. affirmat, quam per partes undique restituerent, & Instaurarent, cum totam eam perderet luxuria verus, & legitimus princeps. optime igitur legunt membranæ: *ita Gallieno perdente remp. in Gallia primum Postumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremo Tetricus, assertores Romani nominis extiterunt.* idque satis præmissa confirmant. sed etiam magis quæ subdita sunt: *quos omnes datos divinitus credo, &c.*

2 *Ne quum illa pestis inaudita luxuria impediretur, in aliis possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas.*] Facile erat videre, minus sanam esse hanc lectionem. nemo tamen hactenus id vidit. quid enim illa significant, *in aliis*? Palatinus habet, *malis.* sic igitur emendabis: *ne quum illa pestis inaudita luxuriæ impediretur malis, possidendi Romanum solum Germanis daretur facultas. luxuriæ mala*, ut *constantiæ bona* in Gordianis. & alibi quoque sic loquuti sunt cum multis aliis isti auctores.

4 *Qui si eo genere tunc evasissent.*] Pal. *tunc evadissent.* sic *dilegit* pro *dilexit*, supra dixit. sic *erepisse* pro erepsisse Spartianus: & *obsepisse* pro obsepsisse Capitolinus.

GRUTERUS.

1 *Adsertores Romani nominis.*] Melius istud quam publicatum hactenus, *adfectatores.* erat autem istud nostrum diserte in Palatino.

CASAUBONUS.

3 *Impediretur in aliis, p.*] *Ludibriis & hellnationi vacabat*, inquit libro superiore 1 idque repetitum sæpissime.

4 *Qui si eo genere tunc evasissent quo Gotthi & P.*] Si similiter è finibus suis erupissent, & Romanum imperium invasissent, ut factum fuit à Gotthis & Persis.

5 *Lolliani autem vita in multis obscura est v.*] Non damno illa *in multis*, quæ habent omnia exemplaria. videtur tamen non de universa horum vita loqui, sed de ea quam in imperio egerunt, nam hac parte solum obscuri sunt, qui erant privata virtute clari, ut subjicit. quare fieri potest, ut scripserit aliter.

1 Sed

Posthumii,[4] sed privata[1] virtute clari[1] non nobilitatis pondere vixerunt.

DE

SALMASIUS.

1 *Sed privata virtute clari, non nobilitatis pondere.*] Addunt vocem Palatinæ membranæ, *sed privata virtute enim clari.* cujus loco reposuit, *ejus*, Accursius Pisanus in editione sua. egregia conjectura inde facio: *Lolliani autem vita in multis obscura est, ut ipsius Postumi, sed privata: virtute enim clari non nobilitatis pondere vixerunt.* dicit Lolliani & Postumi vitam privatam obscuram fuisse, quod nobiles non fuerint: ideo ignoratum esse, quomodo privati vixerint. dupliciter enim vita imperatorum consideratur. privata & imperatoria. privata, ut plerumque. in obscuro jacet, eorum præsertim, qui ex parvis incrementis, atque humili genere ad imperii fastigium pervenerunt. imperatoria vero latere non potest. qui autem ex nobili genere imperium adepti sunt, etiam privatæ vitæ suæ multos habent testes magno enim splendore nobilitatis, in media luce rerum versati obscuri esse non possunt. sic Severus vitæ suæ privatæ & imperatoriæ seorsum libros ediderat, ne privata vita sua, novi hominis ut pote, in obscuro lateret. de privata igitur vita Postumi Lollianique heic loquitur Trebellius, quam ideo obscuram esse dicit, quod virtute clari, non nobilitatis luce splendidi vixerint. hinc de illorum privata vita nihil prorsus dicit, imperatoriam paucis tantum verbis perstringit. nec enim diu in imperio fuerunt.

2 *Virtute clari, non nobilitatis pondere vixerunt.*] Lectionem hanc mordicus retinent libri nostri: quam nec mutaverim temere. si mutandam judicarem, illud statim occurreret, quod jam pridem viris doctissimis in mentem venisse video: *nobilitatis splendore.* *nobilitatis pondus* vocat, τὸν τῆς εὐγενείας ὄγκον, τὸ βάρος, τὸν φόρτον. pondus Latinis etiam pro gravitate. ut *pondus mentis.* Silius lib. VIII.

Læta viro gravitas, & mentis amabile
pondus,
Et sine tristitia virtus; non ille rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat.

Manilius lib. V.

Non dabit in lusus mores. facit ora severa,
Frontes ac vultus componit pondere mentis.

& lib. I.

Quique animi vires, & strictas pondere mentes
Prudentes habuere viri. ——

lib. II. sub finem *pondus pectoris* dixit.

Nec non & fidei tutelam vindicat ipsam,
Pectoris & pondus.

pondus etiam pro superbia arrogantiaque quodam cum fastidio conjuncta. sic *pondera* usurpavit Ammianus lib. XXVII. *horum flatus & pondera inventores juris antiqui mollientes, etiam insontes quosdam aliquoties suppliciis aboleri consuere lethalibus.* flatus, & pondera, τὰ φυσιώματα καὶ τὰ βάρη. & sic Græci βάρος quoque usurpant. βάρος & ὑπερηφανίαν junctim posuit Dicæarchus in descriptione Græciæ. de Thebanis: ἀρχαία μὲν ἔστι, καινῶς δὲ ἐρρυμοτομημένη, διὰ τὸ τρὶς ἤδη ὥς φασιν αἱ ἱστορίαι κατεσκάφθαι, διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων. propter pondus, & superbiam incolarum. sic *pondus nobilitatis*, hoc loco dixit Trebellius, τὸ βάρος καὶ τὸν ὄγκον τῆς εὐγενείας. Aurelius Victor: *quo mihi mirum videtur nobilitati plerosque superbiam dare, quæ gentis patriciæ memor, molestiarum, quis agitatur remedio, eminere paululum pluris habet.*

CASAUBONUS.

2 *Virtute clari, non nobilitatis pondere.*] Servant hanc metaphoram omnes libri. & potest ferri. etsi non displicet eruditissimi Savaronis conjectura: *nobilitatis splendore.*

DE VICTORINO, V.

6 POsthumius ſenior quum videret multis ſe Gallieni viribus peti, atque auxilium non ſolum militum, verum etiam alterius principis neceſſarium, Victorinum militaris induſtriæ virum in participatum vocavit imperii, & cum eodem contra Gallienum conflixit. Quumque adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, diu bella traxiſſent, victi ſunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, ſolus Victorinus in imperio remanſit: qui & ipſe, [1]quod [2]matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret.

GRVTERVS.

3 *Non nobilitatis pondere.*] Sic & Palat. recte, ſive ſumatur de nobilitate imperatoria, ſive de alia quacumque. *pondus* enim eſt omnis *nobilitas*. de publica, bene Beſſo Cobares apud Curtium lib. VII. cap. 22. *Magnum onus ſuſtines capite, regium inſigne. hoc aut moderate perferendum eſt, aut, quod abominor, in te ruet.* de privata Quintilianus pater Declamatione CCLXIX. *Me onerat majorum meorum dignitas.* addatur Plinius lib. III. Epiſt. III. lib. VIII. Epiſt. ultima.

CASAVBONVS.

2 *Matrimoniis militum & militarium.*] Poteſt abeſſe alterutrum. & notamus alibi ſæpe in his libris & apud Victorem, *militares* dici ipſos milites, ſed videtur hic additum, quia is de quo loquitur actuarius fuit: hoc eſt, qui cum militibus vitam degeret, magis quam eſſet verus miles. erant enim in ſingulis legionibus homines multi qui rationes tractabant, cujuſmodi ſunt ſcribæ, tabularii, actuarii, numerarii, chartularii, & ſimiles, de quibus multa in Codice. mentio actuariorum & in antiquis inſcriptionibus, & apud Ammianum.

SALMASIVS.

1 *Quod matrimoniis militum, & militarium corrumpendis operam daret.*] Alterutrum abeſſe debere judicat vir magnus. nam & alibi ſæpe in his libris & apud Victorem, *militares* dici ipſos milites. ſed ſententia mutata videri heic additum dicit, quia is de quo loquitur actuarius fuit; hoc eſt qui cum militibus vitam degeret, potius quam verus miles eſſet. hoc mihi nullo modo poteſt placere. nec enim Latine loquentium uſus & conſuetudo patitur, ut alii *militares* dicantur quam qui revera militant, aut militaverunt. diſtinguit heic autem milites à militaribus, quod proprie loquendo tantum intereſt militarem inter, & militem, quantum inter conſulem & conſularem. nam *militaris eſt*, qui miles fuit: ut *conſularis*, qui non amplius eſt conſul, ſed fuit. ut autem *ex conſulibus* dicebantur viri conſulares, & qui conſules fuerant: ſic *ex militibus viros* ſupra dixit qui jam militia exiverant: hoc eſt *militares*. in Gallienis; *ac Taciti ex militibus viri detrimenta pertuliſſent.* quos igitur *ex militibus viros* ibi vocavit Trebellius, heic vocat *militares*. Iſidorus in Gloſſis *militarem* vere & eleganter, veterem militem exponit: *militaris, opinatus, id eſt vetus miles. vetus miles* dicitur qui ex milite eſt. ut *vetus procurator* in antiquis inſcriptionibus, qui procurator fuit, vel ex procu-

procuratore: & *vetus consul*, pro ex consule, vel ex consulibus: & *vetus proconsul*, pro consularis. sic Græcis παλαιοστρατιώτης, vel παλαιὸς στρατιώτης pro veterano & missicio. Glossæ Basilicorum: μισσίκιος, παλαιὸς στρατιώτης, ἀπολυθείς. *missicios* enim eos milites vocabant Latini qui à militia missi essent, nec amplius militarent. Suetonius: *equo autem odore abjecti cadaveris in vita consternato detecta facie agnitus est à quodam missicio prætoriano, & salutatus. missicium prætorianum* appellat à militia prætoriana missum, hoc est veteranum prætorii. vulgo illo loci *Missicium*, & scribunt & accipiunt quasi nomen esset proprium, pudendo errore. hodie legitur in Glossis Isidori: *missilius qui missilia exhibet*. ita correxerunt, quod erat in veteribus membranis: *missicius qui militiam exhibet*. nam ita plane scriptum habet optimus liber Glossarum manu scriptarum, qui servatur in Bibliotheca P. Puteani. lego: *missicius qui militia exivit*. vetus inscriptio: TRIB. LEG. XI. AVG. ET MISSICIVS. LEG. VI. AVG. Missicius est veteranus, & qui honesta missione missus est. *missicius* autem, ut *cessicius*, *adscripticius*, *subditicius*, & similia, quæ nos per *t* scribimus, veteres per *c* scripsisse alibi docemus. notandum autem in Glossis Isidori, militarem, & veterem militem, exponi *opinatum*. *militaris*, *opinatus id est vetus miles*. *opinatum* fortasse vocat qui longa militia probatus est, spectatusque. *opinionem* media Latinitas pro fama & existimatione dixit. hinc *opinatus*, ἔνδοξος, δεδοκιμασμένος. *inopinatus*, ἄδοξος. *existimatum* & *inexistimatum* dixit Gellius dum verteret istos Euripidis versus:

— λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων ταὐτὸς οὐ ταὐτὸ σθένει.

eos sic reddidit:

— *nam ab inexistimatis proficiscens oratio*
Et ab existimatis eadem, haud quaquam tantundem valet.

& paulo post Ennium reprehendens qui illos eosdem versus verterat sic ait: *Bene, sicuti dixi, Ennius: sed tamen ignobiles* ἀντὶ ἀδοξούντων, *pro inexistimatis, & opulenti* ἀντὶ δοκούντων, *pro existimatis sententiæ satisfacere non videntur. existimatus* igitur & *opinatus* idem. hinc apud Adelmum, *David opinatissimus regum* dicitur: & Vigilio Augustinus *opinatissimus doctorum* appellatur. Glossæ: δεδοκιμασμένως, *opinate*. inde miles opinatus, de veteri milite, veteranoque. sed idem Isidorus alibi *opinatorem* vocat non *opinatum*. *opinator*, *æstimator*, *vel arte militaris*. *opinatores*, milites erant qui ad annonam militarem in provincias mittebantur. Glossæ: *opinator*, ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀννώνης ἀπαιτητής. eorum mentio in Codice. male magnus Cujacius *opinatores* inde dictos opinatur, quod opinionem id est censum agri exigerent. immo opinatores quod probarent spectarentque annonam quam exigendam habebant. nam *opinator* idem quod probator & æstimator. Glossæ veteres: *opinator*, *æstimator*, *vel qui conducit aliquid*, *trutinat*, *vel appendit*. hæc officium opinatoris quale esset in exigenda militari annona, plane ostendunt. *opinionem* etiam pro taxatione & æstimatione ponebant. *opinio*, συνόψις. *æstimatum*, τὴν συνόψιν, ἤτοι ἐξαργυρισμὸν, ἤτοι διατίμησιν. taxatio, σύνοψις. de quo nos alibi. nam hæc obiter & præter rem. militares igitur heic sunt ex militibus, & distinguuntur ab his qui adhuc militant. tales erant in castris vexillarii legionum, quorum legitimum militiæ tempus jam exierat, & qui omnia stipendia confecerant, & tamen adhuc retinebantur sub vexillo ceterorum immunes, præterquam manum cum hoste conserendi. hi sunt quos hoc loco militares appellat Trebellius, & à militibus separat.

militarium corrumpendis operam daret, [1] à quodam actuario, cujus uxorem stupraverat, composita factione Agrippinæ percussus, Victorino filio Cæsare [2] à matre Victorina, sive Victoria, quæ *mater castrorum* dicta est, appellato: qui & ipse puerulus statim est interemptus, quum apud Agrippinam pater ejus esset occisus. De hoc quod fortissimus fuerit, & præter libidinem optimus imperator, à multis multa sunt dicta. [3] Sed satis credimus Julii Ateriani partem libri cujusdam ponere, in quo de Victorino sic loquitur: [4] *Victorino, qui Gallias post Junium Posthumium rexit, neminem existimo præferendum. Non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernando ærario Vespasianum, non in censura totius vitæ ac severitate militari Pertinacem vel Severum. Sed omnia hæc, libido & cupiditas mulieraria voluptatis sic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus in literas mittere, quem constat omnium judicio meruisse puniri.* Ergo quum id judicii de Victorino scriptores habuerint, satis mihi videor de ejus dixisse moribus.

DE

CASAUBONUS.

1 *A quodam actuario.*] Attiliano, de quo legendus Aurelius Victor. Eutropius, *Agrippinæ occisus est, actuario quodam dolum machinante.* Pæanius vertit: δόλῳ τινὸς ἀκτουαρίου τὴν τελευτὴν ἐπραγματεύσατο. τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ θεράποντι. inscitissime. falso primum appellat servum: militabat enim; quod non poterant servi. deinde cum ita debuisset, ὑπομνηματογράφον πρὸς τὴν τ. ita enim Græci dicunt *actuarium*: ille proprium hominis nomen putavit esse: quod abunde refellit Aurelius Victor Schotti.

3 *Sed satis credimus s.*] Malim, *satius.*

SALMASIUS.

2 *A matre Victorina sive Victoria.*] *A matre Bitruvia sive Victoria* Pal.

3 *Sed satis credimus Julii Ateriani.*] *Julii Atheriani.* Pal.

4 *Victorino qui Gallias post Junium Postumum.*] *Post Julium Postumum* habent membranæ, & editio prima. non tamen *Julius*, nec *Junius*, sed *C. M. Postumus* in nummis appellatur.

GRUTERUS.

2 *A matre Victorina sive Victoria.*] Pal. *à matre Bitrubia sive Victoria*: ut sine dubio illud *Vitruvia* reponendum heic veniat, quemadmodum & capite præcedenti.

2 *Et à*

DE VICTORINO JUNIORE, VI.

DE hoc nihil amplius in literas est relatum, quam 7
quod nepos Victoriæ, Victorini filius fuit, [1] & à patre & ab avia sub eadem hora qua Victorinus interemptus, Cæsar nuncupatus est, [2] ac statim à militibus ita occisus. Extant denique [3] sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa humilia, [4] in quibus unus est inscriptus, HÎC DUO VICTORINI TYRANNI SITI SUNT.

DE MARIO, VII.

VIctorino, Lolliano, & Posthumio interemptis, 8
Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperavit. De hoc quid amplius requiratur ignoro, nisi quod eum insigniorem brevissimum fecit imperium. [5] Nam ut consul ille [6] qui [7] sex pomeridianis horis

CASAUBONUS.

1 *Et à patre & ab avia.*] Scripti, *vel ab avia.*

3 *Sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa humilia.*] Ejusmodi sepulcra exstrui tyrannis solita. infra de Aureolo: *atque illic ut tyrannum sepulcro humiliore donavit.*

4 *In quibus unus est inscriptus.*] Scrib. *titulus est insc.* vel sic: *in q. unus versus est insc.* nam id videtur esse quod notat: duobus sepulcris unum eundemque fuisse inscriptum epigramma.

5 *Nam ut consul ille.*] C. Caninius Rebilus. de cujus consulatu & Ciceronis joco Dio historiæ Ro. libro XLIII. & Macrobius.

GRUTERUS.

1 *Et à patre, vel ab avia.*] Est à Pal. nostro & aliorum scriptis. editi namque, *& à patre, & ab avia.*

2 *Ac statim à militibus ira occisus.*] Sic recte Palatinus. nam inepte editi in hunc diem, *ita occisus.*

4 *In quibus unus est inscriptus.*] Nihil heic variat Pal.

7 *Sex pomeridianis horis Consulatum suffectus tenuit.*] Pal. *suffectum*, quod nescio an non præferundum sit alteri.

SALMASIUS.

2 *Ac statim à militibus ita occisus.*] Idem liber: *ira occisus.* scrib. *ac statim à militibus iratis occisus.*

3 *Sepulcra circa Agrippinam brevi marmore impressa.*] Pal. *brevi marmore implessa humilia*, & supra correctum *impulssa.* quid sit, nescio. nec aliud nunc subit, quod editi loco, reponi debere censeam.

6 *Qui sex pomeridianis horis consulatum suffectus tenuit.*] Pal. & vet. ed. *consulatum suffectum tenuit.* recte. nam & consul suffectus, & consulatus dicebatur.

horis consulatum suffectus tenuit, à M. Tullio tali aspersus est joco: *Consulem habuimus tam severum tamque censorium ut in ejus magistratu nemo pranderit, nemo cœnaverit, nemo dormierit*: de hoc etiam dici posse videtur, qui una die factus est imperator, alia die visus est imperare, tertia interemptus est. Et vir quidem strenuus, [1] ac militaribus usque ad imperium gradibus evectus est: quem plerique *Mamurium*, nonnulli *Vecturium*, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa: de quo illud addidisse satis est, nullius manus vel ad feriendum, vel ad impellendum fortiores fuisse, quum in digitis nervos videretur habuisse, non venas. Nam & carra venientia [2] digito salutari repulisse dicitur, [3] & fortissimos quosque uno digito sic afflixisse ut quasi ligni vel ferri [4] obtusioris ictu percussi dolerent. Multa duorum digitorum allisione contrivit. Occisus est à quodam milite, [5] qui quum ejus quondam operarius in fabrili officina fuisset, [6] contemptus est ab eodem, [7] vel quum duxisset, vel quum imperium cepisset. [8] addidisse hæc

GRVTERVS.

1 *Ac militaribus usque ad imperium gradibus evectus.*] Sic Palat. nam editi adjecerant à fine, *est*, quod minime sequirebatur.

4 *Obtusioris ictu.*] Palat. *obtunsioris.*

5 *Qui cum ejus quondam operarius in fabrili officina fuisset.*] Palatinus non agnoscit illud *operarius*, & potest profecto abesse.

CASAVBONVS.

2 *Digito salutari f.*] Indice, λιχανῷ. quem & Suet. vocat salutarem libro secundo.

3 *Et fortissimos quosque uno digito sic afflixisse, ut q.*] Idem in Claudio: *digitis usque adeo fortibus, ut sæpe equis & mulis ictu pugni dentes excusserit.* Tiberius autem talitro caput pueri vel adolescentis vulnerabat.

6 *Contemtus est ab eodem.*] Fuit enim Marius homo arrogantissimus. si quidem accipiendum est de isto, quod scribit Aurelius Victor in Diocletiano: ubi de superbia eorum loquitur, qui cum fuerint humillimi, ad alta accesserunt.

7 *Vel cum duxisset.*] Cum ducatum ordinum nactus esset. sed legendum non dubito, *vel cum dux esset.* ut de provinciæ ducatu accipiatur.

SALMASIVS.

2 *Qui quum ejus quondam operarius in officina fabrili fuisset.*] Deest vox *operarius* in membranis.

7 *Vel quum duxisset, vel quum imperium cepisset.*] Omnino scribendum: *vel quum dux esset, vel cum imperium cepisset.* atque ita edi voluimus.

8 *Addidisse hæc verba dicitur interemptor.*] Corrupte in Palatino: *addidisse verbo dictum interemptus.* emendo: *addi-*

hæc verba dicitur interemptor, *Hic est gladius quem ipse fecisti.* Hujus concio prima talis fuisse dicitur: *Scio commilitones posse mihi objici artem pristinam, cujus mihi omnes testes estis.* [1] *Sed dicat quisque quod vult, utinam semper ferrum exerceam. non vino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre suo & sui generis nobilitate, depeream. Ars mihi objiciatur ferraria,* [2] *dum me & exteræ gentes* [3] *ferrum attrectasse* [4] *suis cladibus recognoscant in Italia. Denique ut omnis Alemannia omnisque Germania cum cæteris quæ adjacent gentibus, Romanum populum ferratam putent gentem, ut specialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis velim, fecisse vos principem qui nunquam quicquam scierit tractare, nisi ferrum. Quod idcirco dico, quia scio mihi à luxuriosissima illa peste nihil opponi posse nisi hoc quod gladiorum armorumque artifex fuerim.*

DE INGENUO, VIII.

[5] FUsco & Basso coss. quum Gallienus vino & po- 9
pinis vacaret, quumque se lenonibus, mimis, & mere-

addidisse vero dicitur interemptor, Hic est gladius quem ipse fecisti.

1 *Sed dicat quisque quod vult.*] Sic apud Phædrum:

At me hercule narrabit quod quis voluerit,
Oliva nobis propter fructum est gratior.

sic hodie dicimus: *Chacun dira ce qu'il voudra.*

2 *Dum me & exteræ gentes ferrum attrectasse.*] *Ferrum tractasse*, melius ex Pal.

GRUTERUS.

3 *Ferrum attractasse.*] Pal. *tractasse.*

CASAUBONUS.

4 *Suis cladibus recognoscant in Italia.*] Quare illa addita sint, *in Italia*, non video. ac si mei arbitrii sit, malim ita scribi: *s. cl. recognoscant. Efficiam denique, ut omnis Al.*

5 *Fusco & Basso Coss.*] Rebellavit ergo iste contra Valerianum, non contra Gallienum: nisi quatenus imperii fuerat particeps factus à patre. nam iis Coss. vivebat Valerianus, & bellum Persicum parabat, ut superius dictum in Cyriade. aliter tamen Aurelius Victor, cujus verba statim adferemus. Pro Fusco libri veteres hic *Tusco*: sed alibi inferius non semel *Fusco*. quæ diversitas etiam in Fastis consularibus invenitur.

SALMASIUS.

5 *Fusco & Basso Coss.*] Lege: *Tusco & Basso.* ita enim omnes hoc loco libri. nam qui Fuscum infra appellari putant doctissimi viri, falluntur: cum

meretricibus dederet, ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperderet; [1] Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, à Mœſiacis legionibus imperator eſt dictus, cæteris Pannoniarum volentibus: neque in quoquam melius conſultum Reip. à militibus videbatur, quam quod inſtantibus Sarmatis creatus eſt imperator, qui feſſis rebus mederi ſua virtute potuiſſet. Cauſa autem ipſi arripiendi tunc imperii fuit, ne ſuſpectus eſſet imperatoribus quod erat fortiſſimus ac Reip. neceſſarius, & militibus (quod imperantes vehementer movet) acceptiſſimus. Sed Gallienus, ut erat nequam & perditus, ita etiam, ubi neceſſitas coëgiſſet, [2] velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis: denique Ingenuum conflictu habito vicit, eoque occiſo, in omnes Mœſiacos tam milites quam cives aſperrime ſæviit: nec quenquam ſuæ crudelitatis exortem reliquit: uſque adeo aſper & truculentus ut pleraſque civitates vacuas à virili ſexu relinqueret. [3] Fertur ſane idem Ingenuus

cum ſit alius. Faſti Siculi: Τῦσκον & Βάσσον. ſub his Coſſ. paſſus eſt Cyprianus, ut in actis ejus paſſionis ſcriptum eſt. *Tuſco & Baſſo Conſulibus, Carthagine, Secretario, Paternus Proconſul Cypriano Epiſcopo dixit.* ita enim ejus paſſionis initium conceptum legi in vetuſtiſſimis membranis Bibliothecæ Puteanorum.

CASAUBONUS.

1 *Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat.*] In numminis, INGENVS. Aurelius Victor: *Gallienus in Illyrico Ingebum, quem curantem Pannonios, comperta Valeriani clade, imperandi cupido inceſſerat, Murſiæ devicit.* fallitur in tempore Victor, ut apparet ex Coss. quos ponit Trebellius; Eutropius etiam ſcribit, hoc bellum à juvene Gallieno vel adoleſcente geſtum.

SALMASIUS.

2 *Velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis.*] *Velox, fortis, vehemens, crudelis.* ita Pal.

3 *Fertur ſane Ingenuus civitate capta intraſſe domum, in qua ſe pugione transfodit.*] Hæc omnia correctorum eſſe me docuit optimus liber, in quo hoc tantum legi: *fertur ſane idem Ingenuus civitate capta in qua ſe, atque ita vitam finiſſe.* alios porro correctores nacti ſunt illi libri, quibus uſus eſt Caſaubonus. ſic enim referunt: *civitate capta in aquam ſe merſiſſe, atque ita vitam finiſſe.* quod non ita quidem longe recedit à veſtigiis priſcæ ſcripturæ. commentitium tamen itidem eſſe puto, & rejiciendum. ad reſtitutionem vero quod attinet, divinus non ſum.

GRVTERVS.

2 *Velox, furibundus, ferus, vehemens, crudelis.*] Pal. *velox, fortis, vehemens, crudelis*, ceteris neglectis.

genuus [1] civitate capta intraſſe domum, in qua ſe pugione transfodit: atque ita vitam finiſſe, ne in tyranni crudelis poteſtatem veniret. Extat ſane epiſtola Gallieni, quam ad Celerem Verianum ſcripſit, qua ejus nimietas crudelitatis oſtenditur: quam ego idcirco interpoſui, ut omnes intelligerent, hominem luxurioſum crudeliſſimum eſſe, ſi neceſſitas poſtulet. *Gallienus Veriano. Non mihi ſatisfacies, ſi tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuiſſet.* [3] *Perimendus eſt omnis ſexus virilis, ſi & ſenes atque impuberes ſine reprehenſione noſtra occidi poſſent. Occidendus eſt quicunque male voluit. occidendus eſt quicunque male dixit contra me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem. Ingenuus factus eſt imperator. Lacera, occide, concide:* [4] *animum meum intelligere potes, mea mente iraſcere qui hac manu mea ſcripſi.*

DE [5] REGILLIANO, IX.

FAti publici fuit ut Gallieni tempore quicunque potuit, ad imperium proſiliret. Regillianus denique

CASAVBONVS.

1 *Civitate capta intraſſe domum, in qua ſe pugione transfodit, atque ita vitam fin.*] Quam diverſæ membranæ? nam ita reg & Put c. v. *cap in aquam ſe merſiſſ, atque ita vitam finiiſſe.*

3 *Perimendus eſt omnis ſexus virilis.*] Melius ſcribas, *eſſet*: ob ſequentia verba.

4 *Animum meum intelligere potes.*] Regius, *Lacera, concide, occide. animum meum intellige: qui hoc manu mea ſcripſi.*

GRVTERVS.

1 *Civitate capta intraſſe domum, in qua ſe pugione transfodit, atque ita.*] Palatinus tantum habet; *civitate capta in qua ſe atque ita.* an fuit? *civitate capta in aquaſſe ſe.* ſed inſolens id verbi valde, pro *ſemet ſubmergere.*

2 *Quos & fors belli.*] Palatinus *in bellis.*

4 *Animum meum intelligere potes, mea mente iraſcere.*] Palat. non habet dictionem *potes.*

SALMASIVS.

2 *Quos & fors belli interimere potuiſſet.*] Libri omnes: *quos & fors in bellis interimere potuiſſet. bella* heic ſunt, *prælia.* nec aliter loqui conſueverunt iſti auctores.

4 *Animum meum intelligere potes.*] Pal *animum meum intelligere, mea mente iraſcere.* ſcribendum: *animum meum intellige, mea mente iraſcere, qui hac manu ſcripſi.*

5 REGILLIANVS.] Vetus libet, *Regilianus*, cum unico *l*, quod melius eſt. nam *Regillus* cum *l* ſimplici ſcribitus

que in Illyrico ducatum gerens, imperator est factus, [1] autoribus imperii Mœsiis, qui cum Ingenuo fuerant ante superati. [2] in quorum parentes graviter Gallienus sævierat. Hic tamen multa fortiter contra Sarmatas gessit, sed autoribus Roxolanis consentientibusque militibus, & timore provincialium, ne iterum Gallienus graviora faceret, interemptus est. Mirabile fortasse videatur, si quæ origo imperii ejus fuerit, declaretur. [3] Militari enim joco regna promeruit. Nam quum milites quidam cum eo cœnarent, [4] astitit Valerianus

bitur ubique in saxis, & ita scribi debet. inde *Regilianus*. sed Regalianus hic dicitur apud Aurelium Victorem. & ita etiam infra scriptum habetur hoc nomen in antiquo libro & prima editione. *Regalis* nomen proprium etiam fuit apud veteres: inde *Regalianus* factum videri posset. immo plane factum est. nam Regalis, Regalius & Regalianus: sic Utilis, Utilius, Utilianus: Vitalis, Vitalius & Vitalianus: Similis, Similius & Similianus: Natalis, Natalianus, & similia sexcenta. sic Regalis & Regalianus nomina propria. avicula vero etiam illa quam Græci βασιλίσκον vocant, nos *roitelet*, *regaliolus* Suetonio dicitur. in Glossis *regaulliolus*, & *regausolus*. omnia corrupte. nam *reguliolus*, vel *reguleolus*, verum est illius aviculæ nomen. *regulum* & *reguleum* Latini diminutive dicunt, parvum regem: ut *hinnulum*, & *hinnuleum*. à *reguleus*, *reguleolus*, vel *reguliolus*: ut ab *aculeus*, *aculeolus*. sed hæc obiter.

CASAUBONUS.

1 *Auctoribus imperii Mœsiis.*] Scribe, *Mœsis*. ut in veteribus. Mœsiacas legiones intelligit.

2 *In quorum parentes.*] Cognato, & sanguine junctos, sicut ante exposuimus.

3 *Militari enim ioco regna promeruit.*] Sic non multo post Proculus ludo & joco factus imperator, ut narrat Flavius Vopiscus.

GRUTERUS.

1 *Auctoribus imperii Mœsis.*] Sic & Pal. non *Mœsiis*, ut habebant aliæ.

3 *Militari enim joco regna promeruit.*] Pal. *Capitali enim loco.*

4 *Adstitit Valerianus tribunus.*] Prætulerim quod est in Palatino, *exstitit vicarius tribuni.*

SALMASIUS.

1 *Auctoribus imperii Mœsiis.*] Lego: *auctoribus imperii Mœsis.*

3 *Militari enim joco regna promeruit.*] Non dissimulandam aut celandam existimo lectionem membranarum, etsi de ea quid dicam non habeam. sic igitur legunt illæ: *capitali enim joco regna promeruit.* sed quomodo heic *capitalem jocum* interpretabimur? *capitalem* veteres sollertem & ingeniosum dixerunt. Ovidius:

— *capitale vocamus*
Ingenium solers: ingeniosa dea est.

an *capitalis jocus* heic erit argutus, & acutus, & ingeniose fictus? ut ita accipiamus, suadet quod paulo post sequitur: *ita quod alius vel audacia vel judicium, detulit huic jocularis astutia.* nam ibi *jocularem astutiam* dixit, quem heic *capitalem jocum*, hoc est astutum argutumque jocum.

4 *Astitit Valerianus Tribunus qui diceret.*] Pro *astitit*, legendum *exstitit*.

hoc

lerianus tribunus qui diceret, *Regilliani nomen unde credimus dictum?* Alius continuo, *Credimus quod à regno.* Tum is qui aderat ſcholaſticus, [1] cœpit quaſi grammaticaliter declinare, & dicere, *Rex, regis, regi, Regillianus.* Milites, ut eſt hominum genus pronum ad ea quæ cogitant, dixerunt, *Ergo poteſt rex eſſe?* item alius, *Ergo poteſt nos regere?* item alius, [2] *Deus tibi regis nomen impoſuit.* Quid multa? His dictis quum alia die mane proceſſiſſet, [3] à principiis imperator eſt ſalutatus. Ita

hoc primum. deinde pro *Valerianus tribunus*, habetur in Palatino: *vicarius tribuni.* ſic igitur lege: *extitit vicarius tribuni qui diceret: Regaliani nomen unde putamus dictum?* de vicariis tribunorum alibi dicemus. extat apud Vopiſcum epiſtola Aureliani tribuni ad vicarium ſuum. in eodem Aureliano mentio fit vicariarum ducum & tribunorum.

CASAUBONUS.

1 *Cœpit quaſi grammaticaliter declinare, & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus.*] Malus grammaticus fuit iſte. nam à rege fit regulus, inde regillus, & ex eo Regillianus. & in eam ſententiam docti viri hunc locum cenſebant emendandum: quorum ſententiæ repugnant manuſcripti.

3 *A principibus.*] Militibus qui principes locos militiæ obtinebant.

SALMASIUS.

1 *Cœpit quaſi grammaticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus.*] Diximus paulo ante *Regalianum* hunc dictum eſſe non *Regilianum.* atque ita plane hoc loco ſcriptum exhibent Palatinus, & editio princeps: *Regalianus*, inquam, non *Regilianus.* ſed parum procedit hujus ſcholaſtici grammaticalis declinatio, ſi hoc modo inſtituatur: *Rex, regis, regi, Regalianus.* nam hic declinandi modus magis favere videtur vulgatæ lectioni, *Regilianus.* Palatinus eam declinationem ita ſcriptam præfert: *Rex, regis, regio, Regalianus.* ſcribendum puto: *Rex, regis, rego, Regalianus.* vel: *Rex, regis, regi, rego, Regalianus.* militum dicta quæ ſequuntur ad ſingulas illius declinationis voces reſpondentia, ſatis oſtendunt ita legendum eſſe, ut poſuimus. ſubjicitur enim ab illis: *ergo poteſt rex eſſe? ergo poteſt nos regere?* ſed malus grammaticus fuit hic ſcholaſticus. nam ſi *Regalianus* à rege fuit derivandus, dicere debuit: *à rege, regalis, Regalius & Regalianus.* ſi vero *Regilianum* deducendum habebat, ſic oportuit eum declinare: *Rex, regis, regi, regius, Regilius, Regilianus.* nam *regius, Regilius*, ut *Quintius, Quintilius: Fabius, Fabilius: Fadius, Fadilius: Publius, Publilius: Metius, Metilius: Atius, Atilius: Magius, Magilius: Catius, Catilius: Lucius, Lucilius.* & ſimilia ſexcenta. hæc perperam vir doctus ad hunc locum.

2 *Deus tibi regis nomen impoſuit.*] *Deus tibi nomen poſuit.* vetus editio.

GRVTERVS.

3 *A principiis Imperator eſt ſalutatus.*] Ita egregie Pal. minus recte prius excuſi, *à principibus.*

SALMASIVS.

3 *A principibus imperator eſt ſalutatus.*] *A principiis eſt ſalutatus.* optime ita legit Palatinus noſter. *principia* enim ſunt principales milites. paſſim apud Ammianum id nomen in hac ſignificatione occurrit. Vegetius lib. II. cap. VII. *principalium militum, &c.*

Ita quod aliis vel audacia vel judicium detulit, [1] huic jocularis aſtutia. Fuit, quod negari non poteſt, vir in militari re ſemper probatus, & Gallieno jam ante ſuſpectus quod dignus videretur imperio: [2] gentis Daciæ, Decibali ipſius, ut fertur, affinis. Extat epiſtola divi Claudii adhuc privati, qua Regilliano Illyrici duci gratias agit ob redditum Illyricum, quum omnia Gallieni ſegnitia deperirent: [3] quam ego [4] repertam in

ut proprio utar vocabulo, principiorum nomina, & dignitates ſecundum præſentes matriculas indicabo. paulo poſt ſub finem capitis: *hi ſunt milites principales, qui privilegiis muniuntur.* non poſſum teneri, quin principiorum nomen Livio reſtituam, lib. XXI. *nec magni certaminis ea dimicatio fuit. ſex millia hoſtium cæſa, duo capta cum præſidio caſtrorum. nam & caſtra expugnata ſunt, atque ipſe dux cum aliquot principiis capitur.* vulgo habetur: *atque ipſe dux militum cum aliquot præſidiis capitur.* quod nullo genere poteſt defendi. nos ita reſtituimus ope vetuſtiſſimi codicis, quem nobis ſubminiſtravit Bibliotheca doctiſſimi Puteani.

1 *Huic joculari aſtutia.*] *Capitalem jocum* ſupra vocavit; hoe eſt aſtutum, & ingenioſe confictum jocum. diſtingue: *detulit huic jocularis aſtutia.*

CASAUBONUS.

2 *Gentis Daciæ, Decibali ipſius, ut fertur, affinis.*] Reges Dacorum plures Decebali nuncupati ſunt: ut ex hiſtoria Domitiani & inſecutorum principum eſt cognoſcere. & videtur ad illum ipſum hoc referendum, rebus contra Romanos geſtis clariſſimum. nam Gallieni temporibus nullum eo nomine Dacorum regem invenio.

GRVTERVS.

4 *Repertam in archivis.*] Pal. *in athenicis.* an fuit? in *authenticis.*

SALMASIUS.

3 *Quam ego repertam in archivis.*] Non debui, nec ſine piaculo potui diſſimulare lectionem quam in veteribus libris reperi. concorditer enim princeps editio cum Palatino legit: *quam ego repertam in Athenicis.* ſi quis hanc ſcripturam dignam putabit, cujus ratio haberetur, næ ille haud mecum ſentiet. unde enim hæc lectio niſi ab auctore? correctorum commentum eſſe nemo poſſit ſuſpicari: in vulgatam magis caderet hæc ſuſpicio. nam *Athenica* in *archiva* mutaſſe videntur quibus *archiva* notiora quam *Athenica.* ſed *Athenica* hoc loco quid ſunt, & quo ſenſu dicuntur? Athenæum fuiſſe Romæ, celebre auditorium in quo oratores, poëtæ, rhetores publice recitarent, nemo fere ignorat. ab illo Athenæo omnia etiam auditoria Athenæa ſunt appellata. an igitur heic legendum, *in Athenæis*? videntur in Athenæis illis & auditoriis publicis ſervari ac recondi ſolita hujuſmodi ducum imperatorumque monumenta, ut epiſtolæ & orationes, & ſimilia quæ ad hiſtoriam facerent. an vero ſcribendum *Athenaicis*? ut *Athenaica* vocet armaria in Athenæo in quibus aſſervarentur illa monumenta. nam ab Athenæum, *Athenaicum*: ut ab Achæus, *Achaicus*: ab ἀρχαῖος, *archaicus.* à Bardæus, *Bardaicus.* ſed nihil mutandum. nullum mihi dubium eſt quin *Athenica* vocet bibliothecas, quaſi loca Athenæ, hoc eſt Minervæ dicata. *Athenicum* vox eſt illius ſeculi, quales non paucas in his auctoribus primi excitavimus, & ex oblivione ac tene-

in archivis, inserendam putavi; fuit enim publica. *Claudius Regilliano multam salutem.* [1] *Felicem Remp.* [2] *quæ te talem virum habere rei castrensis bellis his meruit. felicem Gallienum, etiamsi ei vera nemo nec de bonis, nec de malis nuntiat. Pertulerunt ad me Bonitus & Celsus stipatores principis nostri,* [3] *qualis apud Scupos in pugnando fueris, quot uno die prælia & qua celeritate confeceris. Dignus eras triumpho, si antiqua tempora extarent. Sed quid multa?* [4] *Memor cujusdam ominis cautius*

tius

tenebris eruimus. in bibliothecis autem reponi ac custodiri moris erat ejusmodi omnia litteraria monumenta, ut epistolas & orationes ducum imperatorumque, & quotidiana vel ephemerides principum, & senatusconsulta de principibus facta & alia ad eandem rem pertinentia, quæ & publice ibidem patebant omnibus legenda. ideo Trebellius hoc loco epistolam illam Claudii sibi in Athenicis repertam, publicam fuisse dicit: *quam ego repertam in Athenicis inserendam putavi. fuit enim publica.* Vopiscus in vita Aureliani libros lineos in quibus quotidiana illius principis erant perscripta ex Ulpia Bibliotheca depromptos se vidisse & habuisse refert. idem in Tacito senatusconsultum de Tacito Augusto faciendo in libro elephantino fuisse perscriptum narrat qui liber in Ulpia bibliotheca servabatur, & in armario sexto ejusdem bibliothecæ repositus habebatur. Bibliothecæ illæ & Athenica studiosis vulgo patebant & litteratis hominibus, ut aliunde scimus. hinc epistolam illam Claudii quæ in Athenicis haberetur, publicam fuisse heic scribit Trebellius.

CASAUBONUS.

2 *Quæ te talem virum habere rei castrensis b.*] Reg. *castris.* scrib. *habere in castris.* nisi putamus dixisse Trebell. *talem virum rei castrensis.* quomodo dicitur, *vir vitiorum omnium*, & similia.

3 *Qualis apud Scupos in pugnando fueris.*] In superiore Mœsia Scupi nomen urbis Ptolemæo: cujus & alii meminerunt.

SALMASIUS.

1 *Felicem remp. quæ te talem virum habere rei castrensis bellis his meruit.*] Nihil impuratius inquinatiusque fingi potest, quam hic est locus. scio *rem castrensem*, & *res castrenses* illo tempore solitas dici res bellicas, & *castrenses* appellatos milites. in Taciti vita: *paruit præceptis, & voluntati castrensium ordo ille nobilissimus.* Spartianus: *scio eum rebus castrensibus profuturum.* meminit *comitis rei castrensis* per Africam Ammianus Marcellinus. sed quid est *talem virum rei castrensis*? facile dicam quid sit. correctorum somnium est, & commentum. sed proposita veteri scriptura videamus, quid illa boni possit sapere. sic autem habet: *felicem remp. quæ te talem virum habet rei castris bellius meruit.* hæc nænia est aliquo sono, nullo sensu. cum vero depravatissima hæc sint, facile restitui posse judico si scribamus: *quæ te talem virum habere in castris belli usu meruit*: id est, talem virum usu belli: sic rei bellicæ peritum, & experientem. posset etiam scribi: *in castris Illyricis.* nam Illyrici dux erat hic Regilianus. vestigia tamen scripturæ antiquæ nimis longe relinquit hæc lectio. priori igitur stabimus.

4 *Memor cujusdam ominis cautius velim vincas.*] Quodnam erat omen istud quod vitandum censet Regiliano Claudius? de omine nugæ. corrige: *memor cujusdam hominis cautius velim*

 lim

tius velim vincas. Arcus Sarmaticos & duo saga ad me velim mittas, [1] *sed fibulatoria*, [2] *quum ipse miserim de nostris.* Hac epistola ostenditur, quid de Regilliano senserit Claudius, cujus gravissimum judicium suis temporibus fuisse non dubium est. Nec à Gallieno quidem vir iste promotus est, sed à patre ejus Valeriano, [3] & ut Claudius & Macrianus & Ingenuus & Postu-

tim vincas. oblique & figurate monet Claudius Regilianum, ut à Gallieno sibi caveat, nec ita crebris victoriis indulgeat. nam malis principibus, qualis erat Gallienus, & qui ex flagitiorum suorum conscientia se omnibus odio esse intelligerent, omniaque & omnes timerent, non nimium gratæ acceptæque veniebant ducum suorum frequentes victoriæ, quod metuerent ne ab illis occasio exinde raperetur novarum rerum moliendarum, & imperii invadendi. hinc monet eum Claudius, ut Gallieni memor cautior in vincendo velit esse, ne invidiam inde sibi & periculum crearet. per quemdam igitur hominem, non dubito quin obscure Gallienum intellexerit.

1 *Sed fibulatoria cum ipse miserim de nostris.*] Pal. *sed fiblatoria. fibla* pro *fibula.* sic *fiblatorium.* Græci quoque φιβλατώριον. Suidas: φιβλατώριον, ἀμφίβολαιον Περσικόν. φιβλατώριαι Constantino de imperio, μετὰ καὶ χλαμύδος βασιλικῆς, καὶ φιβλατωρίας, καὶ στέφανον χρυσοῦν. sic *circlos* pro *circulos* apud Virgilium & Varronem. & *sablo* pro *sabulo* in veteribus libris apud Vitruvium. sic *vigla* pro *vigilia*: unde βίγλαι Græcis barbaris: inde & verbum *pervigilare* apud auctorem Pervigilii Veneris:

De tenente tota nox est, perviglanda canticis.

ita enim in optimo & vetustissimo libro scriptum reperimus, cujus libri ope, nos propediem illud poëma auctius emendatiusque dabimus. sic *naucla* pro *naucula* vel *navicula*, apud Tertullianum. *arcla* in veterib. Glossis, est *arcula. Arca & arcla*, κιβωτὶς, σωρὸς, κάμπτρον, λάρναξ. vulgo, *arcela.* sed quam posuimus lectionem, habere illam profitemur ex membranis antiquis quæ sunt P. Puteani. sic *fibla*, & *fiblatorium sagum. fibla* etiam dicitur in veteri inscriptione: PRÆPOSITVM. A. FIBLIS. PRÆPOSITVM. A. CRYSTALLINIS. hinc Græci recentiores φίβλαν, & φίβλιον & φιβλοῦσθαι passim usurparunt. saga autem fiblatoria heic sunt, quæ fibula stringebantur. sic & *pallia fiblatoria. pallia fibulata* vocantur infra. sed & *fiblatoria* simpliciter dicebantur. Anastasius in Leone quarto: *cantharam exauratam unam, baucas exauratas tres, fibulatoria majora & minora quinque.* sed omnia saga fibulata non erant. ideo Claudius cum à Regiliano duo saga sibi mitti peteret, *fibulatoria* se velle addidit: *duo saga ad me velim mittas, sed fibulatoria, cum ipse miserim de nostris.* Illyricum tunc regebat Regilianus. talia igitur fuisse saga videntur quæ in Illyrico fiebant. fibulata etiam erant Gallica saga. Polyænus: ἱμάτιον δὲ χρῆσθαι σισύρᾳ Γαλατικῇ. καὶ πρῶτος ἐνεπορπήσατο σισύραν μέλαιναν, *& primus nigrum sagum infibulatus est.* de fibula sagi Varro Virgula divina:

Quum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.

sed de his alibi plura.

2 *Cum ipse miserim de nostris.*] Palat. *cum ipse misi de nostris.*

3 *Et ut Claudius & Macrianus & Ingenuus.*] Lege: *nec à Gallieno quidem* vir

Postumius & Aureolus, qui omnes in imperio interempti sunt, quum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes quoscunque duces fecit, postea militum testimonio ad imperium pervenerunt: ut appareat senem imperatorem in deligendis Reip. ducibus talem fuisse qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Et utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, [1] vel ejus filius Gallienus in imperio diutius non fuisset, [2] ut libere se in suo statu Resp. nostra tenuisset. [3] Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutius quam oportebat, Reip. reservavit.

DE AUREOLO, X.

HIc quoque Illyricianos exercitus regens in contemptum Gallieni, ut omnes eo tempore, coa- 11
ctus à militibus, sumpsit imperium. Et quum Macrianus

vir iste promotus est, sed à patre ejus Valeriano, ut & Claudianus, & Macrianus.

GRUTERUS.

3 *Ut & Claudius.*] Sic Palat. prius cusi verbis inversis, *& ut Claudius.*

1 *Vel ejus filius in imperio.*] Editiones aliæ, *filius Gallienus in imperio.* sed non ea vox in Pal. neque requiritur.

SALMASIUS.

2 *Ut libere se in suo statu resp. nostra tenuisset.*] Liberam securamque in suo statu lectionem hanc manere sivissem, si librorum eam confirmasset auctoritas. sed cum eam libri nostri non agnoscant, facile sum impulsus ut controversiam illi status moverem. Palatinus pro *ut libere*, habet, *ut libet.* totum hunc locum igitur sic lego: *& utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel ejus filius Gallienus in imperio diutius non fuisset, ut libet se in suo statu resp. nostra tenuisset.* quod elegantissime dictum est. *ut libet se tenuisset:* id est, quantum liber, quantum voluisset, arbitratu suo.

CASAUBONUS.

3 *Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, quæ c.*] Similis Marcellini cum Fortuna expostulatio super amisso Juliano, & creato Joviano, lib. xxvi *Tu, ait, hoc loco, Fortuna orbis Romani merito incusaris, quæ difflantibus procellis Remp. excussa regimenta perito regerendæ ductori consummando juveni porrexisti: quem nullis ante actæ vitæ insignibus in hujusmodi negotiis cognitum, nec vituperari est æquum, nec laudari.* at melius Pollio cum infra in Odenato sic ait: *Iratum fuisse Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reservare.* sed habent ibi veteres, *iratos sideos.*

nus cum filio ſuo Macriano.[1] contra Gallienum veniret,[2] cum plurimis exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei ſuæ addixit.[3] & quum factus eſſet invalidus imperator, quumque Gallienus expugnare virum fortem fruſtra tentaſſet, pacem cum eo contra Poſtumium pugnaturus fecit,[4] quorum pleraque & dicta ſunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto jam Gallieno conflictu habito,[5] apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, ſepulcro humiliore donavit.[6] Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.

Donat

1 *Contra Gallienum veniret cum plurimis, exerc.*] Trahebat ſecum Macrianus XLV. hominum millia, ut paullo poſt dicetur. Sed legi malim, *contra Gallienum veniret, quam plurimos ex exercitu ejus cepit aliq.*

4 *Quorum pleraque & dicta ſunt & dicenda.*] Non ſolum iſto libro, ſed etiam in vita Claudii, ubi multa quædam etiam Vopiſcus in Aureliano.

5 *Apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur.*] Aurelius Victor victum, non occiſum eo loci, neque à Claudio, ſed à Gallieno. *Aureolum*, inquit, *Gallienus apud pontem cui ex eo Aureoli nomen eſt, fuſum acie, Mediolanum coëgit.*

SALMASIUS.

2 *Cum plurimis exercitus ejus cepit.*] Hæc non intelligo. in vita Macriani ſcriptum eſt, Aureolum cepiſſe exercitus Macriani, ipſumque occidiſſe, qui cum XLV. millibus militum adverſus Gallienum veniebat. igitur diſtingui placet: *& quum Macrianus cum filio ſuo Macriano, contra Gallienum veniret cum plurimis, exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei ſuæ addixit.*

3 *Et quum factus eſſet invalidus imperator.*] Et hæc prorſus intellectum, captumque meum ſuperant, niſi ſic emendentur: *& quum factus eſſet hunc validus imperator.* Id eſt, quum Aureolus ex Macriani occiſione, & ejus exercitus in ſuam poteſtatem redactione factus eſſet validus imperator. triginta enim millia hominum ex Macriani exercitu in poteſtatem ejus conceſſere, quod eum valde validum fecit.

6 *Extat etiam epigramma Græcum.*] Pal. *extitit etiam epigramma Græcum.* at vetus editio: *extat etiam nunc epigramma.*

GRUTERUS.

6 *Exſtat etiam epigramma.*] Pal. *Exſtitit etiam Epigramma.* & vero id epigramma Græcum, omnibus numeris adhuc ſervatur in Inſcriptionib. noſtris antiquis, pag. CLIII. 2.

CASAUBONUS.

6 *Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.*] *In hanc formam* dixit pro in hanc ſententiam. Invenimus hoc ipſum epigramma in veterum inſcriptionum volumine: quod ut deſcripium eſt à viris doctiſſimis è lapide qui eſt in agro Mediolanenſi ita recitabimus.

ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΑΥΡΕΟΛΩ ΜΕΤΑ
ΔΗΙΟΝ ΑΡΕΑ ΚΑΙϹΑΡ
ΤΑ ΚΤΕΡΕΑ. ΘΝΗΤΩΝ ΩϹ
ΘΕΜΙϹ ΕΝΔΙΔΟϹΙ

ΤΩ

[1] *Donat ſepulcro victor poſt multa tyranni*

Præ-

ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ

ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΟΥ ΑΝΤΙΒΙΟΝ

ΚΕΙΝΟΣ ΔΕ ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΣΚΑΤ ΟΠΙΖΩΝ

ΑΥΡΕΟΛΟΥ ΓΕΦΥΡΑΝ ΣΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝΤΕ ΤΑΦΗΝ.

In his verſibus quædam ſunt digna obſervatu. ΕΝΔΙΔΟΣΙ in ſecundo metri cauſſa poſitum contra analogiam, pro ἐνδίδωσι. ſic in aliis vocibus ejuſdem verbi ω mutant in ο interdum poëtæ. ut in Argonauticis Orphei δόκεν pro δῶκεν obſervabamus in illo verſu,

Αὐτὰρ παρκαλίοιο δόκεν γέρας Ἡρακλῆι.

ubi tamen nihil erat quod vim faceret: cum poſſet παρκαρτίῳ δῶκεν vel δόσκεν. & fortaſſe non aliter ſcripſerat. in tertio ſcribendum ΓΑΡ. non enim γοῦ convenit Τῷ γ' ἄρ καὶ ζωήν. ſupple, ἤθελεν ἐνδιδόναι. *cui quidem & vitam concedere voluit.* ſequentibus verbis dicere videtur, Aureolum, ut erat ingentis ſpiritus vir, vitæ precariæ beneficium ultro ſibi delatum, reſpuiſſe. hanc ſententiam ſpondet verbum φρόνημα. ſed quartus verſus plane Oedipum deſiderat: & videtur aut ſculptus olim, aut nuper deſcriptus parum ex fide. ſenſus quem expreſſit Latinus interpres, Græcis verbis nullo modo congruit. In quinto ſcribendum, ΕΣΧΑΤ'. σώματος ἔσχατ' ὀπίζων. Latinus interpres ad verbum, *corporis ultima ſervans*. nempe jura. quam vocem pari licentia Latinus reticuit ac Græcus: quos equidem nolim hic imitari. ſed ille grammaticus qui hæc tranſtulit, imperitiſſimus atque inſulſiſſimus fuit, ut & Trebellius recte judicavit. quare patientiam illius mirari ſubit; qui tam ineptos verſus fecit tanti ut eos putarit dignos qui hic legerentur. Nos vero priuſquam in ſuperius epigramma Græcum incideremus, offenſi ineptiis interpretis, pro malis & obſcuris ejus octo verſibus, totidem Græcos, ſi nihil aliud, certe perſpicuos ac planos ſubſtitueramus. ſunt autem iſti.

Αἰτῷ, νικήσας πολλῶν μετ' ἰσχυρὸν τύραννον

Δωρεῖται τύμβον Κλαύδιος Αὐρέολον.

Δέξατο ὄγε, καὶ ζωῆς, οἷον θέμις ἐστὶν, ὀπάζων·

Ἤθελεν ὃν ζώειν ἧς εἵνεκ' ἠνορίης.

Ἦν δ' ἄρα οὐχ ὅσιον σώζεσθαι ἀτάσθαλα πολλά

Ἔρξαντας· πάντων δ' ἔργα Αὐρέολον.

Τύμβια δ' αἰδεσθεὶς νεκύων, πυρὸς ἠπιόεντος.

Τὴν γέφυράν τε νέμει, καὶ τάφον Αὐρέολῳ.

GRUTERUS.

1 *Donat ſepulchro victor.*] Pal. ſtabilit lectionem olim receptam, *Donat ſepulcrum victor.*

CASAUBONUS.

1 *Donat ſepulcro victor p.*] Ita ſcribitur hic locus in regio. nam alii libri, *Donat ſepulcrorum.* quod cum nullam omnino interpretationem admittat, rejecimus. primam vocis *ſepulcro* produci ab iſto literatore magis mirari non debes, quam cum apud Prudentium legis *ſpiritus* prima correpta, vel *ſacrificium* ſecunda longa, *ſtatim* priore longa, apud alios, & id genus multa contra veterum obſervationem, apud recentiores poëtas Latinorum. Sed cur prima vocis *ſepulcrum* ab iſto producatur, & alia cauſſa afferri poteſt. nam in multis antiquis libris non aliter ſcriptum invenias, niſi *ſepulcrum.* hanc ſcripturam ſecuti ſunt, qui produxerunt: ut è contrario quia *ſphera* ſcribebant pro ſphæra, Prudentius corripere in verſu non dubitavit.

Prælia, jam felix Claudius Aureolum:
[1] *Munere prosequitur mortali, &* [2] *jure superstes*
Vive-

Cujus ad arbitrium sphæra mobilis atque rotunda.

similia his multa eruditis pridem notata.

SALMASIUS.

1 *Donat sepulcro victor.*] Ita placuit Casaubono τῷ πάνυ reponere ex suo codice Regio. cujus ego codicis fidem ita subleſtam & male ambulantem, ut ait ille, tot locis rebusque sum expertus, ut nihil illi amplius credere aut fidere statuerim, præponderante præsertim meliorum librorum auctoritate qui omnes hoc loco unanimiter, *dona sepulcrorum*, retinent. sed mitto librarias auctoritates. connexus ipse orationis, & cohærentia plane repudiat & respuit hanc, quam substituerunt, lectionem. sic enim procederet: *donat sepulcro Claudius Aureolum. munere prosequitur mortali.* nihil cohæret, & bis eandem rem dicit. at ex illa antiqua scriptura omnium librorum editionumque, una tantum mutata littera veram lectionem mihi visus sum effecisse, legendo ac distinguendo ad hunc modum:

Dono sepulcrorum, victor post multa tyranni
Prælia, jam felix Claudius, Aureolum
Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes.

cujus hic ordo est & sententia: *Claudius victor post multa tyranni prælia jam felix, & jure superstes dono sepulcrorum prosequitur Aureolum, munere mortali* optime nos restituisse fidem facient Græca si cum his Latinis comparentur. *Claudius Aureolum dono sepulcrorum prosequitur*, Græca illa ita exprimunt: Κλαύδιος Αὐρεόλῳ τὰ κτέρεα ἐνδίδωσι. τὰ κτέρεα ἐνδιδόναι, *dono sepulcrorum prosequi*, ad verbum reddidit hic Grammaticus. at *munere mortali* dixit pro eo quod in Græco est, θνητῶν ὡς θέμις. ut munus est mortalium, ut lex est, ut mos est. fortasse etiam scripserat hic Grammaticus:

More prosequitur mortali. ———

more mortali, θνητῶν ὡς θέμις. ultima enim syllaba in *more*, producitur propter duarum consonantium concursum initio sequentis vocabuli. quod apud Prudentium, & illius ævi poëtas adeo frequens est, ut nihil frequentius occurrat. nihil tamen mutamus. nam idem fere sensus ex illa altera lectione aliquo modo potest elici. neminem autem movere debet syllaba postrema in voce *dono* ab hoc Grammatico correpta. plura enim & majora peccabant in pangendis versibus illius temporis de trivio versificatores. quod ex epigrammatis, quæ in his auctoribus sparsa leguntur per totam hanc Augustam historiam, facile potest observari. non igitur heic magis mirari debemus ultimam in *dono* brevem factam, quam in voce *gentes* similiter correptam ultimam in illo epigrammate quod expressum de Græco a quodam ejus temporis versificatore, habetur apud Spartianum in Pescennio Nigro:

Hunc reges, hunc gentes amant. ———

vide quæ ad Alexandri vitam observavimus. nihil ergo verius, quam *dono sepulcrorum* heic legendum esse. pro quo *dona sepulcrorum* reposuerat sciolus aliquis, dum versui hoc pacto consuli posse putaret.

CASAUBONUS.

1 *Munere prosequitur mortali & jure superstes Vivere quem vellet.*] Etiamne grammaticus solœcissat? nam *superstitem* flagitabat omnino ὁ τοῦ λόγου ὀρθότης: *quem vellet vivere superstitem.* sed puto scribendum esse *superstem*: quod licenter usurpavit iste pro superstitem.

SALMASIUS.

2 *Et jure: superstes Vivere quem vellet.*] Nullus heic solœcismus. & male hæc accipiunt eruditissimi homines. nam quod superstitem dici debuisse

Vivere quem vellet, [1] si pateretur amor:

Mili-

buisse, & *superstem* pro superstitem legi debere contendunt, eo fatemur minime à se perspectam perceptamque esse hujus loci sententiam, quam facile videre potuissent, si quam adhibuimus distinctionem, adhibendam esse cogitassent. *superstes* enim heic non de Aureolo, quem superstitem voluerit esse Claudius, sed de ipso Claudio capiendum qui superstes Aureolo fuit. quem Claudium ait victorem post multa prælia, & jam felicem, & jure superstitem Aureolo victo interfectoque honorem sepulturæ impertiisse. sic igitur erat interpungendum:

Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes;

Vivere quem vellet, si pateretur amor

Militis egregii.

vivere quidem voluit Aureolum Claudius, & interfectum à militibus doluit, sed superstitem eum sibi esse nunquam voluit, nusquam optavit.

Jure superstes.] Et, *victor: &, jam felix: & jure superstes*, insertæ sunt Latini interpretis, quas non habet Græcum epigrammma. *jure superstes*: sic, *jure venerabilis* in Gallienis: *sic militibus sedatis Claudius vir sanctus ac jure venerabilis.*

CASAUBONUS.

1 *Si pateretur amor Militis egregii.*] Hæc in Græco epigrammate non invenies.

SALMASIUS.

1 *Si pateretur amor Militis egregii.*] Nescio quid sequutus interpres *amor* heic reddidit quod est in Græco φρόνημα. per φρόνημα videtur intellexisse amorem benevolentiamq; & affectum militum erga patriam & imperatorem suum: quo amore & affectu ducti omnes tyrannos oderant, & Aureolo quod tyrannus esset, vitam negaverant. φίλα φρονεῖν Græci dicunt, bene alicui velle. unde & φιλοφρονεῖν, & φιλόφρων, benevolens & amicus. sed φρόνημα hoc sensu per se positum nondum legi, nec uspiam lectum esse arbitror. φρόνημα igitur significat altum generosumque animum. fidelitatem autem exercitus eo nomine commendat quod infenso & hostili animo esset, adversus tyrannos & omnes ἐπιῤῥήτους. sic enim procedit orationis ordo: ἀλλ' οὐκ ἐθέλησε φρόνημα τοῦ στρατοῦ ἀντίθεον πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις. tota ratione falsus est vir summus qui istorum verborum sententiam hanc esse putavit: Aureolum ut erat ingentis spiritus vir, vitæ precariæ beneficium ultro sibi delatum repudiasse. nihil tam contrarium auctoris menti. eam supra exposuimus, & in versione nostra expressimus. vetus interpres partim non intellexit, partim quæ intelligebat, infeliciter & inepte reddidit: nam dum à verbis Græcis longius discedit, verborum quoque sententiam pæne aliam videri fecit. Zosimus convenienter ad hujus epigrammatis mentem tradit infensos & iratos Aureolo milites διὰ τὴν ἀπόστασιν eum interemisse: ἀπὸ τῶν περὶ βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένῃ ὀργῇ. sed in hoc parum illi cum Trebellio convenit, quod scribit Aureolum de pace legatos statim ad Claudium, ubi eum imperatorem factum esse cognovit, misisse, & sponte se dedidisse, ibidemque in conspectu Claudii occisum esse à militibus iratis & infensis ipsi ob defectionem ac rebellionem. Trebellius vero heic narrat conflictu habito Aureolum à Claudio victum & à militibus interfectum, cum ei parcere & vitam largiri vellet Claudius. narrationem Trebellii veriorem esse & magis ex historiæ fide ostendit hoc Græcum epitaphium Aureoli tumulo inscriptum, ex quo plane licet colligere prælio cum Claudio commisso victum eum fuisse, & à militibus oc-

Militis egregii [1] *vitam qui jure negavit*

Omni-

cisum. quid enim aliud hæc verba testantur aut clamant?

Κλαύδιος Αὐρεόλῳ μετ' ὄλεον ἄρτια Καῖσαρ
Τὰ κτέρεα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοσι.

CASAUBONUS.

1 *Vitam qui jure negavit Omnibus indignis.*] Vide quomodo accipiat illud ΠΑCIN in quarto versu: de cujus obscuritate ante diximus.

SALMASIUS.

1 *Vitam qui jure negavit Omnibus indignis.*] Aliter hæc ab interprete expressa, quam quomodo in Græcis concipiuntur. eandem tamen sententiam efficiunt. Græcus ait milites omnibus improbis ac sceleratis & probro coopertis viris infensiores vitam Aureolo noluisse datam: hic vero dicit militem qui vitam semper omnibus indignis negavit, eam quoque Aureolo ut indignissimo negavisse. ita mentem potius quam verba expressit. alibi verba tantum sequitur, mentem relinquit. *vitam indignis negare* ita dictum ut *beneficium indignis negare*, *dignis dare*: intelligendum enim *beneficio*. sic in ista loqutione *vitam indignis negare*, subaudiendum *vita*: *indignis vita* scilicet. sic loquitur Plautus in Curculione:

Indignis si maledicitur, maledictum id esse duco:
Verum si dignis, benedictum est meo quidem animo.

& in Truculento: *dignis dant.* simile est illud in vetere ac vulgari dicto: *digna digni: sic Sarmentus habeat crassas compedes.* sic alicubi Ovidius, *indignum se mala multa perpessum esse* dicit: id est, immerentem & indignum illis malis quæ perpessus est. eadem plane loquutio illa qua usus Antonius in edicto quodam, quæque ab Cicerone reprehensa est: *an ulla contumelia est quam facit dignus?* id est, quam facit is qui dignus illa contumelia est. sensus enim hic erat Antonii: contumeliam qua dignus afficitur, & quæ digno fit, non esse contumeliam. eadem loquutione & sententia Plautus plane dixit maledictum non esse cum digno maledicitur. sed illud Antonii, extra communem loquendi usum, quod *contumeliam facere*, dixit pro contumelia affici: cui simile tamen est, *damnum facere*, *jacturam facere*, pro damno & jactura affici. hæc vulgo non intelligebant homines in illis litteris primarii. ita igitur & hoc loco possumus *indignos* accipere qui vita indigni sunt. sed enim *indignos* verterit qui in Græco epigrammate ἐπίῤῥητοι dicuntur, atque ita ad verbum reddiderit, πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις, *omnibus indignis*, magis censeam *indignos* absolute καὶ ἁπλῶς appellasse, nullius dignationis homines, nullius pretii ac meriti, sed viles & probrosos & contemptibiles. qua in significatione ἐπίῤῥητοι Græcis. sic *indignos cantus* dixit Manilius:

—— vestros extendere fines
Conor & indignos in carmine ducere cantus.

& sane cum *dignitas* à digno veniat quæ honorem & honestatem significat & meritum, quidni & *dignum* liceat appellare qui cum dignitate est, & qui alicujus dignationis est ac meriti? hujus contrarium erit *indignus* pro turpi & inhonesto, & nullius dignitatis pretiique homine, dedecore & probris cooperto. hac ratione *indignos* non male reddiderit heic interpres qui in Græco sunt ἐπίῤῥητοι, de quibus nihil boni dici potest, sed in quos omnia maledicta probraque dici conveniat. præter Tyrannidis & imperii usurpati crimen, moribus etiam ac vita turpem καὶ ἐπίῤῥητον Aureolum fuisse indicat Trebellius in Claudio his verbis: *denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vita ac moribus suis habuit.*

Vitam

Vitam qui jure negavit Omnibus indignis, & magis Aureolo.] In Græco epigrammate verba quibus hoc dicitur, corrupta leviter esse videntur. ita enim vulgo perscripta habentur in antiquo libro Inscriptionum:

ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑCΙΝ ΕΠΙΡΗΤΟΙC ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΟΥ ΑΝΤΙΒΙΟΝ.

nec mirum si hoc modo descripta Oedipum desiderare doctissimo viro visa sunt. ego ille sum Oedipus qui litteram unam deesse facile divinavi, vel illam temporis injuria ac vetustate in saxo ipso exesam, vel eorum, qui primi illud epigramma è lapide descripserunt, negligentia omissam. pro ΕΠΙΡΗΤΟΙC igitur scribendum fuit, ΕΠΙΡΡΗΤΟΙC, hoc est, ἐπιῤῥήτοις. sed & ἐπίρητος scribi potuit pro ἐπίῤῥητος. totum epigramma placet adponere, ut quomodo legendum distinguendumque sit, melius possit constare:

Κλαύδιος Αὐρεόλῳ μετ' ἄθλιον ἄρεα, Καῖσαρ
Τὰ κτέρεα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοσι:
Τῷ γὰρ καὶ ζωήν· ἀλλ' οὐκ ἐθέλησε φρόνημα
Πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις τοῦ στρατοῦ ἀντίβιον.
Κεῖνος δ' οἰκτείρμων καὶ σῆμα τόδ' ἔχαλ' ὀπίζων
Αὐρεόλῳ γεφύρην εἵσατο τήν τε τάφον.

omnia jam aperta & clara in hoc epigrammate, nihil occultum & obscurum. tota obscuritas hærebat in illa voce ἐπιρήτοις vel ἐπιῤῥήτοις: quam minime intellexit vir incomparabilis qui vitiose & parum ex fide descriptam eam esse existimabat. sensus igitur hic est illorum verborum: *Claudius Imperator Aureolo victo occisoque justa exequiarum fecit, & sepulturam dedit: huic enim & vitam dedisset, sed milites noluerunt, qui omnibus probrosis & infamibus tyrannis semper infesti infensique, Aureolum injussu Claudii interfecerunt.* ἐπίῤῥητος probrosum, inhonestum & vituperio dignum significat. Glossæ: *probrosus*, ἐπονείδιστος, ἐπίῤῥητος. Hesychius: ἐπίῤῥητον, αἰσχρόν, ἐπίψογον. ἐπίῤῥητος, ἐπὶ κακῷ λεγόμενος, ἐπ' αἰσχρότητι. inde ἐπιῤῥήτοι τέχναι Xenophonti, αἱ βάναυσοι καὶ & minus honestæ. historiam autem quæ in hac inscriptione continetur de Claudio qui Aureolum servare voluit nec potuit, quod militum animos infensiores habuerit defectionis causa, à quibus propterea occisus est contra voluntatem Claudii, cum ei se tradidisset, sic confirmat Zosimus: Αὐρέολος ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἔξω τῆς Γαλλιηνοῦ καθεστηκὼς ἐπικρατείας, ἐπικηρυκευσάμενός τε πρὸς Κλαύδιον καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν περὶ βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ. non meminit conflictus quem Aureolum cum Claudio habuisse heic refert Trebellius. nec mentio apud Trebellium hoc loco legatorum de pace ac fœdere ex parte Aureoli ad Claudium missorum, ut memorat Zosimus. in vita tamen Claudii scriptum idem Trebellius reliquit, Aureolum conflictu habito supplicantem & fœdus petentem à Claudio repulsum esse. ita enim scribit: *his accedit quod rogantem Aureolum & fœdus petentem gravis & serius imperator non audivit idi responso repudiatum: hæc à Gallieno petenda fuerant qui consentire moribus poterat, & timere.* sic legi debet locus ille. quod autem de similitudine & consensu morum Gallieni Aureolique ibi dicitur, moribus & vita turpem fuisse Aureolum arguit. quod confirmat & vox ἐπίῤῥητος de illo intelligenda in hoc epigrammate Græco-cujus epigrammatis versionem nobis ex tempore, dum calamus in his commentandis & enotandis currit, effusam non pigebit heic adscribere. nec enim pejor est illa vetere cujusdam Grammatici, quæ tamen Trebellio digna visa est quam suæ historiæ insereret:

(*Cæsar,*
Claudius Aureolo, post martia prælia, Ca-
Huma-

Omnibus indignis, & magis Aureolo.
Ille tamen clemens, [1] *qui corporis ultima servans,*
[2] *Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.*

Hos ego versus à quodam grammatico translatos ita posui ut fidem servarem: [3] non quo melius non potuerint transferri, sed ut fidelitas historica servaretur, quam ego præ cæteris custodiendam putavi, qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. [4] Rem enim vobis

Humana ut lex est, debita justa dedit.
Huic vitam & voluit & divis infensa Tyrannus
Militis haud potuit mens generosa pati.
Hinc pius, atque suo cineres dignatus honore
Aureoli pontem condidit, & tumulum.

CASAUBONUS.

1 *Qui corporis ultima servans.*] Ammianus Marcellinus non dissimiliter supremitatis honorem vocavit, libro XXXI. *Illud certum est, nec Scipioni nec Valenti sepulturam, qui supremitatis honor est, contigisse.* Tacitus sexto Annalium, *humanæ sortis commercium*.

2 *Et pontem Aureoli dedicat & t.*] Liber Puteani *Aureolo*. sed & Græcus poëta dixit ΑΥΡΕΟΛΟΥ.

4 *Rem enim vobis proposui deferre, non verba.*] Vide in extremo hoc libro.

SALMASIUS.

1 *Qui corporis ultima servans.*] Ad verbum voluit exprimere illud Græci poëtæ:

Καὶ σώματος ἔσχατ᾽ ἐπίζων,

voluit sed non præstitit. nam *servans* hoc loco non idem est quod ὀπίζων. quid autem est, corporis ultima servare? ὀπίζειν significat *curam gerere, respectum habere, revereri*. ὄπις, cura & respectus. hinc Ὦπις, Οὖπις & Ὦπις Nemesis, quod rerum humanarum curam agat. τὰ ἔσχατα Græci de morte dicunt.

Mors ultima linea rerum.

unde ἐν τοῖς ἐσχάτοις εἶναι, καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ ἐν τοῖς λοισθίοις, qui in eo sunt ut extremam illam lineam tangant: qui in extremis sunt. hinc τὰ ἔσχατα σώματος. fortasse etiam ita vocet sepulturam & inhumationem corporis, & extrema exequiarum officia quæ mortuis exhibentur. supremum honorem vocat Virgilius, & *suprema* absolute:

— qui supremum comitentur honorem.

supremitatis honorem, Ammianus: *illud certum est nec Scipioni nec Valenti sepulturam, qui supremitatis honor est, contigisse: supremitatem* ibi appellant, quæ heic poëta ἔσχατα σώματος. liceat etiam heic τὰ σώματος ἔσχατα de cineribus, & relliquiis accipere, quo sensu *suprema* non semel ponit Ammianus. lib. XXI. *inter quæ Helenæ conjugis defunctæ suprema miserat Romam, in suburbano via Nomentana condenda.* & lib. XXII. *iisdemque cadaveribus subito igne crematis, cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis, ædes illis exstruerentur, ut reliquis.* & l. XXV. *cum Juliani supremis Procopius mittitur, ea, ut superstes ille mandarat, humaturus in suburbio Tarsensi.* & paulo post: *cujus suprema, & cineres, si quid tunc juste consuleret, non Cydnus videre deberet, quamvis gratissimus amnis, & liquidus.* hoc eodem sensu τὰ σώματος ἔσχατα accepimus, dum *cineres* vertimus.

3 *Non quo melius non potuerint transferri.*] *Non quo melius potuerint transferri.* Pal. & v. ed.

vobis propoſui deferre, non verba: [1] maxime tanta rerum copia, [2] ut triginta tyrannorum ſimul vitas ſcribendas acceſſerim.

[3] DE MACRIANO, XI.

Capto Valeriano, diu clariſſimo principe civitatis, fortiſſimo deinde imperatore, ad poſtremum omnium infeliciſſimo, vel quod ſenex apud Perſas conſenuit, vel quod indignos ſe poſteros dereliquit, [4] quum Gallienum contemnendum Baliſta præfectus Valeriani [5] & Macrianus primus intelligerent, quærentibus 12

etiam

1 *Maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrannorum ſimul vitas ſcribendas acceſſerim.*] Hæc poſtrema verba, in libris omnibus, nulla comparent. ſententia vero hujus loci cum his verbis etiam nulla eſt. nec eam multum adjuvat, *ſuſceperim*, quod pro *acceſſerim* repoſuit Caſaubonus. detractione igitur non additione ſanandus hic locus ad hunc modum: *rem enim vobis propoſui deferre, non verba, maxime tanta rerum copia, ut in triginta tyrannorum ſimul vitas.* ita ne una quidem littera minus antiqui ſcripti editique. mens Trebellii hæc eſt; non eloquentiæ ſtuduiſſe in hac hiſtoria ſcribenda, ſed fidelitati tantum, & id propoſiti habuiſſe, ut res ipſas nudas potius, quam verba exquiſite adfectata poneret. maxime, quum rerum, quas adgreſſus eſt tractare, copia ea ſit, ut verbis eam augere velle & amplificare non ſit neceſſe: triginta enim tyrannorum vitæ ſimul conſcriptæ ſatis magnam rerum copiam ſubminiſtrant, ut propterea verbis multis ſuperſedere ſit ſatius, & res ſolas ſimpliciter referre, quam diſerte omnia & ornate litteris mandare. mira autem brevitate hanc ſententiam his tot verbis expreſſit, *maxime tanta rerum copia, ut in triginta tyrannorum ſimul vitas.* hoc eſt, maxime tanta rerum copia, quæ eſt, vel quanta eſſe poteſt in triginta tyrannorum ſimul junctorum vitis. quæ loquendi forma, Græciſmum plane reſipit.

4 *Quum Gallienum contemnendum Baliſta præfectus Valeriani, & Macrianus primus intelligerent.*] Quid heic facit *primus*? aut quare primus Macrianus contemnendum Gallienum intellexit? Palatinus cum veteri editione, *primus dum*, legunt. conjectura mea non vana eſt corrigentis: *& Macrianus primus ducum.* ſic Saturninus, *optimus ducum*, infra dicitur. quare *primus ducum* ſit dictus, poteſt ex iis quæ de eo tota hac vita narrantur cognoſci.

CASAUBONUS.

2 *Ut triginta tyrannorum vitas ſimul ſcribendas acceſſerim.*] Non eſt Latina dictio: nam *ſuſceperim* poſtulat ſententia. abs regio duo poſtrema verba abſunt.

3 DE MACRIANO.] Fuſe omnia de iſto auctor libro ſuperiore. Zonaras ſemper Macrinum appellat patrem, filium Macrianum.

GRUTERUS.

2 *Ut triginta tyrannorum ſimul vitas ſcribendas acceſſerim.*] Pal. *ut in triginta tyrannos, ſimul vitas*, ſuppreſſis duabus vocibus ſequentibus.

5 *Et Macrianus primus intelligerent.*] Pal. *primus dum intell.*

1 *Verba*

etiam militibus principem, unum in locum concessērunt, quærentes quid faciendum esset. Tuncque constitit, Gallieno longe posito, Aureolo usurpante imperium, debere aliquem principem fieri, & quidem optimum, ne quispiam tyrannus existeret. [1] Verba igitur Balistæ (quantum Mæonius Astyanax, qui consilio interfuit, asserit) hæc fuerunt. *Mea ætas & professio & voluntas longe ab imperio absunt, & ego, quod negare non possum, bonum principem quæro. Sed quis tandem est, qui Valeriani locum possit implere? nisi talis,* [2] *qualis tu es ô Macriane, fortis, constans, integer, probatus in Rep. &, quod maxime ad imperium pertinet, dives. Arripe igitur locum meritis tuis debitum:* [3] *me profecto quamdiu voles, utêris tu cum Rep. Tantum bene agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat.* Ad hæc Macrianus: *Fateor, Balista, imperium prudenti non frustra est. Volo enim Reip. subvenire, atque illam pestem à legum gubernaculis dimovere:* [4] *sed non hoc in me ætatis est. Senex sum, ad exemplum*

SALMASIUS.

1 *Verba igitur Balistæ, quantum Mæonius Astyanax qui consilio interfuit, asserit, hæc fuerunt: mea ætas & professio.*] *Fuerunt*, abest editioni primæ: lege igitur & distingue: *verba igitur Ballistæ, quantum Mæonius Astyanax, qui consilio interfuit, asserit: Hæc mea ætas & professio, & voluntas longe ab imperio absunt.* sic sæpe alibi loquuti sunt isti scriptores: *verba concionis. exemplum epistolæ. exemplum senatusconsulti.* & similia.

3 *Me profecto quandiu voles uteris tu cum rep. tantum.*] Scrib. cum Pal. opt. C. *me præfecto quandiu voles, uteris. tu cum rep. tantum bene agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat.* præfectus hic fuerat Valeriani, præfectum etiam sese offert Macriano imperium sumpturo, quem & ille simul præfectum cum imperio accepit. sic enim paulo post loquitur imperio consentiens Macrian. *tu tantum præfecti mihi studium, & annonam in locis necessariis præbe.*

4 *Sed non hoc in me ætatis est.*] Qui purius loquuti sunt, dixissent, *sed non hoc sum ætatis.* Suetonius in Galba: *modo negligentior ac remißior quam conveniret principi electo, atque illud ætatis.*

CASAUBONUS.

3 *Me profecto quandiu voles, uteris tu cum Rep.*] Reg. *me præfecto quandiu volueris uteris. Tu modo cum Rep. bene agas.*

4 *Sed non hoc in me ætatis est.*] Scripti, *at non hoc meæ ætatis est.* & *submovere* iidem, non *dimovere.*

GRUTERUS.

2 *Qualis tu es, ô Macriane.*] Illa, ô *Macriane*, non visuntur in Pal. & sunt, puto, à librariis.

3 *Me præfecto quamdiu voles uteris: tu cujus rep. tantum bene agas.*] Expressi scripturam Palatinam, præcipue cum fere etiam viseretur in codice Regio. impressi, *me profecto quamdiu voles uteris tu cum Republ. tantum bene agas.* quibus quid magis insubidum?

4 *Sed non hoc in me ætatis est.*] Sic & P.

1 *Divi-*

plum equitare non possum. Lavandum est mihi frequentius, edendum delicatius,[1] *divitiæ me jamdudum ab usu militiæ retraxerunt. Juvenes aliqui sunt quærendi, nec unus, sed duo vel tres fortissimi,*[2] *qui ex diversis partibus orbis Rom. rempublicam restituant, quam Valerianus fato, Gallienus vita sua genere perdiderunt.* Post hæc intellexit eum Balista sic agere ut de filiis suis videretur cogitare, atque adeo sic aggressus est. *Prudentiæ tuæ Rempublicam tradimus. Da igitur liberos tuos Macrianum & Quietum fortissimos juvenes, olim tribunos à Valeriano factos: qui Gallieno imperante, quod boni sunt, salvi esse non possunt.* Tunc ille ubi intellectum se esse comperit, *Do*, inquit, *manus, de meo stipendium militi duplex daturus: tu tantum præfecti mihi studium, & annonam in necessariis locis prabe.*[3] *Jam ego faxim*[4] *ut Gallie-*

CASAUBONUS.

1 *Divitiæ me jamdudum ab usu m.*] Non male alii libri, *delitiæ*.

SALMASIUS

2 *Qui ex diversis partibus orbis Romani.*] Non hoc tantum loco, sed aliis quam plurimis apud istos scriptores, *humanum orbem* pro Romano legi scriptum in optimis vetustissimisque membranis. quod semper cum dissimulassem, & mendæ loco habuissem, tandem nimia sua frequentia occursuque expressit, ut animadversione dignum ducerem. ea sane gloria fuerunt Romani, ut totum orbem suum vocarent. hinc *orbis Romanus* passim apud auctores reperitur pro universo orbe. sic *Romanum genus* & *humanum genus* indifferenter usurpant. Cicero Varronem Romani generis doctissimum appellabat. *humanum genus* alii auctores eodem sensu usurpant, ut cum Symmachus lib. 1. epist. senatum vocat, *humani generis partem meliorem.* id est, *Romani generis.* & passim apud alios auctores id occurrit, *humanum genus*, & *hominum genus. humanus orbis* igitur hoc loco est ἡ οἰκουμένη. Humanus orbis appellatur quidquid terrarum ab hominibus incolitur. Græci οἰκουμένην vocant. *Romanus orbis* quidquid pareret Romanis. frequenter tamen auctores & humanum orbem pro Romano, & Romanum pro universo orbe dicunt, quasi nihil esset in orbe toto quin pareret Romanis aut parere deberet. hinc omnium gentium victorem pop. R. vocabant.

GRUTERUS.

2 *Qui ex diversis partibus orbis Romani rempublicam.*] Pal. *humani*; quod & suum sensum habet, ut indicavi supra ad caput secundum Valeriani senioris.

4 *Ut Gallienus sordidissimus feminarum omnium, duces, &c.*] Sic & Pal.

CASAUBONUS.

3 *Jam ego faxim, ut Gallienus sordidissimus fœminarum omnium duces sui parentis intelligat.*] Cur dicat *duces sui parentis*, ex iis potest intelligi quæ superius in Regilliano dixit de singulari prudentia Valeriani in eligendis ducibus. superlativus pro comparativo posi-

Gallienus sordidissimus fœminarum omnium duces sui parentis intelligat. Factus est igitur cum Macriano & Quieto duobus filiis, cunctis militibus volentibus, imperator. Ac statim contra Gallienum venire cœpit, [1] utcumque rebus in Oriente derelictis. Sed quum XLV. millia militum secum duceret, in Illyrico vel [2] in Thraciarum extremis congressus cum Aureolo, victus & cum filio interemptus est. Triginta denique millia militum in Aureoli potestatem concessere. Domitianus autem eundem vicit, dux Aureoli fortissimus & vehementissimus, [3] qui se originem diceret à Domitiano imperatore trahere [4] atque à Domicilla. [5] De Macriano autem nefas mihi videtur judicium Valeriani præterire, quod ille in oratione sua quam ad senatum è Persidis finibus miserat, [6] posuit inter cætera. Ex oratione divi Valeriani: *Ego P. C. bellum Persicum gerens,* [7] *Macriano totam Remp. credidi,* [8] *quod à parte militari ille*

positus in illis, *sordidissimus fœminarum omnium.* nam ita accipiendum, qui est sordidior omnibus fœminis, & omni scorto turpior. Sed regius aliter multo scribit hunc locum, *Jam ego faxo, ut Gallienum sordidissimum fœminarum omnium mulierum, duces sui pereuntem intelligant.* potest scribi *sordidissimum, fœminarum omnium virum.* in sequentibus verbis præfero vulgatam.

SALMASIUS.

1 *Utcunque rebus in Oriente derelictis.*] In Gallienis: *sed Macrianus, retento in Oriente uno ex filiis, pacatis jam rebus, Asiam primum venit.*

2 *In Thraciarum extremis.*] *In Thraciarum extimis.*

5 *De Macriano autem.*] Pal. *de Macrino autem.* atque infra ita quoque scriptum: *occisum autem per hos quos Aureolus miserat, ad comprehendendum Quietum Macrini filium.* Zonaras etiam *Macrinum* patrem vocat, *Macrianum* filium. nec dubium mihi est, in ea familia & Macrinos & Macrianos, & Macros fuisse: nam infra, Cornelium Macrum, ex eadem familia virum nominat Trebellius.

GRUTERUS.

2 *In Thraciarum extremis.*] Pal. *extimis.*

3 *Qui se originem diceret à Domitiano Imp. trahere atque à Domitilla.*] Sic & Pal. nisi quod omiserit *Imp.* quod & omitti potest. vulgg. *Domicilla.*

6 *Posuit. Inter cetera ex oratione.*] Sic quoque interpunxerat Palatin. non ut vulgo, *posuit inter cetera. Ex oratione.*

7 *Macriano totam rempubl. credidi quidem, à parte militari. Ille vobis, &c.*] Repræsentavi bona fide quod erat in Pal. neque abibant aliorum mss. nisi quod ii, *credidi quod à parte.* minus concinne prius publicati; *credidi quod à parte militari ille vobis fidelis &c.*

CASAUBONUS.

4 *Atque à Domicilla.*] Scripti melius *Domitilla.* ut apud Suet.

6 *Posuit inter cætera.*] Male hæc distincta. Scrib. *posuit. Inter cætera, ex orat.*

7 Macria-

ille vobis fidelis, ille mihi devotus, illum & amat & timet miles Utcunque res exegerit, cum exercitibus agit, [2] *nec P. C nova vel inopinata nobis sunt. pueri ejus virtus in Italia, adolescentis in Gallia, juvenis in Thracia, in Africa jam provecti, senescentis denique in Illyrico & Dalmatia comprobata est, quum in diversis praeliis ad exemplum fortiter faceret.* [3] *Huc accedit quod habet juvenes*

SALMASIUS.

7 *Macriano totam Remp. credidi, quod à parte militari.*] Emendo ex Palatino: *Macriano totam remp. credidi quidem à parte militari: ille vobis fidelis, ille mihi devotus.* posset tamen commodissime una voce inserta sic legi: *Macriano totam remp. credidi quidem, sed à parte militari.* factum suum senatui probare cupit Valerianus, quod uni totam remp. crediderit · nam ab ea tantum parte credidisse se dicit, quæ rem militarem spectabat. nec hoc illis mirum aut novum videri debere ait, in tanta virtute prudentiaque Macriani, tot rebus & prœliis, jam inde ab ultima pæne pueritia comprobata.

CASAUBONUS.

8 *Quod à parte militari ille vobis fidelis, il.*] Scribe ex libris: *Ego P. C. b. P. gerens, M. totam Remp. tradidi, quod à parte militari. Ille vobis fidelis, ille mihi devotus: illum & amat & timet miles. Ille utcunque.* illud, *quod à parte m.* valet, quod attinet ad rem militarem, & curam de rebus bellicis.

SALMASIUS.

1 *Utcunque res exegerit.*] Scribe cum eodem Pal. *illum & amat, & timet miles ille: utcunque res exegerit, cum exercitibus aget. aget* etiam reposuimus pro *agit*, ita postulante sententia.

2 *Nec P. C. nova vel inopinata nobis sunt.*] Legendum: *nec P. C. nova vel inopinata vobis sint. pueri ejus virtus in Italia.* non vult senatui mirum videri, quod totam rempublicam uni commiserit, cum virtus Macriani cognita & probata facti sui rationem satis ostendat. non inepte etiam possumus legere: *hæc P. C. nova vel inopinata non sunt.* quæ lectio non est deterior illa priore: immo etiam, si quid judico, melior. *nec* & *hæc* in veteribus libris persæpe invicem commutantur & convertuntur.

CASAUBONUS.

2 *Nec P. C. nova vel inopinata nobis sunt.*] Scrib. *nec hæc P. C.* pro *inopinata,* regius *incognita.*

GRUTERUS.

2 *Nec P. C. nova vel inopina nobis sunt.*] Sic & Pal. nam edd. *inopinata*, quod idem quidem cum altero; sed exprimenda indoles mss.

SALMASIUS.

3 *Huc accedit quod habet juvenes filios, Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia.*] Romanum collegium hoc loco quid sit, ignorant docti. sed vitium prius lectionis purgemus, deinde de collegio Romano dicemus. omnino enim corrigendum: *huc accedit quod habet juvenes filios, Romano dignus collegio, nostra dignus amicitia.* de Macriano enim, non de ejus filiis dixit, quod esset Romano collegio dignus. multa autem hac epistola congerit Valerianus, quibus senatui probet, magna ratione inductum se fecisse, ut totam remp. Macriano committeret. virtutem quidem ejus pueri, adolescentis, juvenis, viri, senis, eam fuisse, & tot experimentis & factis comprobatam, ut alium deligere neminem potuisset, cui melius hoc credi debuerit. huc accedere, quod haberet juve-

juvenes filios, & fortes, quibus juvari posset, in hac sibi commissa reip. militari parte Romano igitur eum dignum esse collegio & amicitia principis. quod de collegio Romano & amicitia principis heic dicitur, ad illa referendum est quæ in vitam Hadriani disseruimus de contubernalibus & amicis principum, & inde exponendum. collegium enim quasi quoddam erat & corpus summorum virorum quos princeps ipse assumebat & deligebat, ut sibi à consiliis essent, & cum quibus agenda consultaret, deque maximis quibusque rebus tractaret. hi contubernales principis, hi familiares, hi collegæ, hi comites & amici dicebantur. principem quocunque iret sequebantur. inde comites ejus dicti. consiliis principis intererant & judicanti adsidebant. Spartianus in Hadriano: *cum judicaret, in consilio habuit non amicos suos solum & comites, sed etiam jurisconsultos & præcipue Julium Celsum, &c.* aliquando *comites*, aliquando *amici*, sæpius *comites & amici* simul dicuntur. Lampridius in Alexandro: *injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit.* ex consularibus viris, & prætoriis, & senatoribus, interdum etiam ex equitibus sumebantur. idem in Hadriano: *optimos quosque de senatu in contubernium imperatoriæ majestatis adscivit.* de equestri ordine etiam plerumque sibi amicos adoptabant: quod aliunde scimus verum esse. ad summam res hæc erat meri ejus plenique arbitrii, ut quos vellet in amicorum comitumve habere numero, ipse deligeret. Suetonius in Tito: *amicos elegit, quibus etiam post eum principes, ut sibi & reip. necessarüs acquieverunt, præcipueque sunt usi.* sed omnium qui amici principis aut comites audiebant, non una atque eadem ratio, dignitas atque ordo fuit. alios siquidem adhibebat, cum de negotiis ac jure tractaret, vel Romæ & in provinciis causas audiret. in hoc numero amicorum jurisconsultos fuisse video. Lampridius in Alexandro: *negotia & causas prius à scriniorum principibus & doctissimis jurisperitis & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus erat, tractari ordinarique, atque ita referri ad se præcepit.* Spartianus in Hadriano scribit eum cum judicaret, præter amicos & comites, jurisconsultos etiam in consilio habuisse. hinc in rescripto divorum fratrum de jure patron. *Volusius Mæcianus amicus noster.* ita exponendum est illud Valerii Probi de notis litterarum AM. N. *amicus noster.* alios porro habebat quos in secretius atque interius consilium admitteret, in quo de summa rep. agitabatur, legati audiebantur, & majora alia negotia de regni statu tractabantur comites isti amicique principis, comites intra consistorium, & comites sacri consistorii consistorianique dicti sunt sub posterioribus imperatoribus, & primi ordinis erant. consistorium enim principis dicebatur τὸ θεῖον συνέδριον, ut Græci exponunt. Hesychius: κονσιστώριον, θεῖον συνέδριον hi sunt quos vulgo vocamus *consiliarios status.* fuere autem, ut notum est, comites primi ordinis, & secundi & tertii; quos titulos putant à Constantino inventos esse, dum singulos quosque aliquo honore cumulare cuperet, & testem adducunt Eusebium l. IV. de Constant. vita, cujus hæc verba sunt: κομήτων δὲ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. sed ex hoc Eusebii loco nihilo magis statui potest comites primi ordinis, & secundi tertiique primum creatos fuisse quam consules, & consulares, & duces, & senatores & alias dignitates quibus singulos quosque decorare consuevisse Constantinum ibidem refert Eusebius: ἀλλ' οἱ μὲν χρημάτων, inquit, οἱ δὲ κτημάτων περιουσίας ἐτύγχανον, ἄλλοι ὑπατικῶν ἀξιωμάτων· οἱ δὲ συγκλήτου βουλῆς· οἱ δὲ τῶν ὑπάτων. πλείους δὲ ἡγεμόνες ἐχρημάτιζον. κομήτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου. scribit neminem unquam indonatum à Constantino discessisse. in alios possessiones & pecunias congerebat,

gerebat, alios conſulates, alios conſules faciebat, plurimis ducatus dabat. quoſdam comitiva primi ordinis, quoſdam ſecundi, nonnullos tertii decorabat. quis ex his verbis colligat iſtos comitivarum ordines adiuveniſſe Conſtantinum? ſed cum doctiſſimis hujus ætatis viris hoc vulgo perſuaſum ſit, titulos illos comitum honorarios à Conſtantino introductos eſſe, libenter eorum ſententiæ ſubſcriberem, niſi certum haberem non Conſtantini tantum ævo ſed omnium omnino etiam retro principum comites amicoſque imperatoris in varias claſſes fuiſſe ſemper diſtributos. erant amici primæ admiſſionis, erant ſecundæ, erant & tertiæ. ſcribit Lampridius in Alexandro, *tantæ illum moderationis fuiſſe, ut amicos non ſolum primi loci ac ſecundi, ſed etiam inferioris ægrotantes viſeret.* ſi autem amici fuere, & primi & ſecundi tertiique loci, fuiſſe utique & comites certo certius nam & *comes principis & amicus* idem. ac de eodem utraque appellatio uſurpari ſolita. hinc Spartianus, *amicos aut comites* dicit. Lampridius, *amicorum comitumve.* in veteri inſcriptione quidam appellatur, *amicus & comes Augusti noſtri.* de comitibus imperatoris nobis affatim alibi dictum. comites enim illi amici proprie dicti qui imperatorem comitabantur, & quodammodo ejus contubernio utebantur. hi omnes, ut jam dixi, non eodem numero & dignitatis gradu apud imperatorem habiti. quidam erant primi ordinis: nonnullos ſecundus locus honeſtabat: alii in tertio ordine ſubſiſtebant. quibus cum princeps maxima quæque & ſeria communicaret, hi digniores, & primi ordinis comites, & habebantur & dicebantur. reliqui pro ſua quiſque dignitate aut merito, ſecundi aut tertii ordinis comitibus adnumerabantur. cum autem in primis eſſet honorificum, magnæque cujuſdam ac præcipuæ dignitatis inſtar obtineret in amicis & comitibus principis haberi & numerari, præter illos certos & delectos, quibus hoc revera ac proprie congruebat nomen, amicos & comites principis, factum eſt ut hæc etiam appellatio honorarii tituli vice, omnibus fere præpoſitutis præfecturiſque, tam civilibus, quam militaribus præponeretur, quæ poſtea brevitatis cauſa, & loquendi uſurpatione verum nomen illius dignitatis aut præfecturæ cui addita eſſet, ſubvertit, & in ejus locum invaſit. exempli gratia: præfectus vel magiſter ſacrarum largitionum honorario titulo dicebatur & *comes*, quaſi qui comes eſſet & amicus principis. ſic autem appellabatur *comes & magiſter largitionum.* poſtea communi loquentium uſu vel uſurpatione, ut brevius fieret, dictus eſt *comes largitionum.* idem dicendum de comite & magiſtro rerum privatarum, quem comitem & amicum vocat Conſtantinus leg. 11. Cod. Th. de bonis vacantibus: *breves eorum pleniſſimos ad virum perfectiſſimum comitem & amicum noſtrum mitti.* Intelligit magiſtrum vel procuratorem rerum privatarum, qui *comes & magiſter* cum diceretur, poſtea, *comes rerum privatarum* dici cœpit. ſic *comes & magiſter officiorum:* ſic alii plerique magiſtri ac præfecti qui titulo *comitum & amicorum principis* decorati, eoque titulo ad præfecturam illam quam gerebant addito, dignitatis ſuæ appellationem honorifico illo additamento commutarunt, & de nomine tantum ſunt vocitati. ſic quod erat acceſſio tantum ad dignitatem, poſtea factum eſt ipſius nomen dignitatis. atque inde recentiores comitem de quovis præfecto dixerunt tam Græci quam Latini. Heſychius: *κόμης, ἄρχων. ἡγεμών.* quod vero eſſent, quemadmodum docuimus, inter comites & amicos Auguſti, quidam primi loci, quidam ſecundi & tertii, hinc factum ut majores celſioreſque dignitates, ac præfecturæ ſive magiſteria, primi ordinis comitiva donarentur & ornarentur, ut magiſtri officiorum, magiſtri militum, magiſtri ſacrarum largitionum, & ſimiles. minores autem

& medioxumæ, ut ita dicam, secundi ordinis comitiva decorabantur: ut magistri epistolarum, magistri libellorum, memoriæ, & dispositionum, cum aliis multis. hi enim comites & magistri dicebantur, sed comites erant secundi loci. vide tit. Cod Th. de proximis scriniorum. Tribuni quoque militum minores comites dicebantur ab hac secundi ordinis comitiva. nam majores comites erant magistri militum & rei militaris præfecti, qui *comites rei militaris* appellabantur. Cod. Theod. ne comit. & trib. lau. præstentur: *succendi balneas ad tribunorum, sive ad minorum comitum usus*. & leg. II. eod. tit. *tribunis & comitibus inferioribus denegavit*. Vegetio Tribunus dicitur *minor comes*. Glossæ: κόμης ἤτοι τριβοῦνος. minima & infima erat tertii ordinis comitiva. Ceterum sciendum est, comitivæ titulum omnibus fere dignitatibus semper adjunctum & adfixum fuisse, quasi quoddam honoris incrementum, iisque tantum fermè tribui solitum, qui dignitatis alicujus aut magisterii præfecturæve merito pollerent, adeo ut posteriorum imperatorum ævo nulla pæne inveniretur in aula dignitas, quæ non comitivæ honore esset ornata. fuere tamen & quidam solo honore comitivæ præditi absque ulla alia dignitate aut præfectura. hi comites in palatio vel intra palatium dicebantur. quorum mentio Cod. Theod. tit. de comitibus vacantibus: *qui post probatos labores in nostro palatio comites esse meruerunt*. multæ item veteres inscriptiones meminerunt comitum ordinis primi intra palatium. sic enim in palatio & intra palatium comites dicebantur, ut *comites in consistorio*, & *intra consistorium*, de consistorianis. sed de his plura in libro de officiis domus Augustæ. quando cœperit hæc comitum honoraria appellatio singulis quibusque in aula dignitatibus attribui solita, & cujus imperatoris inventum fuerit, non facile decerni potest. ex eo illius originem processisse plane compertum habeo, quod omnes qui cum dignitate, in comitatu imperatoris essent, comites & amici principis appellarentur. cui rei argumentum est quod solis iis dignitatibus datum esse inveniatur comitis nomen, quæ principis comitatum observarent, aut quæ à principe ordinarentur, omnes qui hac appellatione donati sunt, de domo Augusta erant. reliqui magistratus qui Augustum non comitabantur, aut qui ab ipso non ordinabantur, amicorum quidem nomine ab Augusto honorabantur, sed non comitum. nam soli illi *comites & amici* qui in comitatu principis erant, ceteri *amici* tantum: vel etiam, *parentes & amici*: vel *parentes carissimi*. ita consules & præfecti urbis & proconsules, & provinciarum rectores, honoris gratia ab imperatore compellabantur. jurisconsultos quoque qui in judicandis caussis consilio plerumque imperatoris adhibebantur, *amicos suos* princeps solebat appellare. in rescripto Divorum fratrum leg. XVII. de jure patron. *cum & ipso Maciano & aliis amicis nostris jurisperitis, adhibitis tractaremus*. ibidem de Mæciano: *Volusius Macianus amicus noster*. ita etiam senatores appellare consueverat. qui vero magistratus gerebant, aut in majoribus dignitatibus constituti erant, & qui provincias administrabant, *parentes & amici Augusti* vocabantur. hinc de præfecto urbis in his auctoribus *parens & amicus noster*. & sic de aliis. quod etiam sub posterioribus principibus obtinuit. hinc illæ inscriptiones in principum rescriptis ad præfectos, & proconsules in Cod. Theod. frequentes: *have parens carissime Auguste*. ubi *parens* non ex usu veterum Romanorum & puræ Latinitatis debet accipi, sed ex recentiorum usurpatione qui *parentem* dixerunt quemvis proximum cognatumque, & consanguinitate propinquum. sic hodie rex Galliarum moris habet legatos suos & quos tegendis provinciis imponit, parentes vel cognatos suos appellare. hæc igitur erat

nes filios, [1] *Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia.* & reliqua.

DE

etas differentia eorum qui *amici* tantum imperatoris & eorum qui *amici & comites* simul dicerentur. nam quæ in sacro comitatu versabantur dignitates, aut quæ ex eo prodibant, amicorum comitumque imperatoris nomine vulgo insignitæ fuere. quorum comitum amicorumque tres ordines fuisse diximus. atque his fere solis comitivæ, primæ, secundæ, tertiæ tituli attributi. qui præfectus Ægypti olim quod ab Augusto regendæ Ægypto imponeretur, comitis nomine decoratus, cum sub primæ comitivæ honore eam provinciam regeret, dictus est *comes Ægypti.* sic qui præses olim Orientis, nam præsides à Cæsare ordinabantur, ab eadem ratione *comes Orientis* est appellatus. atque ita de ceteris comitibus provinciarum. sic quos ad quamlibet provinciam defendendam milite credito peculiariter destinabat imperator, qui duces olim vocabantur, comites post Constantinum dicti sunt, quod sub comitivæ primi ordinis dignitate ducendis militibus ab imperatore præficerentur. atqui hi sunt quos *comites rei militaris* ætas illa dixit. dux enim quilibet, comitivæ dignitate ornatus, comes dicebatur. tunc itaque dux & comes idem erat. postea vero infimæ Latinitatis ævo, & illo rempore, quo jam nullum fuit in Occidente imperium, duces & comites sic separati sunt, ut *duces* quibus una tota provincia, aut urbes plures administrandæ crederentur, appellarint: *comites* vero singularum urbium judices & rectores. exinde comes certæ dignitatis & præposituræ nomen fuit, quod ad nos & hæc usque rempora propagatum est, & usu traditum, cum apud vetustiores *comes* non certæ sed vagæ dignitatis instar habuerit, quæ omnibus fere dignitatibus aulicis ornamenti & honorarii tituli vice accedebat: ita ut duces etiam qui ducendis militibus, aut provinciis regendis impositi essent, sub hac primi ordinis comitivæ dignitate, comites vulgo dicerentur. sed ut post longam tandem verborum profusionem ad id veniamus, cujus rei gratia tota hæc à nobis disputatio necessario fuit instituenda, collegam heic & amicum vocat Valerianus Macrianum illum cui totius rei militaris in rep. curandæ summam crediderat quoad ipse abesset, ac bellum Persicum gereret. *collegio,* inquit, *Romano dignus: nostra dignus amicitia.* collegium & amicitiam principis junxit. nam, ut dixi, omnes quibus aliquam reip. partem administrandam, sive militarem sive civilem commisisset princeps; hi *collegæ & amici, parentes & amici, comites & amici principis* à principe ipso & in epistolis & in rescriptis, & in orationibus ejus vulgo audiebant. quod enim cum iis communicaret consociaretq; reip. gerendæ consilia Cæsar, & imperii regimine eos participaret, hinc collegæ & amici principis appellati. & collegium Romanum eorum omnium cætus & corpus, quibus aliqua pars imperii Romani gubernandi esset commissa. cujus collegii Romani nomine, & ipsum etiam senatum comprehendi intelligique à Valeriano minime dubito.

CASAUBONUS.

1 *Romano dignos collegio.*] Romanum collegium quid hic appelletur nescio: tamen ita veteres,

DE MACRIANO JUNIORE, XII.

13 MUlta de hoc in patris imperio prælibata sunt, qui nunquam imperator factus esset nisi prudentiæ patris ejus creditum videretur. De hoc plane multa miranda dicuntur [1] quæ [2] ad fortitudinem pertineant juvenilis ætatis. [3] Sed ad facta aut quantum in bellis minus valet fortitudo. Hic enim vehemens cum prudentissimo patre, cujus merito imperare cœperat, à Domitiano victus, triginta (ut superius dixi) millibus militum spoliatus est: [4] matre nobili, patre tantum forti & ad bellum parato, atque ab ultima militia [5] in summum perveniente ducatum, & splendore sublimi.

[6] DE QUIETO, XIII.

14 HIc, ut diximus, Macriani filius fuit; cum patre & fratre, Balistæ judicio, imperator est factus. Sed ubi

SALMASIUS.

1 *Quæ ad fortitudinem pertineant juvenilis ætatis.*] Liber Palat. *juvenalis ætatis.* ita frequenter scriptum reperitur in libris. Ovidius qui in membranis est, nunquam aliter scriptum exhibet: *juvenalibus acta lacertis. juvenale femur: juvenalis ætas: juvenale corpus: juvenalia bracchia.* sic *vernilis* & *vernalis* dicebant, & similia.

3 *Sed ad facta aut quantum in bellis minus valet fortitudo.*] Quomodo hæc intellexerint eruditi, nescio. ego, quæ mea est tarditas, non intelligere fateor. eoque semper confugio, ut corruptum putem, quod minus assequi possum. qui magis ingenio valebunt, hæc fortasse percipient, ut scripta sunt vulgo: nos non sumus tam perspicaces. Palatinus pro *minus*, habet, *unius.* scribe meo periculo: *sed ad facta, aut in bellis, quantum unius valet fortitudo?* cum nota interrogationis. fortissimum fuisse juvenem Macrianum, & de ejus fortitudine multa miranda esse dicta, haud minus tamen victum fuisse. non enim multum posse aut valere unius viri fortis virtutem in bello, nec tanti esse momenti, ut in eo solo victoriæ spes tota sit sita.

4 *Matre nobili.*] *Matre nobilis.* ita Pal.

5 *In summum perveniente ducatum, & splendore sublimi.*] Delenda & particula, & scribendum: *patre tantum forti & ad bellum parato, atque ab ultima militia in summum perveniente ducatum splendore sublimi.*

GRUTERUS.

2 *Ad fortitudinem pertineant juvenalis ætatis.*] Vulgg. *juvenilis*, quod eodem redit. sed cedere debebat Palatinæ scripturæ, vel antiquitatis caussa.

CASAUBONUS.

6 DE QUIETO.] Zonaras Quintum nominat. Κυῖντον. in nummis QUIETUS.

ubi comperit Odenatus, qui olim jam Orientem tenebat, [1] ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum & ejus fratrem Macrianum victos, milites in ejus potestatem concessisse, [2] quasi Gallieni partes vindicaret, [3] adolescentem [4] cum Balista præfecto dudum interemit. Idem quoque adolescens dignissimus Rom. imperio fuit, [5] ut vere Macriani filius, & Macrianus etiam frater: qui duo afflictis rebus potuerunt remp. gerere. [6] Videtur mihi non prætermittendum de Macrianorum familia, quæ hodieque floret, id dicere quod spe-

SALMASIUS.

1 *Ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum & ejus fratrem Macrianum victos.*] Quomodo potest stare hæc lectio quæ Quietum cum patre & fratre Macrianis victum esse ab Aureolo dicit, cum sequenti versu scribat auctor hunc Quietum ab Odenaro occisum cum præfecto Ballista, & certum sit ex multis locis hujus historiæ Macrianum tantum patrem & alterum ex ejus filiis Macrianum item appellatum ab Aureolo per Domitianum ejus ducem victos esse & occisos in Illyrico, cum Quietum in Oriente reliquissent ubi postea ab Odenato interfectus est? scribendum igitur: *sed ubi comperit Odenatus, qui olim jam Orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrem Quieti, & ejus fratrem Macrianum victos, milites in ejus potestatem concessisse, quasi Gallieni partes vindicaret, adolescentem cum Ballista præfecto interemit.* pluribus non adstruam veritatem hujus emendationis. per se enim facile omnibus patet.

3 *Adolescentem cum Ballista præfecto dudum interemit.*] Illud *dudum* non ad meum gustum est, & vitiosum plane suspicor. nonnihil autem secum ipse pugnat Trebellius. heic enim narrat Ballistam cum Quieto Macriani filio, ab Odenato occisum. in Gallieno vero scribit, auctore præfecto Macriani Ballista juvenem occisum, ab iis qui erant cum ipso. in Ballista etiam scriptum reliquit, occiso jam Quieto Ballistam imperasse, & postea eum interemptum à gregario milite in gratiam Odenati. sed brevitate loquendi hoc facile excusari potest. etsi enim aliquo tempore post Quietum interemptus sit, utrumque tamen constat, ab Odenato, vel in ejus gratiam fuisse interemptum. lubenter heic legerem: *cum Ballista præfecto, vel imp.* hoc est, *præfecto vel imperatore.*

5 *Ut vere Macriani filius, & Macrianus etiam frater.*] Ita etiam libri. sed non dubito legi debere: *ut vere Macriani filius, Macriani etiam frater.* Quietum hunc Macriani filium sic commendat, ut vere Macriani filium, & Macriani fratrem, de cujus Macriani fratris fortitudine paulo ante dixit.

6 *Videtur mihi non prætermittendum.*] Palatinus: *videretur non mihi prætereundum.* scribe: *videtur non mihi prætereundum.*

CASAUBONUS.

2 *Quasi Gallieni partes vindicaret.*] Hac simulatione vafre usum Odenatum non semel ante dictum.

4 *Cum Balista præfecto dudum i.*] Eos hic sequitur qui negabant purpuram à Balista sumtam: qua de re inferius.

speciale semper habuerunt. [1] Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis & argento, mulieres [2] in reticulis & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere, exsculptum semper habuerunt: eo usque ut tunicæ & limbi & penulæ matronales in familia ejus hodieque sint quæ [3] Alexandri effigiem de liciis

SALMASIUS.

1 *Alexandrum magnum viri in auro & argento.*] Melius Pal. *viri in annulis & argento.* nam virorum etiam annuli fuere. argentum autem intelligit mensale.

2 *In reticulis & dextrocheriis.*] De dextrocheriis supra dictum duobus in locis. vox composita ex Græco Latinoque nomine, ut aliæ multæ. sic *holoverum* notamus infra, quod erat totum verum, id est totum purpureum. sic dicebant *chrysoclavum*, quod alii *auriclavum* vel *auroclavatum*. *chrysoclavus* enim Anastasio aureus clavus. ut *vestis de chrysoclavo.* sic *pseudoforum* pro pseudothyrum. sic *artigraphus* Servio, qui τεχνογράφος. sic *epitogium*, & *epiredium*. *mesopicatum* in Isidori Glossis, *in medio picatum.* & alia ejusmodi infinita de quibus nos alibi. meminit in Maximinorum vita dextrocherii Capitolinus, & copulæ qua claudebatur. sic enim legendum ibi docuimus: *dextrocherium cum copula de hyacinthis quattuor.* vulgo *costula* legebatur. legi etiam optime posset: *dextrocherium cum closula.* Græci κατακλεῖδα vocant & βάλανον. Aristophanes Λυσιστράτῃ:

> Ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον ὃν ἐσκεύασας
> Ὀρχουμένης μου τῆς γυναικὸς ἑσπέρας
> Ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.

Hesychius: βάλανος, τὰ ἐξηρτημένα τοῦ ὅρμου περὶ τὸν τράχηλον, καὶ τῶν δρυῶν ὁ καρπὸς, καὶ ὁ τῶν φοινίκων καὶ κλεῖδες. sic in vestibus Homero κληῖδες sunt, ὅπου λεγόμεναι κατακλεῖδες εἰς ἃς αἱ περόναι καθίενται. dextrocheria, *dextralia* etiam Latinis vocata notavimus in superioribus. Isidori Glossæ: *dextralia, brachialia.* licet autem χεὶρ χειρὸς Græci communius dicant, & χερὸς tantum poëtis datum sit, composita fere tamen ἀπὸ τοῦ χερὸς, non ἀπὸ τοῦ χειρὸς formantur. ut μονοχέριον, non μονοχείριον. ἀκροχέριον non ἀκροχείριον. ex eodem genere est istud dextrocherium. Græci dicerent δεξιοχέριον. sic προχέριον, sportula amanuensis quam manualem sportulam vocat Isidorus in Glossis. Cassianus coll. XIX. cap. IV. *septem paxamatiorum paria sequestratim in procherio, id est amanuensi sporta die sabbati reponuntur.* ubi perperam vir doctus *in prochiro* legit contra omnium librorum consentientem auctoritatem.

CASAUBONUS.

2 *In reticulis & dextrocheriis.*] Reticulis innectebantur gemmæ: de dextrocheriis satis ad Maximinos.

SALMASIUS.

3 *Alexandri effigiem de liciis variantibus monstrent.*] Hæc *variantia licia* τὸ πολύμιτον Græcorum exprimunt. *multis liciis contexere quæ polymita appellant, Alexandria instituit*, inquit Plinius. hæc proprie *polymita* vocabantur quæ de plurimis & variantibus liciis contexebant. non minus tamen & quæ acu picta erant, & variata plumariorum arte, polymita dixere. hinc veteres Gloss. babylonicum πολύμιτον exponunt, cum satis constet, quæ proprie babylonica vocarentur, non polymito texturæ genere, sed acu fieri solita. Martialis:

— *baby-*

liciis [1] variantibus, monstrent. Vidimus proxime [2] Cornelium Macrum [3] in eadem familia virum, quum cœnam in templo Herculis daret, pateram electrinam, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret signis brevibus & minutulis, pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tanti illius viri cupidissimos jussit. Quod idcirco posui, quia [4] dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant vel argento,

— *babylonica picta superbe*
Texta Semiramia quæ variantur acu.
Glossæ: *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. *plumatum babylonicum* vocat Publius Syrus apud Petronium. plumarium veteres Glossæ, τὸ ψιλόταφον interpretantur. *polymitum opus* & *plumarium* indiscriminatim ponit vetus interpres Bibliorum. sed hæc pluribus explicabimus ad Carinum Vopisci. sed istas tunicas & pænulas matronales quæ de variantibus liciis Alexandri effigiem monstrabant, utrum acu plumariorum, an polymitariorum pectine pictas fuisse dicemus? variantia illa licia impellebant me olim ut de polymito opere acciperem. sed polymita & plumata confundebant, ut dixi, & ποικίλλειν Græci de utroq; genere dicunt, ut Lat. *variare*. nec minus multis liciis opus est in acupictili, quam in polymito. acu igitur expressas Alexandri effigies in illis vestibus censeo. non minori tamen varietate nec paucioribus aut minus expressis, minusque mirandis figurarum imitationibus in vestibus contexendis laserunt antiqui artifices sola texturæ ratione, & connexione staminis ad subtemen, quam qui acu pingerent. hinc alicubi dixit Martialis Semiramitam acum victam esse Babylonis pectine. Asterius Amaseæ episcopus: in Homilia de Lazaro: ἀλλὰ ἰδιὰ κενὴν ὑφαντικὴν ἐξευρόντες περίεργον, ἥτις τῇ πλοκῇ τῶν στημόνων πρὸς τὴν κρόκην τῆς γραφικῆς μιμεῖται τὴν δύναμιν καὶ πάντων ζώων τοῖς πέπλοις τὰς μορφὰς ἐναπομάττει) τὴν ἀνθινὴν καὶ μυρίοις εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦσιν ἐσθῆτα ἑαυτοῖς τε καὶ γυναιξὶ καὶ παισίν. sed de his docendi nobis alibi τόπος ἀπόκειται).

1 *De liciis variantibus*. Sic Ammianus in eadem re exponenda varietatem liciorum dixit lib. XIV. *ut longioris fimbriæ quæ perspicue luceant, varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes*.

2 *Cornelium Macrum in eadem familia virum.*] Melius etiam idem P. *Cornelium Macrum ex eadem familia virum.*

GRUTERUS.

3 *In eadem familia virum.*] Exemplar Palatinum, *ex eadem familia.*

CASAUBONUS.

4 *Dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento.*] Alexandrum multi Græcorum non secus ac deum sunt venerati. Erat autem moris simulacrum alicujus numinis, à quo juvari se putarent, circumferre. sic narrat Ammianus libro XXII. Asclepiadem philosophum, qui temporibus illis vivebat, *deæ Cœlestis argenteum breve figmentum quocunque ibat secum solitum afferre.* Tale aliquid fuisse illud videtur, quod Apulejus habuit sudario linteo involutum: de quo multa ipse in Apologia.

[1]DE ODENATO, XIIII.

15 [2]NIsi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Rom. Reip. viribus sumpsisset imperium, in Oriente res perditæ essent. Quare assumpto nomine primum regali cum uxore Zenobia & filio majore cui erat nomen [3]Herodes, minoribus Herenniano & Timolao, collecto exercitu contra Persas profectus est. Nisibin primum & Orientis pleraque cum omni Mesopotamia in potestatem recepit: deinde ipsum regem victum fugere coëgit: postremo Ctesiphonta usque, Saporem & ejus liberos persequutus, captis concubinis, capta etiam magna præda ad Orientem vertit, sperans quod Macrianum, qui imperare contra Gallienum cœperat, posset opprimere: sed illo jam profecto contra Aureolum & contra Gallienum, eo interempto, filium Quietum interfecit, Balista (ut plerique asserunt) regnum usurpante, ne & ipse posset

OC-

1 De Odenato.] Nolim imponat tironibus varia apud Græcos præsertim, hujus nominis scriptio. idem enim est qui Zosimo Ὀδαίναθος, Procopio in secundo Persicorum Ὀδονάθης, Agathiæ lib. IV. & Pæanio Ὀδέναθος, Zonaræ & Georgio Monacho Ὠδέναθος, aliis Ὀδαίναθος nuncupatur. in nummo veteri doctis viris descripto ΟΔΗΝΑΘΟΣ. De hoc autem omnia dicta in superioribus.

2 *Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, c.*] Non solum princeps, sed & civis Palmyræ fuit, majoribus ortus qui ab imperatoribus diversis honorum generibus fuerant affecti. ita Zosimus: & Procopius: ἦν δὲ ἡ Ζηνοβία Ὀδονάθου γυνή, τοῦ ἐκείνῃ Σαρακηνῶν ἄρχοντος, οἳ Ῥωμαίοις ἔνσπονδοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. οὗτος ὁ Ὀδονάθης ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις τὴν ἑῴαν ἀρχὴν ὑπὸ Μήδοις γεγενημένην. Agathias contra ignobili ortum loco scribit. de Palmyra præter geographos & historicos, lege Hieronymum lib. XIIII. in Ezechielem.

3 *Herodes, m.*] Tres Odenati filios hic habes, & sæpius in hoc auctore: Herodem, maximum natu, qui cum patre imperavit: & duos à moriente patre parvulos relictos, Herennianum & Timolaum. Vopiscus in Aureliano quartum adjicit Balbatum: cujus nomine imperium tenuisse Zenobiam ex auctoribus nonnullis scribit. Hic est quem Onuphrius ubique appellat Uhabalatum, ex Pollione, inquit: cum tamen in Pollionis libris vestigium istius nominis extet nullum. sed de hujus nomine plura ad illum locum.

SALMASIUS.

4 *Minoribus Heremiano & Timolao.*] *Et Asimolao*, Pal. & ed. vet. sed alibi semper *Timolaus* dicitur & rectius.

1 *Capien-*

occidi. Compoſito igitur magna ex parte Orientis ſtatu, à conſobrino ſuo Mæonio, qui & ipſe imperium ſumpſerat, interemptus eſt cum filio ſuo Herode, qui & ipſe poſt reditum de Perſide cum patre imperator eſt appellatus Iratum fuiſſe Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reſervare. Ille plane cum uxore Zenobia non ſolum Orientem, quem jam in priſtinum reformaverat ſtatum, ſed omnes omnino totius orbis partes reformaſſet, vir acer in bellis, &, quantum plerique ſcriptores loquuntur, venatu memorabili ſemper inclytus, qui à prima ætate [1] capiendis leonibus & pardis, urſis, cæteriſque ſylveſtribus animalibus, [2] ſudorem officii virilis impendit, quique ſemper in ſylvis ac montibus vixit, perferens calorem, pluvias, & omnia mala quæ in ſe continent venatoriæ voluptates: quibus duratus, ſolem ac pulverem in bellis Perſicis tulit. Non aliter etiam conjuge aſſueta, quæ multorum ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur: [3] mulierum omnium nobiliſſima Orientalium fœminarum, [4] & (ut Cornelius Capitolinus aſſerit) ſpecioſiſſima.

DE

GRUTERUS.

1 *Capiendis leonibus & pardis, urſis, ceteriſque ſilveſtribus animalibus ſudorem officii virilis impendit.*] Sic & Pal.

4 *Et, ut Cornelius Capitolinus adſerit, ſpecioſiſſima.*] Pal. *ſæpediſſima*, emendatumque, *ſexpediſſima.* quo quid velit, non exputo.

CASAUBONUS.

2 *Sudorem officii virilis impendit.*] Scrib. *Sudorem officiis virilibus impendit.*

3 *Mulierum omnium nobiliſſima &c.*] Scrib. *mulier omnium nobiliſſima orientalium feminarum.* Pro *ſpecioſiſſima* veteres habent *expeditiſſima.*

SALMASIUS.

2 *Sudorem officii virilis impendit.*] Perperam vir doctiſſimus, *ſudorem officiis virilibus impendit*, legere voluit. hic enim ſenſus, Odenatum ſudorem officii virilis impendiſſe capiendis leonibus, & pardis & urſis.

3 *Mulierum omnium nobiliſſima Orientalium feminarum.*] Interpunctionibus male poſitis laborat hic locus, quem ſic diſtinguas licet: *mulierum omnium nobiliſſima, Orientalium feminarum, ut & Cornelius Capitolinus aſſerit, ſpecioſiſſima.* Palatinus liber, *ſæpediſſima* pro *ſpecioſiſſima* exhibebat ſcriptum. hinc illud, quod in alios libros ſcriptos manavit: *expeditiſſima.*

[1]DE HERODE, XV.

16 HERODES non Zenobia matre, sed priore uxore genitus, cum patre accepit imperium, homo omnium delicatissimus, & prorsus Orientalis [2]& Græcæ luxuriæ, [3]cui erant [4]sigillata tentoria, & aurati

1 DE HERODE. HERODES.] Delendus titulus, de HERODE. & legendum: HERODES. *Non Zenobia matre, sed priore uxore genitus.* rationem ante diximus.

2 *Et Græca luxuria.*] *Et Græcia luxuria.* sic *Græcia terra* Agellio: & *Galliæ mulieres* Sallustio, & similia jamdudum doctis notata.

CASAUBONUS.

4 *Sigillata tentoria & aurati papiliones.*] Τὰς σκηνὰς σημειωτὰς, καὶ αὐτὰς τὰς σκηνὰς κεχρυσωμένας. quare addat *& omnia Persica.* declarant quæ de luxu Persarum regum, in ornatu papilionum, & reliqua vita, narrant & Athenæus & alii.

SALMASIUS.

3 *Cui erant sigillata tentoria & aurati papiliones.*] *Sigillata tentoria* exponi heic video σημειωτὰς σκηνὰς. sed non probo. ego ζωδιωτὰς interpretor. aliud ζωδιωτὸν, aliud σημειωτὸν. aliud *sigillatum*, aliud *clavatum* in vestibus. clavum auri aut purpuræ qui vesti adsui solet Græci σῆμα & σημεῖον appellant. Gloss. *clavus*, σημεῖον. *clavare*, πορφυρῶσαι. clavi purpurei vel aurei figuram non aliam exprimebant quam veri clavi, unde & nominantur. ἥλους etiam Græci vocarunt. unde ἔνηλος vestis purpura clavata, id est ἱμπόρφυρος. nam clavus nihil aliud erat quam πορφύρα ἐνυφασμένη. Glossæ: *clavus*, πορφύρα ὑφασμένη. & rotundis autem & quadratis quibusdam figuris ex auro vel purpura vestes intexebant. tesseras vocabant & tabulas, & oculos & orbiculos. Græci κύβους, σφραγῖδας, κέρχους, φολίδας. barbaro-Græci ταυλία, πλούμια. de quibus ad Vopiscum. *clavi* nomine illa omnia Latini comprendebant, ut Græci σημεῖον dicebant purpuram intextam vesti, adtextamq; omnem, qualis qualis figuræ esset. σημεῖα igitur sunt *clavi*. *sigilla* vero sunt ζῴδια, hoc est figuræ vel hominum vel bestiarum auro vel purpura expressæ. hinc ζωδιωτὰ sigillata. ζωδιωτὸς χιτὼν Hesychio, *sigillata tunica*. Glossæ: *sigillum*, ἀνδριαντάριον, ζῴδιον. unde sigillarius ζωδιοποιός. aliæ Glossæ: ζωδιωτὸς, *sigillatus*. perperam hodie legitur, ζωδιακός. quod series literarum falsum esse ostendit. *vela sigillata* Athanasio in Leone tertio: *& vela holoserica majora sigillata habentia periclysin & crucem de blattin.* *vestis sigillata* apud eundem in Paschali, *enimvero in jam dicto altari obtulit vestem albam sigillatam cum rosulis habentem in medio crucem.* idem in Leone quarto: *necnon & in oratorio sancti Leonis Pontificis intra Ecclesiam beati Petri Apostoli fecit vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis.* sic & eidem, *camisiæ sigillatæ* alicubi. *sigillata serica*, C. Theod. de scenicis, l. xI. *nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis auratis.* hujusmodi sigilla in vestibus, quæ inde sigillatæ, εἴδωλα vocat Asterius loco jam supra à nobis relato: τὴν ἐσθῆτα καὶ μυρίοις εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦσιν ἐσθῆτα. Ammianus, *species animalium multiformes: ut longioris fimbriæ tunicæ perspi-*

rati papiliones, & omnia Persica. [1] Denique ingenio ejus usus Odenatus quicquid concubinarum regalium, quicquid divitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit, paternæ indulgentiæ affectione permotus. [2] Et erat circa illum Zenobia novercali animo: [3] qua re commendabiliorem patri eum fecerat: neque plura sunt quæ de Herode dicantur.

DE MÆONIO, XVI.

HIc consobrinus Odenati fuit: [4] nec ulla re alia du- 17
ctus nisi damnabili invidia, imperatorem optimum

perspicua luceant varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes. ζωωτὸς & ζωδιωτὸς idem erat. Pollux: ὁ δὲ κατάστικτος χιτὼν ἐστὶν ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη συνυφασμένα. καὶ ζωωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο καὶ ζωδιωτός. sic *belluatum*, & *sigillatum* idem etiam fuerit.

1 *Denique ingenio ejus usus.*] Aures meas ξενίζει hæc locutio. *ingenio alicujus uti* pro ingenio obsequi, & morem gerere. nemo tamen queat elegantem esse negare & mere Latinam. sic *uti foro* dicitur, qui sese fori cursu, ut loquimur, accommodat, & secundum annonam fori, prout vilis aut cara est, aut merces suas proponit, aut retrahit. sic *uti regibus* dixit Horatius pro regibus obsequi, & eorum voluntati secundas agere, in illis notissimis versibus:

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. si sciret regibus uti,
Fastidiret olus qui me notat ——

idem alibi:

Utere Pompejo Grospho, & si quid petet ultro
Defer. ——

ubi mandat amico suo, ut Pompejo Grospho utatur, hoc est operam illi suam commodet, eumque, quibus poterit rebus, adjuvet. sic apud Comicum, *uti sese* aliquis dicitur qui genio suo indulget, animoque obsequitur.

Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine:
Liberæ sunt ædes, liber sum, ego me uti volo libere.

neque aliter puto accipiendum apud eumdem Plautum Captivis scen. IV. act. IV.

Dicam ut penum sibi aliud ornet, siquidem sese uti volet.

hoc est, siquidem volet aliquando genio suo indulgere, censeo illi aliud penum quærendum parandumque. nam parasitus totum carnarium deturbaverat, & aulas, & calices confregerat, & cellas omnes refregerat, & omnia denique, quæ ad genium lepide curandum valent, conturbaverat. hæc vulgo male accipiunt interpretes, cum sarcinosis illis commentariis. ita eleganter hoc loco Trebellius scribit, Odenatum patrem filii delicati ingenio usum, omnia quæ facerent ad ejus delicias adjuvandas, sedulo conquisivisse.

2 *Et erat circa illum Zenobia novercali animo.*] *Sed erat circa illum Zenobia novercali animo.*

CASAUBONUS.

3 *Qua re commendab.*] Vel sic scribendum, vel *quæ res.* non ut vulgo.

4 *Nec ulla re alia ductus nisi damnabili invi-*

mum interemit, [1] quum ei nihil aliud objiceretur præter filii Herodis delicias. [2] Dicitur autem primum cum Zenobia consensisse, quæ ferre non poterat ut privignus ejus Herodes priore loco quam filii ejus Herennianus & Timolaus, principes dicerentur. Sed hic quoque spurcissimus fuit. quare imperator appellatus per errorem, brevi à militibus pro suæ luxuriæ meritis interemptus est.

[3] DE [4] BALISTA, XVII.

18 [5] DE hoc utrum imperaverit, scriptores inter se ambigunt. Multi enim dicunt, Quieto per Odenatum occiso, Balistæ veniam datam: [6] tamen eum imperasse, quod nec Gallieno, nec Aureolo, nec Odenato se crederet. Alii asserunt, privatum eum [7] in agro

invidia, imperatorem optimum interemit.] E Zonara disces occisum Odenatum non à consobrino, sed à fratris filio. caussam etiam illatæ necis inde cognosces.

SALMASIUS.

1 *Quum ei nihil aliud objiceretur præter filii Herodis delicias.*] *Quum ei nihil aliud objiceret præter filii Herodes.* ita libri omnes: qui nec vocem *delicias* agnoscunt. forte: *nec ulla re alia ductus, nisi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit, quum ei nihil aliud objiceret, præter filium Herodem.*

2 *Dicitur autem primum cum Zenobia consensisse.*] Melius: *dicitur autem primum cum eo Zenobia consensisse.* vel: *primum ei Zenobia consensisse.*

CASAUBONUS.

3 DE BALISTA.] Græci fere Βαλλίσαν vocant. nummi BALISTAM. sed liquidam in hoc nomine geminatam habent omnes versus de Ballista Virgilii præceptore.

GRUTERUS.

4 *Balista.*] Pal. *Vallista:* infra tamen semper *Ballista*, per duplex *ll*.

SALMASIUS.

5 *De hoc utrum imperavit.*] *De hoc utrum imperaverit.* Pal. & ed.

6 *Tamen eum imperasse.*] *Et tamen eum imperasse, quod nec Gallieno nec Aureolo, nec Odenato se crederet.*

7 *In agro suo quem apud Daphnen comparaverat, interemptum.*] *Daphnidem* non *Daphnen* constanti lectione retinent libri. Spartianum etiam memini *Daphnidem* hanc Daphnen vocare in vita Cassii: *Avidio Cassio legiones Syriacas dedi diffluentes luxuria, & Daphnidis moribus agentes.* ita enim eo loci vetus editio cum Palatino præferebat. quod ibi cum essem, minime attendi. amarunt autem hunc typum in plerisque urbium & locorum nominibus enuntiandis veteres, sed & magis provinciarum. nam *Atthidem* pro Attica dixere: *Persidem*: *Arcadem* pro Arcadia: *Nomadem* pro Numidia. *Permessidem* Martialis pro *Permesso*:

Quid tibi cum Cirrha, quid cum Permessidos unda?

sic *Pimpleidem*, pro *Pimplea* idem. *Synnas* quoque urbs apud eumdem, quæ τὰ Σύνναδα Græcis:

Quod

agro suo quem [1] apud Daphnem sibi compararat, interemptum. [2] Multi & sumpsisse illum purpuram, & more

Quod Phrygia Synnas, Afia quod Nomas tulit.

ita *Daphnis*, *ἀντὶ τῆς δάφνης*. nobilissimam autem illam & decantatissimam olim luxuriæ deliciarumque fama Daphnen hodie NERO appellant, propter aquarum, quibus scatet abundantiam. *νερὸν* enim Græcis est aqua: sed Græcis vulgaribus & barbaris. quam vocem non libenter audio doctissimos viros, à Syriaca vel Hebræa origine deducere. sane pura puta Græca est, ab antiquissima usque Græcia, ad hanc semibarbaram, quæ *νερὸν* appellat, quod illa vetus, *νηρὸν* appellabat. *νερὸν* autem pro *νηρὸν*, ut *ξερὸν* pro *ξηρὸν*, & alia ejusmodi infinita. *ἀπὸ τοῦ νηροῦ* vero quod est humidum & aquaticum, *Νηρεὺς* aquarum Deus indigetatus est priscis Græcis, & *Νηρεΐδες* nymphæ in aquis degentes. *νηρὸν* Ionicum est. vulgare *ναρόν*. Hesych. *ναρόν, στέρον, χέρνιμμα, πλησμονή, ὑγρόν*. Lycophron:

---- ἐν χλωρὸς νηροῖς μυχοῖς.

Grammatici: *νηροὺς μυχοὺς, καθύγρους* exponunt. at *ναρὸν* dixit Sophocles:

Πρὸς ναρὰ δ' ἠλίβατα χευεῦμα πολύ.

nam *ναρὸν* & *νηρὸν* idem est, & ab eadem origine. *νάω* enim *νῶ* est nato, *νήχω, νᾶμα* & *νηρόν*. quod recentiores *νερὸν* appellarunt, ut *ξερὸν ξηρόν*. nec dubium est quin illud deliciosum Antiochiæ suburbium inde sit nuncupatum, *Nero*, quasi, *νερὸν* vel *νερόν*. quod aquarum fontiumque scaturiginibus totus ille locus amœnus, irriguus esset. *νηρὸν* enim vel *νερὸν* humidum & irriguum significat Græcis etiam non barbaris: hodiernis autem pro ipsa aqua sumitur.

CASAUBONUS.

1 *Apud Daphnem f.*] Scripti, & editi multi, *apud Daphnidem*.

GRUTERUS.

1 *Apud Daphnem.*] Pal. *Dafnidem*.

SALMASIUS.

2 *Multi & sumpsisse illum purpuram & Romano more imperasse, exercitum duxisse.*] Quid erat *Romano more imperare*? Palatinus codex heic legit: *multi & sumpsisse illum purpuram, ut more Romano imperaret, exercitum duxisse & de se plura promisisse dixerunt.* vetus editio hoc tantum mutat quod habet: *& Romano more imperare.* ex quo *imperasse* fecerunt recentiores editores hi fuerunt corruptionis gradus. legendum igitur fuerit: *multi & sumpsisse illum purpuram ut Romano more imperaret, & exercitum duxisse, & de se plura promisisse dixerunt.* purpuram insigne fuisse Romanorum imperatorum à nemine ignoratur, & qui imperium sumerent, purpuram quoque sumere solitos. sed & *purpuram sumere* idem erat quod imperium sumere. in Gordianis: *Gordianum proconsulem reclamantem & se terræ affligentem, opertum purpura imperare coëgerunt. & primo quidem invitus Gordianus purpuram sumpserat: postea vero quam vidit, neque filio, neque familiæ id tutum esse, volens suscepit imperium.* ubi vides *imperium suscipere* & *purpuram sumere*, idem valere. cur igitur tanquam novum & inusitatum, aut quasi peculiare notat in hoc Ballista Trebellius quod purpuram sumpserit, hac etiam, quare sumpserit, addita ratione, ut Romano more imperaret? quo enim alio more quam Romano imperaret, qui Romanum imperium arripuerat? aut quo alio habitu incederet, quam qui proprius erat imperatoris Romani? an alio modo putamus imperasse, aut alio vestitu usos esse istos omnes triginta tyrannos qui in diversis orbis partibus imperante Gallieno imperium arripuerunt? omnes cum imperio purpuram quæ imperii insigne erat, sumpsisse,

more Romano imperasse, exercitum duxisse, & de se plura promisisse dixerunt: occisum autem per hos quos Aureolus miserat [1] ad comprehendendum Quietum Macriani filium, [2] quem prædam suam esse dicebat.

Fuit

psisse, minime dubitandum. hinc in tumultuariis imperatorum creationibus legimus sublatam aliquando de vexillis purpuram à militibus, aut è simulacris deorum direptam, cum alia ad manum non esset qua humeros eorum advelarent quibus imperium deferebant. infra de Celso: *Celsum imperatorem appellaverunt peplo deæ cœlestis ornatum.* Vopiscus in Saturnino qui in Ægypto imperium sumpsit: *deposita purpura ex simulacro Veneris, cyclade uxoria militibus circumstantibus amictus & adoratus est.* idem in Probo scribit appellatum eum esse Imperatorem à militibus, ornatum etiam pallio purpureo quod de statua templi oblatum est. putavi diu verba ista, *ut Romano more imperaret*, ex marginali glossa in contextum fuisse recepta: quam glossam scilicet aliquis adscripserat ut explicaret quid esset *purpuram sumere*. hoc probet qui volet. nunc in alia sum sententia. sic enim infra de Herenniano & Timolao: *quorum nomine Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam fœminam decuit Remp. obtinuit, parvulos Romani imperatoris habitu proferens purpuratos, eosdemque adhibens concionibus.* purpura igitur indutum esse, galeatum ad conciones militares procedere, exercitum ducere, de more sunt imperandi Romano. Infra de Zenobia: *vixit regali pompa. more magis Persico adorata est: more regum Persarum convivata est. more Romano ad conciones galeata processit cum limbo purpureo.* ita enim distinguendus ille locus, qui vulgo pessime acceptus est ab interpunctionibus. & male inde expositus. orientales autem illi reguli, Parthorumque reges non militares habebant conciones, nec exercitus ducebant, sed Satrapis suis ducendos committebant. quæ omnia scilicet Romani imperatores ipsi facere consueverant, quorum & peculiaris propriaque fuit purpura. hinc Ballistam hoc loco ut Romano more imperaret & purpuram sumpsisse, & exercitum duxisse dicit Trebellius.

1 *Ad comprehendendum Quietum Macriani filium.*] Palatinus *Macrini* hoc loco exhibet. ante notavimus Zonaram, *Macrianum* filium, patrem *Macrinum* vocare.

2 *Quem prædam suam esse dicebat.*] Nunquam fuit quin suspectam haberem hanc lectionem: nec enim videbam quamobrem Quietum hunc prædam suam esse diceret: me non vanum suspicionis fuisse ostendit mihi postea Palatinus liber, in quo planis & minime dubiosis litteris exaratum offendi: *quem perdam suum esse dicebat.* quæ scriptura primo aspectu pæne me in stuporem dedit, propter illius quam præferebat tam inusitatæ & inauditæ, tamque mirificæ dictionis novitatem. hanc alius, certo scio, quasi quoddam monstrum horruisset, perdendumque istum perdam censuisset, vel saltem pro mendosa habuisset & contempsisset. ego ubi eam diligentius & attentius considerare cœpi, & probam esse vocem Latinamque, & bona ratione factam comperi, & quod magis ad rem facit etiam hujus loci sensui de significatione valde aptam & convenientem. *perda* à perdo, qui perdit vel perditor. ut *scriba* à scribo, qui scribit, ὁ γραφεύς. sic *perda*, ὁ φθορεύς. sic à convenio, *hic convena*: ab advenio, *advena*: à transfugio, *hic transfuga*: *incola* ab incolo. sic *confida* à confido qui confidit. quæ vox in Isidori Glossis legitur. sic à *subdico* quod est secundo loco dico, *hic subdica*, secundarius vel qui secundas agit. Glossæ: *secundarius, subdica*.

vice

Fuit vir insignis, eruditus ad gerendam Rempubl. in consiliis vehemens, in expeditionibus clarus, in provisione annonaria singularis. Valeriano sic acceptus ut eum quibusdam literis hoc testimonio prosequutus sit: *Valerianus Ragonio Claro præfecto Illyrici & Galliarum. Siquid in te bonæ frugis est, quam esse scio, parens Clare, disposi-*

ὑπουργέτης. à *perda* compositum *officiperda* in Catonis distichis. Isidorus in Glossis *officiperdam* qui laboris sui remunerationem non habet. ad verbum est *perda officii*, qui officium nempe suum perdit. frequens hæc forma est in compositis & valde usitata. *heredipeta* est peta vel petitor hereditatis. *nugivenda*, nugarum venditor: *cibicida*, ciborum cæda. sic *homicida*, *parricida*, ab eodem. jam nemo igitur potest dubitare quin *perda* tectum sit pro perditore. nunc restat videndum quem locum heic possit habere cum ista significatione. dicit heic Trebellius ab Aureolo missos homines esse ad comprehendendum Quietum Macriani filium, quem *perdam suum* esse dicebat. *perdam suum*, hoc est, perditorem suum, τὸ ἑαυτοῦ λυμεῶνα, τὸ ἑαυτοῦ φθορέα, ideo vocabat hunc Quietum Macriani filium Aureolus, quod Macrianus ejus pater, & Macrianus item frater ad perdendum se cum magno exercitu venissent, quos tamen conflictu habito vicit per Domitianum ducem quemdam suum. Macrianus enim cum Macriano & Quieto filiis factus imperator, relicto in Oriente Quieto, cum altero filio Macriano contra Gallienum & Aureolum venit. & cum Aureolo in Illyrico congressus victus & interemptus est, & quadraginta quinque millibus militum spoliatus quos secum ducebat. Vide Trebellium in Gallieno & Macrianis. hinc *perdam suum* Quietum esse dicebat Aureolus, quod per eum patremque ejus & fratrem non steterit quo minus perderetur; quod ex illis fuit qui perdere ipsum voluerunt. perda igitur ὁ φθορεύς. ὁ λυμεών. Sophocles:

> Καὶ πέμψαι τάφῳ, μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
> Θήσουσ' Ἀχαιοῖς, μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός.

μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός, *nec perda meus*. ita vocat Ulyssem Ajax. quare ita vocet, minime obscurum. ut autem hoc loco *prædam* pro *perdam* reposuerant homines imperiti, sic eodem plane genere corruperunt Juvenalis locum ex Sat. XI. *præda* pro *perda* substituendo. ita enim legi debet apud Juvenalem:

> *Interea Megalesiacæ spectacula mappæ*
> *Idæum sollenne colunt similisque triumpho*
> *Perda caballorum prætor sedet.*

perdam caballorum prætorem vocat Satyricus, qui in Circensium editionem multos curules equos impenderet, & perderet. notum est quanta magnificentia ludos celebrare soliti fuerint prætores, quantisque studiis, & sumptuum profusionibus comparandos equos curules ad muneris editionem curaverint. vel unius Symmachi aliquot epistolæ lectæ quamlibet hujus moris imperitum possunt peritum reddere. perda igitur caballorum prætor eleganter dicitur qui multorum equorum dispendio ac deperditione circensium ludorum editionem celebrat. multi enim equi frangebantur iisdem circensibus. vetus interpres: *aut ideo præda dixit quoniam multi equi frangebantur iisdem circensibus. perda* etiam videtur ille legisse non *præda*. quod hæc ejus interpretatio satis arguit. at *præda*, ut vulgo excusum est, aut *prædo*, prorsus ineptum est.

[1] dispositionem Balistæ prosequere. [2] Hac in forma Remp. vides, ut nec ille provinciales gravet, [3] ut illic equos contineat ubi sunt pabula, illic annonas militum mandet ubi sunt frumenta: non provincialem, non possessorem cogat illic frumenta ubi non habet, dare, illic equum ubi non potest, pascere: nec est ulla alia provisio melior quam ut in locis suis erogentur quæ nascuntur, ne aut vehiculis aut sumptibus Rempublicam gravent. Galatia frumentis abundat, referta est Thracia, plenum est Illyricum: illic pedites collocentur. quanquam in Thracia etiam equites sine noxa provincialium hyemare possint. Multum enim ex campis fœni colligitur. [4] Jam ubi laridum, jam cæteræ species in his dandæ sunt locis in quibus affatim redundant.

CASAUBONUS.

1 *Dispositionem Balistæ prosequere.*] Hoc est, provisionem annonariam, ut modo dixit. vide ad Gordianum tertium.

3 *Ut illic equos contineat, ubi sunt pabula, illic annonas militum mandet, ubi sunt frumenta.*] In utroque Codice multa in hanc rem sanciuntur: duces & tribuni ex incommodis provincialium commoda sua captabant. Tacitus in vita Agricolæ: *Frumenti & tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumcisis quæ in quæstum reperta, ipso tributo gravius tolerabantur: namque per ludibrium assidere clausis horreis, & emere ultro frumenta ac vendere pretio cogebantur. devortia itinerum, & longinquitas regionum indicebatur, ut civitates à proximis hibernis in remota & avia deferrent: donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.*

SALMASIUS.

1 *Dispositionem Ballistæ prosequere. Hac in forma remp. vides, ut nec ille.*] Nihil heic sani. nec sententia, nec verba constant. quod opera & ingenio correctorum ut sciatur esse factum, proponam veterem scripturam, quæ in optimis membranis ita cubat: *dispositione ti Ballistæ persequere. his remp. in forma vides. nec utile provinciales non gravet, &c.* quæ sunt corruptissima, sic tamen ut desperata prorsus non sint. perparva enim mutatione sana omnia me præstaturum confido, hoc modo: *si quid in te bonæ frugis est, quam esse scio, parens Clare, dispositione Ballistæ persequeris rempublicam informare. videsne ut ille provinciales non gravet? ut illic equos contineat ubi sunt pabula?* neminem ita cæcum esse arbitror, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα, qui veram hanc esse lectionem non agnoscat.

4 *Jam ubi laridum, jam cæteræ species.*] Vet. ed. *jam ibi laridum*, at Palat. *jam in laridum.* omnino scribendum, *jam laridum, jam cæteræ species in his dandæ sunt locis, in quibus affatim redundant.*

GRUTERUS.

1 *Dispositionem Balistæ prosequere.*] Pal. *dispositionem Ballistæ persequere.*

2 *Hac in forma remp. vides, ut nec ille provinciales gravet.*] Palat. *his remp. in forma vides, nec utile provinciales non gravet.* forte aliquid occultatur ulceris gravioris.

4 *Jam ubi laridum.*] Pal. *jam in laridum.* media vox fortasse utrobique vacat.

dant. Quæ omnia sunt Balistæ consilia, qui ex quaque provincia unam tantum speciem præberi jussit, [1] *quod ea redundaret, atque ab ea milites submoveri: id quod publicitus est decretum.* Est & alia ejus epistola qua gratias Balistæ agit: in qua docet sibi præcepta gubernandæ Reipubl. ab eodem data: gaudens quod ejus consilio [2] nullum adscriptitium, id est vacantem, haberet, [3] & tribunum [4] nullum stipatorem qui non vere pugnaret. Hic igitur vir in tentorio suo cubans, [5] à quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus.

1 *Quod ea redundaret.*] Sic & Pal. sed melius fuerit, *qua redundaret*; ut & supra, *qua nascuntur*, ubi & vulgo, *quæ nascuntur.*

4 *Nullum stipatorem qui non vere pugnaret.*] Adhæserim potius Palat. in quo amplius, *nullum stipatorem qui non vere aliquid ageret; nullum militem qui non vere pugnaret.*

CASAUBONUS.

2 *Nullum adscriptitium, id est vacantem.*] Exposuimus ad Alexandrum Severum. In lege secunda Cod. Ut dignitatum ordo servetur, enumerantur sigillatim gradus quinque illustrium personarum. primus est eorum qui in actu positi illustres peragunt administrationes; secundus, vacantium præsentium in comitatu principis; tertius, vacantium absentium; quartus, honorariorum præsentium; quintus, honorariorum absentium. Ex his intelligimus quantopere multiplicata fuerint post hunc imperatorem nomina dignitatum.

SALMASIUS.

2 *Nullum adscriptitium id est vacantem haberet.*] Vetus editio: *nullum adscriptum.* vocat autem Trebellius *vacantem*, quem Spartianus *vacantivum.* sic *præsens, præsentivus. jacens, jacentivus.* unde *jacentivæ arbores* in veteribus legibus. istos vacantes vel vacantivos vel adscriptos, Græci χολασικοὺς appellant, quod supernumerarii essent, nec munere aut actu fungerentur. sic *vacantivam* vel *vacantiam* Latini veteres saburram vocabant. Glossæ nomicæ βακαντία, σαβοῦρρα. in aliis Glossis, βαυτία pro βακαντία perperam scribitur. quod vacaret, nec vere navem oneraret, ut merx & embole vel entheca navis, quæ proprie *onus* dicebatur. *adscriptum* autem quod habet heic vetus editio pro *adscripticium*, ita etiam in vita Alexandri scriptum habetur: *nec quemquam passus est esse in Palatinis nisi necessarios homines: jurejurando denique constrinxit ne quem adscriptum id est vacantem haberet, ne annonis remp. gravaret.*

3 *Et tribunum nullum stipatorem qui non vere pugnaret.*] Palatinus habet amplius: *& tribunum nullum stipatorem qui non vere aliquid ageret, nullum militem qui non vere pugnaret. Tribunus vacans* qui non vere aliquid ageret, sed principi stipatoris obsequium præberet. *miles vacans* qui non vere militaret, sed ad obsequium deputaretur legatorum, ducum vel tribunorum vel etiam militum principalium. de quibus nos alibi plura.

5 *A quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus.*] Cur non potius in Odenati gratiam, siquidem hic miles, qui eum occidit, Odenati fuit? vetus editio legit, *à quodam gregario milite, in Odenati & Gallieni gratiam dicitur interemptus.* quod propemodum verum esse arbitror.

emptus. De quo ipſe vera non ſatis comperi, idcirco quod ſcriptores temporum de hujus præfectura multa, de imperio pauca dixerunt.

[1]DE VALENTE, XVIII.

19 HIc vir militaris, ſimul etiam civilium virtutum gloria pollens, proconſulatum Achaiæ [2]dato à Gallieno tunc honore gubernabat: [3]quem Martianus vehementer reformidans, ſimul quod in omni genere vitæ ſatis clarum norat, ſimul quod inimicum ſibi eſſe invidia virtutum ſciebat, miſſo Piſone nobiliſſimæ tunc & conſularis familiæ viro, interfici præcepit. Valens diligentiſſime cavens & providens, neque aliter ſibi poſſe ſubveniri exiſtimans, ſumpſit imperium, [4]& brevi à militibus interemptus eſt.

[5]DE VALENTE SUPERIORE, XIX.

20 [6]FUit & Valens ſuperior, & bene venit in mentem ut quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valen-

CASAUBONUS.

1 DE VALENTE.] Huic cognomen erat Theſſalonico, auctore Marcellino libro XXI. plura de eo initio libri de Gallieno.

3 *Quem Martianus vehementer reformidans.*] Libro ſuperiore de Marriano quodam egimus: ſed non hic de illo agitur: apparet enim ex ejuſdem libri principio ſcribendum eſſe *Macrianus.* ſic recte mox in Piſone.

6 *Fuit & Valens ſuperior.*] De hoc ſupra egimus inter principes poſt Gordianum III.

GRUTERUS.

3 *Quem Macrianus vehementer.*] Sic & Pal. non *Martianus*, ut editi.

SALMASIUS.

2 *Dato à Gallieno tunc honore gubernabat.*] Vetuſtæ membranæ: *dato à Gallieno tunc honere. honere* pro *honore. hoc honus* enim dicebant, *& hic honor*: ut *hoc adus, aderis*: & *hic ador, adoris.* ſecunda producta. ſic *hoc decus*, & *hic decor.* optimæ Gloſſæ: *honus, honor*, τιμὴ θεῶν, τιμὴ ἀνθρώπων.

3 *Quem Martianus vehementer reformidans.*] Indubitanter legendum eſt: *quem Macrianus reformidans.* atque ita Palatinus.

4 *Et brevi à militibus interemptus eſt.*] Interſerunt vocem membranæ: *& brevi à militibus vi interemptus eſt.* forte: *à militibus ſuis interemptus eſt.*

5 DE VALENTE SUPERIORE. *Fuit & Valens ſuperior.*] Delendus hoc etiam loco titulus, & una ſerie continuandum & legendum: VALENS SUPERIOR. *Et bene venit in mentem, ut quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente*

Valente qui ſuperiorum principum temporibus interemptus eſt, aliquid dicamus. Nam hujus Valentis qui ſub Gallieno imperavit, avunculus magnus fuiſſe perhibetur. Alii tantum avunculum dicunt. [1] ſed par in ambobus fuit fortuna. Nam & ille quum paucis diebus Illyrico imperaſſet, occiſus eſt.

DE PISONE, XX.

[2] HIc à Macriano ad interficiendum Valentem miſſus, ubi eum providum futurorum imperare cognovit, Theſſaliam conceſſit, atque illic paucis ſibi conſentientibus ſumpſit imperium, *Theſſalicuſque* appellatus, interemptus eſt: vir ſummæ ſanctitatis & temporibus ſuis *Frugi* dictus, & qui ex illa Piſonum familia ducere originem diceretur, [3] cui ſe nobilitandi cauſa Cicero ſociaverat. Hic omnibus principibus acceptiſſimus fuit. Ipſe denique Valens qui ad eum percuſſores miſiſſe perhibetur, dixiſſe dicitur, non ſibi apud deos inferos conſtare rationem, quod quamvis hoſtem ſuum, Piſonem tamen juſſiſſet occidi, [4] virum cui ſimilem Romana reſpublica tunc non haberet. Senatuſconſultum de Piſone factum [5] ad noſcendam ejus majeſtatem libenter inſerui: Die ſeptimo [6] Cal. Julias, quum eſſet nuntiatum Piſonem à Valente interemptum, ipſum Valentem à ſuis occiſum, [7] Aurelius Fuſcus

21

lente qui ſuperiorum principum temporibus interemptus eſt, aliquid dicamus. vide, quæ in ſuperioribus diverſis locis notavimus.

1 *Sed par in ambobus fuit fortuna.*] Pal. *ſed par ambobus fuit forma.* perperam. lege: *ſed par ambobus fuit fortuna.*

2 *Hic à Macriano.*] *A Macrino.* vet. ed. & ita multis locis hujus hiſtoriæ nominatur.

7 *Aurelius Fuſcus conſularis.*] Lege: *Arellius Fuſcus.* ita etiam paulo poſt nominatus in Tetrico juniore, ut ibi dicturi ſumus.

CASAUBONUS.

3 *Cui ſe nobilitandi cauſſa Cicero ſociaverat.*] Cum Tulliam filiam deſpondit C. Piſoni L. F. Frugi.

5 *Ad noſcendam ejus majeſtatem.*] Ad Saloninum Gallieni filium de hoc loco diximus.

GRUTERUS.

4 *Virum cui ſimilem.*] Pal. *cujus.*

6 *Calendas Julias.*] Pal. *Kal. Juliarum.*

7 *Arellius Fuſcus Conſularis.*] Revocavi

cus consularis primæ sententiæ, [1] qui in locum Valeriani successerat, ait, *Consul consule.* Quumque consultus esset, *Divinos* (inquit) *honores Pisoni decerno P.C.* [2] *Gallienum, & Valerianum, & Saloninum imperatores nostros esse confido. Neque enim melior vir quisquam fuit, neque constantior.* [3] Post quem cæteri consulti statuam inter triumphales, & currus quadrijugos Pisoni decreverunt.. Sed statua ejus videtur: [4] quadrigæ autem quæ

cavi hunc hominem ex Orci cancris, adjutante Palatino. antea enim male erat, *Aurelius Fuscus. Arellii Fusci* nomen notissimum Senecæ ævo inter Declamatores; unde iste proculdubio oriundus.

CASAUBONUS.

1 *Qui in locum Valeriani successerat.*] Nam Valerianus cum adhuc reliquis senatoribus accenseretur, primæ sententiæ & senatus princeps erat. eo ad altiora transgresso, ejus locum Aurelius Fuscus occupavit.

SALMASIUS.

2 *Gallienum & Valerianum & Saloninum imperatores nostros esse confido.*] Gallienus & Valerianus fratres tunc imperatores, & Saloninus Gallieni filius. sed quid sibi vult his verbis, *hic primæ sententiæ consularis*? quæsivi diu; nec tamen inveni. Palatinus addit vocem, *imperatores nostros imperaturos esse confido.* quæ nisi addatur, non satis constabit hujus loci sententia. consultus hic primæ sententiæ consularis, decernit divinos honores Pisoni, & confidere se dicit id quoque, imperaturos esse imperatores Gallienum, & Valerianum & Saloninum. neque enim virum quemquam Pisone meliorem aut constantiorem fuisse. quod igitur imperaturi sunt ipsi imperatores, ut divini honores Pisoni decernerentur, non dubitat sententia sua censere decernendos hic senatori: nec enim metuendum esse ne id improbarent imperatores, quos etiam imperaturos esse confideret. potest tamen etiam & certe debet legi: *imperatores nostros id probaturos esse confido.* nihil verius.

3 *Post quem cæteri consulti statuam inter triumphales.*] Nequeo satis mirari lectionem, quam constanter hoc loco retinent antiquitus scripti excusique libri. legunt enim sine varietate, *post quem citer consultum statuam inter triumphales & quadrijugos currus Pisoni decreverunt.* quam quidem scripturam vix mihi persuadeo ex officina correctorum prodiisse. hanc igitur sic interpretabimur. Arellius Fuscus, cum primus sententiam dixisset, qua decernebat Pisoni divinos honores, omnes citra consultum, quadrijugos currus & statuam inter triumphales decreverunt. *citer* autem heic positum pro *citra.* ut *inter, intra: super, supra:* sic *citer, citra.* non expectato igitur, ut consulerentur, reliqui omnes ex sententia Arellii Fusci, Pisoni decreverunt divinos honores, hoc est statuam inter triumphales & quadrijugos currus. sæpe enim sola acclamatione conficiebantur senatusconsulta. cum ejus sententia, qui primus dixerat, ab omnibus adprobaretur, adclamabatur, *Omnes, Omnes.* atque ita non consultis ceteris, hoc est citra consultum, fiebat senatus consultum. de quo more nos alibi pluribus. atque hæc ego de hoc loco, quæ dicerem habui, non primæ sed ultimæ plane in senatu litteratorum sententiæ. qui volet, probabit, aut meliora saltem adducet, quæ probemus.

4 *Quadrigæ autem quæ decretæ fuerant quasi*

quæ decretæ fuerant [1] quasi transferendæ ad alium positæ sunt, nec adhuc redditæ. [2] Nam in his locis fuerunt positæ in quibus thermæ Diocletianæ sunt exædificatæ, tam æterni nominis quam sacrati.

DE ÆMILIANO, XXI.

[3] ET hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut vel 22
furiosi ac dementes [4] de levibus quibusque ad summæ Reipub. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamenta servilia, & cætera talia, [5] usque ad summum Reip. periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt. Familiari ergo sibi furore [6] quum quodam die cujusdam servus curatoris qui Alexandriam tunc regebat, [7] militarie ob hoc cæsus esset quod crepidas suas meliores esse quam militis diceret, collecta multitu-

quasi transferendæ.] Vetus editio habet tantum: *quadrigæ autem decretæ, quasi transferendæ ad alium sunt positæ.*

CASAUBONUS.

1 *Quasi transferendæ ad alium positæ sunt.*] Regius, *transferendum.*

GRUTERUS.

1 *Quasi transferendæ ad alium positæ.*] Sic Pal. forte, *quasi transferendæ ad balneum.*

2 *Nam in his locis fuerunt, in quibus.*] Sic Pal. nam male vulgati voce auctiore, *locis fuerunt positæ in quibus.*

SALMASIUS.

3 *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum.*] *Et hoc familiare populi Ægyptiorum.*

4 *De levibus quibusque ad summæ reip. pericula perducuntur.*] Palatinus: *de levibus quibus usque.* forte: *de levissimis rebus usque ad summæ reip. pericula perducantur.* nihil tamen temere mutamus.

5 *Usque ad summum reip. periculum seditionis.*] Scribe: *usque ad summæ reip. periculum seditionibus, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt.*

6 *Quum quodam die.*] *Quum quodam die.*

7 *Militarie ob hoc cæsus esset.*] Pessime affecta hujus loci sententia, quam quomodo acceperint viri docti nescio: non enim prodiderunt. corruptissime tamen hæc ita legi constat: nec mirum si male inde intellecta. Palatinus & editio vetus, *militare* legunt. unius elementi mutatione emendo, *militari ob hoc cæsus esset.* sensus est, servum curatoris Alexandriæ die quodam à militari, hoc est milite cæsum ob hoc fuisse quod diceret crepidas suas esse meliores, quam militis. hinc illæ turbæ. militarem autem heic dixit Trebellius, pro milite. sic infra Flavius Vopiscus in Tacito militares pro militibus dixit; *deinde in urnam militares jussit nomen suum mittere, ut aliquis eum sorte ductus acciperet.*

titudo [1] ad domum Æmiliani ducis anceps venit, atque eum omni seditionum instrumento & furore persequuta est. ictus est lapidibus, petitus est ferro: [2] nec desiit ullum seditionis telum. Qua re coactus Æmilianus sumpsit imperium, quum sciret sibi undecunque pereundum. Consenserunt ei Ægyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium: nec ejus ad regendam rempublicam vigor defuit. Nam Thebaidem totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit barbarorum gentes forti autoritate submovit. [3] Denique ALEXANDER vel ALEXANDRINUS (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus est. Et quum contra Indos pararet expeditionem, misso Theodoto duce, Gallieno jubente dedit poenas: [4] siquidem strangulatus in carcere captivorum veterum more perhibetur. Tacendum esse non credo, quod quum de Ægypto loquor, vetus suggessit historia, simul etiam Gallieni factum: qui quum Theodoto vellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, [5] qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere. Cujus rei etiam Ciceronem, quum contra Gabinium loquitur, meminisse satis novimus. denique non

GRUTERUS.

1 *Ad domum Æmiliani anceps venit.*] Pal. *ancis venit.*

2 *Nec desiit ullum seditionis telum.*] Pal. *nec deullum seditionis telum.*

SALMASIUS.

3 *Denique Alexander vel Alexandrinus.*] *Alexander denique vel Alexandrinus.* ita Palatinus, qui heic novum caput incipit, perperam.

CASAUBONUS.

4 *Siquidem strangulatus in carcere captivorum veterum more perhibetur.*] Mos notus, ut postquam triumphator in Capitolium cepisset flectere, captivi duces in carcerem deducerentur, & ibi laqueo strangularentur. Æmilianum autem à Theodoto qui illum viceerat Romam ad Gallienum missum fuisse, priore libro dictum est.

5 *Qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere.*] Ob similem, vel hanc ipsam caussam olim de reducendo Ptolemæo tamdiu & tam acriter in senatu disceptatum est: cum diceretur sorte Sibyllina prædictum, magno Reip. malo cessurum, si cum imperio Romani Ægyptum adirent: qua de re Dio & Marcus Tullius in epistolis ad P. Lentulum Ciliciæ & Cypri præsidem. Eandem etiam ob caussam ab Augusto institutum, ut Ægyptum regeret eques Rom. non ut alias provincias senatores consulares aut prætorii. etsi fuit hujus rei & alia caussa; cum levitas potentissimi populi metueretur.

1 Heren-

non extat memoria rei frequentatæ. Quare ſcire oportet, [1] Herennium Celſum veſtrum parentem dum conſulatum cupit, hoc quod deſiderat, non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore quum in eam veniſſent Romani faſces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum doctiſſimum ſui temporis virum, [2] quum de peregrinis regionibus loquitur, invenitur.

[3] DE SATURNINO, XXII.

SATURNINUS [4] optimus ducum Gallieni tempori- 23
bus, ſed à Valeriano dilectus fuit. Hic quoque
quum [5] diſſolutionem Gallieni pernoctantis in publico
ferre non poſſet, & milites non exemplo imperatoris
ſui, ſed ſuo regeret, ab exercitibus ſumpſit imperium,
vir prudentiæ ſingularis, gravitatis inſignis, vitæ amabilis, [6] victoriarum barbararum etiam ubique notarum.
Hic

1 *Herennium Celſum, veſtrum parentem, dum conſulatum cupit, hoc quod deſiderat non licere.*] Eſt hypallage: nam rectum erat, *hoc quod non licet deſiderare*. Cum ait, *veſtrum parentem*, compellat amicum illum ſuum cui hoc opus nuncupaverat. Sic in fine libelli de Valerianis: *ſemper enim me vobis dedidi.* vide infra in Zenobia & Cenſorino. *parentem* accipio notione illa nova, quam ante expoſuimus, non illa veteri. Porro hic Herennius Celſus quo tempore hæc ſcribebantur, Auguſtalis erat Ægypti præfectus: ſed eo honore non contentus, à Diocletiano impetrare conatus eſt, ut ſibi abſenti conſulatus deferretur. quam poſtulationem iniquam eſſe, & contra obſervationem priorum temporum, obiter demonſtrat hic Trebellius.

2 *Cum de peregrinis regionibus loquitur.*] Arbitror legendum, *religionibus*.

5 *Diſſolutionem Gallieni pernoctantis in publico f.*] Confer cum extremis verbis libri de Gallienis.

6 *Victoriarum Barbararum etiam ubique notarum.*] Scripti *Barbaris*. placet *Barbararum*. nam *victorias Barbaras* appellat, partas de Barbaris: quas opponit civilibus.

SALMASIUS.

3 DE SATURNINO. *Saturninus optimus ducum.*] Scribe: SATURNINUS. *Optimus ducum Gallieni temporibus.*

6 *Victoriarum barbararum etiam ubique notarum.*] Scripti omnes, & noſtri & Caſauboni: *victoriarum barbaris etiam ubique notarum.* diſtinguendum puto: *victoriarum barbaris etiam, ubique notarum.* hoc eſt, victoriarum ubique notarum, etiam barbaris. an legendum eſt, *victoriarum de barbaris, etiam ubique notarum?*

GRUTERUS.

4 *Optimus ducum Gallieni temporibus, ſed à Valeriano dilectus Saturninus fuit.*]

 Sequu-

Hic ea die qua eſt amictus à militibus peplo imperatorio, concione habita dixiſſe fertur, [1]*Commilitones, bonum ducem perdidiſtis, & malum principem feciſtis.* Denique quum multa ſtrenue in imperio feciſſet, quod eſſet ſeverior & gravior militibus, ab iiſdem ipſis à quibus factus fuerat, interemptus eſt. Hujus inſigne eſt quod convivio diſcumbere milites, [2] ne inferiora denudarentur, cum ſagis juſſit, hyeme gravibus, æſtate perlucidis.

DE TETRICO SENIORE, XXIII.

24 INterfecto Victorino & ejus filio, [3] mater ejus Victoria ſive Victorina, Tetricum ſenatorem pop. Rom. [4] præſidatum in Gallia regentem, ad imperium hortata, quod ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Auguſtum appellari fecit, filiumque ejus Cæſarem nuncupavit. Et quum multa Tetricus feliciter egiſſet, diuque imperaſſet, [5] ab Aureliano principe victus, [6] quum militum ſuorum impudentiam & procacita-

Sequutus ſum hunc ordinem verborum; quem præibat mihi Pal. vulgg. *Saturninus optimus ducum, &c.* meo judicio minus recte. ortus autem error inde, quod illud *Saturninus* primo loco poſitum notaret numerum tyrannorum. Certe ita comparet in Palatino, & quidem minio inſignitum.

6 *Victoriarum barbaris etiam ubique notarum.*] Editi *barbararum.* ſed malui alterum quod tuetur ſe fide Palatini, aliorumque mſſ.

CASAUBONUS.

1 *Commilitones, bonum ducem perdidiſtis, &c.*] Eadem vox cognominis alterius tyranni fuit, cui poſtea delatum ſimiliter imperium. Vide Flavium Vopiſcum in Saturnino.

2 *Ne inferiora denudarentur, &c.*] Apparet poni ſolitas braccas cum diſcumberent: adhuc enim ea ætate braccarum infrequentior uſus: neque inter domeſticas ea veſtis fuit; ſed inter militares potius & viatorias.

4 *Præſidatum in Gallia regentem.*] Tuebatur præſidatu Aquitanos, ait Aurelius Victor.

SALMASIUS.

3 *Mater ejus Victoria ſive Victorina.*] *Victoria ſive Vitruvia.*

GRUTERUS.

3 *Mater ejus Victoria ſive Victorina.*] Pal. tertiò habet, *ſive Vitruvia*; ut nullum relinquatur dubium, id vocis admittendum in contextum.

5 *Ab Aureliano victus.*] Pal. abeſt illud *Principe*, quod ſequebatur in vulgaris nomen *Aureliani.* itaque id delevi; tanto facilius, quod reperiretur ſtatim poſt.

CASAUBONUS.

6 *Cum militum ſuorum impudentiam & pro-*

citatem ferre non posset, volens se gravissimo principi & severissimo dedit. Versus denique illius fertur, [1] quem statim ad Aurelianum scripserat,

Eripe me his invicte malis.

Quare quum Aurelianus nihil simplex neque mite aut tranquillum facile cogitaret, senatorem pop. Rom. eundemque consularem, [2] qui jure præsidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit eodem tempore quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati Herenniano & Timolao: pudore tamen victus vir nimium severus, eum quem triumphaverat, [3] correctorem totius Italiæ fecit, id est Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Umbriæ, Piceni, & Flaminiæ, [4] omnisque annonariæ regionis: ac Tetricum non solum

& prœcacitatem ferre non posset.] Vopiscus in Aureliano: *ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset.* Aurelius Victor in Aureliano planius rem aperit.

1 *Quem statim ad Aurelianum scripserat.*] Forte, *quem in eo statu ad A.* in reg. est, *ad A. Cos. scr.* quod ferri non potest: nam etsi consul forte tum fuit Aurelianus; non tamen ad illum tanquam ad consulem scripsit Tetricus.

3 *Correctorem totius Italiæ fecit.*] Vopiscus longe aliter in Aureliano: *Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit.* Vopisco uterque Victor consentit, & cum his Eutropius. Errat igitur Pollio.

4 *Omnisque annonariæ regionis.*] Et in Urbe & in variis Italiæ locis annona populo dividebatur: eaque cura certis hominibus mandari solita. præfectorum annonæ urbicæ passim fit mentio: curæ alimentorum in Italia meminit Spartianus in Juliano. Capitolinus de Pertinace: *alimentis dividendis in via Æmilia procuravit.* Aliquando scribebam, *omni annonariæ erogationi.* sed nihil mutandum, & aliter interpretandum. nam Italiæ regiones quædam erant, quas vocabant annonarias, ut Thuscia. Ammianus libro XXVII. *Paullo ante nova portenti species per annonariam apparuit Tusciam, in oppido Pistoriensi.*

GRUTERUS.

1 *Quem statim ad Aurelianum.*] Sic & Pal.

2 *Qui jure præsidiali.*] Palat. *præsidali.*

SALMASIUS.

4 *Omnisque annonariæ regionis.*] Quæ de annonæ divisione in urbe & aliis Italiæ locis, deque alimentariæ rei procuratione heic notavit vir omni æstimatione major, nihil ad hanc annonariam regionem prorsus pertinet. nihilo etiam magis pertinet, etsi verum sit, quod idem ait, Italiæ quasdam regiones fuisse quæ annonariæ vocarentur. Quædam sane ita appellatæ fuere, ut Tuscia & Picenum: sed illa ad distinctionem Tusciæ urbicariæ, hoc urbicarii Piceni. ceterum reliquæ omnes Italiæ provinciæ

vinciæ annonariæ haud minus fuere qnam Picenum & Tuscia, & sub illo generali nomine annonsriæ regionis cujus heic meminit Trebellius, comprehensæ sunt. sic nrbicaria regio, omnes provinciss suburbicarias comprehendebat. nunc expendenda sunt & discutienda Trebellii verba. dicit Tetricum correctorem totius Itsliæ esse ab Aureliano factum, *id est*, inquit, *Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis.* cum totam Italiam dixisset, nec tamen omnes Italiæ provincias enumerasset, addidit: *omnisque annonariæ regionis.* quibus verbis etiam complexus est ceteras Italiæ provincias, quas non nominavit, nt Histriam, Venetias, Liguriam: eademqne appellatione annonarlæ regionis eas qnoque censas fuisse, qnas enumeravit, aperte declarat. dictæ autem omnes Italiæ regiones annonariæ, & tota Italia annonaria regio, ab annonaria functione quam ad exercitnm comitatumque imperatoris alendum, qui semper, aut msxima parte adetat, conferre consueverat. hanc solam olim præststionem cum agnosceret, postea etiam tributo onerata est. Aurelius Victor in Maximiano Herculio: *parte Italiæ invectum tributorum ingens malum: nam cum omnis eadem functione moderateque ageret, quo exercitus, atque imperator, qui semper aut maxima parte aderant, ali possent, pensionis inducta lex nova, quæ sane illorum temporum modestia tolerabilis in perniciem processit.* per *functionem* intellige annonariam: per *pensionem*, tributum. sic in leg. xv. Cod. Theod. pensionem glebalem ab annonaria functione distinguit, tit. de indulg. deb. *ab omni intra Italiam jugatione quam munere annonariæ functionis absolvimus, etiam glebalem pensionem jubet serenitas nostra removeri.* alibi etism *functionem glebalem* vocat de gleba senatoria. annonariam illam functionem etiam urbicaria regio conferebat, ut constat ex leg. xiv. Cod. Theod. titulo quo supra: *quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit, etiam in largitionalibus titulis & emphyteuticis reip. prædiis custodiri mandamus.* & leg. xix. tit. tributa in ipsis speciebus inferri: *quod peræque in omni vino quod ex urbicaria regione confertur, observandum esse censemus.* hoc igitnr differebant annonsriæ & urbicariæ regiones, quod urbicariæ utique & annonariæ fuerint, id est annonariam functionem præstiterint: at non omnes annonariæ, urbicariæ etiam appellatæ. nam Italiæ omnes regiones sic dicebantur proprie, vel quod olim solæ hujusmodi functioni essent obnoxiæ exemptis urbicariis: vel nt ab urbicariis distinguerentur hoc appellationis discernienlo, cum utræque tamen idem præstationis onus munusque subirent. de urbicariis porro provinciis qnæ sit earnm denominationis ratio, quænam ipsæ sint aut ubi sitæ, eædemne urbicariæ cum snburbicariis an diversæ, doctissimi quæsiverunt hujus ætatis homines. inter multas & varias hoc vel illud sentientium, & inter se dissentientinm opiniones, occasione data, qnæ si nnnc amitteretur, haud alias fortasse tam opportunsm se præberet, non dnbitabo qnid de illis mihi sententiæ sit heic paucis ostendere. sciendum est igitur hoc primum, urbicariarum regionum non aliunde peti posse aut debere rationem nominis quam ab nrbe: deinde secundum hanc appellationis suæ causam non alias fingi cogitarive posse quam quæ nrbi ita proximæ essent, nt nullis quasi proximioribus potuerit istud nomen aptari. ab nrbe, *urbicus, urbicarius* & *urbanus* [illegible] synonyma sunt. inde urbica & urbicaria & nrbana præfectura dicebatur. urbici & urbani & nrbicarii de scurris & mimis. urbani & scurræ olim iidem. Plautus: *urbani homines quos scurras vocant.* Græci ἀστείους καὶ εὐτραπέλους appellarunt. media Latinitas *scurras* histriones & mimos appellavit. unde *scurræ mimarii*, & *scurræ mimici*

apud

apud hos auctores multis locis. Prudentius:

Dum scurra saltat fabulam.

urbanos igitur qui iidem olim cum scurris, etiam mimos & histriones vocaverunt. Catullum mimographum *urbanum* appellat Juvenalis:

— urbani phasma Catulli.

idem Atellanarium *urbicum* dixit.

Urbicum exodiorisum movet Atellanæ.

Fulgentio *urbicarius*. sic regiones urbicariæ, & urbanæ & urbicæ quoque possunt dici. si urbicarium & urbanum idem; profecto suburbanum, & suburbicarium idem quoque esse plus quam necesse est. suburbicariæ igitur provinciæ eædem fuerint cum suburbanis. rursus oportet urbicarias & suburbicarias easdem fuisse. nam si urbicariæ provinciæ ab urbe denominationem sumpserunt, & ita dictæ sunt urbi vicinæ regiones, & circumjacentes urbi: nullum potest esse dubium quin & suburbicariæ eædem quoque sint, quæ & idem omnino significant. suburbicariæ enim sunt quæ sub urbe sunt. qui rationes non audiunt, testimoniis saltem credant. auctores passim confundunt urbicarias & suburbicarias regiones. Cajus & Theodosius de limitibus agrorum, *Tuscia urbicaria* meminerunt. in Cod. Theod. suburbicaria appellatur leg. XII. de indulg. deb. *Picenum & Tusciam suburbicarias regiones septimam tributorum ad supputationem professionis antiquæ per universos titulos jubemus agnoscere*. Picenum *suburbicaria regio* in hac eadem lege vocatur. suburbicarium in Notitia imperii: *consulares, Flaminia & Piceni annonarii, Tusciæ & Umbriæ, Piceni suburbicarii.* eadem Notitia: *sub dispositione Præfecti prætorio Italiæ decem & septem: Venetiæ, Æmiliæ, Liguriæ, Flaminiæ & Piceni annonarii, Tusciæ & Umbriæ, Piceni suburbicarii.* ibidem: *provinciæ consulares, Campaniæ, Tusciæ & Umbriæ, Piceni suburbicarii.* quod *suburbicarium* illis omnibus locis nominatur. Notæ litterarum Petri Diaconi, Magnonis & Papiæ urbicarium vel orbicarium nuncupant. Petrus Diaconus: PIC. ORB. *Piceno orbicario.* quod perperam scriptum est pro *urbicario.* corrigendum igitur. PIC. VRB. *Piceno urbicario.* apud Papiam ita etiam legendum: PIC. VRB. *Piceno urbicario.* PIC. *Picenum.* recte apud Magnonem de Notis juridicis:

PIC.	*Piceno.*
PIC. ANN.	*Piceno annonario.*
PIC. VRB.	*Piceno urbicario.*

dicat quisque quod voluerit: quantumlibet garriant imperiti: quibus solemne est nugas effutire, effutiant: urbicariæ tamen regiones eædem erunt cum suburbicariis. de nomine quoniam peractum est, & satis ex iis quæ diximus constat, urbicarias & suburbicarias easdem esse, atque ita dictas fuisse regiones quæ urbi circumjacebant: nunc illud superest dicendum ac docendum quos usque ad fines procurrerint istæ urbicariæ, & ubi earum terminus hæserit, steteritque. quidam enim hodie illarum regionum limites ita late patere voluerunt, ut parum abfuerit quin de urbicariis orbicarias facerent. nulla olim fere colonia fuit in Italia, nullum municipium, nulla præfectura quæ non certum agri modum adscriptum assignatumque haberet, cujus intra fines, ejus ad quem pertineret coloniæ vel municipii vel præfecturæ magistratui vis dicendi, coercendique libera potestas esset. territorium Latini dixerunt illum agri modum intra quem coloniæ vel municipii jurisdictio coercitioque esset. Glossæ: *territorium*, ἀρχὸς ἐπὶ χωλαυίας, ἐπιπίχειρμα, ἐνορία, περίχωρος. notum est ex Pomponio D. de verb. signif. *territorium esse universitatem agrorum intra fines cujusque civitatis. quod ab eo dictum quidam ajunt, quod magistratus ejus loci intra fines eos terrendi, id est summovendi jus habet.* Frontinus territorium putat esse dictum, *quod hostis terrendi causa constitutum esset.* quæ omnia sunt falsa & inepta: nec enim *territorium* à terrendo, sed compositum

voca-

vocabulum ab antiqua voce *tores* quæ terminum significabat, *& terra*. hinc *territorium* illud omne terræ vel agri spatium certis terminis definitum delimitatumque, intra quod jurisdictionem civitas aliqua habere deberet. *torem*, ut dixi, vel *torrem* veteres terminum vocabant. cujus vocis vestigium remansit in dictione *exterris*, qui extra torrem, id est limitem pulsus est, ὁ ἐξορισθεὶς. ut *exsul* qui extra solum. antiqui autem *torem* pro torre dicebant. non enim geminabant consonantes. sic *torum* pro torrum vel torridum. vide Festum. torris limitis etiam mentio in fragmentis de limitibus: *limitem torrem, hoc est torum sine dubio invenies*. sed de his alibi. territorium ἐνορίαν Græci interpretantur. Glossæ: *territorium*, ἐνορία. ad verbum est quod hodie *finagium* vocamus. sic enim hodie territoria oppidorum & pagorum vocare consuevimus. id Græcis ἐνορία. nam ὅρος est terminus & ἔνορος. Glossæ: *cippus* ἔνορος λίθινος. id est terminus lapideus. Joannes Pediasimus: ἐν ταῖς τῶν χωρογραφιῶν ἀρχαῖς εὑρίσκομεν πέτρας ὀξείας, ἢ πύργους, ἢ λαβύρινθα τεθεῖσθαι ὡς ἔνορα. ita enim ibi habet codex Palatinus, non σύνορα. sic *fines* pro regionibus apud veteres. *in illis finibus*, pro in illis regionibus. *regiones* etiam pro territoriis dicebant. Sæculus Flaccus: *regiones autem dicimus intra quarum fines, singularum coloniarum, aut municipiorum magistratibus jus dicendi coërcendique est libera potestas*. πάγοι τῆς πόλεως vocat Eusebius in epistola Sabini præfecti prætorio Latina quam Græce reddidit: πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πραιποσίτους τοῦ πάγου ἑκάστης πόλεως. sed ibi omnino legendum puto: καὶ τοὺς πραιποσίτους τῶν πάγων ἑκάστης πόλεως. nec dubito fuisse in Latino: *& præpositis pagorum uniuscujusque civitatis*. paulo post in eadem: τοὺς κατ᾽ ἀγροὺς ἐπιτεταγμένους eosdem appellat: λογισταῖς καὶ στρατηγοῖς, καὶ τοῖς κατ᾽ ἀγροὺς ἐπιτεταγμένοις. præpositi pagorum dicuntur in Cod. Theod. de erogatione militaris annonæ: *ut procuratores seu susceptores vel præpositi pagorum & horreorum eam comparent*. certa illa & indubitata correctio apud Eusebium τῶν πάγων τῆς ἑκάστης πόλεως. id est, *pagorum qui intra cujusque civitatis fines sunt siti*. singuli enim quique pagi ejus urbis intra cujus territorium erant positi, jurisdictioni subjacebant. Sæculus Flaccus de condit. agrorum: *sed & pagi sæpe significanter finiuntur, de quibus non puto quæstionem futuram, quorum territoriorum ipsi pagi sunt, sed quatenus territoria: quod tamen intelligi potest vel ex hoc, magistri pagorum, quod pagos lustrare soliti sunt, uti tradamus quatenus lustrarent. magistri pagorum* Sæculo sunt, qui Eusebio & Theodosio *præpositi pagorum*. sequitur apud eumdem Sæculum: *si vero de ipsis pagis quæstionem quis moveat, ampla rei negotium movebitur. respiciendum tamen, ut sæpe diximus, quibus ex utroque locantur. nam & quoties militi prætereunti, aliive cui comitatui annona publica præstanda est, si ligna aut stramenta deportanda, quærendum quæ civitates quibus pagis hujusmodi munera præbere solitæ sint*. τοὺς ἀμφὶ πόλιν ἀγροὺς vocat Eusebius histor. Eccles. lib. IX. καὶ τὸν θεὸν δὴ κελεῦσαί φησιν, ὑπερορίους τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν, ὡς ἂν ἐχθροὺς αὐτοῦ Χριστιανοὺς ἀπελάσαι. territorium civitatis hodie vocamus *banleucam* vel *bannileugam*. & pagi qui in territorio alicujus civitatis sunt siti, dicuntur *esse in banleuga* urbis illius. de qua voce alii dixerunt, & nos alibi dicemus. quibusdam coloniis & municipiis nulla erat extra muros urbis jurisdictio. Hyginus de limitibus agrorum: *sunt nihilominus quædam municipia quibus extra murum nulla sit jurisdictio*. Sæculus Flaccus de condit. agrot. *aliquibus vero auctores divisionis reliquerunt aliquid agri eis quibus abstulerunt, quatenus haberent jurisdictionem: aliquos intra muros cohibuerunt*. quod igitur aliis urbibus, coloniis & municipiis *territorium*, hoc urbi Romæ

mæ *urbicariæ regiones* fuere vel *ſuburbicariæ*. numero etiam ſingularitatis *urbicariam regionem* dixerunt. Cod. Theod. *vinum quod ex urbicaria regione confertur. urbicariæ regiones*, ἀμφὶ τὴν πόλιν χῶραι, ἡ περὶ πόλιν χώρα, unica voce, ἡ περίχωρος, *urbicaria regio*: intra quam ſcilicet urbico magiſtratui, hoc eſt urbis præfecto, jus dicendi coercendique poteſtas eſſet. non enim intra muros cohibita fuit urbica juriſdictio. nec rurſus libera & indefinita juris paſſim exercendi licentia totam Italiam pervagata eſt, ſed aliarum omnium minorum civitatium more & conſtituto, certa habuit regionum ſpatia vice territorii quatenus procurreret & extenderetur. uſque ad centeſimum porro lapidem iviſſe præfecturæ urbanæ extra urbem in jure dicundo poteſtatem, inter omnes convenire video. Caſſiodorus in formula urbanæ præfecturæ: *ditioni tuæ non ſolum Roma commiſſa eſt, quamvis in illa contineantur univerſa, verum etiam intra centeſimum milliarium poteſtatem te protendere, antiqua jura voluerunt: ne tantæ civitatis judicem muralis agger includeret, cum Roma omnia poßideret.* aliis auctoribus qui cognitionis præfecti urbis intra centeſimum lapidem coercitæ meminerunt, teſtimonium denunciare prorſus ſupervacaneum eſt. regiones igitur omnes extra urbem intra centeſimum illum lapidem, quouſque urbica juriſdictio ingrediebatur, urbicariæ dictæ & ſuburbicariæ. hinc ſemper urbs & urbicariæ regiones una ambulabant. ἡ πόλις καὶ αἱ περὶ πόλιν χῶραι. *urbs & urbicaria regio*: ἡ πόλις καὶ ἡ περίχωρος. nam quæ *urbicaria regio* dicitur in Cod. Theod. de toto illo tractu qui urbi circumjacebat, & ſuberat juriſdictioni præfecti urbis, *Romana regio* vocatur in antiquo lapide:

POLLIO. IVLIO. CLEMANTIANO
SVBVENTORI CIVIVM
NECESSITATIS. AVARITIÆ
DEFENSORI. LIBERTATIS
REDONATORI. VIÆ. POPVLI
OMNIVM. MVNERVM. RECREATORI
VNIVERSA. REGIO. ROMANA
STATVAM. COLLOCAVIT
CVRANTE CL. PLOTIANO.

univerſa Romana regio, & *univerſa urbicaria regio* idem eſt. quo nomine ἡ πᾶσα περίχωρος τῆς πόλεως ἢ τῆς Ῥώμης intelligitur. ſic *omnem annonariam regionem* heic Trebellius de tota Italia quæ annonaria erat. urbem & Romam dicere idem erat. nam Roma, ut pueri ſciunt, per excellentiam *urbs* dicebatur. Stephanus ἐθνικογράφος in voce Ἀλεξάνδρεια. ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται ὕρψ. hinc *Romana regio*, eadem cum *urbicaria*. urbi autem adeo connexæ iſtæ provinciæ urbicariæ, ut nunquam ab urbe disjungerentur: & quemadmodum urbs ab Italia ſeparatur, ut cum dicitur urbe & Italia alicui interdici, ſic urbicariæ regiones ab Italia ſeparantur duobus aut tribus locis in Cod. Theod. cui urbe interdicitur, non dubium eidem quoque urbicariis regionibus interdici. ex ſeptemdecim vero Italiæ provinciis nulla tota aut integra intra centeſimum illud ab urbe milliarium fuiſſe reperitur incluſa, ſed pars Piceni tantum ab uno latere, & pars Tuſciæ ab altero. unde factum ut pars illa Tuſciæ, quæ urbi propinqua & intra terminos urbicæ juriſdictionis erat concluſa, *Tuſcia urbicaria* vel *ſuburbicaria* diceretur: altera vero pars, quæ extra urbici territorii fines eſſe inveniebatur, Italiæ accenſeretur, & *annonariæ Tuſciæ* nomine cognoſceretur. idem de Piceno dicendum. & hanc rationem putamus eſſe, quare nullæ aliæ ex Italiæ provinciis præter has duas, Picenum, inquam, & Tuſciam, apud auctores nominatim dictæ inveniantur *annonariæ*, aut *ſuburbicariæ*. nam ex duabus Tuſciis, vel potius ex duabus Tuſciæ partibus, pars illa quæ propter vicinitatem urbis juriſdictioni urbicariæ adſcripta erat, *urbicaria* dicebatur ad diſtinctionem

ctionem alterius, quæ quod longius esset posita quam ut terminis urbanæ præfecturæ cognitionem coërcentibus comprehendi quiret, Italiæ accensebatur, & recensebatur inter regiones annonarias. nec secus de Piceno. hinc *Picenum annonarium*, & *urbicarium* legimus: *Tusciam annonariam*, & *urbicariam*. Campaniam annonariam non legimus, ideo quod nulla erat Campania urbicaria: nec Samnium annonarium, quia nullum Samnium urbicarium à quo distingui deberet. sic de Apulia, Lucania, Calabria, & reliquis Italiæ provinciis quarum nulla non annonaria fuit, nulla tamen annonaria nominatim appellata est. quid enim opus erat, exempli gratia, *Calabriam annonariam* appellare, cum nemo in eo posset errare, nec de alia Calabria intelligere quam de annonaria? sed cum duæ essent Tusciæ, altera urbicaria, altera annonaria; duo item Picena, alterum urbicarium, alterum annonarium: necessatio horum appellationum adjectione distinguendæ fuere illæ provinciæ ne confundi possent. illud vero valde animadversione dignum, nec omittendum, ita semper distinctas & disjunctas fuisse provincias urbicarias vel suburbicarias, ab annonariis, ut satis constet duas Tuscias, urbicariam & annonariam, quamvis adeo vicinas, ut una magis quam duæ provinciæ censeri possent, nunquam ab uno eodemque judice administratas esse, cum tamen Tuscia annonaria non sola per se administraretur, sed cum Umbria juncta unum rectorem acciperet. sic Picenum quoque annonarium ita semper ab urbicario Piceno divisum separatumque est, ut nunquam eumdem consularem habuerit, sed potius cum Flaminia jungeretur, & ab uno eodemque præside regeretur. hinc illud est quod Trebellius hoc loco in enumeratione provinciarum Italiæ non Tusciam aut Picenum separatim nominet, ut Calabriam, Apuliam, Lucaniam & reliquas, sed Tusciam cum Umbria junctim proferat, & Picenum cum Flaminia. sic enim loquitur: *totius Italiæ, id est, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis.* ita distinguendum est in verbis Trebellii. ubicumque igitur legeris correctorem aut consularem Tusciæ & Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, semper de Tuscia annonaria, & Piceno annonario tibi erit accipiendum. infinitis locis veteres inscriptiones habent mentionem consularis Piceni & Flaminiæ, consularis Tusciæ & Umbriæ, & modo consularem, modo correctorem nominant. in Notitia imperii etiam Tuscia annonaria, & Umbria uni consulari dantur regendæ: Picenum annonarium & Flaminia uni item consulari. cum igitur Tetricum totius Italiæ correctorem ab Aureliano factum esse dicit Trebellius, correctorem eum etiam urbicariis regionibus datum esse minime intelligendum. Italia enim ab urbe, & annonaria regio ab urbicaria separatur: sed annonariæ regiones cum Italia incedunt, urbicariæ cum urbe. *tota Italia*, & *omnis annonaria regio* apud Trebellium, quod ad significationem, eadem omnino res est. qui totius Italiæ corrector erat, idem omnis annonariæ regionis etiam fuisse corrector censendus est. sic qui urbi præfectus fuit, idem & urbicarias regiones sub se habuit. rationalis rei privatæ per urbem Romam, fuit & per urbicarias regiones. alius enim erat rationalis rei privatæ per Italiam, hoc est per annonariam regionem. sic & procurator rei privatæ per urbem & urbicarias regiones in Notitia imperii. sic urbis olim Episcopus dioecesim suam habuit urbicariarum vel suburbicariarum provinciarum limitibus definitam & circumscriptam, quod pluribus confirmare non hujus est loci nec temporis. de suburbicariis & annonariis provinciis satis est mihi ad hunc locum dixisse quæ ad

cum

lum vivere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt, quum illum ſæpe collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam imperatorem appellaret.

DE TETRICO JUNIORE, XXIV.

HIc puerulus à Victoria Cæſar eſt appellatus, quum illa MATER CASTRORUM ab exercitu nuncupata eſſet. qui & ipſe cum patre per triumphum ductus, poſtea omnibus ſenatoriis honoribus functus eſt, illibato patrimonio, quod quidem ad ſuos poſteros miſit, [1] ut Gellius Fuſcus dicit, ſemper inſignis. Narrabat avus meus, hunc ſibi familiarem fuiſſe, neque quemquam illi ab Aureliano, aut poſtea ab aliis principibus, eſſe prælatum. Tetricorum domus hodieque extat, [2] in monte Cælio [3] inter duos lucos con-

tra

cum illuſtrandum facere viſa ſunt. cum hanc meam de provinciis urbicariis ſententiam ante triennium doctiſſimo & amiciſſimo meo Jureto communicaſſem & probaſſem, ne primus in evulgandis eſſem, quæ de hac re mihi videbar primus obſervaſſe, occupavit edito de ſuburbicariis & Eccleſiis libello eruditiſſimus & amiciſſimus juvenis Jac. Gothofredus, celeberrimi clariſſimique Juriſconſulti Dionyſii Gothofredi doctoris mei filius. ſic,

Quoniam occuparat alter ne primus forem,
Ne ſolus eſſet ſtudui, quod ſuperfuit.

1 *Ut Gellius Fuſcus dicit, ſemper inſignis.*] Palatinus: *Agellius* habet. an *Avellius Fuſcus*? Atellium Fuſcum conſularem ſupra habuimus in Piſone, ſed quem eumdem cum hoc eſſe non niſi temere poteſt adfirmari.

2 *In monte Cælio inter duos lucos.*] M. Manlii domum, ejus qui regnum affectavit, duobus lucis conveſtitam fuiſſe tradit Cicero pro domo ſua, his verbis: *M. Manlius cum ab aſcenſu Capitolii Gallorum impetum repuliſſet, non fuit contentus beneficii ſui gloria, regnum appetiſſe eſt judicatus: ergo ejus domum everſam duobus lucis conveſtitam videtis.* an hi duo luci fuerint, quorum heic mentio, nunc non eſt otium quærere.

GRUTERUS.

1 *Ut Gellius Fuſcus.*] Pal. *ut Dagellius Fuſcus.* forte, *ut Agellius Fuſcus.*

3 *Inter duos lucos.*] Haud aliter quoque Pal.

CASAUBONUS.

2 *In monte Cælio inter duos lucos contra Iſium Metellinum.*] Scripti, *inter duos locos.* corrupte. ſic alius Romæ locus dictus, *inter duos lauros.* cujus in Martyrologio fit mentio, III. idus Auguſti. Ἴσεον Latinis, *Iſium* & *Iſeum.* ſic ſtatim, *picturatum de muſio* etiam in membranis, id eſt, muſivo, ut uſitatius dicitur. erant plura jam Romæ templa Iſidis, diſtincta cognominibus.

tra Isium Metellinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, [1] utrique prætextam tribuens senatoriam dignitatem, [2] accipiens ab his [3] sceptrum, coronam civicam

1 *Utrique prætextam tribuens senatoriam dignitatem.*] Scrib. ex libris, *& senat. dig.* pictus erat Aurelianus dans utrique Tetrico prætextam; & simul senatoriam dignitatem, cujus insigne tum fuit prætexta.

2 *Accipiens ab his sceptrum, coronam civicam p.*] Quare *sceptrum*? nam de corona civica manifesta ratio est. de sceptro nihil potest afferri saltem probabile. sequamur igitur regium codicem, qui vocem illam expungit.

GRUTERUS.

1 *Utrique prætextam tribuens, & Senatoriam dignitatem.*] Sic & Pal. antea defuerat copula &, quæ tamen etiam in aliorum libris authenticis.

3 *Sceptrum, coronam civicam picturatam de museo.*] Pal. *sceptrum coronam cycli picturiæ demuseo.*

SALMASIUS.

2 *Accipiens ab his sceptrum, coronam civicam picturatam de museo.*] Quærunt heic eruditi viri quare sceptrum? ego de corona civica, quod illi indubitatum & certa ratione subnixum credunt, magis dubitem. ineptum sane & absurdum istos Tetricos, de quibus triumphavit Aurelianus, ipsi coronam civicam porrigere, non aliam ob causam, quam quod ab illo essent in triumphum ducti. rationem enim aliam nullam video. sceptrum igitur & coronam Aureliano dant isti Tetrici, quæ triumphantis erant insignia. sceptrum enim & coronam, & palmatam habebant triumphantes. Servius Danielis: *Æther*, inquit, *est Juppiter. unde etiam triumphantes habent omnia Jovis insignia, sceptrum, palmatam.* de corona autem, quam triumphantes gestabant, nibil est tritius aut vulgarius in Romana litteratura. non igitur tollenda vox, *sceptrum*, quæ heic omnino necessaria est. sceptrum etiam consules gerebant. vetus epigramma:

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis.

duces etiam olim cum sceptris curiam ingrediebantur. Servius: *apud majores, omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. postea cœperunt tantum ex consulibus sceptra gestare, & signum erat eos consulares esse.* ex *corona civica* quæ heic habetur, *coronam* tantum retinemus, *civicam* hinc facessere jubemus. coronam igitur & sceptrum accipiens à Tetricis pictus erat Aurelianus in illa Tetricorum domo, quæ triumphantium erant insignia, & vicissim ipse illis tribuens prætextam & senatoriam dignitatem. *civicam* autem addiderunt ad *coronam* correctores ex depravatis illis antiquæ scripturæ vestigiis, quæ sic habuit: *accipiens ab his sceptrum, coronam cycli, picturia de museo.* quæ corruptissima cum sint, corrigi tamen & persanari mihi posse videntur hoc modo: *accipiens ab his sceptrum, coronam, cyclum, picta omnia de museo.* scriptum erat compendiose: *pictaoia* unde *pictoria*, & *picturia*, & *picturiæ*, & *picturata* fecerant correctores. cyclus autem hoc est κύκλος, & patinam Græcis vel discum, & clypeum significat. sed κύκλος tantum apud poëtas pro clypeo sumitur. κύκλος apud πιζοχείρους de lance vel disco dicitur. Pollux: καθ' ἕκαστον δὲ οὓς μὲν δίσκους καλοῦσι, τρεῖς κύκλους ἀργυροῦς ἢ χθαμαλὰ ἀργυρᾶ ἢ πίνακας, ὥσπερ τοὺς λαΐκλους ὀνομαζομένας. Hesychius: μαζόνομον, κύκλον, ἢ ξύλινον πίνακα. *cyclum* igitur, id est discum, Græca voce heic dixit Trebellius & clypeatam imaginem intellexit. nam propter clypeorum & discorum similitudinem, quem Latini clypeum, id est clypeatam

civicam [1] picturatam de museo. [2] Quam quum dedicasset, Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse convivio.

DE TREBELLIANO, XXV.

[3] PUdet jam persequi quanti sub Gallieno fuerunt 26
tyranni, vitio pestis illius: siquidem erat in eo ea luxuria

tam imaginem vocant, Græci *κύκλον* & *δίσκον* appellant. *δίσκυς* ita accipi apud Paulum Silentiarium infra notabimus ad vitam Claudii. Constantinus de imperio *μυσιέρια ἀνάγλυφα* eodem sensu dixit, hoc est *missoria cælata*, *πίνακας ἀναγλύφυς* idem significare Græcis docemus ibidem. nam *πίναξ* lanx est. imagines igitur quæ thorace tenus erant expressæ, ut Græcis *θώρακες* καὶ *θωρακίδες* & *ὅπλα*, sic Latinis *clypei* & thoraces, & thoraculæ. easdem etiam *δίσκυς* & *κύκλυς* dixerunt à similitudine quam habent disci & lances ad clypeos. *cyclum* hoc loco vocat Trebellius. nam *κύκλος* est discus. *cyclus* autem, id est clypeata imago, heic cum corona jungitur, ut apud auctorem Panegyrici Constantino Augusto Constantii filio dicti, *scutum & corona*. nam scutum etiam pro imagine: *merito igitur tibi Constantine imperator, & senatus signum Dei, & paullo ante Italia scutum & coronam, cuncta aurea dedicaverunt*. sic apud Philonem legatione ad Carum *στέφανοι* καὶ *ἀσπίδες* junguntur: *σιωπῶ τὰς συμπερφθείσας τῶν αὐτοκρατόρων τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρύσων*. nihil verius nostra emendatione. *στηθάρια* recentiores Græci vocarunt hujusmodi imagines usque ad pectus pictas. Chronicon Alexandrinum: καὶ ποιήσας τὸν εἰκόνα αὐτῦ τὸ ἀδελφῦ ἐκτύπωμα τὸ χαρακτῆρα αὐτῦ χρυσῦν στηθάριον, στήλην ἔθηκεν ἐν τῷ θρόνῳ αὐτῦ ἐν ᾧ ἐκάθητο. & alio loco: καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἀφιερώθησαν στηθάρια τρία ἐν τῷ συγκλήτῳ Ὀνωρίυ καὶ Θεοδοσίυ Αὐγύστων καὶ Πυλχερίας Αὐγύστης. idem alibi: ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ στηθάριον ἀληθινὸν μικρὸν τῦ βασιλικῦ χαρακτῆρος Ιυστίνυ.

1 *Picta omnia de museo.*] Ita vetus liber. museum & musium, nam utroque modo dicebatur, est quod alii *musivum* appellant. sic *ᾠδεῖον*, *odeum* & *odivum* dicebant. sic *ἀρχεῖον* *archium*, & *archivum*. *sub dio & sub divo*. Græci *μυσεῖον* vocant. à *musio* vero opus *musiacum*. quod vulgo unius litteræ trajectione, *mosaicum* appellamus. non enim *mosaicum* à *μυσεῖον*, ut *archaicum* ab *ἀρχαῖον*, ut doctissimus vir opinatur. *museum* autem secunda brevi ἀπὸ τῦ *μυσεῖον*, ut conopeum ἀπὸ τῦ *κωνωπεῖον*. Horatius: *sol aspicit conopeum*. sic museum, & musium, & musivum pro eodem dicebant.

3 *Pudet jam persequi.*] *Pudentia est persequi.* ita legit Palatinus, non prorsus male. *pudentiam* enim pro *pudore* posuit.

CASAUBONUS.

2 *Quam cum dedicasset, A.*] *Dedicasset* pro dedicaret, more frequenti & seculo, ut ante observabamus. non enim post dedicationem, sed in ipsa ejus domus dedicatione habitum id convivium. sic enim fuit moris, ut ad sextum librum Suetonii observabamus. vide Senecam epistola LXXVI. & Plinii ad Trajanum epistolam CXVII. libro decimo.

luxuria, ut rebelles plurimos mereretur; & ea crudelitas, ut jure timeretur. [1]Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem, ipsis Isauris sibi ducem quærentibus, quem quum alii archipiratam vocassent, ipse se imperatorem appellavit. Monetam etiam cudi jussit, Palatium in arce Isauriæ constituit: qui quidem [2]quum se in intima Isaurorum loca munitus difficultatibus locorum & montibus contulisset, aliquamdiu apud Cilicas imperavit. [3]Sed per Gallieni ducem Causisoleum natione Ægyptium, fratrem Theodoti, qui Æmilianum ceperat, [4]ad campum deductus, est victus & occisus. Neque tamen postea Isauri, timore ne in eos Gallienus sæviret, ad æqualitatem perduci quavis principum humanitate potuerunt. [5]Denique post Trebellianum pro Barbaris habentur, & quum in medio Rom. nominis solo regio eorum sit, novo genere custo-

GRUTERUS.

3 *Pudet jam persequi.*] Amplectar quæ est in Palat. à manu secunda: *Pudentia est persequi.*

CASAUBONUS.

1 *Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem.*] Aut desunt aliquot verba, quæ nec in manu exaratis apparent, aut scribendum est, *Quare & Trebellianus factus in Isauria princeps: ip.*

2 *Cum se in intima Isaurorum loca m.*] Reg. *in intima & tuta Is. l.*

5 *Denique post Trebellianum pro barbaris habentur, &c.*] Scribebat ista Trebellius Diocletiano imperante: sed ex Ammiano Marcellino discimus, ne multo post quidem, Romano imperio jugum Isauros submisisse. nam in Constantii rebus scribit: *Isauri quibus usitatum est, sæpe pacari, sæpeque inopinis excursibus cuncta miscere, ex latrociniis occultis & raris, aiente impunitate adolescentem in pejus audaciam, ad bella gravia proruperant.* & alio loco scribit idem, Isauriam antea mœnium potentem, olim fuisse subversam, ut rebellatricem internecivam. narrat tamen Flavius Vopiscus, Probum imperatorem, cum Orientem peteret, omnem Isauriam liberasse, & totam recepisse. sed non diu fidem servarunt, ut constat ex hoc loco.

GRVTERVS.

1 *Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem.*] Hæc quoque est scriptura codicis Palatini, defectuosa nihilominus, nisi forte *fautum* legendum, Latineque dicitur *favere in aliquem.*

2 *In intima & tuta Isaurorum.*] Haud aliter rursus Pal. vulgatis male aberat illud, *& tuta.*

3 *Sed per Gallieni ducem Causisoleum.*] Pal. *Causisoleum novo genere custodiarum.* Non aliter quoque Pal. malebat tamen Petrus Pithœus, *clusarum*, qui videatur lib. 1. Advers. cap. 14.

SALMASIUS.

3 *Sed per Gallieni ducem Causisoleum.*] *Camsisoleum.*

4 *Ad campum deductus, est victus, & occisus.*] *Ad campum deductus, victus est & occisus.*

1 Nam

custodiarum quasi limes includitur, locis defensa non hominibus. [1] Nam non sunt statura decori, non virtute graves, non instructi armis, non consiliis prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi adiri nequeunt: [2] quos quidem divus Claudius pene ad hôc perduxerat, ut à suis semotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amicissimis omnem Isaurorum possessionem, ne quid ex ea postea rebellionis oriretur.

DE HERENNIANO, XXVI.

ODenatus moriens duos parvulos reliquit, Herennianum & fratrem ejus Timolaum: quorum nomine Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam fœminam decuit, Remp. obtinuit, [3] parvulos Rom. [4] imperatoris [5] habitu proferens purpuratos, eosdemque adhibens concionibus, quas illa viriliter frequentavit: Didonem & Semiramidem, & Cleopatram sui generis principem inter cætera prædicans. Sed de eorum exitu incertum est. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte sua esse consumptos: siquidem Zenobiæ posteri etiam nunc Romæ [6] inter nobiles manent. 27

1 *Nam non sunt statura decori.*] *Staturæ decori.* idem liber.

CASAUBONUS.

2 *Quos quidem divus Claudius p.*] In Claudii quæ sequitur vita, nihil de Isauria Trebellius. & fortasse Claudium hic nominat loco Probi. de quo similia referuntur à Vopisco.

5 *Habitu proferens purpuratos.*] Scripsi, *præferens.*

SALMASIUS.

3 *Parvulos Romani imperatoris habitu proferens purpuratos.*] *Praferens purpuratos.* Palat. Romani autem imperatores soli purpurati, eorumque proprium gestamen purpura. supra in Ballista: *multi & sumpsisse illum purpuram, ut Romano more imperaret, exercitum duxisse, & ille se plura promisisse dixerunt.*

GRUTERUS.

4 *Imperatoris habitu proferens purpuratos.*] Habet etiam Palatinus *præferens*, quod & alii in suis invenerunt.

6 *Inter nobiles manent.*] Pal. *maneat.* forte *maneant.*

DE TIMOLAO, XXVII.

28 DE hoc ea putamus digna memoria quæ de fratre sunt dicta. Unum tamen est quod eum à fratre separat, quod tanti fuit ardoris ad studia Romana, ut brevi consequutus quæ insinuaverat grammaticus, esse dicatur: [1] potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.

DE CELSO, XXVIII.

29 OCcupatis partibus Gallicanis, Orientalibus, quinetiam Ponti, Thraciarum, & Illyrici, dum Gallienus popinatur & balneis ac lenonibus deputat vitam, Afri quoque autore Vibio Passieno, proconsule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, Celsum imperatorem appellaverunt, [2] peplo deæ Cælestis ornatum. [3] Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat: sed ea justitia, & corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem, Gallienam nomine, consobrinam Gallieni, septimo imperii die interemptus est, atque adeo etiam inter obscuros principes

vix

CASAUBONUS.

1 *Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.*] *Facere* pro evadere vel fieri. insolens loquendi modus.

2 *Peplo deæ Cælestis ornatum.*] Quia aliunde purpura non suppetebat ad amiciendum novum Augustum necessaria, detraxerunt hujus deæ simulacro. sic Saturninus, auctore Vopisco, deposita purpura ex simulacro Veneris, adoratus est. vide ad Gordianos. Quod autem soliti fuerint veteres simulacra suorum numinum vestibus inducere, ne tirones quidem nesciunt.

3 *Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat.*] *Privatus ex tribunis*, id est, jam privatus, qui fuerat ante tribunus. sic, *ex ducibus*, & similia. de quibus supra.

SALMASIUS.

1 *Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.*] Eleganti locutionis genere, *rhetorem facere* heic dicitur, qui fit rhetor, vel rhetor evadit. quasi qui de se gignit & dat rhetorem. non dissimili modo Spartianus dixit, *hastam duas partes facere*, quæ per medium in duas partes scinditur, ita ut ex una duæ quasi fiant hastæ. paulo aliter apud Vegetium plaga dicitur *vermes facere*, quæ vermibus ebullit.

1 B

vix relatus est. Corpus ejus à canibus consumptum est, Siccensibus qui Gallieno fidem servaverant perurgentibus: [1] & novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo, quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.

DE ZENOBIA, XXIX.

[2] OMnis consumptus est pudor: siquidem fatigata Repub. eo usque perventum est, ut Gallieno nequissime agente, optime etiam mulieres imperarent. [3] Et quidem peregina, nomine Zenobia, de qua jam 30

CASAUBONUS.

1 *Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Id vero non novum, ut concepta contra aliquem ira à populo effundatur in ejus imagines. In Philopœmene Plutarchi exemplum est judicii habiti de imaginibus & statuis defuncti, ceu de vivo ipso: & sunt aliæ apud eundem similes historiæ. Solitos autem Græcos Latinosque damnatorum imagines dejicere, lutare, frangere, scalis Gemoniis inferre, omni denique contumeliæ genere afficere, notissimum. quid igitur appellet Pollio novum injuriæ genus, non video.

SALMASIUS.

1 *Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo.*] Novum videri nolunt hoc injuriæ genus eruditissimi viri, sed antiquum esse contendunt. vetus erat enim, ut in imagines & statuas sæviret populus, easdem dejiceret, confringeret, conflaret, luto etiam aspergeret, dum putaret in tyrannos ipsos, quorum imagines ita injuriose tractabantur, injuriam redundare. sed heic non de illa statuarum dejectione agitur in damnatis vel tyrannis usitata. nam novo plane more, & injuriæ genere imaginem Celsi ad vivum expressam, & de industria sic effictam, in crucem sublatam intelligit, insultante vulgo, quasi ipse Celsus in cruce illa penderet. qui mos etiam hodie plane servatur in reis absentibus judicatis & capitis damnatis, quorum imago, eadem prope forma, eodemque genere à carnifice in patibulum defertur & suspenditur, qua ipsi rei, si adessent, idem supplicium ex sententia reapse subituri. novum igitur hoc injuriæ genus, cui simile in tota historia sive Græca, sive Romana non reperias; quo imaginem Celsi Siccenses illi, pro ipso Celso patibulo affixerunt.

2 *Omnis consumptus est pudor.*] *Omnis jam consumptus est pudor.* ita reponendum.

GRUTERUS.

1 *Novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Vocat novum genus injuriæ, nullo exstante exemplo ubi tale quid accidit imperatori. immo ne facile quidem occurrit exemplum ejus, cujus imago cruci affixa, tanquam in ea puniretur ipsemet reus.

2 *Omnis jam consumptus est pudor.*] Sic Palatinus. vulgatis aberat vocula *jam.*

3 *Et quidem peregrina, nomine Zenobia.*]. Pal. *Et quidem peregrina enim nomine Zenobia:* ut forsan illa *Et quidem,*

jam multa dicta ſunt, [1] quæ ſe de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret, [2] poſt Odenatum maritum [3] imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu, donis

ſint à mala manu, ſcriptumque ſolummodo fuerit: *Peregrina enim, nomine Zenobia.*

CASAUBONUS.

1 *Quæ ſe de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret.*] In Herenniano: *Cleopatram ſui generis principem inter cætera prædicans.* *Cleopatras* autem dicit, quia in proſapia Ptolemæorum plures fuerunt Cleopatræ.

3 *Imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu.*] Scribo, *imperialis ſaguli perfuſo per humeros habitu.*

GRUTERUS.

2 *Poſt Odenatum maritum imperiali ſagulo perfuſo humeros habitu, donis ornata, &c.*] Nihil in his variat Palatinus noſter.

SALMASIUS.

3 *Imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu donis ornata.*] Nihil conferunt veteres libri ad hujus loci reſtitutionem, qui hanc eamdem ſcripturam ſine diminutione & additione exhibent. docti viri vocem *donis* expungunt, & legunt: *imperialis ſaguli per humeros habitu ornata.* nec lectio placet, nec expunctio. conjicio legendum: *imperiali ſagulo perfuſo per humeros, habitu Didonis ornata.* conjiciant alii melius, & viros fatebor. ſagulo ornata fuiſſe heic dicitur Zenobia, Didonis habitu, à qua ſe originem ducere memorabat. Didonem autem ſic ornatam inducit poëta lib. IV. ejuſque habitum ita deſcribit:

Tandem progreditur magna ſtipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

ſagulum imperiale Zenobiæ tribuit Trebellius, at Virgilius purpuream chlamydem Didoni. ſagulum & chlamys idem. ſagulum autem imperiale, purpureum erat. idem Trebellius paulo poſt de habitu Zenobiæ: *proceſſit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam coclide, veluti fibula muliebri astricta, bracchio ſæpe nudo. ſagulo per humeros ornata* eſt τῇ χλαμύδι κατὰ τοὺς ὤμους ἐνεσκευασμένη. fibula enim per humeros ſubnexa erat illi veſtis, non circa pectus. nam bracchio ſæpe nudo agebat. Pollux: ὁ δὲ χειρὶς χιτὼν περόνη κατὰ τοὺς ὤμους διῄρητο. ἡ δὲ περόνη κατὰ τὰ στέρνα συνῆπτεν. vel ſimpliciter, *ſagulo per humeros ornata*, τὴν χλαμύδα κατὰ τῶν ὤμων ἔχουσα. Lampridius de Severo: *cum hirta clamyde humeros velaret.* non jungendum eſt, *perſuſo per humeros. ſagulum* autem *perfuſum* eſt βαπτὴ χλαμύς. *perfuſam purpura veſtem* Latini dicunt τὴν πορφυροβαφῆ. Virgilius:

Perfuſamque oſtro veſtem. ——

idem:

—— *& oſtro*
Perfuſæ veſtes, argenti aurique talenta.

ſic *perfuſum auro* τὸ χρυσοβαφὲς. *perfuſæ auro patinæ* apud Anaſtaſium ſunt quæ Græcis χρυσέμβαφοι hinc *perfuſa veſtis*, & *perfuſum ſagulum*, ut Græci βαπτὸν ἱμάτιον appellant. βαπτὸν autem vocant colorium & variis coloribus pictum veſtimentum, quod alias ἄνθινον dicunt Heſychius: ἄνθινον, ἀνθηρὸν, βαπτόν. Ariſtophanes:

Οὔθ' ἱματίων βαπτῶν δαπάναις
κοσμήσεις ποικιλομόρφων.

tunicas Gallorum verſicolores, βαπτοὺς χιτῶνας vocat Diodorus: Strabo βαπτὰς ἐσθῆτας· de Gallorum veſtitu: περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπ-
τὰς

nis ornata, diademate etiam accepto, [1] nomine filiorum Herenniani & Timolai diutius quam fœmineus sexus patiebatur, imperavit. Siquidem Gallieno adhuc regente Remp. regale mulier superba munus obtinuit: & Claudio bellis Gothicis occupato, vix denique ab Aureliano victa & triumphata, concessit in jura Rom. Extat epistola Aureliani, quæ captivæ mulieri testimonium fert. Nam quum à quibusdam reprehenderetur quod mulierem veluti ducem aliquem vir fortissimus triumphasset, missis ad senatum populumque Rom. literis, hac se attestatione defendit: *Audio P. C. mihi objici quod non virile munus impleverim, Zenobiam triumphando. Næ illi qui me reprehendunt satis laudarent,* [2] *si scirent qualis illa est mulier, quam prudens in consiliis, quam constans in dispositionibus, quam erga milites gravis, quam larga quum necessitas postulet,* [3] *quam tristis quum severitas poscat. Possum dicere illius esse quod Odenatus Persas vicit, ac fugato Sapore Ctesiphontem usque pervenit. Possum asserere, tanto apud Orientales & Ægyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Arabes, non Sarraceni, non Armeni commoverent. Nec ego illi vitam conservassem nisi eam scissem multum Rom. reip. profuisse, quum sibi vel liberis suis Orientis*

τοὺς φορῦζι καὶ χρυσοπάστους. ita vocat virgata & versicoloria Gallorum sagula. *βαπτὸν* ad verbum est *perfusum.* imperiale sagulum perfusum Zenobiæ, quæ Didonis habitu ornata erat, tribuit auctor, quod non solum purpureum esset, ut sunt imperialia sagula, sed etiam picto limbo variegatum, ut illud quo Dido apud poëtam ornatur:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

imperiale igitur *sagulum perfusum*, est purpurea chlamys picto limbo variata. quod enim Zenobiam Didonis habitu fuisse ornatam dicit Trebellius, non aliunde notum fuisse arbitror, quo genere vestis uteretur Dido, quam ex illo poëtæ loco, quem paulo ante retulimus.

CASAUBONUS.

1 *Nomine filiorum Herenniani & Timolai.*] Vel, ut alii scripserunt, Balati. Vopiscus in Aureliano.

GRVTERVS.

2 *Si scirent qualis illa est mulier.*] Palat. *quæ illa mulier.*

SALMASIVS.

3 *Quam tristis quum severitas postulet.*] *Tristis* enim, etiam severum significat. unde apud Ciceronem: *judex tristis & integer.*

rientis servaret imperium. Sibi ergo habeant propriarum venena linguarum hi quibus nihil placet. Nam si vicisse ac triumphasse fœminam non est decorum, [1] *quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium? Quid de divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam, quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare, idque occulte ac prudenter, ut illa servante Orientalis fines imperii,* [2] *ipse securius quæ instituerat perpetraret?* Hæc oratio indicat quid judicii Aurelianus habuerit de Zenobia: cujus ea castitas fuisse dicitur, [3] ut ne virum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nam quum semel concubuisset, expectatis menstruis continebat se, si prægnans esset; sin minus, iterum potestatem quærendis liberis dabat. [4] Vixit regali pompa, more magis Per-

1 *Quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium.*] Importuna est & ridicula heic Gallieni mentio. quid enim aliud de Gallieno homines loquerentur, quam quod ipsius viria postulabant? malam igitur institueret comparationem sui & Gallieni Aurelianus, cum satis constaret, nihil ab illo ganeone decorum potuisse fieri: nec mirum esse, si tulerit Zenobiam imperare, quam prohibere non potuisset. at de Claudio, quod subjicitur, id magis mirum, fortissimo constantissimoque duce, cujus exemplo se tuetur merito Aurelianus, qui dicit Claudium idcirco tantum passum esse Zenobiam imperare, quod aliis bellis occupatus distineretur, alias non passurum. non igitur sibi vitio ducendum Aurelianus dicebat, quod Zenobiam divicisset & triumphasset, cum id ipse Claudius fuerit facturus, si per bellicas ejus occupationes licuisset: qui ut securus, quæ instituerat, perageret, eam diutius tulit, quam par erat, non quod victoriam de tali muliere sibi probrosam aut inhonestam duceret. recte igitur heic vetus Palatinus hanc periodum non agnoscit. cujus auctoritate hunc locum sic legimus: *Nam si vicisse, ac triumphasse fœminam non est decorum, quid de Divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare,* &c.

2 *Ipse securius, quæ instituerat, perpetraret.*] *Ipse securus, quæ instituerat, perpetraret.* ita Pal.

3 *Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.*] Idem: *ut ne virum quidem suum scierit.*

CASAUBONUS.

3 *Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.*] Simile Pescennii elogium, vel dicam encomium apud Spartianum: *rei Venereæ*, inquit, *nisi ad procreandos liberos prorsus ignarus.*

GRUTERUS.

3 *Ut ne virum quidem sciret.*] Nihilo pejus Pal. *scierit.*

SALMASIUS.

4 *Vixit regali pompa, more magis Persico.*] Non aliud huic loco vitium insedit, quam quod perperam distinctus

Persico. Adorata est more regum Persarum. Convivata est imperatorum more Rom. Ad conciones galeata processit [1] cum limbo purpureo, [2] gemmis dependen-

den-

ctus est. sic igitur distingue: *vixit regali pompa: more magis Persico adorata est: more regum Persarum convivata est: imperatorum more Romanorum ad conciones galeata processit, cum limbo purpureo.* quam distinctionem omnino huic loco necessariam esse, non vidisse miror eruditos homines. ac primum quidem de adoratione, etsi adorabantur etiam Romani imperatores, non eodem tamen modo, quo Persæ. ideo dixit, more magis Persico adoratam fuisse. nam certo certius adoratos fuisse imperatores Romanos. unde *adorandæ sacræ purpuræ* tam frequens in libris mentio, & *sacros vultus adorare* sæpius legitur apud auctores. aliter etiam convivabantur Persarum reges & Romani. longe enim illi sumptuosius, & magis ex luxuriæ præceptis. solum igitur illud ex Romanis imperatoribus tenebat Zenobia, quod ad conciones militares galeata procedebat, quod erat Persarum regibus inusitatum & insolitum. sic supra de Herenniano & Timolao Odenati filiis: *quorum nomine Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam fœminam decuit, Remp. obtinuit, parvulos Romani imperatoris habitu purpuratos, eosdemque adhibens concionibus, quas illa viriliter frequentavit.*

1 *Cum limbo purpureo.*] Non potest heic *limbus* in vulgara significatione sumi pro fascia qua extremitates vestium ambiuntur & ornantur. pro veste igitur posuit quæ limbum habet, & nisi fallor cycladem intellexit. nam & cyclas, limbus est, & vestis limbo ornata per extremam oram. Glossæ: κυκλὰς ἡ περὶ τὴν χλαμύδα πορφύρα κύκλῳ, *limbus.* limbum etiam pro muliebri vestimento quod in imo purpuram habet se annotatum invenisse scribit Nonius: *Limbus, ut annotatum invenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet.* sed ut quid de hoc loco sentiam, libere proferam, non mihi fit verisimile, nec satis conveniens esse videtur, ut Zenobia limbo vel cyclade muliebri tum induta fuerit, cum ad militares conciones galeata procedebat, quæ alias semper sagulo imperiali more Didonis ornata incederet. profecto tum maxime decuit eam in isthoc habitu videri, cum militares conciones frequentabat, & se militibus ostendebat; præsertim cum & galeata ad illos procederet. sed nec quæ heic dicuntur de fibula, de bracchio nudo, ad limbum aut cycladem ullo modo possunt pertinere. sagula, chlamydes, paludamenta & omnia μανδυοειδῆ fibula una duntaxat vel in humero vel ad pectus stringebantur, quam Græci πόρπην vocant, & brachium dextrum cum humero nudum relinquebant. quod heic de limbo Zenobiæ narratur. limbi vero & tunicæ muliebres, in ante pectus apertæ, multisque fibulis quas Græci περόνας dicunt, consertæ tenebantur. putarim itaque scriptum à Trebellio fuisse: *lumo purpureo. luma* est sagum. à Græco λῶμα, *hæc luma.* Plautus:

Luma coeptata est ex textrino Gallia.

Isidori Glossæ: *luma, quadrum sagum.* idem in Originibus: *lumæ, saga quadra & mollia sunt.* perperam apud illum *limnæ* scribitur. non tantum hæc *luma*, sed etiam *hoc lumum* dicebant. sicut enim τὸ δίπλωμα, *diplomum* etiam Latini dixere, τὸ δίγαμμα, *digammum*: & τὸ ζῶμα, *zumum*, de quo infra. ita τὸ λῶμα *lumum.* facile autem ex *lumo* factum est *limbo* ab illis qui quid esset *lumum* ignorabant. sed multi fortasse hoc non probabunt, profecto si cui probari non potest

terit hæc mea suspicio, is necesse est heic accipiat *limbum* pro sagulo positum. nam certum habeo *limbum purpureum* hoc loco vocari, quod *sagulum* imperiale supra dixit. itaque *limbus* heic omnino erit ἐφεστρίς. limbos supra inter vestes muliebres recensuit auctor in vita Quieti: *eousque ut tunicæ & limbi, & pænulæ matronales in familia ejus hodieque sint, quæ Alexandri effigiem de liciis variantibus monstrent*. ibi enim *limbi* non sunt fasciæ vel institæ muliebrium vestium, sed ipsæ muliebres vestes. limbum igitur purpureum Trebellius heic appellat, pallium purpureum quod Zenobia fibula adstrictum gerebat, imperatricis vel reginæ more. *sagulum imperiale* paulo ante vocavit, quod Zenobia usurpaverat post mortem mariti Odenati. talem limbum Dido gerebat, cui chlamydem Sidoniam hoc est purpuream tribuit poëta. *peplum imperatorium* supra dixit de viro, cum peplus sit muliebris vestis. vide in Saturnino.

2 *Gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam cyclade veluti fibula muliebri astricta.*] Quoties loquuntur correctores, non auctor ipse, eorum dialecti minus me intelligentem esse profiteor. ut hoc loco, quid hæc verba sibi volunt, *cyclade veluti fibula muliebri astricta*? *cyclas* sane & *limbus* idem. dicebat auctor, Zenobiam procedere solitam cum limbo purpureo, cujus per ultimam fimbriam gemmæ dependerent: restabat ut diceret, *fibula muliebri adstricto*, vel aliquid tale. specta vero, si non est facinus impudens? pro *coclide* quod in omnibus libris constanter habetur, *cyclade* reposuerunt. at nos cum libris *coclide* retinemus, & sic distinguimus: *processit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam, coclide, veluti fibula muliebri adstricta*. quorum verborum hic est sensus. illius limbi purpurei per ultimam fimbriam dependebant gemmæ, media vero scilicet fimbria, coclide ceu fibula muliebri, astringebatur. *cochlis* est, conca unionis quæ pro fibula muliebri erat illi Zenobiæ. fibulæ autem muliebres, ut plurimum ex gemma erant. Claud.

—— *& fulva nodatur iaspide pectus.*

at cochlidem, pro fibula, utebatur Zenobia. cochlides, ut dixi, dicebantur unionum conchæ. Suetonius in Nerone: *in ceteris partibus, cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumque conchis erant*. cochlites etiam refertur à Plinio inter gemmas vulgatissimæ famæ, quam factitiam verius quam nativam dicit fuisse: *cochlites*, inquit, *nunc vulgatissimæ famæ fiunt verius quam nascuntur, in Arabia repertis ingentibus glebis. melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno vitiosoque pulvere decusso, purgatam glebam artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum quam maxime vendibili ratione sectantium: quondamque tantæ magnitudinis fuere ut equis regum in Oriente frontalia atque pro phaleris pensilia facerent.* utut sit, cochlis heic pro gemma accipitur quæ fibulæ vicem erat. sciendum igitur hunc Zenobiæ limbum fimbriam fuisse. inde Trebellius ultimam fimbriam vocat, ultimam ejus oram fimbriatam, per quam dependebant gemmæ. mediam autem, quæ fibula debet astringi, cochlis adstringebat, quæ vicem fibulæ præstabat. tres sunt partes in veste, τὸ στόμα, ut Græci vocant, quæ Latinis *summa ora* dicitur, quæ circa collum & humeros hæret: ἡ πέζα, extrema vel ultima ora, quam ultimam fimbriam appellat heic Trebellius: & medium, quod zona comprehendebatur in tunicis, & aliis id genus vestibus quæ cinctui erant: aut fibulis adstringebatur, ut in palliis, chlamydibus, & aliis id genus amictus. sed hæc pluribus agemus in nostro commentario de re vestiaria. nunc non omittam insignem Ovidii locum, qui turpiter depravatus hodie circumfertur: eum nos ex optimo libro qui P. Puteani est, emendavimus. lib. I. Amorum. eleg. VII.

Nonne

dentibus per ultimam fimbriam, media etiam [1] cyclade veluti fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. [2] Fuit vultu subaquilo, fusci coloris, [3] oculis supra modum vigentibus, nigris, [4] spiritus divini, venustatis incredibilis: tantus candor in dentibus, [5] ut margaritas eam

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ,
Nec nimium rigidas intonuisse minas?
Aut tunicam summa deducere turpiter ora
Ad mediam? media zona tulisset opem.

si sæviendum, inquit, fuit, nonne sic potius sævire debui, ut tunicam ab ora summa deducerem, & scinderem, usque ad mediam. non enim ulterius scindi potuisset. sed illa parte qua cingitur, zona opem tulisset, ne posset usque ad ultimam oram lacerari. hodie vitiose legitur:

Ut mediam media zona tulisset opem.

mediam autem fimbriam dixit Trebellius, quod non solum extrema vestium ora apud veteres fimbriata erat, sed etiam media, ex utraque scilicet parte ubi vestis ante pectus aperitur & fibula stringitur. hinc κεροσωτοὶ ῥαφαὶ Lycophroni. nam ῥαφὰς appellabant vestium commissuras, quæ fibulis claudebantur, ut infra multis docemus. Pollux: ὀχθοιβοὺς δὲ ὀνομάζεσθαί φασι τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν συμβολάς. Hesychius: ὄχθοιβοι, περιάπτεσθαι πεταὶ εἰώθασι περὶ τοὺς χιτῶνας ἃ καλοῦσιν ὀχθοιβούς· εἰσὶ δὲ λεγόμενα λαιμάτια. sed hæc alibi.

CASAUBONUS.

1 *Cyclade veluti fibula muliebri astricta.*] Pro *cyclade* inveni in regio *coclide*: quæ vetustarum editionum est lectio. præterea idem liber illa duo non agnoscit verba, *muliebri astricta.* Puteani libri ut est editum. Cogitandum de hoc loco amplius: nam neque de vera lectione, neque de sententia adhuc mihi liquet.

5 *Ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes.*] Brevius membranæ: *ut margaritas eos plerique putarent.*

GRUTERUS.

1 *Cyclade veluti fibula muliebri adstricta.*] Agnoscit quidem Pal. illa *muliebri adstricta*, sed idem servat *coclyde.*

3 *Oculis supra modum vigentibus.*] Pal. *ingentibus.*

5 *Ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes.*] Confirmat & hanc lectionem codex Palatinus.

SALMASIUS.

2 *Fuit vultu subaquilo, fusci coloris.*] Subaquilus color, & fuscus idem. is est quem Græci μελίχρουν vel μελιχλωρον vocant. in vita Virgilii: *corpore & statura fuit grandis, colore aquilo, facie rusticana.*

3 *Oculis supra modum vigentibus.*] *Vigentes oculos, flagrantes* accipio, & quasi fulminantes. Palatinus tamen, *ingentibus* legit. & sane magnitudo oculorum, pulcritudinis non postrema pars. sic in Maximino *magnitudinem oculorum* commendat Capitolinus, Eutropius in Augusto & Theodosio. Ælianus de Aspasia: ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθή, καὶ οὔλη τὰς τρίχας ἠρέμα, ὀφθαλμοὺς δὲ εἶχε μεγίστους. hinc Græci poëtæ βοώπιδας κούρας vocant, quarum formam celebrant. Philostratus in Alexandri vita: θεοειδὴς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ περίβλεπτος σὺν ὥρᾳ· ἡ κόμη τι ἦν αὐτοῦ βοστρυχώδης καὶ κατειμένη τὸ μέτριον· ὄμμα δέ τι ἄρρεν καὶ μέγα, ῥὶς σύμμετρος καὶ ὀδόντες λευκότατοι.

4 *Spiritus divini, venustatis incredibilis.*] Sic in veteri inscriptione: *mulier incomparabilis spiritus.*

1 *Seve-*

eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara & virilis: [1] severitas, ubi necessitas postulabat, tyrannorum; bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter, conservatrix thesaurorum ultra fœmineum modum. Usa vehiculo carpentario, raro pilento, equo sæpius. Fertur autem vel tria vel quatuor milliaria frequenter cum peditibus ambulasse. [2] Nata est Hispanorum cupiditate: bibit sæpe cum

1 *Severitas ubi necessitas postulabat, tyrannorum e bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat.*] Hæc omnia habet ex epistola Aureliani, quam supra posuit: *quam erga milites gravis: quam larga quum necessitas postulet: quam tristis quum severitas poscat.*

CASAUBONUS.

2 *Nata est Hispanorum cupiditate.*] Hoc quidem ridiculum nimis: nam quid Hispanis cum Cleopatra? deinde quæ ista est locutio? Regius liber, *Enata est*, ne dubita scripsisse Pollionem, *Cœnata est H. c.* vel, ut scribi obtinuit, *Cenata.* quia desinit præcedens dictio in syllabam ejusdem soni, librarius more solito, de quo toties diximus, geminare syllabam supervacuum duxit. hoc igitur ait Pollio: Cleopatram cibo usam liberalius, more Hispanorum: qui etsi domi frugalissimi, apud hospites tamen & multi & lauti cibi sunt convivæ. Conjungi autem hæc debent cum istis quæ paullo ante dicebat auctor: *Adorata est more regum Persarum: Convivata est imperatorum Rom.*

GRVTERVS.

2 *Nata est Hispanorum cupiditate.*] Placet valde Casauboni *Cœnata est Hispanorum cupid.* nihil tamen abit à vulgato Palatinus.

SALMASIUS.

2 *Nata est Hispanorum cupiditate.*] Non tam ridiculum hoc quam videri volunt. id enim verbi magis conveniret eorum emendationi, *cœnata est Hispanorum cupiditate.* contrarium enim esset ei quod supra dixit, Zenobiam convivatam esse regum more Persarum. ignoscant igitur mihi doctissimi viri manes, nihil hoc loco mutandum censeo. Latine autem dici puto, *natum esse tali ingenio*, aut, *esse ingenio tali.* Terentius: *Aliis fortasse aliud vitii est. ego animo leni sum natus.* sic eleganter & ἀρχαικῶς Trebellius dicit Zenobiam, *Hispanorum cupiditate fuisse natam.* hoc est, sic cupidam, & avaram fuisse, ut Hispani solent, quorum αἰσχροκέρδειαν & tenacitatem nemo fere ignorat. eo spectat, quod ante dixit, *eam thesaurorum conservatricem fuisse ultra fœmineum modum.* *cupidus* Latinis fere est, avarus, & sordide parcus. Spartianus in Alexandro: *quum injuriose quasi in puerum eundem, & matrem ejus avaram & cupidam multa dixissent.* Suetonius in Vespasiano: *quidam enim natura cupidissimum tradunt.* eadem igitur locutio, *natura esse cupidissimum*, & *natum esse magna cupiditate.* sic enim etiam *cupiditatem* absolute dixit idem Suetonius in eadem vita: *& tamen ne sic quidem pristinæ cupiditatis infamia caruit, Alexandrini Cybiosacten eum vocare perseveraverunt, cognomine unius è regibus suis turpissimarum sordium.* alibi tamen, & nisi fallor, eodem libello, *pecuniæ cupiditatem* dixit. Glossæ: *cupidus*, κνιπός. κνιπὸν enim, & σκνιπὸν Græci vocant, strictum & ad rem attentum hominem καὶ μικρολόγον. eædem Glossæ, *nummariam* absolute vocant.

cum ducibus, quum esset alias sobria: [1] bibit etiam cum Persis atque Armeniis, ut eos vinceret. [2] Usa est vasis aureis gemmatis ad convivia, [3] quibus & Cleopatra usa est. In ministerio eunuchos gravioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios Latine loqui jusserat, adeo ut Græce vel difficile vel raro loquerentur. Ipsa Latini sermonis, [4] non usque quaque ignara, sed ut loqueretur pudore cohibita: loquebatur & Ægyptiace ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ atque Orientalis ita perita ut eam epitomasse dicatur: Latinam autem Græce legerat. Quum illam Aurelianus cepisset, atque in conspectum suum ductam sic appellasset, *Quid ô Zenobia ausa es insultare Romanis imperatoribus?* Illa dixisse fertur, *Imperatorem te esse cognosco qui vincis; Gallienum & Aureolum, & cæteros principes non puta-*

vocant, nummorum cupiditatem. sic enim legendum apud illarum auctorem. *nummaria, cupiditas*, ἀπληστία, φιλαργυρία. nam *cupiditas*, ut diximus, absolute φιλαργυρίαν significat auctorum usurpatione. sic & *nummaria* pro eodem, hoc est, amor nummi. unde *nummarii*, qui nummi amori sunt dediti, & pecunias sectantur. Gratianus leg. IIII. Cod. Theod. *ne quid publicæ læt. nun. &c. hac sine pretio nuntiari, excipique sancimus. gerulum jubemus esse castissimum. judices nummarios esse prohibemus.* ut *ancillarii*, qui ancillarum amore tenentur. sic nummarii, qui nummorum. unde *nummaria*, avaritia, & *nummorum cupiditas.* quam & ipsam *cupiditatem* etiam sine adjecto nominarunt.

1 *Bibit etiam cum Persis & Armeniis.*] *Bibit & cum Persis & Armeniis.* Palat.

2 *Usa est & vasis gemmatis ad convivia quibus & Cleopatra usa est.*] Ita fortasse rectum est, ut hodie legitur. nec movissem huic loco controversiam, nisi suasisset optimus codex, in quo hæc ita scripta animadverti: *usa est & vasis gemmatis ad convivicimusa Cleopatra nisi in ministerio Eunuchos habuit.* non erraret fortasse, qui scriberet, *usa est & vasis gemmatis ad convivia, usa & Cleopatranis. Cleopatrana vasa:* sic *Cleopatrani uniones* infra: *hac uniones Cleopatranos habuisse perhibetur.* mentio est apud Achmetem onirocriten βαυκάλιας τῆς Κλεοπάτρας, id est baucalis Cleopatrani. cap. CXCVIII. εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ βαυκάλιας τῆς Κλεοπάτρας πίνει οἶνον, εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν μετὰ γυναικὸς ἀναλόγως οὗ ἔπιεν τῆς ἀξίας.

CASAUBONUS.

3 *Quibus & Cleopatra usa est.*] Nam Cleopatræ vasa triclinaria πάντα χρύσεα καὶ λιθοκόλλητα περιττῶς ἐξειργασμένα ταῖς τέχναις veteres commemorant, ut Athenæus libro quarto. quem & libro sexto lege super eadem re. huc refer uniones Cleopatranas, infra in Tito.

GRUTERUS.

4 *Non usquequaque ignara.*] Contrarium omnino Pal. *gnara*, hæreas utrum putes potius.

DE TIMOLAO, XXVII.

28 DE hoc ea putamus digna memoria quæ de fratre sunt dicta. Unum tamen est quod eum à fratre separat, quod tanti fuit ardoris ad studia Romana, ut brevi consequutus quæ insinuaverat grammaticus, esse dicatur: [1] potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.

DE CELSO, XXVIII.

29 OCcupatis partibus Gallicanis, Orientalibus, quinetiam Ponti, Thraciarum, & Illyrici, dum Gallienus popinatur & balneis ac lenonibus deputat vitam, Afri quoque autore Vibio Passieno, proconsule Africæ, & Fabio Pomponiano duce limitis Libyci, Celsum imperatorem appellaverunt, [2] peplo deæ Cælestis ornatum. [3] Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat: sed ea justitia, & corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem, Gallienam nomine, consobrinam Gallieni, septimo imperii die interemptus est, atque adeo etiam inter obscuros principes

vix

CASAUBONUS.

1 *Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.*] *Facere* pro evadere vel fieri. insolens loquendi modus.

2 *Peplo deæ Cælestis ornatum.*] Quia aliunde purpura non suppetebat ad amiciendum novum Augustum necessaria, detraxerunt hujus deæ simulacro. sic Saturninus, auctore Vopisco, deposita purpura ex simulacro Veneris, adoratus est. vide ad Gordianos. Quod autem soliti fuerint veteres simulacra suorum numinum vestibus induere, ne tirones quidem nesciunt.

3 *Hic privatus ex tribunis in Africa positus, in agris suis vivebat.*] *Privatus ex tribunis*, id est, jam privatus, qui fuerat ante tribunus. sic, *ex ducibus*, & similia. de quibus supra.

SALMASIUS.

1 *Potuisse quinetiam summum Latinorum rhetorem facere.*] Eleganti locutionis genere, *rhetorem facere* heic dicitur, qui fit rhetor, vel rhetor evadit. quasi qui de se gignit & dat rhetorem. non dissimili modo Spartianus dixit, *hastam duas partes facere*, quæ per medium in duas partes scinditur, ita ut ex una duæ quasi fiant hastæ. paulo aliter apud Vegetium plaga dicitur *vermes facere*, quæ vermibus ebullit.

2 Et

vix relatus est. Corpus ejus à canibus consumptum est, Siccensibus qui Gallieno fidem servaverant perurgentibus: [1] & novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo, quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.

DE ZENOBIA, XXIX.

[2] OMnis consumptus est pudor: siquidem fatigata 30
Repub. eo usque perventum est, ut Gallieno nequissime agente, optime etiam mulieres imperarent. [3] Et quidem peregina, nomine Zenobia, de qua jam

CASAUBONUS.

1 *Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Id vero non novum, ut concepta contra aliquem ira à populo effundatur in ejus imagines. In Philopœmene Plutarchi exemplum est judicii habiti de imaginibus & statuis defuncti, ceu de vivo ipso: & sunt aliæ apud eundem similes historiæ. Solitos autem Græcos Latinosque damnatorum imagines dejicere, lurare, frangere, scalis Gemoniis inferre, omni denique contumeliæ genere afficere, notissimum. quid igitur appellet Pollio novum injuriæ genus, non video.

SALMASIUS.

1 *Et novo injuriæ genere imago in crucem sublata persultante vulgo.*] Novum videri nolunt hoc injuriæ genus eruditissimi viri, sed antiquum esse contendunt. vetus erat enim, ut in imagines & statuas sæviret populus, easdem dejiceret, confringeret, conflaret, luto etiam aspergeret, dum putaret in tyrannos ipsos, quorum imagines ita injuriose tractabantur, injuriam redundare. sed heic non de illa statuarum dejectione agitur in damnatis vel tyrannis usitata. nam novo plane more, & injuriæ genere imaginem Celsi ad vivum expressam, & de industria sic effictam, in crucem sublatam intelligit, insultante vulgo, quasi ipse Celsus in cruce illa penderet. qui mos etiam hodie plane servatur in reis absentibus judicatis & capitis damnatis, quorum imago, eadem prope forma, eodemque genere à carnifice in patibulum defertur & suspenditur, qua ipsi rei, si adessent, idem supplicium ex sententia reapse subituri. novum igitur hoc injuriæ genus, cui simile in tota historia sive Græca, sive Romana non reperias; quo imaginem Celsi Siccenses illi, pro ipso Celso patibulo affixerunt.

2 *Omnis consumptus est pudor.*] *Omnis jam consumptus est pudor.* ita reponendum.

GRUTERUS.

1 *Novo injuriæ genere imago in crucem sublata.*] Vocat novum genus injuriæ, nullo exstante exemplo ubi tale quid accidit imperatori. immo ne facile quidem occurrit exemplum ejus, cujus imago cruci affixa, tanquam in ea puniretur ipsemet reus.

2 *Omnis jam consumptus est pudor.*] Sic Palatinus. vulgatis aberat vocula *jam*.

3 *Et quidem peregrina, nomine Zenobia.*] Pal. *Et quidem peregrina enim nomine Zenobia*: ut forsan illa *Et quidem*,

jam multa dicta sunt, [1] quæ se de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret, [2] post Odenatum maritum [3] imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis

sint à mala manu, scriptumque solummodo fuerit: *Peregrina enim, nomine Zenobia.*

CASAUBONUS.

1 *Quæ se de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret.*] In Herenniano: *Cleopatram sui generis principem inter cætera prædicans.* *Cleopatras* autem dicit, quia in prosapia Ptolemæorum plures fuerunt Cleopatræ.

3 *Imperiali sagulo perfuso per humeros habitu.*] Scribo, *imperialis saguli perfuso per humeros habitu.*

GRUTERUS.

2 *Post Odenatum maritum imperiali sagulo perfuso humeros habitu, donis ornata, &c.*] Nihil in his variat Palatinus noster.

SALMASIUS.

3 *Imperiali sagulo perfuso per humeros habitu donis ornata.*] Nihil conferunt veteres libri ad hujus loci restitutionem, qui hanc eamdem scripturam sine diminutione & additione exhibent. docti viri vocem *donis* expungunt, & legunt: *imperialis saguli per humeros habitu ornata.* nec lectio placet, nec expunctio. conjicio legendum: *imperiali sagulo perfuso per humeros, habitu Didonis ornata.* conjiciant alii melius, & viros fatebor. sagulo ornata fuisse heic dicitur Zenobia, Didonis habitu, à qua se originem ducere memorabat. Didonem autem sic ornatam inducit poëta lib. IV. ejusque habitum ita describit:

Tandem progreditur magna stipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

sagulum imperiale Zenobiæ tribuit Trebellius, at Virgilius purpuream chlamydem Didoni. sagulum & chlamys idem. sagulum autem imperiale, purpureum erat. idem Trebellius paulo post de habitu Zenobiæ: *processit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam coclide, veluti fibula muliebri astricta, bracchio sæpe nudo.* *sagulo per humeros ornata* est τῇ χλαμύδι κατὰ τοὺς ὤμους ἐνδιαθεῖσα. fibula enim per humeros subnexa erat illi vestis, non circa pectus. nam bracchio sæpe nudo agebat. Pollux: ὁ δὲ χειρὶς χιτὼν ἀσξένη κατὰ τοὺς ὤμους διῄρητο. ἡ δὲ περόνη κατὰ τὰ στέρνα συνῆπτεν. vel simpliciter, *sagulo per humeros ornata*, τὴν χλαμύδα κατὰ τῶν ὤμων ἔχουσα. Lampridius de Severo: *cum hirta clamyde humeros velaret.* non jungendum est, *perfuso per humeros.* *sagulum* autem *perfusum est* βαπτὴ χλαμύς. *perfusam purpura vestem* Latini dicunt τὴν πορφυροβαφῆ. Virgilius:

Perfusamque ostro vestem. ——

idem:

—— *& ostro*
Perfusæ vestes, argenti aurique talenta.

sic *perfusum auro* τὸ χρυσοβαφές. *perfusæ auro patinæ* apud Anastasium sunt quæ Græcis χρυσοίμβαφοι hinc *perfusa vestis*, & *perfusum sagulum*, ut Græci βαπτὸν ἱμάτιον appellant. βαπτὸν autem vocant colorium & variis coloribus pictum vestimentum, quod alias ἄνθινον dicunt Hesychius: ἄνθινον, ἀνθηρὸν, βαπτόν. Aristophanes:

Οὐδ' ἱματίων βαπτῶν δαπάναις
κοσμηθεῖσαι ποικιλομόρφων.

tunicas Gallorum versicolores, βαπτοὺς χιτῶνας vocat Diodorus: Strabo βαπτὰς ἐσθῆτας· de Gallorum vestitu: περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς

nis ornata, diademate etiam accepto, [1] nomine filiorum Herenniani & Timolai diutius quam fœmineus sexus patiebatur, imperavit. Siquidem Gallieno adhuc regente Remp. regale mulier superba munus obtinuit: & Claudio bellis Gothicis occupato, vix denique ab Aureliano victa & triumphata, concessit in jura Rom. Extat epistola Aureliani, quæ captivæ mulieri testimonium fert. Nam quum à quibusdam reprehenderetur quod mulierem veluti ducem aliquem vir fortissimus triumphasset, missis ad senatum populumque Rom. literis, hac se attestatione defendit: *Audio P. C. mihi objici quod non virile munus impleverim, Zenobiam triumphando. Næ illi qui me reprehendunt satis laudarent, [2] si scirent qualis illa est mulier, quam prudens in consiliis, quam constans in dispositionibus, quam erga milites gravis, quam larga quum necessitas postulet, [3] quam tristis quum severitas poscat. Possum dicere illius esse quod Odenatus Persas vicit, ac fugato Sapore Ctesiphontem usque pervenit. Possum asserere, tanto apud Orientales & Ægyptiorum populos timori mulierem fuisse, ut se non Arabes, non Sarraceni, non Armeni commoverent. Nec ego illi vitam conservassem nisi eam scissem multum Rom. reip. profuisse, quum sibi vel liberis suis Orientis*

τοῖς φορῦζι καὶ χρυσοπάστοις. ita vocat virgata & versicoloria Gallorum sagula. βαπτὸν ad verbum est *perfusum*. imperiale sagulum perfusum Zenobiæ, quæ Didonis habitu ornata erat, tribuit auctor, quod non solum purpureum esset, ut sunt imperialia sagula, sed etiam picto limbo variegatum, ut illud quo Dido apud poëtam ornatur:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

imperiale igitur *sagulum perfusum*, est purpurea chlamys picto limbo variata. quod enim Zenobiam Didonis habitu fuisse ornatam dicit Trebellius, non aliunde notum fuisse arbitror, quo genere vestis uteretur Dido, quam ex illo poëtæ loco, quem paulo ante retulimus.

CASAUBONUS.

1 *Nomine filiorum Herenniani & Timolai.*] Vel, ut alii scripserunt, Balati. Vopiscus in Aureliano.

GRVTERVS.

2 *Si scirent qualis illa est mulier.*] Palat. *quæ illa mulier.*

SALMASIVS.

3 *Quam tristis quum severitas postulet.*] *Tristis* enim, etiam severum significat. unde apud Ciceronem: *judex tristis & integer.*

rientis servaret imperium. Sibi ergo habeant propriarum venena linguarum hi quibus nihil placet. Nam si vicisse ac triumphasse fœminam non est decorum, [1] *quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium? Quid de divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam, quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare, idque occulte ac prudenter, ut illa servante Orientalis fines imperii,* [2] *ipse securius quæ instituerat perpetraret?* Hæc oratio indicat quid judicii Aurelianus habuerit de Zenobia: cujus ea castitas fuisse dicitur, [3] ut ne virum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nam quum semel concubuisset, expectatis menstruis continebat se, si prægnans esset; sin minus, iterum potestatem quærendis liberis dabat. [4] Vixit regali pompa, more magis Per-

1 *Quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium.*] Importuna est & ridicula heic Gallieni mentio. quid enim aliud de Gallieno homines loquerentur, quam quod ipsius vitia postulabant? malam igitur institueret comparationem sui & Gallieni Aurelianus, cum satis constaret, nihil ab illo ganeone decorum potuisse fieri: nec mirum esse, si tulerit Zenobiam imperare, quam prohibere non potuisset. at de Claudio, quod subjicitur, id magis mirum, fortissimo constantissimoque duce, cujus exemplo se tuetur merito Aurelianus, qui dicit Claudium idcirco tantum passum esse Zenobiam imperare, quod aliis bellis occupatus distineretur, alias non passurum. non igitur sibi vitio ducendum Aurelianus dicebat, quod Zenobiam divicisset & triumphasset, cum id ipse Claudius fuerit facturus, si per bellicas ejus occupationes licuisset: qui ut securus, quæ instituerat, perageret, eam diutius tulit, quam par erat, non quod victoriam de tali muliere sibi probrosam aut inhonestam duceret. recte igitur heic vetus Palatinus hanc periodum non agnoscit. cujus auctoritate hunc locum sic legimus: *Nam si vicisse, ac triumphasse fœminam non est decorum, quid de Divo Claudio, sancto ac venerabili duce, qui eam quod ipse Gotthicis esset expeditionibus occupatus, passus esse dicitur imperare,* &c.

2 *Ipse securius, quæ instituerat, perpetraret.*] *Ipse securus, quæ instituerat, perpetraret.* ita Pal.

3 *Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.*] Idem: *ut ne virum quidem suum scierit.*

CASAUBONUS.

3 *Ut ne virum quidem suum sciret, nisi tentatis conceptionibus.*] Simile Pescennii elogium, vel dicam encomium apud Spartianum: *rei Venereæ*, inquit, *nisi ad procreandos liberos prorsus ignarus.*

GRUTERUS.

3 *Ut ne virum quidem sciret.*] Nihilo pejus Pal. *scierit.*

SALMASIUS.

4 *Vixit regali pompa, more magis Persico.*] Non aliud huic loco vitium insedit, quam quod perperam distinctus

Persico. Adorata est more regum Persarum. Convivata est imperatorum more Rom. Ad conciones galeata processit [1] cum limbo purpureo, [2] gemmis dependen-

den-

ctus est. sic igitur distingue: *vixit regali pompa: more magis Persico adorata est: more regum Persarum convivata est: imperatorum more Romanorum ad conciones galeata processit, cum limbo purpureo.* quam distinctionem omnino huic loco necessariam esse, non vidisse miror eruditos homines. ac primum quidem de adoratione, etsi adorabantur etiam Romani imperatores, non eodem tamen modo, quo Persæ. ideo dixit, more magis Persico adoratam fuisse. nam certo certius adoratos fuisse imperatores Romanos. unde *adorandæ sacræ purpuræ* tam frequens in libris mentio, & *sacros vultus adorare* sæpius legitur apud auctores. aliter etiam convivabantur Persarum reges & Romani. longe enim illi sumptuosius, & magis ex luxuriæ præceptis. solum igitur illud ex Romanis imperatoribus tenebat Zenobia, quod ad conciones militares galeata procedebat, quod erat Persarum regibus inusitatum & insolitum. sic supra de Herenniano & Timolao Odenati filiis: *quorum nomine Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam fœminam decuit, Remp. obtinuit, parvulos Romani imperatoris habitu purpuratos, eosdemque adhibens concionibus, quas illa viriliter frequentavit.*

1 *Cum limbo purpureo.*] Non potest heic *limbus* in vulgata significatione sumi pro fascia qua extremitates vestium ambiuntur & ornantur. pro veste igitur posuit quæ limbum habet, & nisi fallor cycladem intellexit. nam & cyclas, limbus est, & vestis limbo ornata per extremam oram. Glossæ: κυκλὰς ἡ περὶ τὴν χλανίδα πορφύρα κύκλῳ, *limbus.* limbum etiam pro muliebri vestimento quod in imo purpuram habet se annotatum invenisse scribit Nonius: *Limbus, ut annotatum invenimus, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet.* sed ut quid de hoc loco sentiam, libere proferam, non mihi fit verisimile, nec satis conveniens esse videtur, ut Zenobia limbo vel cyclade muliebri tum induta fuerit, cum ad militares conciones galeata procedebat, quæ alias semper sagulo imperiali more Didonis ornata incederet. profecto tum maxime decuit eam in isthoc habitu videri, cum militares conciones frequentabat, & se militibus ostendebat; præsertim cum & galeata ad illos procederet. sed nec quæ heic dicuntur de fibula, de bracchio nudo, ad limbum aut cycladem ullo modo possunt pertinere. sagula, chlamydes, paludamenta & omnia μανδυοειδῆ fibula una duntaxat vel in humero vel ad pectus stringebantur, quam Græci πόρπην vocant, & brachium dextrum cum humero nudum relinquebant. quod heic de limbo Zenobiæ narratur. limbi vero & tunicæ muliebres, in ante pectus apertæ, multisque fibulis quas Græci περόνας dicunt, confertæ tenebantur. putarim itaque scriptum à Trebellio fuisse: *lumo purpureo. luma* est sagum. à Græco λῶμα, *hæc luma.* Plautus:

Luma cooperta est ex textrino Galliæ.

Isidori Glossæ: *luma, quadrum sagum.* idem in Originibus: *lumæ, saga quadra & mollia sunt.* perperam apud illum *linnæ* scribitur. non tantum hæc *luma*, sed etiam *hoc lumum* dicebant. sicut enim τὸ δίπλωμα, *diplomum* etiam Latini dixere, τὸ δίγαμμα, *digammum*: & τὸ ζῦμα, *zumum*, de quo infra. ita τὸ λῶμα *lumum*. facile autem ex *lumo* factum est *limbo* ab illis qui quid esset *lumum* ignorabant. sed multi fortasse hoc non probabunt, profecto si cui probari non potest

tesu

terit hæc mea suspicio, is necesse est heic accipiat *limbum* pro sagulo positum. nam certum habeo *limbum purpureum* hoc loco vocari, quod *sagulum* imperiale supra dixit. itaque *limbus* heic omnino erit ἱφεσρίς. limbos supra inter vestes muliebres recensuit auctor in vita Quieti: *cousque ut tunica & limbi, & panulæ matronales in familia ejus hodieque sint, quæ Alexandri effigiem de liciis variantibus monstrent.* ibi enim *limbi* non sunt fasciæ vel institæ muliebrium vestium, sed ipsæ muliebres vestes. limbum igitur purpureum Trebellius heic appellat, pallium purpureum quod Zenobia fibula adstrictum gerebat, imperatricis vel reginæ more. *sagulum imperiale* paulo ante vocavit, quod Zenobia usurpaverat post mortem mariti Odenati. talem limbum Dido gerebat, cui chlamydem Sidoniam hoc est purpuream tribuit poëta. *peplum imperatorium* supra dixit de viro, cum peplus sit muliebris vestis. vide in Saturnino.

2 *Gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam cyclade veluti fibula muliebri astricta.*] Quoties loquuntur correctores, non auctor ipse, eorum dialecti minus me intelligentem esse profiteor. ut hoc loco, quid hæc verba sibi volunt, *cyclade veluti fibula muliebri astricta?* cyclas sane & *limbus* idem. dicebat auctor, Zenobiam procedere solitam cum limbo purpureo, cujus per ultimam fimbriam gemmæ dependerent: restabat ut diceret, *fibula muliebri adstricto*, vel aliquid tale. specta vero, si non est facinus impudens? pro *coclide* quod in omnibus libris constanter habetur, *cyclade* reposuerunt. at nos cum libris *coclide* retinemus, & sic distinguimus: *processit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam, coclide, veluti fibula muliebri adstricta.* quorum verborum hic est sensus. illius limbi purpurei per ultimam fimbriam dependebant gemmæ, media vero scilicet fimbria, coclide ceu fibula muliebri, astringebatur. *cochlis* est, conca unionis quæ pro fibula muliebri erat illi Zenobiæ. fibulæ autem muliebres, ut plurimum ex gemma erant. Claud.

—— *& fulva nodatur iaspide pectus.*

at cochlidem, pro fibula, utebatur Zenobia. cochlides, ut dixi, dicebantur unionum conchæ. Suetonius in Nerone: *in ceteris partibus, cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumque conchis erant.* cochlites etiam refertur à Plinio inter gemmas vulgatissimæ famæ, quam factitiam verius quam nativam dicit fuisse: *cochlites*, inquit, *nunc vulgatissima fama fiunt verius quam nascuntur, in Arabia repertis ingentibus glebis. melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno vitiosoque pulvere decusso, purgatam glebam artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum quam maxime vendibili ratione sectantium: quondamque tantæ magnitudinis fuere ut equis regum in Oriente frontalia atque pro phaleris pensilia facerent.* utut sit, cochlis heic pro gemma accipitur quæ fibulæ vicem erat. sciendum igitur hunc Zenobiæ limbum fimbriam fuisse. inde Trebellius ultimam fimbriam vocat, ultimam ejus oram fimbriatam, per quam dependebant gemmæ. mediam autem, quæ fibula debet astringi, cochlis adstringebat, quæ vicem fibulæ præstabat. tres sunt partes in veste, τὸ σῆμα, ut Græci vocant, quæ Latinis *summa ora* dicitur, quæ circa collum & humeros hæret: ἡ πέζα, extrema vel ultima ora, quam ultimam fimbriam appellat heic Trebellius: & medium, quod zona comprehendebatur in tunicis, & aliis id genus vestibus quæ cincti erant: aut fibulis adstringebatur, ut in palliis, chlamydibus, & aliis id genus amictus. sed hæc pluribus agemus in nostro commentario de re vestiaria. nunc non omittam insignem Ovidii locum, qui turpiter depravatus hodie circumfertur: eum nos ex optimo libro qui P. Puteani est, emendavimus, lib. I. Amorum, eleg. VII.

dentibus per ultimam fimbriam, media etiam [1] cyclade veluti fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. [2] Fuit vultu subaquilo, fusci coloris, [3] oculis supra modum vigentibus, nigris, [4] spiritus divini, venustatis incredibilis: tantus candor in dentibus, [5] ut margaritas eam

Nonne satis fuerat timida inclamasse puella,
Nec nimium rigidas intonuisse minas?
Aut tunicam summa deducere turpiter ora
Ad mediam? media zona tulisset opem.

si sæviendum, inquit, fuit, nonne sic potius sævire debui, ut tunicam ab ora summa deducerem, & scinderem, usque ad mediam. non enim ulterius scindi potuisset. sed illa parte qua cingitur, zona opem tulisset, ne posset usque ad ultimam oram lacerari. hodie vitiose legitur:

Ut mediam mediæ zona tulisset opem.

mediam autem fimbriam dixit Trebellius, quod non solum extrema vestium ora apud veteres fimbriata erat, sed etiam media, ex utraque scilicet parte ubi vestis ante pectus aperitur & fibula stringitur. hinc κροσσωτοὶ ῥαφαὶ Lycophroni. nam ῥαφὰς appellabant vestium commissuras, quæ fibulis claudebantur, ut infra multis docemus. Pollux: ὀχθοιβοὺς δὲ ὀνομάζεσθαί φασι τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν συμβολάς. Hesychius: ὄχθοιβοι, περιάπτειν τινὰ εἰώθασι περὶ τοὺς χιτῶνας ἃ καλοῦσιν ὀχθοιβούς· εἰσὶ δὲ λεγόμενα λώματα. sed hæc alibi.

CASAUBONUS.

1 *Cyclade veluti fibula muliebri astricta.*] Pro *cyclade* inveni in regio *coclide*: quæ vetustarum editionum est lectio. præterea idem libet illa duo non agnoscit verba, *muliebri astricta.* Puteani libri ut est editum. Cogitandum de hoc loco amplius: nam neque de vera lectione, neque de sententia adhuc mihi liquet.

5 *Ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes.*] Brevius membranæ: *ut margaritas eos plerique putarent.*

GRUTERUS.

1 *Cyclade veluti fibula muliebri adstricta.*] Agnoscit quidem Pal. illa *muliebri adstricta*, sed idem servat *coclyde.*

3 *Oculis supra modum vigentibus.*] Pal. *ingentibus.*

5 *Ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes.*] Confirmat & hanc lectionem codex Palatinus.

SALMASIUS.

2 *Fuit vultu subaquilo, fusci coloris.*] Subaquilus color, & fuscus idem. is est quem Græci μελίχρουν vel μελάγχλωρον vocant. in vita Virgilii: *corpore & statura fuit grandis, colore aquilo, facie rusticana.*

3 *Oculis supra modum vigentibus.*] *Vigentes oculos, flagrantes* accipio, & quasi fulminantes. Palatinus tamen, *ingentibus* legit. & sane magnitudo oculorum, pulcritudinis non postrema pars. sic in Maximino *magnitudinem oculorum* commendat Capitolinus, Eutropius in Augusto & Theodosio. Ælianus de Aspasia: ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθή, καὶ οὔλη τὰς τρίχας ἠρέμα, ὀφθαλμοὺς δὲ εἶχε μεγίστους. hinc Græci poëtæ βοώπιδας κούρας vocant. quarum formam celebrant. Philostratus in Alexandri vita: θεοειδὴς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ περίβλεπτος σὺν ὥρᾳ· χρυσοειδής τε ἦν αὐτοῦ βοστρυχώδης καὶ κεχαραγμένη τὸ μέτριον· ὄμμα τε ἀδρὸν καὶ μέγα, ῥὶς σύμμετρος καὶ ὀδόντες λευκότατοι.

4 *Spiritus divini, venustatis incredibilis.*] Sic in veteri inscriptione: *mulier incomparabilis spiritu.*

eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara & virilis: [1] ſeveritas, ubi neceſſitas poſtulabat, tyrannorum; bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter, conſervatrix theſaurorum ultra fœmineum modum. Uſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius. Fertur autem vel tria vel quatuor milliaria frequenter cum peditibus ambulaſſe. [2] Nata eſt Hiſpanorum cupiditate: bibit ſæpe cum

1 *Severitas ubi neceſſitas poſtulabat, tyrannorum e bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat.*] Hæc omnia habet ex epiſtola Aureliani, quam ſupra poſuit: *quam erga milites gravis: quam larga quum neceſſitas poſtulet: quam triſtis quum ſeveritas poſcat.*

CASAUBONUS.

2 *Nata eſt Hiſpanorum cupiditate.*] Hoc quidem ridiculum nimis: nam quid Hiſpanis cum Cleopatra? deinde quæ iſta eſt locutio? Regius liber, *Enata eſt*, ne dubita ſcripſiſſe Pollionem, *Cœnata eſt H. c.* vel, ut ſcribi obtinuit, *Cenata.* quia deſinit præcedens dictio in ſyllabam ejuſdem ſoni, librarius more ſolito, de quo toties diximus, geminare ſyllabam ſupervacuum duxit. hoc igitur ait Pollio: Cleopatram cibo uſam liberalius, more Hiſpanorum: qui etſi domi frugaliſſimi, apud hoſpites tamen & multi & lauti cibi ſunt convivæ. Conjungi autem hæc debent cum iſtis quæ paullo ante dicebat auctor: *Adorata eſt more regum Perſarum: Convivata eſt imperatorum Rom.*

GRVTERVS.

2 *Nata eſt Hiſpanorum cupiditate.*] Placet valde Caſauboni *Cœnata eſt Hiſpanorum cupid.* nihil tamen abit à vulgato Palatinus.

SALMASIUS.

2 *Nata eſt Hiſpanorum cupiditate.*] Non tam ridiculum hoc quam videri volunt. id enim verbi magis conveniret eorum emendationi, *cœnata eſt Hiſpanorum cupiditate.* contrarium enim eſſet ei quod ſupra dixit, Zenobiam convivatam eſſe regum more Perſarum. ignoſcant igitur mihi doctiſſimi viri manes, nihil hoc loco mutandum cenſeo. Latine autem dici puto, *natum eſſe tali ingenio*, aut, *eſſe ingenio tali.* Terentius: *Aliis fortaſſe aliud vitii eſt. ego animo leni ſum natus.* ſic eleganter & ἀρχαϊκῶς Trebellius dicit Zenobiam, *Hiſpanorum cupiditate fuiſſe natam.* hoc eſt, ſic cupidam, & avaram fuiſſe, ut Hiſpani ſolent, quorum αἰσχροκέρδειαν & tenacitatem nemo fere ignorat. eo ſpectat, quod ante dixit, *eam theſaurorum conſervatricem fuiſſe ultra fœmineum modum.* *cupidus* Latinis fere eſt, avarus, & ſordide parcus. Spartianus in Alexandro: *quum injurioſe quaſi in puerum eumdem, & matrem ejus avaram & cupidam multa dixiſſent.* Suetonius in Veſpaſiano: *quidam enim natura cupidiſſimum tradunt.* eadem igitur locutio, *natura eſſe cupidiſſimum*, & *natum eſſe magna cupiditate.* ſic enim etiam *cupiditatem* abſolute dixit idem Suetonius in eadem vita: *& tamen ne ſic quidem priſtinæ cupiditatis infamia caruit, Alexandrini Cybioſacten eum vocare perſeveraverunt, cognomine unius è regibus ſuis turpiſſimarum ſordium.* alibi tamen, & niſi fallor, eodem libello, *pecuniæ cupiditatem* dixit. Gloſſæ: *cupidus*, κνιπός. κνιπὸν enim, & σκνιπὸν Græci vocant, ſtrictum & ad rem attentum hominem καὶ μικρολόγον. eædem Gloſſæ, *nummariam* abſolute vocant,

cum ducibus, quum esset alias sobria: [1] bibit etiam cum Persis atque Armeniis, ut eos vinceret. [2] Usa est vasis aureis gemmatis ad convivia, [3] quibus & Cleopatra usa est. In ministerio eunuchos gravioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios Latine loqui jusserat, adeo ut Græce vel difficile vel raro loquerentur. Ipsa Latini sermonis, [4] non usque quaque ignara, sed ut loqueretur pudore cohibita: loquebatur & Ægyptiace ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ atque Orientalis ita perita ut eam epitomasse dicatur: Latinam autem Græce legerat. Quum illam Aurelianus cepisset, atque in conspectum suum ductam sic appellasset, *Quid ô Zenobia ausa es insultare Romanis imperatoribus?* Illa dixisse fertur, *Imperatorem te esse cognosco qui vincis; Gallienum & Aureolum, & cæteros principes non puta-*

vocant, nummorum cupiditatem. sic enim legendum apud illarum auctorem. *nummaria, cupiditas*, ἀπληστία, φιλαργυρία. nam *cupiditas*, ut diximus, absolute φιλαργυρίαν significat auctorum usurpatione. sic & *nummaria* pro eodem, hoc est, amor nummi. unde *nummarii*, qui nummi amori sunt dediti, & pecunias sectantur. Gratianus leg. IIII. Cod. Theod. *ne quid publicæ læt. num. &c. hac sine pretio nuntiari, excipique sancimus. gerulum jubemus esse castissimum. judices nummarios esse prohibemus.* ut *ancillarii*, qui ancillarum amore tenentur. sic nummarii, qui nummorum. unde *nummaria*, avaritia, & *nummorum cupiditas*. quam & ipsam *cupiditatem* etiam sine adjecto nominarunt.

1 *Bibit etiam cum Persis & Armeniis.*] *Bibit & cum Persis & Armeniis.* Palat.

2 *Usa est & vasis gemmatis ad convivia quibus & Cleopatra usa est.*] Ita fortasse rectum est, ut hodie legitur. nec movissem huic loco controversiam, nisi suasisset optimus codex, in quo hæc ita scripta animadverti: *usa est & vasis gemmatis ad convivicimusa Cleopatra nisi in ministerio Eunuchos habuit.* non erraret fortasse, qui scriberet, *usa est & vasis gemmatis ad convivia, usa & Cleopatranis. Cleopatrana vasa*: sic *Cleopatrani uniones* infra: *hac uniones Cleopatranos habuisse perhibetur.* mentio est apud Achmetem onirocriten βαυκαλίας τῆς Κλεοπάτρας, id est baucalis Cleopatrani, cap. CXCVIII. εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ βαυκαλίας τῆς Κλεοπάτρας πίνει οἶνον, εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν μετὰ γυναικὸς ἀναλόγως τοῦ κάλλους τοῦ ἀγγείου.

CASAUBONUS.

3 *Quibus & Cleopatra usa est.*] Nam Cleopatræ vasa triclinaria πάντα χρύσεα καὶ λιθοκόλλητα περιττῶς ἐξειργασμένα ταῖς τέχναις veteres commemorant, ut Athenæus libro quarto. quem & libro sexto lege super eadem re. huc refer uniones Cleopatranas, infra in Tito.

GRUTERUS.

4 *Non usquequaque ignara.*] Contrarium omnino Pal. *gnara*, hæreas utrum putes potius.

I Nec

putavi. Victoriam mei similem credens, in consortium regni venire, si facultas locorum pateretur, optavi. Ducta est igitur per triumphum ea specie ut nihil pompabilius populo Rom. videretur. jam primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima sæpissime restitisse quum dicef*et se gemmarum onera ferre non posse. Vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis:[1] nec collo aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus præferebat. [2] Huic ab Aureliano vivere concessum est. Fertur que vixisse cum liberis, matronæ jam more Romanæ, data sibi possessione in Tiburti, quæ hodieque Zenobia dicitur, non longe ab Adriani palatio,[3] atque ab eo loco cui nomen est Conche.

VICTORIA, XXX.

31 NOn tam digna res erat [4] ut etiam [5] Victorina sive Victoria, in literas mitteretur, nisi Gallieni mores

SALMASIUS.

1 *Nec collo vinculum aureum deerat, quod scurra Persicus præferebat.*] *Scurra Persicus* heic est, domesticus Zenobiæ. hoc est stipator vel protector. nam & scurras dictos esse, & buccellarios ostendimus supra, qui & domestici dicebantur. Glossæ nomicæ: βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. ἐκ δὲ τοῦ βουκία ὀνόματος, ὅ ἐστιν ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι, οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τὸ παραμένειν αὐτῷ. at buccellarii, & scurræ idem. nempe adseculæ & stipatores, & corporis custodes domesticique. quæ omnia συνώνυμα sunt, ut docuimus ad Alexandrum Severum. Isidorus in Glossis: *scurra, buccellarius. adsecla, buccellarius, homo.* ita enim distinguendum. nam *homines* etiam simpliciter vocabantur, ut nemini non est notum. nos igitur primi scurrarum nomen hac notione optimis auctoribus usurpatum ostendimus. Persicus igitur hic scurra, officium scurrarum apud Zenobiam sustinebat, quæ videtur stipatores vel custodes corporis Persas habuisse, ut Romani imperatores ad custodiam corporis, Germanos adhibebant.

3 *Atque ab eo loco cui nomen est Conche.*] *Cui nomen est Conca.*

GRUTERUS.

2 *Huic ab Aureliano vivere concessum est.*] Longe aliud præfert Palat. nempe: *Huic ab Aureliano concessa est*; Gne illo *vivere*. quod esset, dono datam scurræ. sed id vix admiserint sequentia.

4 *Cui nomen est Concha.*] Ita Palat. hactenus tamen ut omiserit adspirationem. vulgati *Conche*.

SALMASIUS.

4 *Ut etiam Victorina sive Victoria.*] Non magnum sane discrimen inter Victo-

res hoc facerent ut memoria dignæ etiam mulieres censerentur. Victoria enim [1] ubi filium ac nepotem à militibus vidit occisos; [2] Posthumium, deinde Lollianum, Marium etiam, quem principem milites nuncuparunt, interemptos, Tetricum (de quo superius dictum est) ad imperium hortata est, ut virile semper facinus auderet: insignita est præterea hoc titulo, [3] ut CASTRORUM se diceret MATREM. Cusi sunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei, [4] quorum hodieque forma extat

Victoriæ Victorinæque nomen, ut tanta cum cura, tam multis locis, id debuerit insinuare Trebellius, quod nusquam omisit monere. sed omnibus illis locis, ut & in hoc quoque, Palatinus scriptum habet, *Vitruvia sive Victoria*: quod etiam alibi monuimus. & hanc solam esse veram diversitatem, pro comperto habemus.

GRUTERUS.

4 *Ut etiam Victorina sive Victoria.*] Rursus Palat *ut etiam Vitruvia, sive Victoria*, quod & quarto redonandum auctori.

CASAUBONUS.

5 *Victorina sive Victoria.*] Ita sæpissime Pollio fœminæ hujus nomen bifariam scribit. at in veteribus fere *Vitruvia* scriptum offendimus. in nummis, VICTORIA. *Victoria* est Νικαὼ, *Victorina* Νικαριὼ. quæ nomina in Græcorum historiis invenies.

1 *Ubi filium ac nepotem.*] Victorinos duos, de quibus ante est dictum.

3 *Ut* CASTRORUM *se diceret* MATREM.] Veteres nummi: VICTORIA. MATER. CASTRORUM F.M.P.A.

4 *Quorum hodieque forma extat.*] Vel potius *formæ extant*. sic accipe vocem *forma*, ut in Alexandri Severi vita.

GRUTERUS.

4 *Quorum hodieque forma exstat.*] Sic & Pal. noster.

SALMASIUS.

2 *Posthumium, deinde Lollianum.*] *Postumum, deinde Lollianum.*

4 *Quorum hodieque forma extat apud Treviros.*] Mallet Casaubonus: *quorum hodieque formæ extant.* ut formas pro ipsis nummis accipiamus, quo sensu accipi debent in Alexandro Lampridii, ubi formas quinarias & denarias pro nummis aureis dixit, quinariis & denariis, id est quinos & denos aureos valentibus. sic denarii formam dixit Dionysius Cato in distichis:

Dilige denarî, sed parce dilige, formam.

Isidorus denariorum formas pro denariis dixit: *nam & qui nummulariam discunt denariorum formis murteos pannos subjiciunt.* sic Græci τὸ χάραγμα appellant τὸ νόμισμα. unde & recentiores χαράγιον pro numismate aureo usurpant. formam tamen heic accipiendum, quem Græci τύπον vocant, hoc est signaculum archetypum, quo nummi formantur. Glossæ: τύπος, τὸ χαραγεῖον, moneta. vulgo τύπος legitur. Glossæ βασιλικῶν: μονῆται βουλλωτήριον, ἢ τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον, μεθ' οὗ ὁ τῶν νομισμάτων τύπος διαχαράττεται). eædem: μονῆται τὸ τυπάριον τοῦ νομίσματος. diceret igitur Trebellius suo tempore adhuc extitisse apud Treviros, hoc est in moneta Trevirica, formam, id est ἀρχέτυπον σφραγιστήριον aureorum & argent

extat apud Treviros. quæ quidem non diutius vixit. Nam Tetrico imperante, ut plerique loquuntur, occisa; ut alii asserunt, fatali necessitate consumpta. [1] Hæc sunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur: quos ego in unum volumen idcirco contuli, ne si de singulis singula quæque narrarem, [2] nascerentur indigna fastidia, & ea quæ ferre lector non posset. [3] Studiose in medio feminas posui ad ludibrium Gallieni,

genteorum nummorum, quos ibidem cudi jusserat Vitruvia. si quis *formam* heic malit accipere de ipsis nummis, non repugnabo. distinguebam etiam aliquando: *cusi sunt ejus ærei argentei, aurei nummi, quorum hodieque forma extat, apud Treviros.* id est, cusi sunt ejus nummi apud Treviros, quorum hodieque forma extat. monetæ porro Trivericæ mentio est in veteri saxo.

CASAUBONUS.

1 *Hæc sunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur.*] Quæ deinceps ad libri finem usque habentur, adjecta sunt ab auctore post editionem primam. Quid illum moverit cur appendicem hanc libro suo adtexerer, ipse ostendit clare, & nos libri initio diximus. Cum igitur obtrectatorum alii dicerent, Trebellium tyrannos pollicitum, tyrannas sive tyrannidas exhibuisse; alii negarent titulo promissum numerum implere eum potuisse, omnibus per hanc appendicem ivit auctor satisfactum.

SALMASIUS.

2 *Nascerentur indigna fastidia, & ea quæ lector ferre non posset. Nunc ad Claudium principem redeo.*] Heic retinenda sunt illa verba, quæ in finem libri rejicienda judicavit summus vir Isaacius Casaubonus auctore libro Regio: *nunc ad Claudium principem redeo, de quo speciale mihi volumen, quamvis breve, merito vitæ illius videtur edendum. addito fratre singulari viro, ita ut de familia tam sancta atque nobili saltem pauca referantur.* quæ quidem verba omnes antiquæ editiones, & inter has omnium prima, quam curavit Bonus Accursius Pisanus, sed & optimus Palatinus hoc loco ponunt. nec erat causæ, cur in finem libri transferrentur. his enim verbis, ut videtur, concluserat auctor volumen triginta tyrannorum, & finem fecerat, transiturus ad Claudium principem. postea vero jam perfecto expletoque libello, auctarii vicem, addidit duorum tyrannorum vitas, & in his quæ sequuntur facti sui rationem reddit, & propositum quare mutaverit, exponit: cum prius destinasset, post Claudium & Aurelianum, duo tyrannos qui subditi sunt, addere. hanc igitur periodum in suam sedem reponimus, qua motam fuisse non recte, satis declarant hæc verba: *quæso qui expletum jam librum acceperas, boni consulas, atque hos volumini tuo libens addas.* nam si volumen jam expleverat, manifesto verba illa finem libri faciebant, & eum claudebant. quæ postea vero addidit, ea finito libro & jam perfecto sunt addita.

CASAUBONUS.

3 *Studiose in medio fœminas posui ad ludibrium Gallieni.*] Videntur in prima editione alio loco recensitæ ab auctore fuisse Zenobia & Victoria, quæ hodie in omnibus libris agmen XXX. tyrannorum claudunt. retractæ autem sunt, nisi fallor, in ultimum hunc locum, posteaquam invenit Tre-

ni, quo nihil prodigiosius passa est respub. Rom. Duos etiam nunc tyrannos, quasi extra numerum (quod alieni essent temporis) additurus: unum qui fuit Maximini temporibus, alterum qui Claudii: ut tyrannorum triginta viri hoc volumine tenerentur. Quæso qui expletum jam librum acceperas, boni consulas, atque hos volumini tuo volens addas: quos ego quemadmodum Valentem superiorem huic volumini, sic post Claudium & Aurelianum [1] his qui inter Tacitum & Diocletianum fuerunt, addere destinaveram. [2] Sed errorem meum [3] major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit. [4] Habeo igitur gratiam quod [5] titulum meum

Trebellius unde etiam sine illis XXX. tyrannorum numerum expleret. etsi possunt hæc & aliter accipi. Porro in vulgatis editionibus quædam leguntur ante hæc verba, quæ cum inepte hic essent posita, in suum locum, hoc est finem libri, auctore regio codice à nobis sunt rejecta.

1 *His qui inter Tacitum & Diocletianum fuerunt, addere destinaveram.*] Apparet ex istis, habuisse in animo Trebellium Pollionem alium librum de tyrannis edere: quem tamen non fuisse ab eo editum Vopiscus ostendit, qui hujus historiam ultra Quintillum Claudii fratrem non producit. Inter Tacitum autem & Diocletianum fuerunt non tyranni tantum, sed etiam imperatores quatuor, Probus & Carus, cum filiis Numeriano ac Carino.

2 *Sed errorem meum major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.*] An *advertit*? aut erit positum *avertit*, pro correxit, emendavit. locutio digna quæ lectoris animum advertat: *major historiæ diligentia tuæ eruditionis*, id est, major in cognoscenda historia diligentia tua qui es vir eruditissimus. Pro *major*, offendi in membranis exaratum *memor*: quod etsi ferri potest, minus tamen probo.

4 *Habeo igitur gratiam, quod titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit.*] Atqui erat propositum de iis agere qui principibus Valeriano & Gallieno tyrannidem occuparunt: quare isti duo nihil ad propositum. nam si præfinitum tempus erat excedendum, non XXX. neque XL. sed plures etiam, in paucorum annorum spatio, ut fuere tum tempora, poterant inveniri. quo igitur in hujus libri titulo ille numerus?

GRUTERUS.

3 *Major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.*] Pal. *meroe historiæ diligentiæ tuæ eruditionis avertit.*

SALMASIUS.

2 *Sed errorem meum major historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.*] Nolim præstare sincerum hunc locum, nec certe possim. lectionem tantum proponam, quæ est in antiquitus excusis & scriptis: *sed errorem meum meror historiæ diligentia tuæ eruditionis avertit.* ita Palatinus: nec mutat editio princeps, nisi quod *mæror* legit cum diphthongo. aliquid fortasse aliquando inveniam: nunc nihil possum.

4 *Habeo igitur gratiam quod titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit.*] Prudentiam heic pro doctrina & scien-

meum prudentiæ tuæ benignitas implevit. [1] Nemo in templo Pacis dicturus est [2] me fœminas inter tyrannos,

scientia posuit. sic apud Servium *prudentes* pro doctis, & *prudentiores* pro doctioribus. ad sextum: *prudentiores*, inquit, *dicunt animas recedentes à corporibus sordidiores esse donec purgentur, quæ purgatæ incipiunt esse clariores.* ad secundum Georgicôn: *prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere.* & in undecimo: *nam apud prudentes homines nullius momenti sunt ista.* alibi apud eumdem, *prudentes disciplinæ Etruscæ.* sic prudentiam pro scientia posuit in Sexto: *per Mercurium autem ob hoc fingitur esse revocatus, quod ipse est Deus prudentiæ, per quam Philosophi deprehenderunt πολυϊστορίαν, & μετεμψύχωσιν.* ita prudentiam hoc loco dixit Pollio, quam supra eruditionem dixerat.

5 *Titulum meum implevit.*] Igitur post auctarium duorum tyrannorum, quorum vitas illius amici suasu, huic volumini triginta tyrannorum addidit, Zenobia & Victoria numerum non faciunt. nam illis demptis, triginta in hoc volumine habentur Tyranni. Titus enim & Censorinus de novo additi integrum numerum efficiunt. delenda ergo numeri nota superscripta Zenobiæ Victoriæque vitis, & Titi Censorinique superponenda. quod amici docti hominis, & in historia diligentis suasu fecisse se narrat Trebellius, ne causarentur homines, fœminas ab eo recenseri, qui pollicitus esset, vitam tyrannorum scribere, quasi tyrannas quasdam scilicet, & tyrannidas, ut joci causa garriebant homines otiosi.

CASAUBONUS.

1 *Nemo in templo Pacis d.*] Erat in templo Pacis bibliotheca, cujus meminit A. Gellius: apparetque etiam ex Galeno ventitasse illuc viros doctos, ut fabulas literatas haberent.

2 *Me fœminas inter tyrannos cum risu & joco tyr.*] Trajectio hic commissa ab ipso ut videtur auctore. nam erat sic dicendum: *Nemo in t. P. dicturus est cum joco, me fœminas inter tyrannos, tyrannas videlicet, & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse.* Sine caussa vero ulla isti Trebellium reprehenderunt, riseruntque, quod tyrannos pollicitus, fœminas recensuisset, quæ tyrannidis erant potitæ. in quo non magis ab illo fuerat peccatum, quam ab eo peccaretur, qui decem liberorum patrem se diceret, cum quinque filios filiasque totidem haberet. Sed & fugit eos ratio cum postularunt ut Zenobia & Victoria non tyranni dicerentur, verum tyrannæ aut tyrannides. melius Ovidii antiquus interpres in Ibin: *Tyrannus*, ait, *est communis generis: nam Theodosii grammatici est regula, quod nomina professionem aut dignitatem significantia sunt communis generis: ut hic & hæc dux: hic & hæc philosophus.* hæc ille, & similia his alii technici, ut Servius libro septimo de voce *tyrannus* nominatim. idem alibi docet voces *auctor*, *senator*, *balneator*, *fullo*, & similes, generis utriusque esse. *fœmina dux* leges in Taciti Agricola: *fœmina judex* apud Ambrosium libro De viduis: *mulier defensor* apud Ulpianum lege secunda Dig. De senatusconsulto Velleiano. *mulier persuasor* apud elegantissimum scriptorem Cassianum libro VIII. γυνὴ συκοφάντης legi apud Athanasium. ut apud Æschylum τὰς σοφιστάς. γυνὴ διδάσκαλος apud Chrysostomum. virgo autem & παρθένος utroque genere usurpant disertissimi scriptores Græci & Latini. *Erena imperator*, dixit incertus auctor perantiquus Annalium Francicorum, à Petro Pithœo editus. Sed fuere multi ex veteribus, qui hanc generis communionem non probarent: quo ex fonte multa nova nomina in utraque lingua manarunt. nam *auctrix* maluit Ter-

nos, cum risu & joco [1] tyrannas videlicet & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse. Habent integrum numerum ex arcanis historiæ in meas literas datum. Titus enim & Censorinus, quorum unus, ut dixi, sub Maximino, alter sub Claudio fuit, ambo ab iisdem militibus, à quibus purpura velati fuerant, interempti sunt.

DE [2] TITO.

[3] DOcet Dexippus, nec Herodianus tacet omnesque qui talia legenda posteris tradiderunt, Titum 32

Tertullianus dicere. quam summum sequi poëtam, apud quem ait Juno, *Auctor ego audendi.* —— *clienta* dixit Sidonius Apollinaris. Eadem ratio est illorum, διακόνισσα, φυλάκισσα, & id genus apud LXX. interpretes, aliosque scriptores Christianos. γεώργισσα extant etiam apud Justinianum in Novella CLVI. quæ omnia vocabula contra artis præcepta sunt novata. Quamobrem, ut ante diximus, sine caussa arguti homines Trebellium Pollionem hoc nomine reprehenderunt. Similis est acutissimi Afri cavillatio: cum adversus improbissimos hæreticos Valentinianos scribens, ait capite XXXIV. dicendum ipsis esse, *Hoc deum.* nam nomen *Deus* omni genere usurpari docent veteres.

GRUTERUS.

1 *Tyrannas videlicet tyrannides.*] Pal. *vel tyrannides*, quod malim.

CASAUBONUS.

3 *Docet Dexippus, nec Herodianus tacet, &c.*] Jam diximus ad Capitolini Maximinos, hodie legi aliter apud Herodianum. Lector, si volet, ad eum locum adeat. non enim repetemus, quæ sunt ibi dicta.

SALMASIUS.

1 *Tyrannas videlicet & tyrannides.*] Nota tibi, *tyrannides*, pro tyrannis feminis. cum enim τυραννίς, dominationem ipsam significet & imperium, heic pro fœmina imperante vel dominante ponitur. sic τυραννίδας pro uxore regis legi apud septuaginta in libro Esteris. quod etiam in optimis Glossis reperi. sed locus hodie corruptissimus circumfertur, quem heic emendatum proferemus. *tuelliones*, ἀ?ζιρ), ἀιγαθοσίνδοι, τύραννοι, καὶ τυραννίδες. ubi τυραννίδες, sunt feminæ tyrannæ, ut hoc loco.

2 *Titum. Docet Dixippus nec Herodianus tacet.*] Mirum est Herodianum heic à Pollione vocari in Tito, qui Titum tamen nusquam nominat, sed Quartinum. Capitolinus in Maximinis *Ticum* appellat. ubi non dubitamus, quin sit reponendum *Titum.* *c* & *t* in veteribus crebro permutantur invicem. ut in hac ipsa vita *acrolicam*, pro *acrolitam*, perperam scriptum fuisse observamus. sed quid Herodiano faciemus, qui Quartinum quidem habet, de Tito vero tacet? an corruptum dicemus? non censeo. nam Quartinus inter nomina Romana. ut in veteri inscriptione, M. VIPSANIO QVARTINO SVCCONDITORI. putamus igitur hunc tyrannum, Titum Quartinum fuisse appellatum, quem Latini historici Titum de præ-

tum tribunum Maurorum, qui à Maximino inter privatos relictus fuerat, timore violentæ mortis, ut alii dicunt; invitum vero, & à militibus coactum, ut plerique asserunt, imperasse. Atque hunc intra paucos dies post vindicatam defectionem quam consularis vir Magnus Maximino paraverat, à suis militibus interemptum. Imperasse autem mensibus sex. [1] Fuit hic vir de primis erga Rempub. domi forisque laudabilis, [2] sed imperio parum felix. Alii dicunt, ab Armeniis sagittariis, quos Maximinus ut Alexandrinos & oderat & offenderat, principem factum. Nec mireris tantam esse varietatem de homine cujus vix nomen agnoscitur. Hujus uxor Calphurnia, fuit sancta & venerabilis fœmina, [3] de genere Censorinorum, id est Pisonum, quam majores nostri [4] univiriam sacerdotem inter sacra-

nomine vocarunt, Græci vero Quartinum de cognomine. nec novum est, ut Græci Latinique scriptores aliter eumdem hominem nominent, cui plura sint nomina. exempli caussa, Polybius Titum semper nominat, quem Livius Quintium appellare mavult. is est Titus Quintius Flaminius, qui Philippum devicit. quem Latini auctores Antoninum Philosophum vocant, Græci non alio fere quam Marci nomine notum habent. & sic de aliis innumerabilibus possem referre, qui aliter Græcis, aliter Latinis auctoribus sunt dicti. sic Pupienus historicis Latinis, qui Græcis Maximus. sic Titus Quartinus, Titus est dictus Trebellio & Capitolino, Quartinus Herodiano & Dexippo. hæc est nostra de hoc Tito conjectura, quam si minus veram, verisimilem tamen esse nemo negaverit.

1 *Fuit hic vir de primis erga remp.*] *De primis*, pro *inter primos. fuit hic vir inter primos erga remp. domi forisque laudabilis.*

2 *Sed imperio parum felix.*] *Sed in imperio parum felix.* ita Pal.

3 *De genere Censorinorum, id est Pisonum.*] Lege ex optimo Palatino, *de genere Cesoninorum.* Cesonini enim vel Cesoniani Pisones dicti, non Censorini.

GRVTERVS.

3 *De genere Cæsoninorum.*] Ita clare Pal. noster, non ut perperam hactenus vulgati, *Censorinorum.*

4 *Univiriam sacerdotem.*] Sic & Palatinus.

CASAUBONUS.

3 *De genere Censorinorum, hoc est Pisonum.*] Pisones qui de Calpurnia gente erant, non Censorini apud antiquos scriptores, quod sciam sed Cœsoniani nominantur.

4 *Univiriam sacerdotem.*] Tertullianus Exhortatione ad castitatem: *Monogamia apud ethnicos in summo honore est, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur, & si auspici initium est. item in quibusdam solennibus & auspiciis, ut prior sit univiræ locus. certe & flaminica non nisi univira est, quæ & flaminis lex est.* Vetus lapis, RENATVS. VOLVSIÆ. IVSTÆ. MATRI. CARISSIMÆ. OMNIVM. FEMINARVM. SANCTIORI. VNIVIRÆ. in alia inscriptione

cratiſſimas fœminas adorarunt: [1] cujus [2] ſtatuam in templo Veneris adhuc videmus [3] Argolicam, ſed auratam.

ptione eſt ſcriptum, VNIVIRA. Dicuntur & unicubæ. Gloſſæ Iſidori: *Unicuba, unius viri uxor.* In Cod. Theodoſ. De revocandis donationibus extat privilegium quoddam ſolis conceſſum *unius tantum matrimonii mulieribus*, id eſt, *τοῖς μονογάμοις* & univiris.

SALMASIUS.

1 *Cujus ſtatuam in templo Veneris adhuc videmus Argolicam ſed auratam.*] Merito quærat heic aliquis, quænam hæc ſit Argolica ſtatua, aut quare ſic vocetur. nam ut Argolicarum matronarum vel heroinarum habitu accipiamus cum viris valde doctis, non placet. an Argolicam ſtatuam ita exponemus, ut Argolicos clypeos, qui Argis ea forma fiebant, ſic peculiaris cujuſdam operis Argolicæ ſtatuæ fiant? nugæ. ſcripti omnes, *acrolicam ſtatuam* heic præferunt. unam literam mutes licet, & veram habebis lectionem, quæ eſt, *acrolitam ſtatuam*, vel *acrolitham*. hoc eſt *ἀκρόλιθον ἀνδριάντα.* acrolitha autem ſtatua eſt lapidea. dicit igitur lapideam illam fuiſſe ſtatuam, ſed auratam. neque quemquam movere debet vocis ex Græco mutuatæ uſurpatio. ſic enim monolithas columnas dixit Laberius, *τοὺς μονολίθους*: *cum provincias diſpoliavit, columnas monolithas, labella lenis.* ſic *acrolitha ſtatua* ἡ ἀκρόλιθος. ἀκρόλιθον ξόανον in epigrammate Græco nondum edito:

Μὴ κλδύσης ἄνθρωπε τὸ χλαίνιον, ἀλλὰ θεώρει
Οὕτως ἀκρολίθου κάμε τρόπον ξοάνου.

acrolitha ſtatua, ἡ ἀκρόλιθος. ſtatuæ ἀκρολίθου mentionem etiam apud Plinium extare ſcio. ſed nunc locus non ſuccurrit. ut monolitha columna ἡ μονόλιθος. non poterat felicius hic locus emendari.

CASAUBONUS.

2 *Statuam Argolicam, ſed auratam.*] Scripti quidam, *acrolicam*. quod neſcio quid ſit. *Argolicam* vero accipio, Argivarum matronarum ſive heroinarum habitu: vel figura ſtatuariis Argivis frequentata. hoc ſolum interfuit, quod hæc aurata erat.

GRUTERUS.

2 *Statuam Argolicam.*] Pal. *Acrolicam.*

SALMASIUS

3 *Acrolitham ſed auratam.*] Auratarum ſtatuarum multa apud veteres mentio & in antiquis inſcriptionibus. *auro illuſtris* pro aurata dicitur in veteri ſaxo: AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM. A. DOMINIS. AVGVSTISQVE. NOSTRIS. SENATVS. AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVENTIBVS. IMPETRAVIT. in alio lapide *auro ſuperfuſa*: STATVAM. SECVNDAM. AVRO. SVPERFVSAM. LOCARI. SVMPTV. PVBLICO. PLACVIT. *auro ſuperfuſa* eſt aurata. ſic *perfuſa auro patina* pro deaurata, ἡ χρυσίμβαφος. ſtatuas etiam ſub auro decerni, & conſtitui dicebant, quæ auratæ decernerentur. vetus ſaxum: STATVAM. SVB. AVRO. CONSTITVI. LOCARIQVE IVSSERVNT. id eſt *ſtatuam auratam locari juſſerunt.* item in alia inſcriptione: STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI. TRAIANI. SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO. RESTITVENDAM. CENSVERVNT. *ſtatuas in auro*, & *ſtatuas ſub auro* dicebant pro auratis. haud diſſimili genere loquutionis hominem in armis & ſub armis, id eſt armatum vocabant. Ennius:

Ter me ſub armis malim vitam cernere.

id eſt, *malim armatum me vitam cernere.* Virgilius:

— *ſedet circum caſtella ſub armis.*

pro *armatus circumſidet caſtella.* idem:

— *ludunt belli ſimulacra ſub armis.*

tam. [1] Hæc [2] uniones Cleopatranas habuisse perhibetur: hæc lancem centum librarum argenti, cujus plerique poëtæ meminerunt, [3] in qua majorum ejus expressa ostenditur historia. Longius mihi videor processisse quam res postulabat: sed quid faciam? [4] omnis scien-

pro *armati ludunt*. sic *in armis* etiam pro eodem. in pervigilio Veneris:

Totus est in armis idem, quando nudus est Amor.

sic Manilio Centaurus *sub arcu*, & Centaurus *in arcu*, qui arcum gestat, arcu armatus:

—— geminumque sub arcu Centaurum. ——

idem alibi:

Et qui contento fulget Centaurus in arcu.

sic in *hastis* pro *hastati*. Ennius:

—— levesque sequuntur in hastis.

Virgilius *in jaculis Acestem* dixit qui jacula manu gestabat:

—— occurrit Acestes Horridus in jaculis.

sic apud elegantissimum Phædrum Occasio *in novacula* esse dicitur, quæ novaculam manu tenens apud veteres fingebatur pingebaturque.

Cursu volucri pendens, in novacula,
Calvus, comosa fronte.

ita enim distinguendi intelligendique illi versus, ut alibi pluribus ostendam. Posidippus, de Occasione: Δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν. ἵππους ἐν πτερύγεσσιν. *equos in alis.* pro alatos dixit Pindarus. ut autem *statua in auro*, & *sub auro*, sunt auratæ, sic *pocula in gemmis*, & *sub gemmis*, sunt gemmata apud Anastasium Bibliothecarium. idem *marmora in exemplis*, dixit *exemplata*, hoc est exemplis & argumentis figurisque picta. eadem plane loquutione dicebatur *statua sub auro* decerni, quæ aurata decernebatur, qua opus aliquod *sub ascia dedicari* quod asciatum dedicabatur. de quibus loquendi generibus nos alibi.

1 *Hæc uniones Cleopatranas.*] Scribe: *uniones Cleopatranos*. nam *hic unio*. Græci μονόκοκκα uniones vocant, hoc est unica grana. nam *grana* etiam pro margaritis. Glossæ: *uniones*, μαργαρῖται μεγάλοι, μονόκοκκα. ita enim ibi scribendum. aliæ Glossæ: μονόκοκκον, *unio*. margarita unibacca dixit eleganter Publius:

Quo margarita cara, unibacca, Indica?

id est, μαργαρῖται πολύτιμοι, μονόκοκκοι, Ἰνδικοί. hodie tribacca legitur, repugnante versu. sed nec, *tibi baca*, quod vulgo ibi docti reponunt, potest locum habere, cum *margarita Indica* per accusativum pluralem sint enuntiata, & nos alibi id pluribus ostendemus. ab similitudine margaritarum, quæ quod indiscretim reperiuntur in conchis, unionis nomen adeptæ sunt, nos etiam vulgo *uniones* vocamus cepas capitatas, quæ unico bulbo constant. quam vocem nisi fallor, apud Columellam ea significatione legi, sed nunc liber ad manum non est. uniones autem, hoc est margaritas, hodie *perulas* vocamus, voce ex Latino deflexa quasi *pilulas*, quasi parvas pilas. unde & *pirula* Isidoro rotunda illa nasi extremitas, pro *pilula*. sed hæc præter rem fortasse, ad rem igitur redeamus.

3 *In qua majorum ejus expressa ostenditur historia.*] *Expressa ostenderetur historia* Pal. & edit. vet.

GRVTERVS.

2 *Uniones Cleopatranas.*] Pal. *Cleopatranos.*

3 *Maiorum ejus expressa ostenderetur historia.*] Vulgati, *ostenditur*, sed lectio altera melior est, habetque eam Palatinus.

4 *Omnis scientia natura facil.*] Palatino abest vocula *omnis*, & forte adscita est à librariis.

ſcientia naturæ facilitate verboſa eſt. Quare ad Cenſorinum revertar, hominem nobilem: ſed qui non tam bono quam malo Reip. ſeptem diebus dicitur imperaſſe.

DE CENSORINO.

CENSORINUS, vir plane militaris & antiquæ 33
in curia dignitatis, [1] bis conſul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbis, [2] quartò proconſul, ter-

SALMASIUS.

1 *Bis conſul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbi.*] Enumerat ordine gradus omnes dignitatum quos percurrit hic Cenſorinus, & à ſummo incipiens qui eſt conſulatus, deſinit in legationes extra ordinem. proximam conſulatui facit præfecturam prætorii, deinde præfecturam urbis, poſt quam nominat proconſulatum, deinde conſularitatem, mox præturam, ædilitatem & quæſturam. aſcendentium igitur ad conſulatum hi gradus erant. *Quæſtor, Ædilis, prætor, conſularis, proconſul, præfectus urbi, præfectus prætorio, conſul.* hic apicem omnium dignitatum & culmen obtinebat. eodem ordine quo heic leguntur, poſitas iſtas dignitates in multis illorum temporum inſcriptionibus licet legere. unam aut alteram heic producemus, reliquas ad alium tractatum reſervabimus, quem de populi R. magiſtratibus, & officiis domus Auguſtæ paramus. Vetus inſcriptio Romæ in hortis Matthæiorum.

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO
QVÆSTORIO. CANDIDATO
PRÆTORI. VRBANO
CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ
CONSVLARI. LVSITANIÆ
PROCONSVLI. ACHAIÆ
PRÆFECTO. VRBI
PRÆFECTO. PRÆT. II. ITALIÆ. ET. ILLYRICI
CONSVLI. DESIGNATO.

item alia hoc modo:

TYRANNIÆ. ANICIÆ
IVLIANÆ. C. F. CONIVGI
Q. CLODI. HERMOGENIANI
OLYBRI. V. C.
CONSVLARIS. CAMPANIÆ
PROCONSVLARIS. AFRICÆ
PRÆFECTI. VRBIS.
PRÆFECTI. PRÆT. ILLYRICI
PRÆF. PRÆT. ORIENTIS
CONSVLIS. ORDINARII.

atque ita in aliis multis, de quibus nos alibi.

CASAUBONUS.

2 *Quartò proconſul, tertiò conſularis l.*] Præceſſit *bis conſul.* In antiquis populi Ro. hiſtoriis ſimile nihil leges: ut bis conſul tertio fuiſſe conſularis dicatur. ſed ut qui proconſulares provincias adminiſtrabant, dicebantur proconſules; ſic erant aliæ provinciæ, quas qui regebant, conſulares audiebant. Sic Italiam quatuot conſularibus commiſſam narrat Spartianus, Apud Ammianum vero conſularium Bæticæ & Pannoniæ, fit mentio. aliorum alibi præſertim in antiquis lapidibus. Ita eſt interpretari hanc lectionem: ſed præſtat diſtinctionem ſequi, quam ex ſuis libris Puteanus adnotaverat: *tertiò conſularis legatus, prætorius ſecundò, ædilitius quartò, quæſtorius tertiò.*

[1]tertiò consularis, legatus prætorius secundò, ædilitius quartò, quæstorius tertiò, extra ordinem quoque legatione Persica functus, etiam Sarmatica. Post omnes tamen honores quum in agro suo degeret senex, atque uno pede claudicans vulnere quod bello Persico Valeriani temporibus acceperat, [2] factus est imperator, & scur-

SALMASIUS.

1 *Tertio consularis, legatus prætorius secundo.*] Distinguit Casaubonus: *tertio consularis legatus, prætorius secundo.* sed nihil opus hac distinctione. *legati prætorii*, & *legati Augusti proprætore* semper dicti sunt qui provincias prætorias nomine Cæsaris administrabant. qui vero consulares provincias ejusdem Cæsaris missu regebant, etsi hi quoque legati essent Augusti & legati consulares dicerentur, consulares tamen simpliciter illius provinciæ cui præerant, vocabantur. hinc fit, ut nunquam legas prætorium alicujus provinciæ, sed semper legatum prætorium, aut legatum proprætore, aut etiam proprætorem. at consulates provinciarum sæpissime occurrunt in veterum libris & antiquis saxorum monumentis. multa multis locis horum commentariorum diximus ad hujus loci illustrationem pertinentia, quorum quædam heic summarim repetenda, ne cum viro doctissimo mireris, hunc Censorinum tertio consularem dici, qui bis tantum fuerat consul. ex divisione provinciarum ab Augusto primum instituta, populus habuit suas provincias, habuit & Augustus suas. ex populi provinciis, aliæ fuere prætoriæ, aliæ consulares: Cæsaris item provinciæ, partim prætoriæ, partim consulares erant. populi provinciæ antiquo more, qui stante rep. obtinuit, annuis magistratibus regebantur, & in eas sortito mittebantur prætores & proconsules. sed quemadmodum etiam sub libera republica multi prætorii viri provincias prætorias jure & imperio consulari rexerunt, & proconsules inde dicti sunt, etsi nunquam consules fuissent: sic sub imperatoribus omnes fere qui ad regendas provincias ex parte populi proficiscebantur, consulari potestate eas administrabant, & proconsules dicebantur, & sic omnes populi provinciæ proconsularea appellatæ. hinc tam frequens per illa tempora proconsulum mentio, qui nunquam consulatum gesserant, quique proconsules prius fierent, quam consules. prætorii enim viri qui consulari vel proconsulari imperio provincias gubernabant, proconsules vocabantur. quod alibi pluribus confirmamus. Cæsar autem provinciis suis regendis, quæ prætoriæ essent, prætorios viros imponebat, qui *legati prætorii Augusti*, vel *legato Augusti pro prætore* dicebantur. consularibus vero præponebat viros consulares, qui legati consulares, vel consulares simpliciter nuncupabantur. & hæc semper differentia observata est, ut proconsules vocarentur, qui populi provincias jure consulari regerent, consulares verò qui provinciis Augusti præerant cum imperio consulari. ceterum quemadmodum proconsules dicti sunt, omnes qui prætorias etiam populi provincias administrabant: sic post Constantinum nulli jam prætorii legati Augusti, sed omnes consulares sunt appellati. inde provinciæ proconsulares, consulates, & præsidales illis temporibus tantum cognitæ, nullæ dehinc prætoriæ. sed hæc alias pluribus.

GRUTERUS.

2 *Factus est imperator, & scurrarum, &c.*] Pal. non agnoscit illud *Imperator &c.*

1 Extat

scurrarum joco Claudius appellatus est. Quumque se gravissime gereret, neque à militibus ob disciplinam censoriam ferri posset, ab his ipsis à quibus factus fuerat, interemptus est. Extat ejus sepulcrum, in quo grandibus literis circa Bononiam incisi sunt omnes ejus honores, ultimo tamen versu adscripto,

[1] Felix ad omnia, infelicissimus imperator.

Extat ejus familia, Censorinorum nomine frequentata: cujus pars Thracias odio rerum Romanarum, pars Bithyniam petiit. [2] Extat etiam domus pulcherrima adjuncta gentibus Flaviis, quæ quondam Titi principis fuisse perhibetur. Habes integrum numerum triginta tyrannorum, [3] qui cum malevolis quidem, sed

CASAUBONUS.

2 *Extat etiam domus pulcherrima adjuncta gentibus Flaviis.*] Quomodo gentibus adjuncta domus? Lego, *adjuncta ædibus Flaviis.* corruperunt, qui meminerant initio sequentis vitæ gentium Flaviarum haberi mentionem.

3 *Qui cum malevolis quidem, sed bono animo causabaris.*] Insignis emendatio est, quam imputat nobis hoc loco unicus regiæ bibliothecæ codex: nam omnes alii nullo plane sensu, *qui cum malè nobis quidem.* Cæteri, inquit, malo animo & obtrectandi studio me reprehendebant, ob promissum in libri titulo majorem tyrannorum numerum, quam potuissem invenire. tu reprehendisti quidem, sed animo non malo: quin imo juvisti etiam, & unde supplerem quod deerat suggessisti. *Caussari* est αἰτιᾶσθαι & cum aliquo expostulare. hinc nostrum *gausser.* neque aliter hoc loco interpretandum. hinc apud B. Ambrosium *caussas præstare*, pro aliquid committere, unde caussandi occasio detur malevolis.

SALMASIUS.

1 *Felix ad omnia, infelicissimus imperator.*] Elegantius Palatinus: *felix omnia, infelicissimus imperator.* quæ Græca locutio est, τὰ πάντα εὐδαίμων. τὰ πάντα ἄθλιος. Poëta: *cætera Grajus.* Sallustius: *sanctus alia.* Tertullianus de Pallio: *cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittæ, & privilegium galeri Cereri initiantur.* idem alibi: *ad hoc enim venerat, ut à delicto purus, & omnia sanctus pro peccatoribus obediret.* plura ad ipsum Tertullianum de Pallio congessimus quæ heic repetenda non duximus.

3 *Qui cum malevolis quidem, sed bono animo causabaris.*] Ita restituit hunc locum Casaubonus, & merito de hac emendatione gloriatur. est enim egregia. facile tamen fuit veterem & primam editionem legenti, mendum typographicum, quod in illa hæserat, corrigere. sic enim ea habet, *qui cum male vobis quidem, sed bono animo causabaris.* quis non miretur supinitatem, & negligentiam, vel ἀβλεψίαν potius, eorum qui sequentes editiones adornarunt, quibus vitium typographi non suboluit, deditaque opera depravarunt, quod exigua vel nulla opera poterant emendare, si oculis suis usi essent? Palatinus, *malevolis.*

GRUTERUS.

3 *Qui cum malevolis quidem, &c.*] Lectioni codicis Regii propius accedit Palatinus quam vulgati. hi enim præferunt *male nobis*; ille *male vobis.*

I Tre-

ſed bono animo cauſabaris. Da nunc cuivis libellum non tam diſerte quam fideliter ſcriptum. Neque ego eloquentiam videor pollicitus eſſe, ſed rem: qui hos libellos quos de vita principum edidi, non ſcribo, ſed dicto: & dicto cum ea feſtinatione, quam, ſiquid vel ipſe promiſero vel tu petieris, ſic perurges ut reſpirandi non habeam facultatem. Nunc ad Claudium principem redeo: de quo ſpeciale mihi volumen, quamvis breve merito vitæ illius videtur edendum: addito fratre ſingulari viro, ita ut de familia tam ſancta & tam nobili ſaltem pauca referantur.

[1]TREBELLII POLLIONIS

DIVUS CLAUDIUS, AD CONSTANTINUM AUG.

1 [2]VENTUM eſt ad principem Claudium, [3]qui nobis intuitu Conſtantii Cæſaris cum cura in

CASAUBONUS.

1 TREBELLII POLLIONIS.] Hunc verum auctorem eſſe, initio libri præcedentis probavimus. inferius autem dicturi ſumus, videri hunc librum Ἀδιόρθωτον eſſe prioris editionis; cum initio aliter hanc vitam auctor edidiſſet.

2 *Ventum eſt ad principem Claudium, q.*] Ita ſcripti. Erat editum, *Feliciter ventum eſt ad pr. Cl.* qui ridiculus error ab antiquorum conſuetudine profectus eſt, qui completo libro vocem FELICITER ſubjicere ſoliti, ac ſtatim ſcriptionem continuare. Hieronymus ad Marcellam: *Scire debemus apud Hebræos in fine librorum unum è tribus ſolere ſubnecti: ut aut Amen* אמן *ſcribant, aut Sela* סלה*, aut Salom,* שלום *quod exprimit pacem, unde & Salomon pacificus dicitur: ut ſolemus nos completis opuſculis ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid iſtiuſmodi.* Qui antiquas membranas aliquando tractarunt, veriſſimum eſſe norunt quod ait Hieronymus. ſæpe enim invenias diverſos libros, interdum etiam auctorum diverſorum opera, ſine ullo ſpatio continuata, altera tamen harum dictionum interpoſita. Librarii vero vocem illam modo appingunt fini prioris libri, modo ſequentis initio. Scripſerat hic igitur librarius, *Divus Claudius. Feliciter.* ſic ſupra invenimus in regio, *Antoninus Pius. Feliciter.*

SALMASIUS.

2 *Ventum eſt ad principem Claudium.*] Si mei judicii res eſſet, nollem tolli ex

[1] in literis digerendus est. De quo ego idcirco recusare non potui, quod alios, tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripseram eo libro quem *De triginta tyrannis* edidi, qui [2] Cleopatranam etiam stirpem, & Victo-

ex hoc loco verbum *feliciter*, quod omnes editiones antiquæ, omnesque adeo codices scripti heic constanter retinent: *feliciter ventum est ad principem Claudium, qui nobis cum cura in litteris digerendus est*. quid enim, rogo te, erat causæ cur tolleretur? scio quidem & illud, solitum *feliciter*, subjici ad finem librorum, & ita sæpius inveniri scriptum in antiquis libris, initio & fine voluminis: non tamen propterea hinc fuit expungendum, quod auctoris geminum germanum esse liquido possumus affirmare. decursis superiorum principum vitiis, feliciter se venisse ad Claudium principem dicit, quem & sibi majore cura scribendum ait, contemplatione Constantii Cæsaris, in cujus gratiam quod is à Claudio imperatore originem duceret, ita tibias heic inflat Trebellius in laudando celebrandoque, & omnibus modis extollendo Claudio. Græci dicerent: ἀγαθῇ τύχῃ ἦλθομεν ἐπὶ τὸν Κλαύδιον.

CASAUBONUS.

3 *Qui nobis intuitu Constantii Cæsaris cum cura in literis digerendus est.*] Jam ante monuimus perperam isto & similibus aliquot locis librorum superiorum, scribi in nonnullis libris, *Constantini*. nam Pollio imperante Diocletiano hæc commentabatur, ut hoc ipso libro ipse testatur. Cæsar autem Diocletiani Constantius, non autem Constantinus. quod autem Constantius & Constantinus generis auctorem habuerint Claudium, docet Eumenius in panegyrico ad Constantinum. sed uberius hic scriptor, sub libri hujus finem.

GRUTERUS.

1 *In literis digerendus est.*] Pal. *in litteras*, quod non sperverim.

2 *Qui Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam, & quæ nunc est, detinet.*] Pal. *qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet*. quæ lectio si retineatur, rescribaturque, *Victorianamque nunc detinet*, nihil erit ejus difficultatis, qualis erat in scriptura priore.

CASAUBONUS.

2 *Cleopatranam etiam stirpem & Victorianam & quæ nunc est.*] Zenobia Cleopatrana stirps fuit, ut ante dictum. Legebam, *quæ & nunc est*. ac de Victoriana stirpe intelligebam: sed hoc non dixit Trebellius libro superiore, cum de Victoria tot locis ageret. nihil muto igitur, & *stirps quæ nunc est*, interpretor de sobole Censorini: quam Pollionis ætate adhuc extitisse ex priore libro didicimus.

SALMASIUS.

2 *Qui Cleopatranam etiam stirpem, & Victorianam & quæ nunc est detinet.*] Sana non est lectio, ex qua non mirum si nihil sani potuerunt elicere viri docti, qui tota re aberrarunt in expiscando hujus loci sensu. Palatinus habet: *qui Cleopatranam etiam stirpem Victorianam quæ nunc detinet*. à quo minimum recedit princeps editio. sic igitur me auctore emendabis, & totum hunc locum ita leges: *de quo idcirco recusare non potui, quod alios tumultuarios videlicet imperatores ac regulos, scripseram eo libro, quem de triginta tyrannis edidi, qui Cleopatranam etiam stirpem, Victorinamque nunc detinet*. Cleopatrana stirps est, Zenobia. dicit Trebellius non potuisse recusare quin Claudii vitam scriberet. quum enim hoc dederit minutis principibus & regulis, quos uno volumine est complexus, nec illis tantum, sed etiam duabus feminis Zenobiæ & Victorinæ,

Victorianam, & quæ nunc eſt, detinet. Siquidem eo res proceſſit ut mulierum etiam vitas ſcribi Gallieni comparatio effecerit. Neque enim fas erat eum tacere principem [1] qui tantam generis ſui prolem, qui bellum Gotthicum ſua virtute confecit, qui manum publicis cladibus victor impoſuit, qui Gallienum prodigioſum imperatorem, etiamſi non auctor conſilii fuit, tamen ipſe imperaturus bono generis humani à gubernaculis publicis depulit: qui ſi diutius in hac eſſet commoratus Rep. [2] Scipiones nobis & Camillos, omneſque illos veteres ſuis virtutibus, ſuis conſiliis, ſua providentia reddidiſſet. Breve illius imperio fuit tempus: ſed breve fuiſſet

næ, quæ etiam nunc illo triginta tyrannorum libro continentur, non potuiſſe aut debuiſſe id negare tali tantoque principi qualis Claudius fuit. ſciendum eſt ideo Trebellium dicere, libellum ſuum de triginta tyrannis etiam nunc detinere Zenobiam & Victoriam, quod poſt expletum numerum triginta tyrannorum, ut libri titulus pollicebatur, videbatur delere debuiſſe Zenobiam & Victoriam, quæ nihil jam ad numerum pertinerent. quarum in locum ſucceſſerant Titus & Cenſorinus ad numerum integrandum. illas tamen ſe reliquiſſe, ſiquidem eo res proceſſerit, ut in comparationem Gallieni vitæ ſordidiſſimæ & luxurioſiſſimæ, non male mulierum etiam vitæ in litteras ſint relatæ. hoc voluit Trebellius. nihil igitur heic quærendum de Victoriana ſtirpe, neque de Cenſorini, quæ nimis aliena ſunt & inepta. miror tamen, cur *Cleopatranam* potius *ſtirpem* dixerit Pollio, quam id quod erat ſimplicius, *Zenobiam*, quandoquidem & Victoriam ſimpliciter dixit.

1 *Qui tantam generis prolem, qui bellum Gotthicum ſua virtute confecit.*] Manifeſto deeſt verbum. Palatinus addit: *qui tantam generis ſui prolem.* ſed deeſt adhuc, *habet.* nempe Conſtantium Cæſarem. *edidit* vero, aut ſimile verbum, non eſt aptum ſatis huic loco. quomodo enim dici poteſt ediſſe Conſtantium Claudius, qui nihil liberorum reliquit? certum eſt ſiquidem Conſtantium ex Criſpi filia, qui frater Claudii fuit, natum eſſe. non igitur potuit edere Conſtantium Claudius.

2 *Scipiones bonos & Camillos, omneſque illos veteres.*] Quare bonos Scipiones? aut cur illis hoc potiſſimum epitheton adjecit? Palatinus: *bonis.* exigua ſyllabarum trajectio totum emendationis negotium conficiet: *Scipiones nobis & Camillos, omneſque illos veteres ſuis virtutibus, ſuis conſiliis, ſua providentia, reddidiſſet.*

CASAUBONUS.

1 *Qui tantam generis prolem, qui*] Deeſt *edidit.* vel ſcribendum, *cui tanta generis proles.*

GRUTERUS.

1 *Tantam generis ſui prolem.*] Sic Pal. nam *ſui* prius exſulabat vulgatis. interim adhuc aliquid deeſt loco, niſi repperere velimus *confecit.*

2 *Scipiones bonos.*] Pal. *Scipionis bonis.*

1 *Ut*

fuisset etiamsi quantum hominum vita suppetit, tantum vir talis imperare potuisset. Quid enim in illo non mirabile? quid non conspicuum? quid non triumphalibus vetustissimis præferendum? In quo Trajani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio, & magnorum principum bona sic fuerunt [1] ut non ab aliis exemplum caperet, sed etiam si illi non fuissent, hic ceteris reliquisset exemplum. [2] Doctissimi mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, [3] neque amplius cuiquam jactitant esse concessum: etiam illud addentes, [4] Mosen solum, Dei (ut Judæorum libri loquuntur) familiarem, cxxv. annos vixisse: [5] qui quum quereretur quod juvenis interiret, [6] responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus

SALMASIUS.

1 *Ut non ab aliis exemplum caperet.*] Pal. *ut nonnihil ab aliis.* lege: *ut non ille ab aliis exemplum caperet.*

CASAUBONUS.

2 *Doctissimi mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant.*] Servius: *Tribus humana vita continetur: natura, cui ultra centum & viginti solstitiales annos concessum non est: fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitium creant; nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium ejus superet cursum: fortuna, id est, casu, qui ad omnia pertinet quæ extrinsecus sunt, ut ad ruinam, incendia, naufragia, venena.* Auctor dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ, centum viginti annos unius hominis ætatem vocat. At juris civilis Rom. auctores, quibus assentiuntur Græci Latinique scriptores omnis generis, centum annis longissimum vitæ hominum tempus definiunt: etsi ne in hac quidem mundi senecta exempla desunt eorum qui longe ulterius vitam produxerunt. Apud Vopiscum in Tacito facerum quoddam extat aruspicum responsum, ubi spatium idem cxx. annorum longissimam hominis vitam terminat.

3 *Neque amplius cuiquam jactitant esse concessum.*] Ex Plinii libro septimo, Luciani Longævis, & Phlegonte Tralliano, ut alias taceam historias, & hodierna exempla, constat hoc esse falsissimum.

4 *Mosem solum, Dei, ut Judæorum libri loquuntur, familiarem* cxxv. *annos vixisse.*] Errat bifariam Trebellius in hac historia, ceu peregrinus in alieno solo: nam Moses non cxxv. sed centum & viginti tantum implevit: & quod ait excepto Mose neminem centum & xxv. annos transcendisse, ex libris sacris scimus esse falsissimum.

5 *Qui cum quereretur quod juvenis interiret.*] *Juvenis*, hoc est integris & vegetis omnibus sensibus: quod diserte in extremo ultimi libri Mosaici scriptum est.

6 *Responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus esse victurum.*] Fabula est: cui originem præbuerunt male intellecta ista verba ex capite sexto Geneseos: ἔσονται αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη. Est autem vetustissimus error: nam & Josephus cxx. annos

plus esse victurum. [1] Quare etiam si c & xxv. annos Claudius vixisset, [2] necessariam quidem mortem ejus expe-

annos quorum spatium indulget Deus humano generi ad pœnitentiam, prius quam diluvio pereant omnia, putat esse tempus longissimum, quo homines posthac sunt victuri. *πᾶν ὅσον ζῆν*, ait, *ἀνθρώποις τότε ἔνδειξιν αὐτοῦ διαφθείρας καὶ ποιήσας χρόνον τὸν περὶ πονηρίας καθαρὸν ἐπιτεμόμενος αὐτῶν τὸν βίον, καὶ ποιήσας ἐτῶν οὐχ' ὅσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἴκοσι.* sed fallitur Josephus cum aliis & Græcis & Latinis: & præterea non constat sibi Josephus, qui eodem libro *Ἀρχαιολογίας* primo, cap. VII. non post cataclysmum sed post Mosis obitum desiisse scribit ann. CXX. excedere. atqui tempus medium est à diluvio ad mortem Mosis amplius quam IↃCCCCL.

SALMASIUS.

1 *Quare etiam si c. & xx. annos Claudius vixisset, necessariam quidem hujus mortem exspectandam fuisse.*] Putant eruditi homines non integram esse auctoris sententiam, sed alterum membrum desiderari. non idem puto. & quæ heic dicunt, fidem faciunt parum felices eos fuisse in hujus loci sensu aperiendo. nulla fere mutatione sic lego: *quare etiam si centum & viginti annos vixisset, ne necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut de Scipione loquitur Cicero, stupenda & mirabilis docet vita.* quæ verba hoc volunt: Querebatur Cicero, de Scipione loquens, non ejus saltem necessariam mortem fuisse expectatam, cui omnes immortalitatem, si fieri posset, optarent. at heic Trebellius de Claudio ait, etsi centum & viginti annos vixisset, non tamen necessariam ejus mortem expectandam fuisse, ut Cicero Scipionis necessariam saltem expectandam fuisse dicebat, tam mirabilem enim & stupendam fuisse vitam Claudii principis, ut nemo debuerit, vel necessariam ejus mortem expectare, etsi ad illam ætatem pervenisset, & vivendi finem, qui longissimus mortalibus à diis est concessus. quæ autem expectamus, ea evenire optamus, & magno cum desiderio speramus. hinc expectati parentes filiis, qui odiosi sunt, quorumque longa vita molesta & onerosa filiis, in dies singulos finem ejus expectantibus atque optantibus. expectare enim est impatienter desiderare, & sine præscriptione temporis sperare. Donatus: *expectamus ante diem, speramus ad diem. unde avidior intelligitur qui expectat, quam qui sperat.* dolebat Cicero non expectatam esse mortem necessariam Scipionis, ab iis qui ægre ferebant eum vivere, cum nemo esset, qui non eum immortalem fieri cuperet. Trebellius vero, ne necessariam quidem Claudii mortem expectandam fuisse, etiam si longissimum vitæ tempus foret consequutus, nam omnium judicio breve tempus ejus fuisset, etiamsi quantum hominum vita suppetit, tantum vir talis ac tantus vivere potuisset. hic est sensus, hæc sententia horum Trebellii verborum, quam parvo negotio expedivimus, addita sola particula *ne*, quæ sequentis vocis ab eadem syllaba incipientis, concursu, cessisse loco videbatur. vereor etiam, ut illa verba, *ut Tullius de Scipione loquitur, pro Milone*, satis sincera sint, & dubito an ex glossa vel adnotatione cujusdam lectoris huic loco sint adfixa. & dubitationem meam exauget Palatinus liber, in quo legitur: *ut Tullius de Scipione sic loquitur.* possunt tamen retineri cum interpretatione, quam posuimus.

CASAUBONUS.

2 *Necessariam quidem mortem ejus expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, st.*] Puto illa delenda,

expectandam fuisse, ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone, stupenda & mirabilis docet vita. Quid enim magnum vir ille domi forisque non habuit? Amavit parentes. Quid mirum? Amavit & fratres. Jam potest dignum esse miraculo. Amavit propinquos: res nostris temporibus comparanda miraculo. Invidit nulli, malos persequutus est. Fures judices palam aperteque damnavit. [1] Stultis, quasi negligeret, indulsit. Leges optimas dedit. Talis in Republ. fuit, ut ejus stirpem ad imperium summi principes eligerent, emendatior senatus optaret. [2] In gratiam me 3
quispiam putet Constantii Cæsaris loqui: sed testis est & tua conscientia, & vita mea, me nihil unquam cogitasse, dixisse, fecisse gratiosum. Claudium principem loquor, cujus vita, probitas, & omnia quæ in Republica gessit, tantam posteris famam dedere, ut senatus populusque Rom. novis eum honoribus post mortem affe-

da, *pro Milone*. Locus Ciceronis ita habet: *Cum P. Africano domi suæ quiescenti illa nocturna vis esset illata, quis tum non gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, ejus ne necessariam quidem expectatam esse mortem?* ex hujus loci cum verbis Pollionis comparatione palam est, non esse integram sententiam auctoris, sed omnino alterum membrum deesse. id etiam ex eo constat certo, quod vulgatæ lectionis hujus loci sensus potest esse omnino nullus. Fuit autem integri loci sententia sine dubio hujusmodi, etsi verba fortasse non penitus ista. *Quare etiamsi C. & XXV. annos Claudius vixisset, necessariam quidem ejus mortem expectandam fuisse, sed immortalitatem tamen ei optandam fuisse, (ut Tullius de Scipione loquitur) stupenda & mirabilis docet vita.* Velim comparent studiosi verba Ciceronis cum hac nostra emendatione: ita enim futuros illi æquiores confidimus: etsi, ut jam dixi, præstare verba nolim.

GRUTERUS.

1 *Stultis quasi negligeret indulsit.*] Pal. quoque *negligenter*.

CASAUBONUS.

2 *In gratiam me quisquam putet Constantii Cæsaris loqui.*] Ex variis locis hujus libri apparet, habuisse Pollionem inimicos, qui ejus scripta tanquam adulationis plena vituperarent. Ac videtur aliter habuisse vita hæc cum primum est edita: nam hæc, quam nunc legimus, nisi fallor, altera editio est: cum auctor ut malevolis obtrectatoribus responderet, totum librum retexuit. Declarat hoc ista adeo seria & accurata adulationis deprecatio: qua nihil opus fuit, nisi jam expertus fuisset hic liber maledicorum dentes: illius imprimis, quem intelligebat Pollio, cum hæc scriberet: *Dicat nunc qui nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem.* & postea: *Vera dici fides cogit: simul ut sciant hi qui adulatores nos existimari cupiunt, id quod historia dici postulat nos non tacere.*

affecerit. [1] Illi clypeus aureus, vel ut grammatici loquuntur,

1 *Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum f.*] Duo significat vox *clypeus*, scutum, sive ἀσπίδα, & imaginem. prima inventio fuit ad necessitatem, ut corpus defenderet: deinde accessit decoris & elegantiæ studium, cœperuntque pingi scuta. inde nominis hujus diversa notio, ut recte censet Plinius libro xxxv. cap. III. at grammaticis hic libuit esse subtilibus. nam quia *clipeus* & *clypeus* sive *clupeus* scribitur hoe nomen apud antiquos, sic visum illis distinguere, ut clipeus sit ἀσπίς, *clupeus* imago. Caper: *Clupeum, imago: clipeus, ἀσπίς.* sed jure Plinius eo loco ridet hanc, ut ipse appellat, *perversam grammaticorum subtilitatem*. Atqui olim aliter senserat idem Plinius: nam scribit Sosipater Charisius libro primo: *Plinius Dubii sermonis secundo, indistincto genere dici ait, sed litera differre: ut pugnatorium per i clipeum dicamus, quod est à clepere, id est celare dictum: imaginem vero per u à cluendo. Sed hæc differentia mihi displicet, propter communionem i & u literarum.* nihilo istis subtiliores alii grammatici, qui distinctionem eandem in diversitate generis ponebant, ut ibidem ex Labieno observat Sosipater, & eo nunc respicit Trebellius. sed refellit eosdem veterum auctorum usus: qui nullo discrimine pugnatorium clypeum extulerunt. Lege Nonium & Sosipatrum ipsum.

SALMASIUS.

1 *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum.*] Nugæ sunt Grammaticorum distinctiones istæ de clypeo pugnatorio, & clupeo imaginis, ut jam pridem doctissimis viris est observatum. dicam tamen hoc loco, quod observasse adhuc puto neminem. hujusmodi imaginum clypeos, ὅπλα etiam Græcis antiquissimis dicta. ὅπλον autem est clypeus. sic enim Latini etiam veteres *arma* proprie scuta appellarunt. unde *arma ancilia*. Scholiastes Pindari ad Isthmionicas: εἰσὶν Αἰγεῖδαι φρατρία Θηβαίων. ἀφ' ἧς ἧκόν τινες εἰς Σπάρτην, Λακεδαιμονίοις βοηθήσοντες ἐν τῷ πρὸς Ἀμυκλεῖς πολέμῳ, ἡγεμόνι χρησάμενοι Τιμομάχῳ, ὃς πρῶτος πάντα τὰ πρὸς πόλεμον διέταξε Λακεδαιμονίοις. μεγάλων δὲ παρ' αὐτοῖς ἠξιώθη τιμῶν, καὶ τοῖς Ὑακινθίοις δὲ ὁ χάλκεος αὐτοῦ θώραξ προτίθεται· τοῦτον Θηβαῖοι, ὅπλον ἐκάλουν. ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ. hinc notum est, unde Latini didicerunt vocare clypeos, imagines, thorace tenus depictas. nam ὅπλον, ut dixi, est clypeus. idem erat Lacedæmoniis θώραξ, quod Thebanis ὅπλον. & sane *thoracem*, & *clypeum* Latini pro eadem re usurpant, ut paulo post indicabimus. clypeos autem istos, ut ita dicam, imaginatos, Græci δίσκους etiam vocant. Paulus Silentiarius in ecphrasi templi Sanctæ Sophiæ, quam nondum editam penes me habeo:

--- ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις,
Τηλεβόλοις σελάεσσι λελαμπότας ἑξάκι δοιούς,
Οἷς ἐπὶ καλλιπόνοιο χερὸς τεχνήμονι ῥυθμῷ
Ὀξυτόρου κύκλοιο χάλυψ κοιλαίνεται δίσκους,
Ὧν μέσον ἀχράντοιο θεοῦ δείκηλα χαράξαι
Ἄσπορα δυσαμένου βροτέης ἰνδάλματα μορφῆς.

in medio illorum discorum, ut vides, erant Christi Domini nostri imagines. ab similitudine igitur clypeorum disci illi sunt dicti. unde Vitellius patinam illam suam ingentem, clypeum Minervæ appellabat. eos discos vel clypeos μισσώρια ἀργυρᾶ ἀνάγλυφα vocat Constantinus Porphyrogenetes, hoc est *missoria argentea anaglyfa*.

quuntur, clypeum aureum senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est, [1] ut etiam nunc videtur.

ἀνάγλυφα. perperam vir eruditissimus animadversionibus in Eusebium, *mensulas argenteas excalptas*, vertit. *μινσώρια* enim non sunt mensulæ, sed *missoria*, hoc est *disci* vel *fercula*. mos est recentioribus Græcis, voces quas ex Latino sunt mutuati, ubi duo sigma occurrunt, alterum mutare in *ν*. ut *μίνσος*, *missus*: *ἀντικήνσωρ*, antecessor: *Συκκεσσος*, Successus: *μινσώρια*, *missorium*. *missoria* igitur & *disci*, & *clypei*, pro eodem sumuntur, qui imagines scilicet, & vultus pictos præferebant.

CASAUBONUS.

1 *Ut etiam nunc videtur.*] Non displiceat, *ubi etiam n. v.* & fortasse mutata distinctione sic melius: *ubi etiam nunc vid. expressa thorace vultus ejus imago.*

GRUTERUS.

1 *Ut etiam nunc videtur expressa thorace vultus ejus imago.*] Ita distinxi volente Palatino: qui tamen non haberet illud *imago*, quod forte etiam abesse poterat.

SALMASIUS.

1 *Ut etiam nunc videtur expressa thorace ejus vultus imago.*] Hæc non magnam sanitatem præferunt, sive verba ipsa spectes, sive distinctionem. in Palatino non comparet illa *imago*. sic igitur totum locum lego distinguoque: *illi clypeus aureus*, vel ut Grammatici loquuntur, *clypeum aureum*, *senatus totius judicio in Romana curia collocatum est*, *ut etiam nunc videtur*, *expressi thorace vultus ejus*. *ut etiam nunc videtur*, id est, *quemadmodum etiam nunc videtur*. sic in Pisone, *statuam inter triumphales*, & *currus quadrijuges Pisonis decreverunt: sed statua ejus videtur: quadrigæ autem quæ decretæ fuerant, ad alium translatæ, redditæ non sunt.* expressam autem thoracem vultus Claudii in illo clypeo fuisse scribit Trebellius. ubi notandum est, thoracem genere fœminino extulisse: nisi quis putet legendum, *expressi thorace vultus ejus*. *imago* autem ab illis fuit addita, qui ignorabant *thoracem*, imaginem significare. *thorax* igitur *vultus* hoc loco, est imago vultus. nam thoraces vel thoracides ejusmodi imagines dicebantur thoracc tenus expressæ, quas Græci *στηθογραφὰς* appellant. *thoraca*, *thoraca* recentioribus Latinis dicta est, ut *lampada* pro *lampas*. *Persida* pro *Persis*. & similia sexcenta. inde diminutivum *thoracula* vel *thoracla*. & altera *ὑποκοριστικῶ* forma illis temporibus usitata, *thoracleta*. hinc legi apud Arculphum de locis sacris, scriptorem nondum editum: *de sanctæ matris thoracleta*. & alibi: *thoracletam beatæ matris*. item paulo post: *cujus thoracletam in re natura impenetrabili penetrabilem fecit*. in illo igitur clypeo aureo, qui Claudio positus est, ipsius imago expressa erat. Isidorus in Glossis: *clypei, ubi imagines proponuntur*. eos clypeos aut parietibus adfigebant, aut columnis adpendebant, ideoque & *στυλοπινάκια* dicebantur. habemus aliquot epigrammata nondum edita, varias historias continentia, quæ in *στυλοπινακίοις* erant depictæ vel cælatæ, in templo Apollonidis matris Attali & Eumenis, quorum hic est titulus: *ἐν Κυζίκῳ εἰς τὸν ναὸν Ἀπολλωνίδος τῆς μητρὸς Ἀττάλου καὶ Εὐμένους, ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο, περιέχοντα ἀναγλύφους ἱστορίας.* ubi *στυλοπινάκια* sunt disci vel clypei ad columnas templi adfixi, in quorum cavitate historiæ illæ erant cælo expressæ. nam & *πίνακες*, ut nemo nescit, sunt disci & lances. sic *μινσώρια ἀνάγλυφα* Constantinus dixit, ut supra notabamus, quæ *στυλοπινάκια* vocantur in illo titulo. in sequentibus postea lemmatibus, *πίνακας* appellat, *ὁ πρῶτος*, *ὁ δεύτερος*, *ὁ τρίτος πίναξ*. neque

tur. Expressa thorace vultus ejus imago. Illi, (quod nulli antea) populus Rom. sumptu suo [1] in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum,[2] statuam auream decem pedum collocavit. Illi totius orbis judicio in Rostris [3] posita est [4] columna, cum palmata statua super-

neque de tabella picta exponendum est. nam ἀναγλύφους ἱστορίας continere illos πίνακας in titulo ostendit. argenteos igitur apparet fuisse. sed & verbo λαξεύεσθαι usus est. quod satis indicat non fuisse picturas, sed caelaturas. ἐν τῷ ἑβδόμῳ, inquit, πίνακι ἐναλλαξεύονται οἱ Ποσειδῶνος παῖδες, Πελίας καὶ Νηλεὺς τὴν ἑαυτῶν μητέρα ἐκ δεσμῶν ῥυόμενοι. & paulo post, verbo γλύφεσθαι utitur: ἐν δὲ τῷ κατ' δύσιν πλευρᾷ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου πίναξ κυνὸς γεγλυμμένος καὶ Θόας, ὃς ἔσωζεν Ὑψιπύλην. πίνακες igitur, & συλοπινάκια, δίσκοι, κύκλοι, μισσώρια, & ἀσπίδες, ὅπλα, θώρακες, θωρακίδες, στηθάρια, προτομαί, synonyma sunt de hujuscemodi clypeorum imaginibus. Latini clypeos, scuta, thoraces, thoracides, thoracletas, discos, missoria, atque etiam cyclos, ut supra notare memini ad Tetricum juniorem, appellarunt. Lacedaemonii θώρακας, Thebani ὅπλον clypeatam imaginem vocabant, ut constat ex illo veteris scholiastae Pindari loco, quem in superiori animadversione protulimus. sic Latinis clypeus & thorax pro eodem. Trebellius hoc loco, *expresso thorace vultus ejus*. Ruffinus Presbyter hist. Eccles. lib. XI. *thoraces Serapis qui per singulas quasque domos, in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant.* ὅπλον autem Graecis scutum vel clypeus, unde & Latinis *clypeus* pro imagine.

CASAUBONUS.

1 *In Capitolio ante Jovis* OPT. MAX. *templum.*] Plinius in Panegyrico: *Tuam statuam in vestibulo Jovis* OPT. MAX. *unam alteramve, & hanc aeream cernimus: at paullo ante, aditus omnes, omnes gradus, totaque area, hinc auro, hinc argento relucebat.* Suetonius in Domitiano cap. XIII. *Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permisit ac ponderis certi.* praecedentia igitur verba Pollionis, *quod nulli antea*, non sunt referenda ad locum ubi posita haec Claudii statua.

2 *Statuam auream decem pedum collocavit.*] Ita omnes libri scripti editique. Et satis compertum est vel ex Plinii libro XXXIV. quo plurium essent pedum statuae, eo fuisse magis honorificas. omnium honoratissimas, colosseas: quae quidem in usu fuerunt rarissime. nam deorum statuae legitimam staturam hominis ter fere continebant: heroum bis. regum & imperatorum istis erant breviores: cujusmodi haec Claudio à senatu collocata pedum decem, sesquialteram proportionis rationem non multum, ut videtur, excedens: cum esset Claudius digitos aliquot, ultra sex pedes longus. fuisse enim statura procerum infra testatur Pollio. Sed afferunt viri docti aliam hujus loci lectionem, *decem pondo col.* quam scripturam si reperissemus ullo in libro, placeret omnino ipsorum emendatio, CIƆ. *pondo.* verum, ut dixi, aliter omnia exemplaria.

SALMASIUS.

3 *Posita est columna cum palmata statua superfixa.*] *Posita est columna, statua palmata superfixa.* ita Pal. & vet. ed. nec necessarium est illud, *cum*.

GRUTERUS.

4 *Columna, cum palmata statua superfixa.*] Praepositio *cum* abest Palatino, forsassis non male.

1 *Libra-*

ſuperfixa, [1] librarum argenti mille quingentarum. [2] Ille velut futurorum memor., [3] gentes Flavias quæ Veſpa-

1 *Librarum argenti mille.*] Pal. *argentearum.*

3 *Gentes Flavias, quæ Veſpaſiani & Titi, nolo, &c.*] Pal. non habet *Veſpaſiani.*

CASAUBONUS.

2 *Ille velut futurorum memor.*] Atqui memoria præteritorum eſt non futurorum, quæ non poſſumus niſi conjectura, & prævidentia quadam complecti animo. Mire igitur hac voce abuſus, *memor* dixit, cum debuiſſet *providus*. & hic autem blanditur Conſtantio, ut ſtatim aperiemus.

3 *Gentes Flavias quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani fuerant, propagavit.*] Veſpaſianum & Titum cum cenſores eſſent, patriciarum gentium numerum auxiſſe ſcribunt veteres. videntur autem qui in patricios tum adſciti fuere, communi Flaviarum gentium nomine appellati. nam interpretari aliter hunc locum non poſſumus. has igitur gentes Flavias propagavit Claudius, inque earum numerum novos patricios adſcivit: quaſi jam tum, ait Pollio, velut è ſpecula prævidiſſet deferendum imperium uni ex illis gentibus orto: Conſtantio nempe Cæſari cujus laudi favet ubique Trebell. Et Conſtantium autem & omnem ejus ſtirpem Flaviorum nomen geſtaſſe notum eſt omnibus.

SALMASIUS.

1 *Librarum argenti mille quingentarum.*] *Librarum argentearum.* Palat.

3 *Gentes Flavias quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant.*] Mirari ſatis non poſſum, qui factum ſit, ut in libris omnibus qua ſcriptis, qua editis antiquis nomen Veſpaſiani non legatur. ſic enim omnes: *gentes Flaviaſque*, vel *Flavias quæ & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant*, putarim legendum: *gentes Flavias Veſp. & Titi, nolo autem dicere Domitiani, propagavit.* ex compendioſa enim ſcriptura *Veſp.* *que* factum eſſe ſuſpicor. nam Palatinus habet: *Flaviaſque*. Domitianum autem nolle ſe ait, quod is gentem Flaviam vitiis ſuis maculaſſet. unde illud Martialis apud veterem Juvenalis ſcholiaſten:

Flavia gens, quantum tibi tertius abſtulit heres!
Pæne fuit tanti non habuiſſe duos.

in ſententia autem horum verborum, quibus dicitur Claudius gentes Flavias propagaſſe, merito hærent doctiſſimi viri. quibus tandem placuit ſic exponere: Veſpaſianum & Titum Cenſores patriciorum numerum auxiſſe, & in patricios adſciviſſe multos, qui communi Flaviarum gentium nomine ſunt appellati. dicam, quod ſentio. id nunquam mihi placere potuit. certum quidem eſt, Veſpaſianum & Titum in cenſura ſua ampliſſimum ordinem variis bellis exhauſtum ſuppleviſſe. & honeſtiſſimum quemque ex Italicis & provincialibus adlegiſſe. ſed. quis dixit allectos illos, in gentem quoque & nomen Flaviorum adſcitos? Claudium denique in earum gentium numerum alios adſumpſiſſe, & ſic Flavias gentes propagaſſe? hoc prorſus caret ratione. fundum igitur illa opinio non habet, aut in hiſtoriæ fide, aut in rei veritate: ſed nec ſimilitudinem quidem ullam veri continet. nam quod præterea dicit vir doctiſſimus, Claudium in earum gentium numerum novos patricios adſciviſſe, quaſi jam tum futurorum providum, utpote qui hoc facto præſagiret uni ex illis gentibus orto deferendum aliquando imperium, id omnino falſum eſſe, & pugnare cum hiſtoriæ veritate, res ipſa evincit. nec enim Conſtantius in cujus gratiam hæc omnia ſcribuntur, ex illis imaginariis patriciis ortus eſt, ſed ex filia fratris Claudii. deinde pro imperii

Vespasiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit. Ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit. Adulator igitur senatus, adulator populus Rom. adulatrices exteræ gentes, adulatrices provinciæ: siquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis civitas, statuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus bonum principem, aris ac templis honoraverunt.
4 [1] Interest eorum qui bonos imitantur principes, & [2] totius orbis humani interest, cognoscere quæ de illo viro senatusconsulta sint condita, ut omnes judicium publicæ mentis

brevitate Claudius continuis bellis occupatus, non potuit illi reip. parti manum admovere, ut & novos patricios adlegeret, aut aliud quid ageret, quod ad reformandum in hac parte reip. statum pertineret. nec omisisset id scribere Trebellius, si tale quidquam scivisset ab illo tenratum. sed longe facilius arguitur, & revincitur quod falsum est, quam id quod in vero est, invenitur. quid igitur voluit Trebellius per propagationem istam Flaviarum gentium, quam Claudio assignat? nimirum repetit pæne totidem verbis hoc loco, quod supra in ipso fere libri initio dixit, ubi hæc verba habuimus: *neque enim fas erat eum tacere principem, qui tantam generis prolem, qui bellum Gotthicum sua virtute confecit.* ubi deesse verbum aliquod dicemus, & fortasse, *reliquit. qui tantam generis sui prolem reliquit.* heic vero eandem plane sententiam, paulo aliis verbis iteravit: *ille velut futurorum memor, gentes Flavias Vespasiani & Titi propagavit, ille bellum Gotthicum brevi tempore implevit.* quomodo gentes Flavias propagavit? nimirum relinquendo ex suo genere prolem, cui delatum est imperium ab summis principibus intuitu ipsius Claudii, *qui talis in rep. fuit*, hæc verba sunt Trebellii, *ut ejus stirpem ad imperium summi principes eligerent.* uni enim Claudio imputat, quod ejus nepos regnaverit, & sic Flaviarum gentium propagationem eidem adtribuit: ex qua gente deinceps multi imperatores longa successione imperarunt. non possumus hæc aliter interpretari, neque vero fieri posse, ut alium sensum hæc accipiant, satis certus sum. infantiam certe magnam hujus auctoris agnoscimus qui nec diserte nec expresse loquitur, & res verbis non suis exponit, & dum laudet quomodo laudet, parum videtur curare. in hac autem propagatione gentis Flavianæ, Vespasiani & Titi meminisse se velle tantum, non etiam Domitiani, dixit Trebellius, ut ostenderet similem magis fuisse Claudium, & qui deinceps ex ejus genere & gente imperarunt, Vespasiano & Tito optimis principibus, quam scelestissimo & contaminatissimo ex eadem gente imperatori.

1 *Interest eorum qui bonos principes imitantur.*] Bis legitur in eadem periodo verbum hoc *interest.* quod non puto fieri absque vitio. scribe igitur ex fide Palatini codicis: *interest & eorum qui bonos principes imitantur, & totius orbis humani, cognoscere quæ de illo viro senatusconsulta sint condita.*

GRUTERUS.

2 *Et totius orbis humani cognoscere.*] Sic Pal. male vulgo voce amplius, *humani interest cognoscere.* subintelligitur enim ipsa ex præcedenti.

1 Nova

mentis agnoſcant. Nam quum eſſet nuntiatum [1] nono Calend. Aprilis ipſo in ſacrario Matris ſanguinis die Claudium imperatorem factum, neque cogi ſenatus ſacrorum celebrandorum cauſa poſſet, ſumptis togis itum eſt ad Apollinis templum, ac lectis literis Claudii principis, hæc in Claudium dicta ſunt: *Auguſte Claudi, dii te nobis præſtent:* (dictum ſexagies) *Claudi Auguſte, principem te, aut qualis tu es, ſemper optavimus:* (dictum quadragies) *Claudi Auguſte, te Reſp. requirebat:* (dictum quadragies) *Claudi Auguſte tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus ſenator, tu vere princeps:* ([2] dictum octuagies) *Claudi Auguſte, tu nos ab Aureolo vindica:* (dictum quinquies) *Claudi Auguſte, tu nos à Palmyrenis vindica* (dictum quinquies) *Claudi Auguſte,* [3] *tu nos* [4] *à Zenobia & à Victoria libera:* (dictum ſepties) [5] *Claudi Auguſte,* [6] *Tetricus nihil fuit:* (dictum ſepties.) Qui

CASAUBONUS.

1 *Nono Kal. Aprilis ipſo in ſacrario Matris ſanguinis die Cl.*] De hoc ſupra ad Lampridii Commodum. ad ſanguinis diem alludit Tertullianus in carmine ad ſenatorem.

Sed quia coguntur ſaltem ſemel eſſe pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.
Quale ſic, non eſt vero, quod fertur nomine SANGVIS?

5 *Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit.*] Scripta lectio, *fecit.* locus eſt ſubobſcurus, ut alia in his adclamationibus non raro.

GRUTERUS.

3 *Tu nos à Zenobia & Victoria libera.*] Pal. *& à Vitruvia.* voluit ſcriptum, *Vitruvia,* quod revocandum.

6 *Tetricus nihil fecit.*] Hæc eſt ſcriptio librorum omnium calamo exaratorum, ideoque in dignitatem revocanda priſtinam. quippe editi prius, *Tetricus nihil fuit.*

SALMASIUS.

2 *Dictum octuagies.*] Lege: *octogies.* ſic *octoginta.* non raro tamen legas, *octuaginta*, in editionibus, quod vitioſiſſimum eſt.

4 *A Zenobia, & à Victoria libera.*] *Et à Vitruvia.* quod non tamen ille præſtitit; nam Gottico bello occupatus, Zenobiam patienter tulit regnare.

5 *Claudi Auguſte Tetricus nihil fuit.*] Explicet hoc qui volet. ego non poſſum. optimus Palatinus: *Tetricus nihil fecit.* quæ videtur eſſe vera lectio. ſenatores, quorum iſtæ ſunt acclamationes, videntur æquiores fuiſſe Tetrico, qui & ex ipſorum erat corpore, & vir conſularis, quique multa feliciter egerat, & diu imperarat. ideoque cum acclamationibus ſuis poſtulent, ab Aureolo vindicari, & à Palmyrenis, à Zenobia & Vitruvia liberari: contra Tetricum nihil tale poſtulant. ſed illum nihil feciſſe acclamant; hoc eſt nihil commiſiſſe quare ab eo liberari vindicarique merito deſiderare poſſint. hoc non licet aliter interpretari. idiotiſmus autem plane eſt, *nihil fecit*, eo ſenſu. ſed ſcimus acclamationes illas magnam partem vulgari idioticoque ſermone

5 Qui primum ut factus est imperator Aureolum qui gravior Reip. fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à Reipub. gubernaculis depulit, tyrannumque missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus judicavit. [1] His accedit, quod rogantem Aureolum, & fœdus petentem, [2] imperator gravis & severus non audivit, responso tali repudiatum, *Hæc à Gallieno petenda fuerant*, [3] *qui consentire moribus poterat & timere*. Denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ ac moribus suis habuit: & hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridicule quidem. [4] Nam Gallus Anti-

conceptas fuisse. sic plane accipitur apud Juvenalem Sat. VI.

O demens, ita servus homo est! nil fecerit, esto.

nihil fecerit, nihil commiserit dignum pœna, nihil deliquerit.

1 *His accedit quod arrogantem Aureolum, & fœdus petentem.*] Haud satis aptum nomen arrogantis, illi qui supplicat, & ultro fœdus petit, quod tunc faciebat Aureolus. itaque legerim: *his accedit, quod rogantem Aureolum, & fœdus petentem, imperator gravis & severus non audivit.* quæ sine dubio vera est lectio, de qua tamen nihil cogitasse eruditos commentatores, & emendatores valde miror.

2 *Imperator gravis & severus.*] In Palatino, *gravius & serius*, legendum puto, *imperator gravis & serius.* sic infra, *gravem & serium*, eum vocat. *nam septima decima die quod se gravem & serium contra milites ostenderat, ac verum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax interemptus est.*

GRUTERUS.

3 *Qui consentire moribus poterat & timere.*] Pal. *consentiret; poterat & timere*, cui lectioni & suus quoque sensus.

CASAUBONUS.

4 *Nam Gallus Antipater ancillariorum & historicorum dehonestamentum, p.*] Scripti, *ancilla honorum, & h.* Ac potest exponi *ancilla honorum*, is qui ancillari adulatione honore præditos prosequitur. Glossæ: *ancillor*, κολακεύω. Ammianus libro XXVI. de Procopio tyranno: *Ad hoc igitur dehonestamentum honorum omnium ludibriose sublatus, ancillari adulatione beneficii allocutus est auctores.* sic & libro XVI. ex quibus locis suspicabar aliquando hic scribendum, *ancillaris adulator*. Elegantissima est viri docti conjectura qui emendat, *Gallus Annius pater ancillariorum*. sed quæ recedit longius à vestigiis & editæ & scriptæ lectionis.

SALMASIUS.

4 *Nam Gallus Antipater ancillariorum, & historicorum dehonestamentum.*] Præbent heic se constantes nostri libri, in illa retinenda lectione, quam se in suis reperisse testificatus est doctissimus Casaubonus: *Gallus Antipater ancilla honorum & historicorum dehonestamentum.* quæ lectio non indigere mihi videtur emendatione sed explicatione. illius tamen quam hujus liberaliores fuere docti viri. *ancillam* igitur *honorum* vocat Trebellius Antipatrum, adulatorem, & assentatorem summarum potestatum, vel ambitiosum. *ancillam* enim vocabant Latini qui sordide adularetur & ambiret vel hono-

Antipater, [1] ancillariorum & historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit, [2] *Venimus ad imperatorem nominis sui.* [3] Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere. At ego scio, [4] sæpius

honores vel honoratos. atque hinc *ancillam honorum* Gallum historicum appellat Trebellius. hoc me docuerunt optimæ Glossæ in quibus sic legitur: *ancillula*, ἐργόμωκος, παιδίσκη. ubi *ancillula*, idem plane est, quod hoc loco ancilla. nam ἐργόμωκον Græci vocant hominem adulandi adsentandique artificem. eædem Glossæ: *adsentatores*, ἐργόμωκοι. *adsentio*, ἐργομωκῶ, συγκαλῶ. in aliis Glossis, ἐργόμωκος, *adulator, ambitiosus*. possumus igitur hele *ancillam honorum* accipere, *ambitiosum*, & *honorum cupidum*. hujusmodi enim homines etiam ἐρίθους Græci vocant. ἔριθος autem, ut omnes sciunt, est ancilla lanifica. unde ἐριθεία, *ambitio* exponitur in optimo Glossario. sic & ἐριθευταὶ τῶν μαθητῶν, *adsectatores*, in eisdem Glossis exponuntur. aliquando etiam ἐργομωκεῖν, delatorem agere significat & calumniari. quod Græci dicunt ἐπηρεάζειν. in qua significatione etiam apud illos ἐργολαβεῖν sumitur. sed hæc nihil ad rem.

GRUTERUS.

1 *Ancillariorum & historicorum.*] Palatinus accedit libris antiquis, in quibus *ancilla honorum & hist.*

CASAUBONUS.

2 *Venimus ad imperatorem nominis sui.*] Aureum & præstantem. Spartianus in Severo: *erat imperator vere nominis sui.* Valerianus in epistola ad filium, *omnes boni Probum sui nominis virum dicunt.* Similis venustatis est illud Dionysii in epistola ad Hermammonem de Macrino: ὡς πόῤῥω τί τις ἑαυτὸν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐφυγάδευσεν, ὡς τοῦτο τὸ ἴδιον ἐπαληθεῦσαι ὄνομα.

3 *Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere.*] Cavillatur Pollio: neque enim ea mens fuit Antipatri.

SALMASIUS.

2 *Venimus ad imperatorem nominis sui.*] Hoc est, *Aureolum.* aurei enim & aureoli homines pro præstantibus, & auro contra æstimandis. hinc bonis propugnatoribus hoc sæpius nomen adpositum tradit Trebellius in ludo gladiatorio. sic Græcis χρύσεοι ἄνδρες. extat Græcum epigramma Calliæ in quendam Polycritum, qui cum semper antea visus esset homo aureus & optimus, repente vino malitiam & improbitatem ejus detegente, pessimus apparuit.

Αἰεὶ χρύσεον ἦσθα Πολύκριτε, νῦν δ' ἐπιπυκνὸς

Ἐξαπίνης ἱχθὺν λυσομανὴς Ζάκορος.

Αἰεί μοι δοκέεις χαλκὸς ἔμμεναι. οἶνος ἐλέγχει

Τὸν τρόπον· οὐκ ἤθους νῦν χαλκὸς, ἀλλ' ἰφάνης.

ubi notabis, χρύσεον, hoc est aurum ipsum, hominem dici pro aureo, & utramque pro homine quantivis pretii. illud autem epigramma eo libentius, occasione data, produxi, ut insigni mendo purgarem, quousque adhuc inquinatum, latuit etiam eruditissimos viros. nam vulgo scriptum est in secundo Anthologiæ, Αἰεὶ θηρίον ἦσθα. nullo plane sensu, quod & menti poetæ refragatur. nos sic emendavimus ex optimo libro Palatino, cujus ope aliquot millia optimorum epigrammatum partim in lucem edemus, partim suo nitori restituemus.

4 *Sæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen adpositum.*] Palat. &

pius inter gladiatores [1] bonis pugnatoribus hoc nomen appositum. [2] Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen [3] in indice ludorum. Sed redeamus

vetus editio : *bonis propugnatoribus*. notandum est bonis pugnatoribus vel propugnatoribus in ludo gladiatorio hoc appositum cognomen virtutis gratia ut *aureoli* dicerentur. ut Cecrops Aureolus, Astur Aureolus, Vejento Aureolus, quo nomine bonos illos pugnatores, & in arte gladiatoria primos esse significabatur.

GRVTERVS.

1 *Bonis pugnatoribus.*] Pal. *propugnatoribus.*

3 *In indice ludorum.*] Non male quoque Pal. *in indice ludiorum*, nisi fuit potius *Ludionum*.

SALMASIUS.

2 *Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum.*] Qui sunt hi ludi, quorum index habebatur in illo libello munerario? non tam multi erant ludi, ut in indicem referri deberent. verum est, quod esse verum semper sum opinatus, aut ludos heic accipi debere pro gladiatoribus, aut legendum ex Palatino codice, *in indice ludiorum*. & hinc scimus libellum munerarium habuisse nomina omnium ludiorum, hoc est gladiatorum, quos vel consul vel prætor suo munere esset exhibiturus. *ludii* autem sunt gladiatores, ut olim pæne puer, ad Florum docui. apud vett. ludii non alii dicebantur quam saltatores & histriones. at sequentibus temporibus, ludii proprie dicti sunt gladiatores, à ludo gladiatorio. nec *ludii* tantum, sed & *ludi* sunt appellati. Juvenalis :

Nupta senatori comitata est Hippia ludum
Ad Pharon & Nilum. ——

hinc *ludiam* vocat eamdem Hippiam, quasi *ludi* vel *ludii* uxorem. apud eumdem Juvenalem ;

—— *cernunt ad miscellania ludi.*

ludi sunt gladiatores, & *miscellania*, *ultimam cenam* recte interpretatur vetus Interpres, quam *supremam cenam* vocat Tertullianus in Apologetico. quem locum perperam sollicitarunt, qui nuper ad illum librum scripserunt. *ludus* igitur est gladiator. optimæ Glossæ: *lanista*, λουδοτρόφος. μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων. nihil pote clarius. λοῦδος, & μονομάχος illi Grammatico, eadem res fuit. alio etiam loco, cujus nunc in mentem non venit, λουδοτρόφοι exponuntur lanistæ. Glossæ aliæ Græco-Latinæ: λουδοτρόφος, *lanista*. sic *Luperci*, *ludi* appellati pro *ludii*. Tertullianus de spectaculis : *inde Romani accersitos artifices mutuantur, tempus, enunciationem, ut ludi à Lydis vocarentur. sed etsi Varro ludos à ludo, id est à lusu interpretatur, sicut & Lupercos ludos appellabant, quod ludendo discurrant : tamen eum lusum juvenum, & diebus festis, & templis, & religionibus deputat.* vides Tertulliano *ludos* dici, qui ludii potius appellari debent : & illos artifices, quos ceteri scriptores ludios vocant ex Hetruria accitos, *ludos* illi scriptori vocari : & *ludos Lupercos*, quod ludendo discurrant. id ego sæpe sum miratus, quomodo & qua ratione *ludus* pro *ludio*. sed jampridem desii mirari. sic enim *ludos* pro *ludiis* dicebant, ut *regna* pro *regibus*. apud Florum : *pulsis regnis* pro *pulsis regibus*. ita *matrimonia* & *conjugia* pro *conjugibus*: *spectacula*, *spectatores*: *servitia*, *servi*. Tito Livio, *prætura*, pro *prætore*. *absente prætura*. sic infra *curam* pro *curatore*, notabimus. nec poëtis tantum, sed etiam oratoribus hæc sic passim usurpata. quorum alibi exemplorum magnam copiam coacervavimus. *ludus* eadem ratione est *ludius*: nihilque interest, quomodo heic legatur, in indice *ludiorum*, aut *ludorum*, dum *ludos*, non alios accipiamus quam gladiatores.

3 *Nam*

mus ad Claudium. [1] Nam ut superius diximus, [2] illi 6
Gotthi [3] qui evaserant [4] eo tempore quo illos Macrianus est persequutus, quosque Claudius emitti non siverat, nequid fieret quod effectum est, omnes gentes suorum ad Romanas incitaverunt prædas. [5] Denique Scytharum diversi populi, [6] Peucini, [7] Trutungi, [8] Austro-

CASAUBONUS.

1 *Nam ut superius diximus, illi Gotthi q.*] Conferendus hic locus est cum illo ad quem rejicimur. Sic autem in libro de Gallieno: *Gallienus interea vix excitatus publicis malis, Gotthis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuito plurimos interemit: quo comperto Scythæ facta carragine, per montem Gessacem fugere sunt conati. Omnes inde Scythas Martianus variis bellorum fortuna agitavit: quæ omnes Scythas ad rebellionem excitarunt.* confer & cum Zosimo.

4 *Illo tempore quo eos Macrianus est persecutus.*] Legendum, *Martianus.* ut ad superiorem locum demonstravimus.

6 *Peucini.*] Male apud Zosimum Πεῦκοι. nam Πευκῖνοι Ptolemæo nominantur atque aliis. incolæ sunt Peucæ insulæ, quam Danubii ostia efficiunt.

7 *Trutungi.*] In Zosimi codicibus Προθίγγοι libro quarto. quidam *Gruntungi*, sine certo auctore.

8 *Austrogothi.*] Qui aliis *Ostrogothi.* au & o passim confunduntur.

GRUTERUS.

2 *Illi Gotthi qui evaserant.*] Auctior voce Palatinus, *triginta illi Gotthi.* sed putarim à glossa, ut nimirum id annotarit ad vocem *superius*, dictum videlicet id esse in XXX. tyrannis.

6 *Peucini, Trutungi, Austrogothi.*] Pal. *Peuci, Trutungi, Austorgoti.*

SALMASIUS.

3 *Qui evaserant eo tempore quo illos Macrianus est persequutus.*] Scribendum, *Marcianus*, non *Martianus.* Zosimo, Μαρκιανὸς, cui bellum adversus Scythas gerendum commisit Gallienus, quem idem vocat, ἄνδρα τὰ πολέμια σφόδρα ἐξησκημένον. de quo in vita Gallieni memini dicere.

5 *Denique Scytharum diversi populi, Peucini.*] Scribendum esset, *Peuceni*: nam ἐθνικὸν τοῦ Πεύκης, est Πευκηνός. si Ethnicographo credimus, cujus hæc verba sunt, Πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ· οἱ οἰκήτορες Πευκηνοί. Palatinus tamen heic habet, *Peuci.* Zosimo, Πεῦκοι dicuntur. nec dubium est quin *Peuci* & *Peucæ*, etiam dicti sunt populi incolentes insulam Peucen. sic *Rheni* populi qui Rhenum accolunt, pro Rhenanis. Persius:

—— *locat ingentes Cæsonia Rhenos.*

Stephano Ῥῆνοι dicuntur. sic Ἴστροι, qui Istrum. sic *Thyani* paulo post apud Vopiscum pro Thyanæis. & infinita ejusmodi, quæ passim apud auctores occurrunt.

7 *Trutungi.*] Non variat Palatinus in istius populi appellatione. *Tutungri* dicuntur in veteri chorographia, quam manuscriptam habemus: *Langobardi, Tutungri, Suavi, Burgundiones.* nescio an hi sint, quos *Thuringos* vocat Aethici Cosmographia: *Gothos, Thuringos, Herulos, Sarmatas.* Pruthingos appellat Zosimus. atque hi sunt absque dubio qui Ammiano Marcellino lib. XXVII. *Gruthungi* dicuntur. sic *Trutungi, Pruthungi,* & *Gruthungi,* idem erit populus. scimus enim, quam sæpe invicem mutentur *T,* & *P:* & *T,* & *C,* & *G.* falluntur vero qui *Trutungos* cum *Vithungis* Sidonii Apollinaris confundunt. nam hi sunt qui paulo post *Virthingi* Trebellio appellantur. sed nec minus errant, qui

Gelmo-

ſtrogotthi [1] Virtingui, [2] Sigipedes, [3] Celtæ etiam [4] & Heruli prædæ cupiditate [5] in Romanum ſolum & Rem-

Gothunnos eoſdem cum his *Grutungis* faciunt. *Gautunnorum* etiam infra meminit Vopiſcus.

CASAUBONUS.

1 *Virtingui.*] Aliis, *Vittingui.* neſcio an ſint Juthungi, de quibus meminerunt multi hiſtorici & Ambroſius epiſtola XXVII.

2 *Sigipedes.*] Lego, *Gipedes.* Gepidæ Jornandi & aliis. ſed Græcis ſcriptoribus ſæpe Γήπεδες, vel Γήπαιδες. & offendi in antiquis ſcidis hæc verba, οἱ Οὔγγροι τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο Γήπαιδες.

3 *Celtæ etiam & Heruli.*] Celtæ ſunt mihi incogniti. nam Celtoſcytharum appellatio apud antiquos geographos aliam rationem habet. Heruli, Jornandi & aliis Eruli dicuntur. & Zoſimo Ἔρουλοι. auctor Etymologici Ἔλουροι. uſus nempe corrupto exemplari Dexippi.

GRUTERUS.

1 *Virtingui, Sigipedes.*] Sic & Pal. niſi quod pro ſecunda voce habeat *Sigypedes.*

5 *In Romanum ſolum & Remp.*] Palat. *ſolum in Remp.*

SALMASIUS.

1 *Virtingui.*] *Virtinguos* heic appellat Pollio, qui *Vithungi* Sidonio Apollinari, & *Iuthungi* Ammiano Marcellino lib. XVII. *Iutungi* dicuntur in veteri tabula itineraria. ſed ibi male ſcriptum eſt, *Lutugi. Marcomanni, Vandali, Quadi, Iutugi.* perperam cum *Trutungis*, de quibus egimus ſuperiori annotatione, eos confundunt docti. diverſi enim ſunt, ut ex hoc loco conſtat.

2 *Sigipedes.*] Una ſyllaba minus, qua male aucti ſunt iſti populi, *Gipedes* legendum, hoc eſt γήπαιδες, ut Græcis nominantur. Latini ſecundum Græcos, *Gepædes* debuerant dicere. ſed *ea* Græcorum per *i* enuntiabant. ut κηπητὸν, *capitum*, & alia quæ numero carent: & diphthongos parum curabant, quas fere nonniſi per *e* ſimplex ſcribebant. ſic *Gitedes*, ſunt Γήπαιδες. de Gipedibus hæc leguntur in Græcorum commentariis: Γήπαιδες οἱ λεγόμενοι Λογγίβαρδοι, οἱονεὶ Γέτιπαιδες· οἱ Γετῶν παῖδες. ſed Græci ſuaves ſemper ludos præbent, quoties illis libet in etymologias barbararum vocum inquirere. *Gypides* Corippo dicuntur duabus ſyllabis brevibus lib. I.

En Avares, Francique truces, Gypidesque, Getæque.

3 *Celtæ etiam & Heruli.*] Celtas iſtos nemini puto eſſe cognitos. equas tamen Celticas fama fuiſſe nobilitatas auctor infra ſcribit, quarum magnum numerum eſſe captum ſcribit, devictis illis Celtis, quiqui ſint, cum reliquis barbaris. *Celetæ* populi Thraciæ non ignobiles, diviſi in majores & minores, quorum hi ſub Rhodope, illi ſub Æmo habitant. putavi aliquando *Celtas* iſtos eſſe Trebellii. non magno enim negotio *Celtæ* de Celetis fieri potuerunt. atque inde etiam Celericæ vel Celticæ equæ fama nobiles. nam & equos Threciſcos celebrarunt antiqui. ἐπέχω tamen, & certi aliquid pronuntiare non poſſum.

4 *Et Heruli.*] Scribendum ſine aſpiratione, *Eruli.* ita enim ſcribit Palatinus, cum Græcis, quibus Ἔρουλοι ſcribuntur. Ἐλούρους ἀπὸ τῶν ἑλῶν dictos autumat auctor magni Etymologici, eadem prope ἀγχινοίᾳ, qua Γήπαιδας, quaſi Γετῶν παῖδας dictos hariolabatur. *Hyrulos* corrupte chorographia noſtra manuſcripta nominat, *Tutungri, Burgundiones, Suavi, Amiliaſini, Marcomanni, Hyruli, Quadi. Hyruli* ibi ſunt *Eruli.*

5 *In Romanum ſolum, & remp. venerunt.*] Nonne ſatis erat dixiſſe, *in Ro-*

manum

Rempub venerunt, atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius, dumque se ad id bellum quod confecit, imperatorie instruit; ut videantur fata Romana boni principis occupatione lentata. sed credo, ut Claudii gloria accresceret, ejusque fieret gloriosior toto penitus orbe victoria. [1] Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tunc fuere. Dicat nunc qui nos adulationis accusat, Claudium minus esse amabilem. Armatorum trecenta viginti millia. [2] Quis tandem Xerxes hoc habuit? [3] quæ fabella istum numerum affinxit? Quis poëta composuit? Tre-

centa

manum solum venerunt? quo enim illam additionem, *& remp.* Palatinus habet: *in Romanum solum, in remp. venerunt.* omnino expungenda illa *in remp.* quæ videntur ex eo nata, quod olim scriptum erat compendiose, *in R. solum.* idque valere, *in remp.* cum quidam interpretati essent, sic factum est, ut utrumque reciperetur in contextum. in epistola Claudii: cccxx. *millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt.*

CASAUBONUS.

1 *Armatarum denique gentium trecenta viginti millia fuere.*] Mox addit habuisse duo millia navium. de numero armatorum plane consentit Zosimus: de navibus longe excedit. ναυπηγησάμενοι, ait, πλοῖα ἑξακισχίλια, καὶ τούτοις ἐμβιβάσαντες δύο καὶ τριάκοντα μυριάδας. sed puto scripsisse Zosimum ἐς δισχίλια vel ὡς δισχίλια. nam de lectione nostri auctoris liquido constat. Accedit & Marcellini testimonium, qui libro XXXI. in eodem numero consentit. referendus enim ad Claudii tempora is Ammiani locus: & quod de obitu Deciorum ibidem subjungitur, caute accipiendum

2 *Quis tandem Xerxes hoc habuit?*] Oratorie dictum: nam exercitus Xerxis non duplo, sed fortasse etiam triplo major.

SALMASIUS.

2 *Quis tandem Xerxes hoc habuit? quis poëta composuit?*] Immo vero tu ipse Trebelli plane poëtice hunc barbarici exercitus numerum exauges, & omnia in majus extollis. hinc illa poëtica, *flumina epota, consumptæ sylvæ, terræ labor in tanta multitudine sustinenda.* qualia de Xerxis exercitu partim mendaces historici scripserunt, partim poëtæ finxerunt, quorum de Xerxe ista sunt:

Xerxes magnus adest, totus comitatur euntem
Orbis. quid dubitas Græcia ferre jugum?
Tellus jussa facit. cœlum texere sagittæ.
Abscondunt clarum Persica tela diem.
Classes fossus Athos intra sua viscera vidit.
Phryxea peditem ferre jubentur aqua.
Quis novus hic hominum, terramque, diemque, fretumque
Permutas? certe sub Jove mundus erat.

hoc epigramma nondum editum, dignum nobis visum est, quod non tantum in nostris schedis, sed heic etiam legeretur. cui plane simile habes, libro primo Florilegii epigrammatum à Pithœo edito.

3 *Quæ fabella istum numerum effinxit.*] Melius prima editio, cui & Palatinus suffragatur, *quæ fabella istum numerum adfinxit.*

1 Et

centa viginti millia armatorum fuerunt. Adde ſervos, adde familias, adde carraginem [1] & epota flumina conſumptaſque ſylvas.[2] Laboraſſe denique terram [3] ipſam, quæ tantum Barbarici timoris accepit; terram puto.

7 Extat ipſius epiſtola miſſa ad ſenatum legenda ad populum, qua indicat de numero barbarorum, quæ talis eſt: *Senatui P. Q. Rom. Claudius princeps* (hanc autem ipſe dictaſſe perhibetur, [4] ego verba magiſtri memoriæ non requiro) [5] *P. C. militantes audite quod verum eſt:*

1 *Et epota flumina.*] *Epotata*, idem. Juvenalis:

——— *epotaque flumina Medo.*

2 *Laboraſſe denique terram ipſam quæ tantum barbarici timoris accepit, terram puto.*] Non uno vulnere confectus hic locus, quem nos una manu ſanabimus. ſic enim legendum diſtinguendumque, aſſentientibus libris, judico. *Trecenta viginti millia armatorum fuerunt. Adde ſervos, adde familias, adde carraginem, & epota flumina, conſumptaſque ſylvas, laboraſſe denique terram ipſam, quæ tantum barbarici tumoris excepit.* ita etiam nec uno elemento minus editio vetus, quæ nobis in omnibus fere potuit eſſe vicem ſcripti libri, ſi librum ſcriptum non habuiſſemus. *Barbaricum tumorem* eleganter vocat, tumentem illam, tumultuque magno venientem barbarorum multitudinem. inepta prorſus & abſurda vulgata lectio. quid enim ſignificat, *barbaricus timor?* an timorem, quem barbari incutiebant, ut *Pompeji metus* apud Salluſtium? deinde quid eſt, *barbaricum timorem accipere?* recte vero ſecundum noſtram emendationem laboraſſe terra dicitur, quæ tantam ſedibus ſuis excitam barbarorum, & exuberantem in ſolum Romanum, magnoque tumultu, & tumore irruentem multitudinem, paſſa eſt.

4 *Ego magiſtri memoriæ verba non requiro.*] Non poſſum aſſentiri doctiſſimo Caſaubono, qui putat ſententiam poſtulare, ut ſcribatur: *ego verba ſint ipſius an magiſtri memoriæ non requiro.* immo ego ſententiam id requirere cenſeo, ut nihil mutetur. dicit Trebellius, illam epiſtolam dictaſſe Claudium, & ipſius principis hæc eſſe verba. non igitur ſe deſiderare verba magiſtri memoriæ, cum oratio ipſius principis ingenio formata plus ponderis & momenti habere debeat, quam quæ dictata ſit à memoriæ magiſtro.

GRVTERVS.

1 *Et epota flumina.*] Pal. *expotata.*

3 *Ipſam quæ tantum barbarici tumoris accepit, terram puto.*] Hæc eſt lectio Pal. niſi quod ponat vocem *terram*, loco principe. minus recte editi, *terram ipſam, quæ tantum barbarici timoris accepit: terram puto.*

CASAVBONVS.

2 *Laboraſſe denique terram ipſam.*] Dele vocem *terram.* ſequitur enim commodiore loco.

4 *Ego verba magiſtri memoriæ non requiro.*] Ipſa ſententia videtur poſtulare ut ſcribamus, *ego verba ſint ipſius an magiſtri memoriæ non requiro.* cum epiſtolas & orationes ſuas ad ſenatum imperatores per ſe non formabant, ingenio utebantur magiſtri memoriæ vel ſcriniorum.

5 *P. C. militantes audite quod verum eſt.*] Legendum, *latantes.*

SALMASIUS.

5 *P.C. militantes audite quod verum eſt.*] *Latantes*, quod idem ille vir, nunquam mihi aut ulli ſatis laudatus, hoc loco

est: CCCXX. *millia barbarorum in Romanum solum armati venerunt; hæc si vicero, vos vicem reddite meritis: si non vicero, scitote me post Gallienum velle pugnare. Fatigata est tota Resp. Pugnabimus post Valerianum, post Ingenuum, post Regillianum, post Lollianum, post Posthumium, post Celsum, post mille alios qui contemptu Gallieni principis à Rep. defecerunt. Non scuta, non spatha, non pila jam supersunt. Gallias & Hispanias, vires Reip. Tetricus tenet, & omnes sagittarios (quod pudet dicere) Zenobia possidet. Quidquid fecerimus satis grande est.* Hos igitur Claudius ingenita illa virtute superavit: hos brevi tempore attrivit. De his vix aliquos ad patrium solum redire permisit. Rogo quantum pretium est clypeus in Curia tantæ victoriæ, quantum una aurea statua? [1] Dicit Ennius de Scipione, *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur?* [2] Possumus dicere, [3] Flavium Clau-

co reponit, non placet. rationem si quis requirat, hæc est. quomodo postularet Claudius, ut lætantes audirent, in quo nulla lætitiæ causa esset, aut ratio lætandi? non enim victoriam nunciabant illæ literæ, sed timorem potius, cum incertum adhuc esset, quo caderet pugnæ eventus, adversus tantam multitudinem. non ita mihi proclive est, quid verum sit, monstrare, quam fuit quod falsum erat, ostendisse. invenient sagaciores, quod frustra quæsivimus.

GRUTERUS.

5 *Patres Conscripti militantes audite.*] Adsentior conjecturæ Casauboni, *lætantes*; neque enim vero simile est usurpasse veterem vocem *vitulantes*, etsi litteris accedit magis ad *militantes*.

SALMASIUS.

1 *Dicit Ennius de Scipione, quantam statuam faciet pop. Romanus.*] Prima hæc verba in legem versus cogi possunt: immo cogi opus non habent; nam sponte sua versum reddunt.

Nam quantam statuam faciet populus Romanus.

reliqua ad hanc necessitatem videntur adigi nolle. videtur autem heic Trebellius non ipsissima opici poëtæ verba posuisse, sed sententiam.

CASAUBONUS.

3 *Flavium Claudium, &c.*] Quare appellet hunc principem *Fabium*, relinquimus aliis investigandum. nam verum quidem est imperatores multos id nomen assumsisse; verum post Constantinum, non ante. Claudium vero in nullo vetustatis monumento Fabium invenimus appellatum.

SALMASIUS.

2 *Possumus dicere Flavium Claudium unicum in terris principem.*] Quare Flavium Claudium appellet, non magis quæstione dignum esse puto, quam quare Constantius, & Constantinus, & reliqui deinceps Flavii sint nominati. Constantius enim Cæsar de quo tam multa in hoc libro mentio, cujus

Claudium, unicum in terris principem, non columnis,
8 non ſtatuis, ſed famæ viribus adjuvari. Habuerunt
præterea duo millia navium, [1] duplicem ſcilicet numerum

cujus Conſtantinus magnus filius fuit, Claudii generis proles nominatur Trebellio. & ſane ex Criſpi filia Claudii fratris natus eſſe dicitur. atque is *Fl. Valerius Conſtantius* dictus eſt. unde unde hæc nomina habuerit, veriſimile eſt non aliunde habuiſſe quam ab auctoribus generis ſui. & fortaſſean ipſe Criſpus Claudii frater ſic etiam appellabatur, *Fl. Valerius Criſpus*. Certe Claudium ſic appellatum eſſe non vane colligimus ex hoc noſtro ſcriptore. *Flavium* heic nominat: in fine libri etiam *Valerium*. ubi inter cæteras acclamationes ſenatus iſta habetur: *vivas Valerie, ameris à principe*. inde indubitanter colligere licet *Flavium Valerium Claudium* fuiſſe nominatum. quod autem ad hunc locum notat vir eruditiſſimus Iſaacius Caſaubonus ὁ μακαρείτης, in nullo vetuſtatis monumento inveniri Flavium appellatum hunc Claudium, hoc aperte falſum demonſtrari poteſt. extat enim vetus inſcriptio in qua Flavius nominatur. eam heic apponere non abs re fuerit:

IMP. CAESARI. FL. CLAVDIO. PIO.
FELICI. INVICTO. AVG. PONT.
MAX. TRI. POT. II. COSS. II.
PRO. COS.

extat & altera Benaci, quam exſcripſiſſe fatetur doctiſſimus Onuphrius, in qua M. AVRELIVS CLAVDIVS nominatur, ſed in nummis paſſim Fl. Claudius nominatur, ſi eidem Onuphrio credimus. adeo certum eſt, Flavium illi nomen fuiſſe, ut non alia ratione ductum exiſtimem Trebellium, ſcripſiſſe ſupra, gentes Flavias fuiſſe propagatas ab hoc Claudio, quaſi præſagiente, uni aliquando ex illis gentibus viro, deferendum imperium. quibus verbis ſatis manifeſtum eſt, voluiſſe hunc ſcriptorem Claudii genus in gentem Flaviam infulcire. quod enim aliud argumentum ſaltem probabile habuiſſet, Claudium in gentem Flaviam Veſpaſiani, & Titi inſerendi, præſertim cum parum cognitum eſſe de ejus avis, & varia variis fuiſſe prodita de ejus familia ſcribat, niſi hoc Flavii nomen, ſatis ad hanc rem magnum argumentum illi viſum fuiſſet: quod tamen non pluribus eſt perſequutus, ſed ſtrictim & in tranſitu tantum poſuit. hæc tam multa, quæ heic diximus, eo pertinent, ut conſtet nomen Flavii, quod Conſtantius & Conſtantinus, & alii poſt Conſtantinum uſurparunt, à Claudio quem generis ſui auctorem videri volebant, in illos derivatum eſſe. cui quidem Claudio imperatori, *Flavium* nomen fuiſſe certa fides eſt. ſed & *Valerium* dictum eſſe, liquido poteſt conſtare ex fine hujus libri. atque hinc *Flavius Valerius Conſtantius*, & *Fl. Valerius Conſtantinus* dicti. Criſpi quoque in illa familia, à Criſpo fratre Claudii, qui vetus fuit illius familiæ auctor. nam is avus Conſtantii Cæſaris, per filiam fuit. ſed apparet eos proniores fuiſſe in ejus nomina aſſumenda, qui & imperaverat, & longe celeberrimum nomen ſuum apud poſteros claris factis & inſignibus victoriis reddiderat. hinc etiam *Flavius Claudius Julianus*, eſt appellatus, à Flavio Claudio hoc noſtro, ut apparet.

CASAUBONUS.

1 *Duplicem ſcilicet numerum, quam illum quo tota pariter Græcia, omniſque Theſſ.*] Græcis χιλιόναυς στόλος, Latinis *mille naves* dicuntur fuiſſe in exercitu quo obſeſſa eſt Troja. ſed fuiſſe multo plures, & Varro auctor eſt & Græci docent. in catalogo Homeri naves ſunt CIↃLXXXVI. vel ut alii numerarunt CIↃCLXXLVI. Thucydides CC. ait ſupra CIↃ.

1 Quo

merum quam illum [1] quo tota pariter Græcia omnisque Thessalia, [2] urbes etiam Asiæ quondam expugnare conata est. Sed illud poëticus stilus fingit, hoc vera continet historia. Claudio igitur scriptores adulamur, qui duo millia navium Barbararum, & trecenta viginti millia armatorum delevit, oppressit, attrivit: qui carraginem tantam quantam numerus hic armatorum sibimet aptare potuit & parare, [3] nunc incendi fecit, nunc cum omnibus familiis Romano servitio deputavit, [4] ut docet ejusdem epistola quam [5] ad Junium Brocchum scripsit illyricum tuentem. *Claudius Broccho. Delevimus* CCCXX. *millia Gotthorum*, II. *millia navium mersimus. Tecta sunt flumina scutis: spathis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi ossibus latent tecti,* [6] *nullum iter purum est, ingens carrago deserta est. Tantum mulierum cepimus ut binas & ternas mulieres victor sibi miles possit adjungere.* Et utinam Gallienum 9 non

SALMASIUS.

1 *Quo tota pariter Græcia, omnisque Thessalia, urbes etiam Asiæ quondam expugnare conata est.*] Non parum sententiæ incommodat vox, *etiam*, quam hinc jubemus extrudi furcillis, quantum potest: *quo tota pariter Græcia omnisque Thessalia, urbes Asiæ quondam expugnare conata est* sic enim erat legendum. per urbes Asiæ intelligit non solum Ilium, sed reliquas Asiæ urbes, quas expugnavit Achilles, & ceteri Græci, toto illo decennalis expeditionis tempore, inter quas, *Lyrnessus, Thebæ*, cum reliquis memorantur.

3 *Nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano servitio deputavit.*] Scribendum: *qui carraginem tantam, quantam numerus hic armatorum sibimet aptare potuit, & parare, nunc incendefecit, nunc cum omnibus familiis, Romano servitio deputavit. incendefacere* pro *incendere.* sic *mittefacere* apud Nonium pro *missum facere.* *evallefacere*, est *evallare* Varroni, & similia quam multa.

GRUTERUS.

2 *Urbes Asiæ quondam expugnare.*] Sic Pal. male vulgati verbo amplius, *urbes etiam Asiæ expugnare.*

3 *Nunc incendia fecit.*] An fuit? *incendefecit.* sed melius Casaubonus, *nunc incendio affecit.*

4 *Ut docet ejusdem epistola.*] Pal. *docetur.*

CASAUBONUS.

3 *Nunc incendia fecit.*] Malim, *nunc incendio affecit.*

5 *Ad Junium Brocchum.*] Brocchos vel broccos Latini vocant quibus superius labrum tumet. Varro Rei rusticæ libro secundo, cap IX. Plinius libro XI. cap. XXXVII. & Glossæ, *Brocchus, ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ὀδηκώς.*

6 *Nullum iter purum est.*] Ut apud Homerum:

Ἐν καθαρῷ ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος.

non esset passa Resp. utinam sexcentos tyrannos non pertulisset. Salvis militibus quos varia prælia sustulerunt, salvis legionibus quas Gallienus malè victor occidit, quantum esset additum Reipublicæ? [1] Siquidem [2] nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia [3] ad Rom. Reip. decus. [4] Pugnatum est enim [5] apud Mœsios, [6] & multa prælia fuerunt [7] apud Martianopolin, multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ: impletæ barbaris servis, senibusque cultoribus Roma-

1 *Siquidem nunc verba publici naufragii colligit nostra diligentia ad Rom. reip. decus.*] Quid est *verba naufragii colligere?* hæc sunt obelo non expositione digna scripti omnes hac parte corrupti: ita tamen ut per illorum vestigia ad veram lectionem non dubia pateat via. nam & regius & Puteani *colligat* exhibent, non *colligit*. regius vero hoc amplius, *vestra*, non *nostra*. optime. unum superat mendum, conjectura tollendum, quando silent codices. Lege periculo τῆς ἡμετέρας κρίσεως: *Siquidem nunc reliqua* (vel *tabulas*, aut tale quid) *naufragii colligit vestra diligentia: ad R. r. d.* plana & certa sententia. in gratiam principis cui hanc vitam misit adjecit ista Pollio. Imitatur autem Vopiscus Atheniensium oratorem, qui fractis Atheniensium opibus, Reip. naufragia se administrare dixit.

7 *Apud Martianopolim*] Melius per c. *Marcianopolin*. Zosimus, quem hic lege, semper Μαρκιανοῦ πόλιν. cum debuisset Μαρκιανῆς, si fides Ammiano. *Mœsii* pro Mœsi supra, & alibi sæpius.

SALMASIUS.

1 *Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Romanæ reip. decus.*] Nescio quam decora hæc naufragia, quæ recenset, & colligit Romanæ reip. *decus* heic nullum agnoscunt veteres libri, neque nos ullum decus in tot naufragiis videmus. scribendum puto: *siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia, ac Romanæ reip.* hoc est, *publici, ac Romanæ reip. naufragii.*

4 *Pugnatum est enim apud Mœsios.*] Scribe, *apud Mœsos*. *Mœsi* enim populi dicti: *Mœsia* provincia.

6 *Et multa prælia fuerunt apud Martianopolim.*] Ita semper corrupte legitur apud Ammianum: cum heic & ibi sit scribendum, *Marcianopolis*. quemadmodum recte scriptum est in Palatino. idque jam monuere docti viri.

GRVTERVS.

2 *Nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia.*] Sic & Palatinus, quo videretur velle, ita naufragio interiisse Rempublicam, ut nihil de ea reliquum sit quod colligatur, nisi verba, nisi fabula, & rei ipsius narratio. quod durissime dicatur, imo invidiose. quapropter accesserim emendationi Casaubonianæ.

3 *Ad Romanæ reipublicæ decus.*] Pal. non habet illud *decus*. sed videtur requiri, nisi forte mutandum in *dedecus*.

5 *Apud Mœsos.*] Sic Pal. non *Mœsios*. idem etiam statim habet, *Marcianopolim*, non *Martianopolim*.

1 *Fa-*

Romanæ provinciæ. [1] Factus miles barbarus & colonus ex Gottho. Nec ulla fuit regio quæ Gotthum servum triumphali quodam servitio non haberet. Quid boum barbarorum nostri videre majores? quid ovium? [2] quid equarum quas fama nobilitat Celticarum? Hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius & securitate Remp. & opulentiæ nimietate donavit. Pugnatum præterea est apud Byzantios, [3] ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant barbari. Pugnatum in diversis regionibus, & ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gotthi, prorsus ut jam tunc Constantio Cæsari, nepoti futuro videretur Claudius securam parare Remp. [4] Et bene venit in mentem, [5] exprimenda est sors quæ Claudio data

SALMASIUS.

1 *Factus miles barbarus & colonus ex Gottho.*] Horum verborum mentem non percipio, nec quid velint, satis scio. scriptura Palatini Codicis hæc est: *factus miles barbari colonus, & miles è Gottho.* quæ mihi videntur lingua prorsus barbara esse concepta. ita penitus intellectum meum fugiunt. vult quidem dicere, militem barbarum, & militem Gotthum factum esse colonum: quæ sententia facile adstrui potest, ex iis quæ præcesserunt: sed hæc locutio, qua id voluit exprimere, aut corrupta est, aut novo quodam genere loquendi formata. quare melius fuerit hæc aliis acurioris ingenii emendanda relinquere, vel explicanda.

2 *Quid equarum quas fama nobilitat Celticarum.*] Nimirum istæ equæ Celticæ ab illis Celtis sunt, quorum supra mentionem cum Erulis fecit. fama nobilitatas illas equas dicit: quæ tamen fama ad nos usque non pervenit. neque *Celtas* enim, neque *Celticas equas* nunc novimus. *Celetas* & *Celeticas equas* supra volebamus, à *Celetis* Thraciæ populis non ignobilibus. quæ conjectura incipit nunc mihi validius placere, ex quo desperare cœpi notitiam illorum Celtarum.

GRUTERUS.

1 *Factus miles barbarus & colonus ex Gotho.*] Pal. *barbaricolonus ex Gotho.*

3 *Ipsis qui superfuerant Byzantiis.*] Pal. *ipsis qui superius fuerant Byzantiis.*

CASAUBONUS.

3 *Ipsis qui superfuerant Byzantiis fortiter facientibus.*] Vide librum de Gallienis.

4 *Et bene venit in mentem expr.*] Sic supra In Tyranno XIX. *Fuit & Valens superior, & bene venit in mentem.*

SALMASIUS.

5 *Exprimenda est sors quæ Claudio data esse perhibetur, eo magis.*] Non exprimit ubi sors illa Claudio data sit. quod tamen facit in sequenti sorte: *idem in Apenino*, inquit, *cum consuleret.* id fecerat fortasse: sed correctoribus imputandum, quod locum nesciamus, ubi sors Claudio data esse perhibetur. nam in Palatino ita legitur,

[2] data esse perhibetur: eo magis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus constitutum. Nam quum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

[2] Tu qui nunc patrias gubernas oras,
Et mundum regis, arbiter deorum
[3] In veteres tuis novellis.
Regnabunt etenim tui minores,
[4] Et reges facient suos minores.

Item

gitur, *exprimenda est sors. quæ Claudio data esse perhibetur commagnis, ut intelligant omnes genus Claudii ad felicitatem reip. divinitus esse constitutum.* legebam aliquando *Comanis. Comana* urbs nobilissima Cappadociæ, in qua Bellonæ vetustissimum templum. sed longe propius ad veterem scripturam accedit, quod nunc legimus, *Commagenis. Commagenæ*, vel *Commagena*, urbs in Pannonia superiore, quam Vindobona XXIV. millibus P. distantem facit vetus itinerarium, & *Commagenis* nominat. Commagenam etiam urbem, à qua Commagenæ provinciæ nomen, memorat Aethici Cosmographia. sed de illa Pannoniæ urbe magis hunc locum Trebellii accipiam, etsi me lateat, an ibi sortes edi fuerint solitæ. utut est, non puto esse dubium, quin nomen loci alicujus debeat reponi.

GRUTERUS.

1 *Data esse perhibetur: eo magis ut intelligant.*] Pal. *perhibetur commagnis ut intellig.* ex quo nullo negotio fiat, *perhibetur Commagenis, ut intelligant.* & ita restituendum videtur.

3 *In veteres tuis novellis.*] Nihil adjuvat Pal. qui initio tamen habuit, *inveteristiuus novellis.*

CASAUBONUS.

2 *Tu qui nunc patrias gubernas oras.*] De licentia quæ usurpatur hic in ultima voeis *gubernas*, ante monuimus.

3 *In veteres tuis novellis.*] Non à fine, sed à principio est labes. quare ita erat scribendum: * * *in veteres tuis novellis.* sed fortasse fecerat auctor,

O longum inveteres tuis novellis.

SALMASIUS.

3 *In veteres tuis novellis.*] Ita etiam omnes libri, sententia non minus quam versu claudicante. forte supplendum:

Tu vinces veteres tuis novellis.

hoc dicit; Claudium veteres omnes imperatores, non vitæ & imperii longitudine superaturum, sed *novellis suis*, hoc est neporum successione potest & aliis modis suppleri. sed nobis non placet in re adeo incerta, certum tempus perdere *novellos* heic pro nepotibus posuit vel minoribus. *novelli* ψευδωνύμῳ Querolo Plauti, sunt tirones, & pueri adhuc in prima disciplina constituti: *quid ad hæc vos dicitis novelli atque incipientes nunc mei?* sic Græci νεαροὺς vocant. Hesychius: εἰσαγωγικοὺς, νεαροὺς, ἀρχαρίους. ubi observandum, νεαροὺς dixisse, quos novellos auctor Queroli. & quos ille *incipientes*, hic ἀρχαρίους appellat.

4 *Et reges facient suos minores.*] Τοὺς παίδων παῖδας, contra in oraculo Cypselo Corinthiorum regi reddito:

Κύψελος Ἠετίδης βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου
Αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

1 *Idem*

[1] Item quum [2] in Apennino de se consuleret, responsum hujusmodi accepit,

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Item quum de posteris suis,

His ego nec metas rerum nec tempora pono.

Item quum [3] de fratre Quintillo, quem consortem habere volebat imperii, responsum est,

Ostendent terris hunc tantum fata.

Quæ idcirco posui, ut sit omnibus clarum, Constantium divini generis virum, sanctissimum Cæsarem, &
Augustæ ipsum familiæ esse, & Augustos multos de se
daturum, salvis Diocletiano & Maximiano Augustis,
& ejus fratre Galerio. Sed dum hæc à divo Claudio 11
aguntur, [4] Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Ægyptios bellum sumunt, atque ab his Ægyptia pervicacia & indefessa pugnandi continuatione vincuntur. [5] Dux tamen Ægyptiorum [6] Probatus [7] Timogenis insidiis interemptus est. Ægyptii vero omnes se Rom.

CASAUBONUS.

1 *Idem cum in Apennino de se consuleret.*] Lego, *Apenino.* vel, *in Aponi fonte.* vide Suetonium in Tiberio, capite XIV. de hoc fonte notum est Claudiani carmen & Theodorici regis epistola apud Cassiodorum libro secundo, XXXIX.

4 *Palmyreni ducibus Saba & Timogene contra Egyptios bellum sumunt.*] Sabas est quem Zosimus Zabdam nominat. Vopiscus *Zabam*, in Aureliano: ubi insignis est ejus error. Timogenes, eidem Timagenes: utroque modo hoc nomen efferunt Græci. Sed historiam aliter paullo narrat Græcus ille: ἐφιεμένη ἡ Ζηνοβία πραγμάτων, Ζάβδαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει Τιμαγένους ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὴν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπραττομένου.

5 *Dux tamen Ægyptiorum Probatus.*] Zosimus & Zonaras Probum nominant.

SALMASIUS.

1 *Item quum in Apontino.*] Lege, *idem cum in Aponino.* & paulo post, *idem quum de posteris suis.*

4 *Palmyreni ducibus Saba, & Timogene.*] Vet. ed. *Sabba.* forte: *Sabda.* nam Ζάβδας. Zosimo dicitur.

7. *Timogenis insidiis interemptus est.*] Pal. *imaginis insidiis.* lege: *Timagenis insidiis.* Τιμαγένης dicitur Zosimo. & supra scribendum quoque, *Timagenes.*

GRUTERUS.

2 *In Apennino.*]. Ita & Palat. nisi quod is *Apennino.*

3 *De fratre Quintillo.*] Pal. *Quintilio.* sed infra expressit *Quintillium*, adhucque inferius *Quintillum.*

6 *Probatus Timogenis insidiis interemptus est.*] Pal. *Imaginis.* ut forsan & heic & superius rescribi possit *Timagenes*, uti vocatur Græcis.

ſe Rom. imperatori dediderunt, in abſentis Claudii verba jurantes. Atticiano & Orphito coss. auſpicia Claudiana favor divinus adjuvit. [1] Nam [2] quum ſe in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ ſuperfuerant, contuliſſet, [3] illic [4] ita fame ac peſtilentia laborarunt, ut jam Claudius dedignaretur & vincere. Denique finitum eſt aſperrimum bellum, terroreſque Romani nominis ſunt depulſi. Vera dici fides cogit, ſimul ut ſciant hi qui adulatores nos exiſtimari cupiunt, [5] id quod hiſtoria dici poſtulat, non tacere. Eo tempore quo parta eſt plena victoria, plerique milites Claudii [6] ſecundis rebus elati, quæ ſapientium quoque animos fatigant, ita in prædam verſi ſunt, ut non cogitarent à pauciſſimis ſe poſſe fatigari dum occupati animo atque corporibus [7] avertendis prædis inſerviunt. Deni-

CASAUBONUS.

1 *Nam cum ſe in Hæmimontum multitudo Barbararum gentium quæ ſuperfuerant, contuliſſet.*] Provinciam Thraciæ, in qua Hæmus mons, Hæmimontum nominarunt, ut auctor eſt Ammianus in deſcriptione Thraciarum libro XXVII. & ita hic vetera exemplaria. ſic in notitia imperii & aliquot legibus, ut obſervat Jacobus Cujacius. Zoſimus ita narrat: συνάγουσι αὐτοῖς ἡ Ῥωμαίων ἵππος ἀντιπάσασα, πολλούς τε ἀνελοῦσα, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἀπέστρεψε· κυκλωθέντες δὲ τοῖς Ῥωμαίων στρατοπέδοις οὐκ ὀλίγους ἀπέβαλον.

4 *Ita fame & peſtilentia laborarunt.*] Non fame ſed peſtilentia tantum abſumptos ſcribit Zoſimus. λοιμοῦ δὲ κατασχόντος ἅπαντας αὐτούς. ſi Pollionem ſequimur, ſcribendum, λιμοῦ δὲ καὶ λοιμοῦ.

5 *Id quod dici hiſtoria poſtulat, non tacere.*] Melius, *nos non tacere.* Hujus cladis à Claudii exercitu acceptæ, meminit & Zoſimus, quem lege.

6 *Secundis rebus elati, quæ ſapientium quoque animos fatigant.*] Ad verbum ex Salluſtio in Catilinæ conjuratione: *Igitur hi milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere. quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.*

GRUTERUS.

2 *Cum ſe in Hæmimontum.*] Pal. non habet dictiunculam *in.* & abeſſe poteſt.

7 *Avertendis prædis.*] Pal. eos ſcriptos juvat qui præferunt *præſidiis.*

SALMASIUS.

3 *Illic ita fame, & peſtilentia laborarunt.*] Palat. & edit. vet. *laboravit.* quod refertur ad *multitudinem.* nam & *contuliſſet* dixit.

5 *Id quod hiſtoria poſtulat, non tacere.*] *Non tacere*, eſt ſcribere, vel dicere. quod ante obſervavimus. ſic *non jubere*, pro vetare.

CASAUBONUS.

7 *Avertendis prædis inſerviunt.*] Non *prædis* ſed *præſidiis* ſcriptum in primis editionibus & regio quoque. placeat tum ſcribi cum Joſepho Scaligero: *avert. præſidiis parum inſerviunt.* ſed

non

Denique in ipsa victoria prope duo millia militum à paucis Barbaris, & iis qui fugerant, interempti sunt. Sed ubi hoc comperit Claudius, omnes qui rebelles animos extulerant, conducto exercitu rapit, atque in vincula Romam etiam mittit [1] ludo publico deputandos. [2] ita id quod vel Fortuna vel miles egerat, [3] virtute boni principis antiquatum est. Nec sola de hoste victoria, sed etiam vindicta præsumpta est. In quo bello quod gestum est, [4] equitum Dalmatarum ingens extitit virtus, [5] quod originem ex ea provincia Claudius

non dubito melius scribi, *prædis*, quod libri Puteani servant, *avertere prædam*, familiaris historicis dictio.

SALMASIUS.

1 *Ludo publico deputandos.*] Vet. ed. *deputatos*.

2 *Ita id quod vel fortuna vel miles egerat, virtute boni principis æquatum est.*] Quomodo æquatum est? an totidem interfecit barbarorum, quot illi occiderant Romanorum milites? hunc enim sensum postulare videtur verbum, *æquatum*. Palatinus alio nos ducit, qui habet, *atiquatum est*. inde probabilis, immo vera conjectura, scribendum esse, *antiquatum est*. nec aliter vetus editio. *antiquare*, ut omnes sciunt, est delere vel abolere. significat igitur virtute Claudii abolitum dedecus, & detrimentum resarcitum, quod acceperant Romani incautius se gerentes. Glossæ veteres: *antiquare*, ἀρχαιῶσαι. & *antiquo* ἀρχαΐζω.

GRUTERUS.

3 *Virtute boni Principis antiquatum est.*] Haud refugi admittere scripturam exemplaris Palatini. vulgg. *æquatum est*, minus nervose.

CASAUBONUS.

4 *Equitum Dalmatarum ingens extitit virtus.*] De his accipio quæ scribit Zosimus isto bello patrata ab equitatu facinora præclara: etsi Dalmatas fuisse non dicit. In militia Romana Dalmatas equites per multa secula fuisse, ex historia sciri potest, & Notitia imperii.

5 *Quod originem ex ea provincia Claudius videbatur ostendere.*] Tanti principis origo, ut aliorum summorum virorum, in obscuro latet. Traditum olim à nonnullis satum Claudium à Gordiano, cum ille adolescens ante legitimas nuptias, velut experiendarum virium gratia, cum quadam muliercula caput limasset. Sic accipiendum, quod Victor scribit: *Claudium plerique putant Gordiano satum, dum adolescens à muliere matura institueretur ad uxorem.* nam *institui ad uxorem*, nihil est aliud nisi πεῖραν ἐδίδου ἢ λαβεῖν τῶν τῆς Ἀφροδίτης ἔργων. sed locum Victoris menda carere non puto. neque enim à muliere instituebatur, verum in muliere aliqua suas, ut diximus, vires periclitabatur. Suspicor scribendum, *in muliere Dalmatica*: atque hanc caussam esse existimo, cur ex ea provincia originem eum habuisse scribat Pollio, neque tamen rem explicet. nec movet me Paulus Diaconus, qui vulgatam lectionem agnoscit. sæpe enim diximus ante multa secula turpissimas mendas bonis auctoribus inolevisse: quod in nostro de Critica commentario luce clara reddemus certius cum numine propitio.

SALMASIUS.

5 *Quod originem ex ea provincia Claudius*

dius videbatur ostendere, [1] quamvis alii Dardanum, & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem
12 dicerent trahere. [2] Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum vastare tentarunt: [3] sed ubique morbo exercitu laborante, superati sunt. Finito sane bello Gotthico, [4] gravissimus morbus increbuit,

dius videbatur ostendere.] Suavis est & lepida historia quam refert Victor de origine Claudii: *Claudium plerique putant*, inquit, *Gordiano satum, dum adolescens à muliere matura instituerctur ad uxorem.* quæ verba nec mendosa sunt, nec emendationem requirunt, sicut perperam existimavit vir doctissimus: nam & eum locum eo libentius attuli, ut vitio vacare probarem, & morem antiquum instituendi nobiles adolescentes ad uxorem & rem uxoriam, docerem. hoc voluit igitur Victor Gordianum adolescentulum, quum ducturus esset uxorem, à muliere matura & artifice illius palæstræ institutum esse ad hunc ludum, ne novitius adolescens, & in hoc ludo minime doctus, ut nondum τῶν ἀφροδίτης μυστήριων, parum se virum probaret novæ nuptæ. ad hoc plane exemplum Martialis Victori cuidam præcipit uxorem ducturo, ut tyrocinium suum deponat sub aliqua suburana magistra, quæ ipsum doceat officium viri, neque enim id bene doceri à virgine. verba poëtæ:

Ergo suburanæ tironem trade magistræ:
Illa virum faciet. non bene virgo docet.

ipsissima res est, quam superioribus verbis tangit Victor, de Gordiano ad uxorem à matura & magistra muliere instituto. illo igitur primo experimento Gordiani satum esse Claudium, plerosque putasse scribit illo loci Victor.

1 *Quamvis alii Dardanum, & ab Ilio Trojanorum atque ipso Dardano sanguinem dicant trahere.*] Non immerito mireris, non esse animadversum hujus lectionis vitium doctissimo Casaubono, quod tamen ita perspicuum est, ut incursione oculos lædat. Palat. *& ab illo Trojanorum.* ne dubita scribere: *& ab Ilo Trojanorum rege, atque ipso Dardano sanguinem trahere:* vel, *ab Ilo Trojano.* Dardanum gente fuisse Claudium constans videtur opinio fuisse. unde & quidam à Dardano, atque ab Ilo Trojanorum antiquissimis regibus eum sanguinem trahere dixerunt. Virgilius:

Ilusque Assaracusque & Trojæ Dardanus auctor.

Valerianus, *Illyricianæ gentis virum* in epistola ad Zosimionem infra vocat. quidam igitur eum ex Dalmatia, alii ex Dardania fuisse dixerunt: adeo incerta de hujus optimi principis origine jactabantur.

3 *Sed ubique morbo exercitu laborante.*] Palatinus: *sed ubique morbo atque exercitu laborante.* deest *fame*: *morbo atque fame exercitu laborante.* sic enim supra, utroque laborasse dixit: *illic fame & pestilentia laboravit.* nam per *morbum* heic, pestilentiam intelligit: ut & infra cum scribit; *morbum increbruisse*, & *morbo affectum Claudium mortales reliquisse.*

CASAUBONUS.

2 *Fuerunt per ea tempora & apud Cretam Scythæ, & Cyprum vastare tentarunt.*] Zosimus, qui eosdem auctores sequitur, Cretæ non Cyprum, sed Rhodum adjicit.

GRUTERUS.

4 *Gravissimus morbus increbruit.*] Pal. *increbuit.*

5 Tunc

buit, [1] tunc quum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit, & familiare virtutibus suis petiit cœlum. Quo ad deos atque ad sidera demigrante, [2] QUINTILLUS frater ejusdem, vir sanctus, & sui fratris (ut verè dixerim) frater, delatum sibi omnium judicio suscepit imperium, [3] non hereditarium, sed merito virtutum: qui factus esset imperator etiamsi frater Claudii principis non fuisset. Sub hoc Barbari qui superfuerant, [4] Anchialo vastata, conati sunt Nicopolin

CASAUBONUS.

1 *Tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit.*] Pestilentia igitur extinctus Claudius. pæne eadem verba Zosimus. ἐνψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ τοῦ στρατεύματος. πλάνων δὲ καὶ Κλαύδιος. Fabula igitur est, quod scribunt multi, vetus Deciorum exemplum, qui pro salute Reip. se devoverunt, à Claudio esse renovatum, eumque sic periisse.

2 QUINTILLUS *frater ejusdem.*] De hoc varia est historia. vide Vopiscum in Aureliano, & Zonaram.

3 *Non hereditarium, sed merito virtutum.*] Purgat Quintillum ab objecto illi crimine: quod sic imperio fratri voluisset succedere, quasi hereditatem cerneret. quod & de Floriano Taciti fratre, cujus est historia huic simillima, scribit Vopiscus.

4 *Anchialo vastata conati sunt Nicopolin etiam obtinere.*] Ammianus libro XXXI. *Anchialos capta, & tempore eodem Nicopolis, quam indicium victoriæ contra Dacos Trajanus condidit imperator.* Zosimus Valeriano principe vastatam scribit Anchialum.

SALMASIUS.

2 *Quintillus frater.*] Vet. ed. *Quintilius.* in Palatino quoque, *Quintilio*, scriptum supra notavimus. ita etiam in scriptis libris Eusebii reperiri testatus est Scaliger. *Quintillum* tamen vocant nummi veteres, ut ab eodem est observatum.

4 *Anchialo vastata, conati sunt Nicopolim etiam obtinere.*] Ergo Anchialum tantum vastarunt, Nicopolim non item: quam quum expugnare aggressi essent, prius obtriti sunt à provincialibus. Ammianus tamen Marcellinus, Anchialon captam fuisse, & eodem tempore Nicopolim quoque, scribit. Palatinus vero liber utramque negat captam, etsi utramque tentatam: sic enim scribit; *sub hoc barbari qui superfuerant, Anchialo vastare conati sunt, Nicopolim etiam obtinere. sed illi provincialium virtute obtriti sunt.* ita autem disertim scriptum extat, in illo optimo libro, *Anchialo vastare*, pro *Anchialum*: quod ne quis mendum esse suspicetur, sciendum est illo tempore sic loqui solitos, ut nomina urbium plerarumque hoc casu enuntiarent: aliquando etiam per quartum. hoc barbarum, inquies. sit plane barbarum, dum constet etiam veteres ita usurpasse. Fronto, qui sub Adriano vixit, in epistola ad Marcum imperatorem: *Durocortoro, Athenæ vestræ.* sic apud Frontinum de Coloniis, *ager Carseolis: Puteolis colonia: Fundis oppidum: Gabiis oppidum:* &, *Cumis muro ducta colonia.* sic & *Megaris*, sunt *Megara* apud vetustum Juvenalis interpretem. quod imitati sunt recentiores scriptores, inde *Aurelianis urbs*, pro Aurelia vel Aureliani: *Parisiis, Remis*, & similia, per quartum quoque casum non raro extulerunt. apud Frontinum, *Colonia Veios: Colonia Graviscos: Casinos & Aquinos.* perperam hodie scriptum,

lin etiam obtinere. Sed illi provincialium virtute obtriti ſunt. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit. [1] Nam ſeptimadecima die, quod ſe gravem & ſerium contra milites oſtenderat ac verum principem pollicebatur, [2] eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus eſt. [3] Et Dexippus quidem Claudium non dicit occiſum, ſed tantum mortuum. Nec tamen addidit morbo, ut du-
13 bium ſentire videatur. Quoniam res bellicas diximus,

de

Caßinus & Aquinus. hinc eſt, quod in omnibus libris citimæ etiam vetuſtatis, non aliter Pariſiorum urbem dictam reperias, quam *Pariſius.* quod eſt pro *Pariſios.* ſic *Remus aliquid factum eſſe*, in antiquis Martyrologiis manuſcriptis non raro ſcriptum offendi. quod item eſt pro *Remos.* nam *Pariſios*, ut & *Remos*, eſt indeclinabile, *urbs Pariſios, urbis Pariſios, ſum Pariſios.* pro quo obtinuit ut *Pariſius* ſcriberetur. ita & cum per tertium caſum ea efferrent, indeclinabilia erant, ut *hæc Anchialo, hujus Anchialo*, & hoc loco, *Anchialo vaſtare*, pro *Anchialum.* de qua ratione plura alibi dicam, quæ id verum eſſe magis vincant. ſic enim infra loquutus eſt Vopiſcus in vita Probi: *Copto præterea & Ptolemaide urbes, ereptas barbarico ſervitio Romano addidit juri.* ita libri veteres eo loci.

CASAUBONUS.

1 *Nam ſeptima decima die.*] Sic & Zonaras: ἑπτὰ καὶ δέκα μόνας ἡμέρας ἐνεργήξας ὥσπερ τὴν αὐταρχίαν. Victor, *Quintillus paucu diebus imperium tenens interemtus eſt.* at Zoſimus ait, paucos menſes, ὀλίγους βιώσαντα μῆνας: ſed ſcripſerat, ut probabile eſt, ὀλίγας βιώσαντα ἡμέρας.

2 *Eo genere quo Galba & Pertinax.*] Et hoc in Conſtantii gratiam.

SALMASIUS.

1 *Nam ſeptima decima die.*] Vopiſcus in Aureliani vita, *viceſimo die.*

3 *Et Dexippus quidem Claudium non dicit occiſum, ſed tantum mortuum.*] Quare Dexippus Claudium occiſum diceret, quem nemo dixit occiſum? deinde cur heic de Claudii morte repetit, cum paulo ante eum morbo affectum mortales reliquiſſe ſcripſerit? & cum ibi de genere quo mortuus eſt Claudius, non dubitet, quo argumento mutatus heic dubitat? nulla enim dubitandi ratio peti poteſt ex verbis Dexippi, qui mortuum tantum ſcribit: nec videri poteſt aliter ſentire eum mortuum, quam quomodo omnes ſcripſerunt, hoc eſt morbo. ſuſpicor igitur id quod res eſt, non de Claudio, ſed de Quintillo hæc eſſe accipienda, & temere pro Quintilli, Claudii nomen irrepſiſſe: & ſane ita eſt. dicit Trebellius Quintillum ſeptima decima die imperii occiſum: Dexippum autem non dicere occiſum, ſed mortuum tantum: ſed cum non addiderit morbo, ambigi poſſe quomodo ſenſerit. de morte enim Quintilli variæ opiniones fuere, ut ex Zoſimo diſcimus. quidam eum interfectum à militibus prodiderunt, ut Trebellius. alii ſponte ſua Aureliano ceſſiſſe quaſi potiori, & ſibi venas inciſiſſe, ut ſcriptum reliquit Zoſimus. Dexippus vero mortuum tantum ſcribit, ut dubium ſentire videatur, inquit Trebellius. ſcribendum igitur hoc loco: *& Dexippus quidem Quintillum non dicit occiſum ſed mortuum.* pro Quintillo, hodie perperam Claudius legitur.

2 Nupta

de Claudii genere & familia ſaltem pauca dicenda ſunt, ne ea quæ ſcienda ſunt, prætериiſſe videamur. Claudius, Quintillus, & Criſpus, fratres fuerunt. Criſpi filia, Claudia: ex ea & Eutropio nobiliſſimo gentis Dardanæ viro Conſtantius Cæſar eſt genitus. Fuerunt etiam ſorores, quarum una Conſtantina nomine, [1] nupta tribuno Aſſyriorum, in primis annis defecit. [2] De avis nobis parum cognitum. Varia enim plerique prodiderunt. Ipſe Claudius inſignis morum gravitate, inſignis vita ſingulari & unica caſtimonia, vini parcus, ad cibum promptus, ſtatura procerus, [3] oculis ardentibus, lato & pleno vultu, digitis uſque adeo fortibus ut ſæpe equis & mulis ictu pugni dentes excuſſerit. Fecerat hoc etiam adoleſcens in militia, quum ludicro Martiali in campo luctamen inter fortiſſimos quoſque monſtraret. [4] Nam iratus ei qui non balteum ſed

1 *Nupta tribuno Aſſyriorum.*] Cur nomen ejus tribuni non adſcripſit? Aſſyrii autem in militia Romana fuere, ut & Mauri, & Palmyreni, & Oſroeni. unde ſupra Titus *tribunus Maurorum* fuiſſe dicitur. de quibus alibi plura dicendi locus.

CASAUBONUS.

2 *De avis parum cognitum.*] Ita loquitur quaſi patrem Claudii nobis indicaſſet: de quo ne γρῦ quidem, in iis ſaltem quæ hodie extant Trebellii.

SALMASIUS.

2 *De avis nobis parum cognitum.*] Mira brevitate avorum nomine patrem etiam comprehendit Trebellius. nam *patrem, avum, proavum*, avos vocat. de patre enim nec dixit, nec potuit quid certi dicere. pater enim Claudii etiam ignorabatur. Quidam Gordianum patrem ejus ſcripſerunt, à quo procreatus eſt, primo experimenti actu, dum à muliere magiſtra eruditur ad uxorem.

3 *Oculis ardentibus.*] *Vigentes oculos in Zenobia* dixit, quos heic *ardentes* vocat. Suetonius de Auguſto, *flagrantes*.

4 *Nam iratus ei qui ſibi non baltheum ſed genitalia contorſiſſet.*] Palatinus *vitalia* præfert, non *genitalia*. quod valde probo. non enim uſque ad genitalia perveniebat baltheus, ſed medium hominem cingebat. Claudius vero vitalia ſibi ab adverſario inter luctandum pro baltheo contorta indignabatur. non igitur ſevera & exacta lege luctabantur. nam in vera lucta vitalia contorquere & ilia firmo nexu implicare permiſſum. Græci τὸ μέσον λαβεῖν dicunt. at militaris iſta luctandi ratio, quæ ludicri tantum & exercitationis gratia erat inſtituta, non tam ſeveris legibus peragebatur. nam nec nudi luctabantur, ut mos erat in Græcia luctantium. pro vitalibus igitur καὶ ἀντὶ τοῦ μέσου baltheum ſibi invicem contorquere ſoliti erant. & merito Claudius iratus illi militi fuit qui legem ludicri certaminis exceſſerat, & pro baltheo vitalia ſibi contorſerat.

Bal-

[1] ſed genitalia ſibi contorſerat, omnes dentes uno pugno excuſſit. Quæ res indulgentiam meruit pudore vin-

Baltheus autem, ut notum eſt, medium hominem cingebat. Virgilius:

Horum unum ad medium, teritur qua ſutilis alvo
Baltheus & laterum juncturas fibula mordet,
Egregium juvenem forma & fulgentibus armis
Transfadigit coſtas, fulvaque extendit arena.

Servius: *ad medium autem abſolute ubi alvo teritur baltheus. vitalia contorquere,* Græci ἴξυα θλίβειν dicunt, quod in lucta erat ſollemne. Statio, *ilia implicare* lib. VII.

— *tergo nec opinus inhæret.*
Mox latus & firmo celer implicat ilia nexu.

Apollodorus de Antæo: δραξάμενος ἴξυσι μετέωρον, θλίψας ἀπέκτεινεν. ἴξυα ſunt *vitalia*. unde in Heliogabalo: *quum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent.* μεσοπέρδειν etiam hoc dicebant. Pollux: καὶ πλαγιάζειν δὲ καὶ κλιμακίζειν παλαισμάτων ὀνόματα. μοχθηρὸν γὰρ τὸ μεσοπέρδειν· ἐν τῇ κωμῳδίᾳ χῆμα παλαίσματος τὸ περδεῖν. Heſychius: μεσοπέρδειν, μεσολαβεῖν. ſed μεσοπέρδειν verius. ſic autem dictum hoc ſchema palæſtricum opinor, quod quibus vehementi nexu ilia ſtringerentur, plerumque ventris crepitum emitterent. hinc μεσολαβεῖν & μεσοπέρδειν idem in palæſtra. inde elogium veteris athletæ: οὗ μέσα οὐδεὶς ἔλαβεν: *cujus vitalia nemo contorſit.* ſed quod inde ἄληπτον athletam dici putat vir erudiriſſimus, qui nunquam victus eſt, valde in eo fallitur. vetus inſcriptio: περιοδονίκης, ἄλειπτος, ἀσυνέξωστος. perperam ibi legendum contendit, ἄληπτος. & male etiam alter ille doctus criticus qui ἄλειπτος *indefeſſus* vertit. ἄλειπτος eſt invictus, & qui nunquam victus eſt. λείπεσθαι τὸν ἀγῶνα dicebantur, qui victi erant. Artemidorus: ἐνεκρίθη ὁ παῖς καὶ ἠγωνίσατο καὶ ἐν ἐλπίδι μεγάλῃ τοῦ νικᾶν γενόμενος ἐλείφθη. item alio loco: ἐλείφθη ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα καὶ ἀδόξως τοῦ σταδίου. κατέσχον γὰρ τὸν ἕτερον στέφανον. & alibi paſſim apud eundem. Scholiaſtes Pindari: καὶ ὡς Αἴας μείζων ὢν κατὰ τὸν ἀγῶνα βασιλέων τὸν Ὀδυσσέως δόλῳ παρ' αὐτοῦ ἐλείφθη. id eſt, dolo victus eſt. hinc ἄλειπτος, invictus in agone. Dio in Melancomа primo: καὶ τὸν πατέρα ἐνδοξότερον ὄντα τὸν Μελαγκόμα ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Καρίας, ἄλλους τε τοὺς ἀγῶνας καὶ Ὀλυμπίασι νενικηκότα, οὐδέπω ἀνὴρ ὑπερεβάλλετο. οὐ γὰρ ἐκεῖνος ἄλειπτος. ſic quoque legendum in catalogo Olympionicarum à Scaligero primum edito: Ἀντιλέων περιοδονίκης ἄλειπτος ἐν ταῖς τρισὶν ἡλικίαις. vulgo ἄληπτος vitioſe editum. quod tamen verum eſſe defendit vir ille magnus, fruſtra. ſed nec ἀλήπτως ἀνταγωνισῶς legendum apud Heſychium, cum recte legatur, ἀνταγωνιστῶς, ut & apud Suidam. *deficere* quoque pro vinci Latini dixerunt ex illo λείπεσθαι. Juvenalis de factione praſina:

— *eventum viridis quo colligo panni.*
Nam ſi deficeret, mœſtam tota urbe videres
Hanc populum. —

& recte ibi vetus interpres; *ſi deficeret, ſi vinceretur.* ſic Tertullianus aurigam deficere dixit qui vincitur: *non alio modo quam & aurigam ipſum quoque defeciſſe præſumitur, cum vires equorum defatigatio denegavit, quantum de diſpoſitione deſtituti hominis, non de paſſionis veritate.*

GRVTERVS.

1 *Sed genitalia ſibi contorſerat.*] Palatinus à prima manu *vitalia.*

2 *Quam-*

vindictæ: ſiquidem tunc Decius imperator, quo præſente fuerat perpetratum, & virtutem & verecundiam Claudii publice prædicavit: donatumque armillis & torquibus, à militum congreſſu faceſſere præcepit, nequid atrocius quam luctamen exigit faceret. Ipſi Claudio liberi nulli fuerunt: Quintillus duos reliliquit: Criſpus (ut diximus) filiam. Nunc ad judicia 14
principum veniamus, quæ de illo à diverſis edita ſunt: & eatenus quidem ut appareret [1] quandoque Claudium imperatorem futurum. Epiſtola Valeriani ad Zoſimionem procuratorem Syriæ. *Claudium Illyricianæ gentis virum,* [2] *tribunum Martiæ quintæ legioni fortiſſimæ dedimus, virum devotiſſimis quibuſque ac fortiſſimis veterum præferendum. Huic ſalarium de noſtro privato ærario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, laridi libras duo millia,* [3] *vini veteris ſextarios tria millia quingentos, olei boni ſextarios centum quinquaginta, olei ſecundi ſextarios ſexcentos, ſalis modios viginti, ceræ pondo centum quinquaginta, fæni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum ſatis eſt,* [4] *pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos ſex,* [5] *equos annuos tres,*

1 *Quandoque.*] Pal. *quandocunque.*

C ASAUBONUS.

2 *Tribunum Martiæ quintæ legioni.*] Hæc legio ut & ſexta Gallicana atque aliæ quarum in ſequentibus libris mentio, poſt tempora Dionis fuerunt conſcriptæ: nam earum nomen inter antiquas non recenſetur, quas ipſe deſcripſit.

3 *Vini veteris ſextarios tria millia quingentos.*] Quod per ſextarios potius quam per congios aut culeos numerus hic indicatur, ea fortaſſe cauſſa eſt: quod dietim vinum exhibere erat, non una largitione plures congii ſimul: ſic enim plerunque ſolitæ diſtribui annonæ. in Aureliano vocatur hoc *vinum menſale.*

4 *Pellium tentoriarum decurias triginta.*] Solent non ſingulæ pelles vendi, ſed plures ſimul in unum faſcem colligatæ, puta denæ aut duodenæ ſimul. Videtur autem decuria una ad tentorium unum ſuffeciſſe: ideoque per decurias fuiſſe emi vendique ſolitas.

SALMASIUS.

4 *Pellium tentoriarum decurias triginta.*] Sic res aliæ multæ per decurias venundari ſolitæ. ſic decades chartarum apud Anaſtaſium de vitis Pontificum in Sylveſtro: *cartas decadas centum & quinquaginta: aromatum libras* cc. item: *cartas decadas trecentas: olei nardi libras trecentas.* & paulo poſt: *cartas decadas quadeingentas: piper medimnos quinquaginta.*

5 *Equos annuos tres, camelos annuas decem.*] Equi annui tres tribuno legio-

tres, [1] *camelos annuas decem, mulas annuas novem:* [2] *argenti in opere annua pondo quinquaginta,* [3] *philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem & trientes centum sexaginta.* [4] *Item in*

gionis dantur. Hyginus de castris metandis, decurionibus singulis alæ milliariæ ternos equos tribuit, duplicariis, & sesqulplicariis binos, his verbis, quæ in vulgatis corruptissima sunt: *nunc ut suo referam loco, ala milliaria turmas habet* XXXII. *in ea decuriones, duplicarii, sesquiplicarii totidem, quot & numeri turmarum, stabunt: equos singuli decuriones ternos: duplicarii & sesquiplicarii binos.* ad quem locum plura de tota hac re dicemus.

1 *Camelos annuas decem.*] Palatinus, *camelas annuas decem.* camelorum autem in castris Romanorum, jam inde à vetustis temporibus multus usus fuit, ad prædam portandam, quibus cum epibatis suis quinque pedes assignat. Hyginus & in prætentura eos collocat, *aut juxta quæstorium, si ad prædam portandam præsto erunt.* equitibus vero duo pedes & semis; pediti pedem unum tensuræ adsignat. sed hæc ibi pluribus. inde igitur semper ducibus & tribunis cameli vel camelæ cum equis & mulis datæ.

2 *Argenti in opere annua pondo quinquaginta.*] *Argentum in opere* vocat, *argentum operatum.* quod vetustiores *factum* appellabant. sic *calices in gemmis, gemmatos calices* appellat idem Anastasius. ut *marmora in exemplis, marmora exemplata. argentum* igitur *in opere,* est *argentum factum.*

GRUTERUS.

1 *Camelos annuas decem.*] Pal. *camelas annuas.*

4 *Item in cauces.*] Iterum admisi scripturam Pal. cum fuisset in ante hac vulgatis *caveos.* ceterum idem codex abit à publicatis, quod habeat, *item in cauco scypho pondo undecim. item caucos & scypho & zuma pondo undecim.* sed videntur priora inducenda.

CASAUBONUS.

3 *Philippeos nostri vultus.*] Philippei nummi Philippi primum jussu formati fuerant: sed cum illa forma recepta semel placuisset, ea retenta est simul cum appellatione: hoc solum immutato, ut vultum & nomen nummus referret non Philippi, sed ejus principis qui cudi jussisset. Idem sentimus de aureis Antoninianis, & Valerianeis, sive Valerianinis, & trientibus Saloninianis, de quibus paullo post fit mentio.

4 *Item in caveos & scyphos pondo undecim.*] Hæc sunt inducenda. sequuntur enim eadem verba.

SALMASIUS.

4 *Item in caveos & scyphos.*] Palatinus: *in caucos & scyphos.* nec dubium quin illa sit vera lectio. caucum enim vocarunt recentiores, qui vetustioribus erat cyathus. Isidorus *cyathum* sua ætate *cauca. um* fuisse dictum scribit: *cyathi pondus decem drachmis appenditur, qui etiam à quibusdam caucatus dicitur.* ita enim libri veteres. vulgo *caulacus* scribitur. quidam libri, *causatus.* omnino verum est, *caucatus.* *caucus* autem & *caucatus* idem. sic *terminus, terminatus: matella, matellata: matula, matulata* in veteribus Glossis. *magistrati* pro *magistris* apud Livium in vetustissimis membranis: unde *magistrati pagorum* pro *magistris pagorum* apud agrimensores olim mihi notati. *caucus* igitur vel *caucatus,* est *cyathus.* epigrammatis Græci lemma: εἰς ἔρωτα ἐν καυκίῳ γεγλυμμένον. καυκίον appellat. qui in ipso epigrammate, κύαθος vocatur.

Ἐν κυάθῳ τίς ἔρωτα; τίς [illegible];
caucum, baucum etiam vocabant. & *caucam, baucam.* *cauca* in Glossis exponitur patera. Anastasius in viris Pontificum,

in caveos & scyphos pon[1]*o undecim.*[1] *item in caveos & scyphos*[2] *& zuma pondo undecim.*[3] *Tunicas russas militares*

tificum, Leone quarto: *cantharam exauratam maj*, *baucas exauratas tres*, *fibulatoria majora & minora quinque.* & in Benedicto tertio: *Baucas ex auro purissimo duas pensantes libras.* bauca & cauca idem: & βαυκάλιον & καυκάλιον. sic & in aliis multis vocibus harum duarum invicem litterarum permutationem animadverti. βορβοούγλω & χορχορύγλω Græci rem eandem appellant. ita Latinis *bufo*, & *cufo* indifferenter dicitur: optimæ Glossæ, *bufo*, & *cufo*, ὀξυγὴ εἶδος ἀκρίδος. à *bauca*, *baucar* vel *baucal* & *baucale*: quod est vas vitreum vinarium. est & *baca* vel *bacca*, nam ita scribitur apud Isidorum, genus aliud vasis: à quo *bacar* ἀγγεῖον εἶδος in Glossis, & *bacarium*. errant igitur qui distinguunt inter βαυκάλιον & καυκάλιον, *baucam* & *caucam*. veteres Glossæ: *macusta*, βαύκη. lege, *mascauta* vel *mascauda*. mascaudam appellat ille Grammaticus, quam alii communius, *bascaudam*. sic & apud veterem Scholiastem Juvenalis in antiquo libro lectum fuisse *mascaudam* notarunt eruditi viri. Glossæ, βαύκη, hoc *vinsferum*. *vinsferum* Latine vocat, quod *œnophorum* Græca voce magis in usu est. *baucas* istas vel *baucales*, *gillones* etiam appellarunt. nam ita in vetustissimo libro epigr. scriptum legi:

— *gillo*, *fabella*, *me o.*

gillonem quoque vocat Cassianus monachus, non *gellonem*.

CASAUBONUS.

1 *Item in caveos & scyphos & zuma pondo undecim.*] Caveum poculi genus esse patet ex Pescennii vita. Hieronymus cavum ligneum appellat libro II. adversus Jovinianum vas quod ad potandum habitit Diogenes Cynicus priusquam vidisset puerum manu concava bibere. sed antiquæ Hieronymi editiones scribunt *caucum ligneum*, non ut hodie editur, *cavum*. quod firmat Scaligeri sententiam *caucum* ubique legentis pro *caveum*, ut ante diximus. Pro *zuma* lego *zemas*. cacabos ita vocarunt vulgo, ἀπὸ τοῦ ζέειν. Servius in III. Æneidos: LEBETAS, *ollas æreas*: *Græce dixit*: *zemas enim vulgare est non Latinum*.

3 *Tunicas russas militares annuas.*] Numerus deest. Scribo, *annuas duas*, ut in sequentibus. russas tunicas appellat quas Græci φοινικίδας, ut explicat recte doctissimus Turnebus. sed de russo colore lege quæ disputat Julius Scaliger in acutissimis illis suis, & sine admiratione nunquam legendis Exercitationibus. Tunicas ducales russas, leges in Aureliani vita.

SALMASIUS.

2 *Et zuma pondo undecim.*] Ita libri nostri constanter. malebat vir doctissimus, *zemas*. ita dicuntur ollæ æneæ. nihil nos mutamus, præsertim non adstipulantibus libris: *zumum* enim vel *zemum*, & *zema zema* idem est. sic *digammam* & *digammum* dixere: *diplomam* & *diplomum*, & alia infinita. *zema* vero vel *zemum* aut *zumum* olla dicta est ἀπὸ τοῦ ζεῖν. Etymologicum magnum: ζεμον, τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ζέω. ζωμὸς jus vel decoctio. unde ὀπτὸς ἀπὸ ζωμοῦ, quæ sunt elixæ, & cum jure decoctæ. Isidorus *zemam* appellat. *quo coquinæ magistri à jure nuncupaverunt, quia ea lex condimenti ejus. hanc Græci zemam vocant.* quem locum idcirco adduxi quod ibi adversus librorum auctoritatem ζωμὸν restituunt. *Zemam* vocat Isidorus quod est Græcis ζέμα. inde olla etiam in qua decoquitur aliquid, *zema* vocatur, vel *zumum* aut *zemum* ut diximus. Glossæ manuscriptæ *zema*, *olla*. verba autem illa, ζέω, χέω, ξέω, & si qua sunt similia, etiam χύω & ξύω & ζύω dicuntur. unde

de ζύμην, ἀπὸ τοῦ ζεῖν hoc eſt fervere, ſicut Latini *fermentum à ferzendo* dixere. inde igitur *zumum* pro *zemum*. idque indubitate veriſſimum eſt. poſſit etiam *zumum* à ζεῦμα ſic fieri, ε in *u* mutato ut πωλὸς, *pullus*: βῤῥος, *burrus*, καταπέλτης, *catapulta*: Σικελὸς, *Siculus*, & ſimilis ſexcenta. ita igitur, ζεῦμα, *zuma* & *zumum*, ut δίπλωμα, *diploma*, & *diplomum*.

3 *Tunicas ruſſas militares.*] Deeſt numerus, ut jam animadverſum viris doctis. legendum igitur: *tunicas ruſſas militares duas, ſagochlamydes annuas duas.* jungit *tunicas militares*, & *ſagochlamydes*. tunica enim militaris interior veſtis ſupra quam accipiebatur ſagochlamys. φοινικίδας heic interpretatur Turnebus, quem ſequutus eſt Caſaubonus. ſed φοινικίδα Græci τὴν ἐφεστρίδα appellant, hoc eſt paludamentum vel chlamys, quæ ſupra tunicam accipitur. locus Plutarchi quem produxit Turnebus ex vita Bruti non de tunica ducali ſed de paludamento vel pallio ducali accipiendus eſt. ſic enim habet: τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν. verbum περιβαλεῖν de eo genere veſtimenti capiendum eſſe ſatis oſtendit, quod Græcis περιβόλαιον. qua voce & veſtem ſtragulam, & chlamydem, & pallium, & quidquid amictui eſt, intelligunt. ſed clarius in Craſſo φοινικίδα poſuit pro paludamento imperatoris: λέγεται δὲ ἡμέρας ἐκείνης οὐχ ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἐν φοινικίδι ἐλθεῖν, ἀλλ' ἐν ἱματίῳ μέλανι. id eſt, *non in paludamento coccino, ut mos eſt Romanorum imperatorum, ſed in pullo amictu proceſſiſſe.* & ſane ἡ φοινικὶς, punicea chlamys eſt, ut ἡ ἁλουργὶς purpurea. *tunicæ ruſſæ* hoc loco ſunt φοινικοῖ χιτῶνες. φοινικοῦς ὑποδύτας vocat Plutarchus in Philopœmene, ubi Philopœmenis militibus tribuit στρατιωτικὰς χλαμύδας καὶ φοινικοῦς ὑποδύτας. id eſt *ſagula militaria, & tunicas ruſſas.* φοινικίδα & φοινικοῦν χιτῶνα videtur etiam diſtinguere Pollux lib. VII. cap. XIII. αἱ δὲ ἀπὸ χρωμάτων καλούμεναι ἐσθῆτες, ἁλουργὶς, πορφυρὶς, φοινικὶς καὶ φοινικοῦς χιτὼν, βατραχὶς, αὗται μὲν ἀνδρῶν. ſcio tamen etiam plerumque confundi apud Græcos φοινικίδας & φοινικοῦς χιτῶνας. *ruſſas* militares Iſidorus vocat *ruſſatas*. *ruſſata*, inquit, *quam Græci phœniceam vocant, nos coccinam, reperta eſt à Lacedæmoniis ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti adverſario animus augeſceret.* Græci περὶ φοινικίδος idem dicunt ex Ariſtotele. addit Iſidorus: *hac uſi ſunt milites Romani ſub conſulibus: unde etiam ruſſati vocabantur.* ſequitur apud eundem: *ſolebat enim pridie quam dimicandum eſſet, ante principia poni, admonitio & indicium futuræ pugnæ.* Græci ſcriptores in rebus Romanis hoc inſigne quod ante ducis tentorium erigebatur, cum ad arma concurri oporteret, χιτῶνα κόκκινον vocant & χιτῶνα φοινικοῦν, interdum etiam φοινικίδα. de tunicis ruſſis ducalibus, & ruſſis militaribus nos alibi. ruſſas iſtas militares, canuſinas ruſſas vocat Martialis:

Roma magis fuſis veſtitur, Gallia ruſſis.
Et placet hic pueris militibuſque color.

intellige tunicas ruſſas canuſinas quæ ſervis & militibus in uſu fuere: vel certe pænulas ruſſas. hinc pænulati ſervi & pænulati milites, ut alibi obſervare memini. Tertull. de coron. milit. ibidem *graviſſimas pænulas poſuit revelari auſpicatus: ſpeculatoriam pedibus abſolvit, terræ ſanctæ inſiſtere cupiens.* ſeq. *& nunc ruſſatus ſanguine ſuo, ſpe calceatus.* ruſſæ igitur illæ pænulæ militares, quas non dubitem heic vocari tunicas. ſic φαινόλην Græci modo ἐφεστρίδα, modo χιτῶνα interpretantur. Suidas: φαινόλης, χιτωνίσκος, οἱ δὲ παλαιοὶ ἐφεστρίδα. καὶ χιτὼν ἱερατικός. ſic *tunicam gauſapiam* vel *gauſapinam*, & *pænulam gauſapinam* de eodem genere veſtis dixerunt. ſic *tunica ſcortea*, & *pænula ſcortea* eadem, niſi quis dixerit & tunicas & pænulas ruſſas habuiſſe milites.

quod

res annuas, [1] sagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, [2] fibulam auream cum acu Cyprea unam.

quod ego verum esse arbitror. nam tunicas istas russas sub sagochlamydibns gerebant, quarum heic junctim cum tunicis habetur mentio. φαινόλην tamen etiam Græci χιτῶνα interpretantur, & tunicæ quoque nomine pænulam Latinos vocavisse supra volebam, ubi de tunicato popello, & servorum tunicis agebamus. de quo nos alibi.

1 *Sagochlamydes annuas duas.*] Inter sagum & chlamydem hanc puto differentiam fuisse, quod ad formam attinet, quam doctissimi quique Græcorum inter χλαῖναν & χλαμύδα constitunnt. sic igitur illi: χλαμὺς καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος. ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα. χλαμὺς δὲ Μακεδονικὸν μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν Τρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα Σαπφοῖ, αὕτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος. διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι. ἡ μὲν γὰρ χλαῖνα τετράγωνον φησὶν ἱμάτιον. ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνῆκται. χλαῖνα τετράγωνον, Latinis *læna*. sagum quoque τετράγωνον. saga enim qnadra & quadrata fuisse passim memorant auctores. Isidor. *sagum autem Gallicum nomen est. dictum autem quadrum sagum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex esset.* sed de quadratis & rotundis generibus vestium nos alibi. sagochlamys igitur ex utroque compositum, sago & chlamyde, vel ad utriusque formam factum, & aliquid habens ex urroque vestimentnm. non diversnm fuisse videtur genus illud vestis quod σαγομάνιον Græci recentiores vocarunt. nam μαντίον pro chlamyde dixerunt. Glossæ: *paludamentum*, χλαμὺς, μαντίον. de sagomanto Suidas in Etymologico: ubi interpretatur χλαμύδα τὸ περιφερὲς τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον σαγομάνιον, ὅπερ φοροῦσιν οἱ κηροφόροι, &c. non dubinm est idem esse σαγομάνιον & σαγοχλάμυδα, & apparet rotundum fuisse ut chlamys, non quadratum vel quadrangulum ut sagum. sed hæc pluribus explicare non est hujus loci. qnod in alio tempore & alio opere commodius præstabitur.

2 *Fibulam auream cum acum cypream unam.*] Scribe: *fibulam auream, cum acu cyprea unam.* acus cyprea non abullo Cypriorum artificio dicta est, sed ab *cypro*, hoc est ære cyprio, qnod nunc *cuprum* vocamus. Spartianus in Pescennio cyprum vocavit. ita enim in veteribus libris: *nam & ex ære vel cypro cancelli superpositi esse dicuntur.* inde hoc loco *acus cyprea. acus cyprea* vel *cuprea* multa apud Marcellum mentio: nos aliquot loca proferemus: *lacertum viridem quem Græci sauron vocant capies, perque ejus oculos acum cupream cum licio quam longo volueris traicies.* idem alibi: *lacertam viridem extracatam acu cuprea in vas vitreum mittes, cum anulis argenteis ferreis & electrinis.* item: *ranunculum viridem acu cuprea pungito, & sanguine ejus excepto palpebras continge.* sed & aliis locis apnd eumdem, & acus cupreæ, & anuli cuprei, & vasa cuprea memorantur.

GRUTERUS.

2 *Fibulam auream cum acu Cyprea unam.*] Repræsentavi lectionem codicis Pal. sed manus secundæ: tanto quidem proclivins quod in eam descenderat ingenii conjectura Casaubonus noster; neque quidquam subesset sani vulgato, *Cumacum Cypriam unam.*

CASAUBONUS.

1 *Sagochlamides annuas duas.*] Interdum ex duplici genere vestium unum conficiebant, quod ntriusqne figuram participaret. sic *chlamydem man-*

unam. Balteum argenteum inauratum unum, [1] annulum bigemmem uncialem, brachialem unum unciarum septem. Torquem libralem unum, cassidem inauratam unam. [3] Scuta chrysographata duo, loricam unam, quam refun-

tuclem mox nominat auctor: & ita etiam *tunicas palliolatas* leges in Vopisci Bonoso. Etiam in Gallienis *trabeata saga* licet interpretari in hunc modum. neque temere ea lectio mutanda. ita ergo sagochlamys, vestis novum genus fuit compositum ex sago Romano, sive Gallico & chlamyde Graecanica. utrumque indumentum fuit militare.

2 *Fibulam auream cumacum Cypream unam.*] Scribe: *cum acu Cypria, unam.* non enim sequor libros scriptos qui duo illa verba *cumacum Cypriam* non habent. Vestium fibulae à parte sui ita sunt dictae: cum enim annulo constent & acu, proprie non utrumque, sed sola acus fibula dicitur. ea pars est toto antiquior: nam primos homines necessitas compulit ut vestem fluentem spina vel hastula adstringerent, ut observant Rabbini, & legimus apud Tacitum de veteribus Germanis. id igitur quod infigebatur, è re fibulam, quasi figulam Latini dixerunt. nisi malis à findendo deducere cum Julio Scaligero. Graci à πείρειν quod est transfigere, περόνην & πόρπην. & ab ἐνιέναι, quod immittere significat, ἐνετήν. Callimachus,

Α' λλὰ χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνετῇσι.

vulgo nobis, *ardille*, vel *ardillon*. quae vox & sono & significatione affinis est Graecae ἀρδὶς. ars deinde accessit, quae annulo adjecto & commodiorem & honestiorem fibulae usum praebuit. Sed totum illud inventum Latini fibulam vocant: etsi proprie id est quod diximus. Graeci quoque πόρπην, περόνην, φίβλαιο. *Acus cypria*, sitne ab aere Cyprio ita dicta, an ab artificio peculiari artificum Cypriotum, nescio. Egnatius hic male conjicit.

SALMASIUS.

1 *Annulum bigemmeum.*] Palatinus: *annulum bigemmeunum.* scribendum: *annulum bigemmem unum.* non enim *annulus bigemmeus* qui duas gemmas habeat, recte dicatur, sed *bigemmis*: ut nec *fluvium bicorneum* dixeris, qui duo habeat cornua, sed *bicornem.*

3 *Scuta chrysographata.*] Χρυσόγραφον Graeci vocant quod est auro pictum; ut κηρογράφον, quod est cera pictum. inde verbum χρυσογραφῆσαι, auro pingere, quod heic est chrysographare: & *chrysographata scuta*, χρυσογραφηθέντα. neque vero litteris aureis inscripta placet interpretari. sic auro celata, χρυσόγλυφα vocant, & χρυσοτορευτά. potuisset simpliciter dicere *chrysographa scuta*: sed sic *chrysographata* dixit, ut *anaglyphata pocula* dixere pro *anaglyphis*. sed haec alio loco pluribus.

GRUTERUS.

2 *Brachialem unum.*] Pal *unam*. quod si retinemus, aliquid subaudiendum substantivi.

CASAUBONUS.

2 *Brachialem unum unciarum septem.*] Scribe *brachiale*. & dextrocherium intellige, de quo satis ad Maximinos.

3 *Scuta chrysographata duo.*] Et picta, sive caelata, & inaurata, vel aureis literis inscripta. de hac arte notamus aliquid ad Suetonii Octavium, capite VII. aliud est cum in argentum solidi auri caelatura descendit, ut loquitur Seneca.

1 *Lan-*

refundat. [1] *Lanceas Herculeanas duas,* [2] *aclydes duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocum quem refundat, unum: mulionem, quem refundat, unum. Mulieres speciosas ex captivis duas.* [3] *Albam subsericam unam cum*

1 *Lanceas Herculeanas duas.*] Melins, *Herculaneas.* sic in Pertinace, *machæræ Herculaneæ.* tamen & alibi legas Herculeanus.

2 *Aclides duas.*] Aclides sunt plumbatæ funiculo ex baculo aptæ. Lege Servium ibi,

— teretes sunt aclides illis
Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

3 *Albam subsericam unam, cum purpura Succubitana.*] De alba subserica inferius sub libri hnjns finem. *Succubitana purpura*, à Succubone Bastetaniæ oppido nomen haber: solet enim à loco ubi tingebatnr denominari purpura, ut Tyria, Laconica, Hermionica. Sncceubitani municipii mentio facta superius initio vitæ Marci Antonini. Videtur Plinius Succubonem collocare in vergente quidem ad mare Bastetania, sed tamen in mediterraneo. purpuræ autem baphia non alibi instituta, quam in locis ad mare sitis. propterea suspicabar syllaba adjecta scribendum esse, *Succubaritana*: ut eadem sit cum illa quæ statim Maura nominatur. nam Succubar sive Succabar oppidum Mauritaniæ Cæsariensis ex Plinio alilsqne notum est. At regius aliter, nbi offendi, *Grabitana.* eriam Puteanus unus, *Girbitana.* de quibus lectionibus cogitent eruditi. Scribit quidem Aurelius Victor vulgaris. Meningem sua jam ætate insulam fuisse dictam Girbam: sed de purpura Girbitana nihil legi.

SALMASIUS.

1 *Lanceas Herculeanas.*] Melius *Herculeanas*, quam *Herculaneas.* nam *Hercules, Herculeus, Herculeanus*: ut *Cæsareus, Cæsareanus.* ita quoqne legendum in Pertinace: *Machera Herculeana.*

2 *Aclydes duas.*] Mirum est Servium narrare *aclides* genus esse teli antiqui, adeo ut nusquam commemorentur in bello: liquet tamen ex hoc loco, & in bello commemoratas & usitatas fuisse. idem Servius ad illum versum:

Teutonico ritu mos est torquere cateias.

Cateiam quidam asserunt teli genus esse tale quale aclides sunt, ex materia quam maxime lenta, cubito semis longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quam in hostem jaculantes, lineis quibus eam adnexuerant, reciprocam faciebant. cateiæ autem lingua Theotisca hastæ dicuntur. quæ verba optimi Grammatici non uno loco castigavimus, ubi insigniter erant depravata. constat igitur *aclides* clavæ genus esse, quod loro vel amento in hostes jaciebatur. falsum est quod quidam scripsit, veteres *aclidem* vocavisse, quod posteriores μασκλάβιον. aclidnm enim in bello tantum nsus, quæ loro religatæ magna vi jaciebantur, & redibant ad eum qui jecerat, clavisque ferreis, aut acuminibus erant munitæ, ut sine pernicie non redirent, quemcunque tetigissent. ideoque recte jacula brevia interpretatur Nonius. at *manclavia* non erant jacula, sed fustes, quibns cædebantur, qui fustuárium meruerant. vide qnantum intersit inter μασκλάβιον & *aclidem.* Isidorus de cateia scribens, quam & aclidem esse refert Servius, *caiam ab Oratio* dictam ait. ita enim omnes libri quos vidimus: vir tamen doctissimus eo loci corrèxit, *calam à Lucillio* dici, & putat illum versum Lucillii designari,

Scinde puer calam ut caleas.

ego etsi nesciam quam bene nomen Horatii ibi sit ab Isidoro positum, de *caia* tamen mihi exploratum est, non mutari debere. *caja* vetus verbum, quæ fustem aut clavam aut baculum

[1] *cum* [2] *purpura Girbitana:* [3] *ſubarmale unum cum purpura*

ſignificat. unde *cajare*, pro *verberare* dicebant veteres. Fulgentius in libro de continentia Virgiliana: *in ſeptimo vero Cajeta ſepulta nutrice, id eſt magiſtriani timoris projecta gravedine: unde Cajeta dicta eſt, quaſi coactrix ætatis: nam & apud antiquos cajatio dicebatur puerilis cædes. unde Plautus in Comœdia Ciſtellaria ait:*

Quid tu amicam times ne te manulea cajet?

cajare igitur eſt verberare & cædere, unde puerilem verberationem *cajationem* olim dicebant, à *caja* ſcilicet, quæ fuſtem ſignificat. non *puerilem* tantum *cædem*, ſed cujuſvis denotat. Iſidorus: *caja, cancelli.* idem in eiſdem Gloſſis: *cancellare, battuere* exponit: *cancellat, concidit, battuit.* non igitur *cajare, compeſcere* aut *coercere* ſignificat, niſi quatenus id fit verberibus, ſed cædere & batuere. & ſic illi voci hactenus ignotæ ſignificationem ſuam reſtituimus.

3 *Albam ſubſericam unam.*] *Alba* heic abſolute *veſtis alba*: unde *albati* qui *albas* geſtabant. in Gallieno: *jamprimum inter togatos patres, & equeſtrem ordinem, albatos milites, & omni populo præeunte.* ubi notandum de *albatis* militibus. nam videntur iſtæ *alba* propriæ militum fuiſſe diebus feſtis, & pompæ deſtinatæ. ita heic *alba* tribuno datur, eaque ſubſerica.

1 *Cum purpura ſuccubitana.*] Quis primus purpuram iſtam *ſuccubitanam* commentus ſit, neſcio. nam vet. editio habet, *gubitana*, parum quidem emendate, ſed vitio, ut apparet, typographico, pro *girbitana*, quæ eſt ſcriptorum omnium lectio. *Girbitana* purpura à *Girba* inſula quæ *Meninx* veteribus dicta fuit. in Coſmographia Aethici numeratur inter inſulas Oceani Meridiani inſula Girbe: *Syrtis major. Lucicapri. Syrtis minor. Catabathmon. Girbe.* in itinerario inſularum, etiam inſulæ *Girba* fit mentio. ea eſt quam dixi veteribus dictam *Meningen*: quod ſcimus teſtimonio Victoris vulgatis: eamque hodie nomen id retinere dicunt, & *Gerbi* appellari. in ea nobiliſſimum baphium, cujus mentio in notitia imperii, ubi *Girbitanum baphium* non ſemel memoratur. inde *Girbitana purpura*, quam quæſiverunt viri docti, nos invenimus.

GRUTERUS.

2 *Purpura Succubitana.*] Pal. noſter refert illud aliorum *Sirbitana.*

3 *Subarmale unum.*] Pal. *Subarmalem.* ut aliquid rurſus ſubintelligatur ſubſtantivi. ſicque iterum infra in Aureliano habebimus *ſubarmalem profundum.*

CASAUBONUS.

3 *Subarmale unum cum purpura Maura.*] Jam expoſuimus ad Ælii Spartiani Severum.

SALMASIUS.

3 *Subarmale unum cum purpura Maura.*] *Subarmalem unum*, ſcribit heic Palatinus. ſic quoque infra legitur apud Vopiſcum: *ſubarmalem profundum.* ubi nolim mutari in *ſubarmale*: quod doctiſſimo viro placebat. erit igitur, hic *ſubarmalis*, ut hic *colobus*, hic *byrrus*: quæ ſunt adjectiva veſtium, pro veſtibus ipſis uſurpata, & genere maſculino enunciata, ut infra dicemus ad Vopiſci Carinum. *ſubarmalis* autem fuit veſtis genus pompabilis, ut ita dicam, & oſtenſionalis. dictus *ſubarmalis* quod ſub armum rejiceretur. ſic *armilauſa* genus aliud veſtis ab *armis* dictum, hoc eſt ſcapulis. quo monachi olim utebantur, quam Græci *ἐπωμίδα* vocant, quod ſcapulas contegeret, non ut *ſubarmalis* ſub armum rejiceretur. Iſidorus *armilauſam*, *ſcapulare* monachorum exponit in Gloſſis, quibus perperam ſcriptum eſt *armelauſa.* vetus Scholiaſtes Juvenalis ad illud:

— viridem thoraca jubebit
Proferri. —

armi-

pura Maura. [1] *Notarium, quem refundat, unum :* [2] *structorem, quem refundat, unum.* [3] *Accubitalium Cypriorum paria*

armilausiam, inquit, *prasinam, ut simia.* ubi perperam corrigunt : *aut similem.* subarmalem vero esse vestem Φαιδ[illegible]-ειδῆ, & festivitatum tantum & pompæ, vel hic locus indicat. postquam enim enumeravit Valerianus vestes ad quotidianum usum, ut sunt tunicæ russæ, sagochlamydes : separatim heic ponit quæ ad pompam tantum sunt, ut *albam subsericam cum purpura Girbitana, subarmalem cum purpura Maura.* nam & albatos supra milites fuisse vidimus in die pompæ & triumphi. præterea ex istis vestibus pompicis unam tantum, ut subarmalem unum, & albam unam, neque eas annuas, dari jubet princeps. quod & raro sumantur ejusmodi vestes, & frequenti usu non deterantur, ita ut una sufficere possit longo tempori. ex illis autem usualibus, & quæ quotidie habebant, duas annuas assignat: ex quibus liquido constat, *albam* & *subarmalem* fuisse vestes non quotidianas, sed dierum tantum sollennium & festivorum. idem Valerianus apud Vopiscum in brevi munerum, quæ in Aurelianum conferri voluit pro rebus bene gestis, *subarmalem profundum* numerat cum tunicis ducalibus, toga picta, tunica palmata, sella eburata. quod etiam argumento est, non fuisse vestem vulgarem, & quotidie habendam. quemadmodum autem supra in quotidiana militum veste tunicas russas & *sagochlamydes nominavit & junctim posuit : ita plane hoc loco pompalem vestitum commemorans, *albam subsericam*, & *subarmalem profundum* conjunxit. nam ut in usu quotidiano sagochlamydes supra *tunicas russas* accipiebant, sic diebus festis & sollennibus subarmales supra albas subsericas sumere consueverant. *Alba* igitur *subserica* tunica erat, quod & ipsum nomen ejus satis arguit : *alba* enim [illegible] dicitur, & intelligitur tunica. *subarmalis* autem chlamys vel byrrus qui fibula in humero connectebatur, bracchioque dextro exclusо sub armum descendebat. hinc subarmalis dictus, cum subaudiatur byrrus vel peplus. nam supra imperatorium peplum dixit.

CASAUBONUS.

1 *Notarium quem refundat unum.*] Unum è scribis, aut servis publicis, qui magistratibus apparebant & scribendo merebant, quæ illi dictarent notis excipientes.

2 *Structorem quem refundat unum.*] Δαιτρὸν, & τραπεζοποιὸν, ut interpretatur Athenæus libro quarto.

3 *Accubitalium Cypriorum paria duo.*] Exposuimus ad Lampridii Heliogabalum. ubi & de mantelibus Cypriis diximus, quorum in vita Aureliani habetur mentio. apparet fuisse illa ætate insignes in insula Cypro peristromatum, tapetum, aliarumque rerum artifices, quarum est usus in vita quotidiana.

SALMASIUS.

3 *Accubitalium Cypriorum.*] *Accubitalia* sunt toralia. cave putes cum doctissimo viro etiam mantelia eo nomine venire. *mantelibus* enim mensæ sternebantur, accubitalibus accubita, hoc est tori in quibus ad mensam veteres accumbebant. Horatius :

— *ne turpe toral, ne sordida mappa*
Corruget nares.

Cypriorum mantelium mentio in vita Aureliani : non propterea tamen mantelia & accubitalia idem erunt. non solum mantelium mapparumque, & accubitalium, sed etiam peristromatum, velorumque varii generis & aulæorum artificio Cyprus olim insula nobilitata est. Pollux : περὶ μὲν τῇ κοιτῶνος ἐπὶ ταῖς θύραις παραπετάσματα ἂν εἴη. εἶτα ἁπλοῦν εἴη τὸ παραπέτασμα λευκὸν ἐξ ὀθό-

 νης.

paria duo. [1] *Interulas, puras duas:* [2] *fascias viriles duas: togam, quam refundat, unam.* [3] *Latum clavum, quem refundat, unum.* [4] *Venatores qui obsequantur, duos: carpentarium unum.* [5] *Curam prætorii unum. Aquarium unum.*

νης, εἴ τι καὶ πολύχρουν, ἐφ' οὗ Ἀριστοφάνης ἂν εἴπῃ·

Τὸ παραπέτασμα Κύπριον τὸ ποικίλον.

Cypriorum velorum ad eumdem usum, quæ foribus scilicet obtenderentur, mentio, si bene memini, habetur in epistola quadam Epiphanii quam ex Græco vertit Hieronymus.

GRUTERUS.

1 *Interulas puras duas.*] Sic & Pal.

2 *Fascias viriles duas.*] Nihil horum visitur in Pal.

5 *Curam prætorii unam.*] Ita quoque Pal. neque quid mutandum.

CASAUBONUS.

1 *Interulas puras duas.*] Numerum ex scripta lectione restituimus. puræ opponuntur prætextis purpura.

3 *Latum clavum q.*] Tunicam cum lato clavo, sive laticlaviam.

4 *Venatores qui obsequantur duo.*] Qui assidue eum comitentur. obsequium est comitatus principis aut alicujus megistanis, ut ante docuimus ad Pertinacis vitam. Cassiodorus libro VII. in formula curæ palatii: *ut aurea virga decoratus inter obsequia numerosa, ante pedes regios primus videaris incedere.* & Anastasius in Pontificum vitis, in Zacharia: *impensaque charitate ab eadem egressus ecclesia in ejus obsequium rex dimidium fere milliarium perrexit.* mox: *qui eidem sancto viro usque ad prædictas civitates obsequium facerent.* ibidem: *Rex ei valefaciens cum digna ordinatione, eum repedandum absolvit: dans in obsequium ejus duces & primates suos.* & ita sæpe etiam in Codice.

5 *Curam prætorii unum.*] Quemadmodum in aulis imperatorum & militia Palatina fuit, qui è re dicebatur Cura palatii, quod omnium fabricarum principis curam gereret, sicut docet formula apud Cassiodorum libro septimo: sic in majorum magistratuum comitatu fuit, qui dicebatur Cura prætorii: quod illa omnia curaret quæ ad prætorium ejus magistratus cui fuerat attributus pertinerent. ut operas pro operariis, sic curam dixerunt pro eo qui curam sustinet. Ovidius:

Tertius immundæ cura fidelis aræ.

Sic igitur & in Codice semper & apud alios Latinos scriptores, Cura palatii, non curator palatii, vocatur, qui hanc curam administrat. inde vox Græcorum κουροπαλάτης, frequens apud scriptores imperii Constantinopolitani. Placebat doctissimis viris scribi hic, *Curionem prætorii v.* qui dicti sint curiones ex his ipsis libris, Martiali, aliisque auctoribus notum est. Sed impense probatur nobis vulgata lectio.

SALMASIUS.

4 *Venatores qui obsequantur diu.*] Id est qui obsequium præstent, qui comitentur. & servi autem & amici ad obsequia. sed amici anteibant, servi sequebantur. hinc *anteambulones*, & *antepedes* amici obsequium facientes dicebantur. servi autem *pedisequi*, *à pedibus, ad pedes, circumpedes.* Juvenalis de amicis:

—— togati

Antepedes. ——

anteambulones apud Martialem passim. Agrœcius de orthographia: *circumpedes sunt obsequia servorum, antepedes amicorum.* Isidorus: *antepedes, obsequia amicorum.* corrigendus in hac voce Cassiodorus in formula curæ Palatii: *illud quoque considera, qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus, inter obsequia numerosa, & antepedes regios primus videaris incedere.* sic enim locus

illo

unum. Piſcatorem unum. Dulciarium unum. [1] *Ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia: ſin minus, quantum fuerit, & ubi fuerit:* [2] *coctilium quotidiana batilla quatuor.*

ille debet legi, vulgo eſt: *inter obſequia numeroſa, ante pedes regios.* hinc *obſequia*, ſervi. Anaſtaſius de vitis Pontificum, in Gregorio: *hic dimiſit per obſequia ſua, ad omnem clerum rogam unam integram.* vulgo male ſcribitur, *dimiſit per obſequia ſua, & ad omnem clerum.* ſimile mendum eſt in Bonifacio in re ſimili: *hic dimiſit omni clero obſequia ſua rogam integram*: lege, *per obſequia ſua.* ſenſus utriuſque loci eſt, Papam miſiſſe obſequia ſua, quæ rogam unam omni clero diſtribuerent.

5 *Curam prætorii unum.*] *Cura* pro *curatore.* nec erat cauſæ cur heic mutandum curarent doctiſſimi viri *curam* in *curionem.* ſic ſupra *ludos* pro ludiis dictos obſervavimus, & *præturam* pro prætore. ſic *adminiſtrationem* pro adminiſtratore. Spartianus & *orationem* pro oratore. & in epiſtola ſequente ejuſdem Valeriani ad Ablabium P. P. *præfectura* pro præfecto ponitur, & *proconſulatus* pro proconſule: *tantum ei à nobis decretum ſalarii, quantum habet Ægypti præfectura: tantum veſtium quantum Proconſulatui Africano detulimus: tantum argenti quantum accipit curator Illyricis.* ſic *matrimonia* & *conjugia* pro conjugibus: *teſtimonia* pro teſtibus: *ſervitia* pro ſervis: *regna* pro regibus: *ſpectacula* pro ſpectatoribus: *rationes* pro rationalibus: *operæ* pro operariis. ita *cura palatii*, & *cura prætorii*, pro eo qui prætorium, & palatium curat. ſic tamen etiam fieri poteſt *hic cura* pro curator, à verbo curo: ut *hic perda*, à verbo perdo, pro perditor: *ſcriba* à ſcribo qui ſcribit: *ſubdica* à ſubdico qui ſubdicit: *confida* à confido qui confidit. de quibus ſupra diximus. ſic plane *hic adjuva* ab adjuvo, pro adjutore. unde *ſubadjuva* ſubadjutor. at cum operas ponunt pro operariis, non ita loqui ſolent, ut *multos operas*, aut *unum operam* dicant. cum igitur heic dici videamus *unum curam*, omnimodis credendum eſt eadem plane forma factum eſſe *hunc curam*, pro curatore à verbo curo, ut *adjuvam* & *ſubadjuvam* pro adjutore & ſubadjutore, à juvo & adjuvo.

CASAUBONUS

1 *Ligni quotidiani pondo mille.*] Etiam hodie in quibus locis lignum appenditur: ut apud Volcas Arecomicos in inclyta Mompelio, ſive ut priores vocabant Montepeſſulano.

2 *Coctilium quotidiana batilla quatuor.*] De coctilibus ad Pertinacem dictum. Ulpianus lege CLXVII. De verborum ſignificatione, appellat *ligna cocta ne fumum faciant.* vulgo vocabant *acapna*. Græci poëtæ, ἄκαπνα & κάγκανα. Differunt coctilia à titionibus, & item à carbonibus, ut etiam Ulpianus docet ea lege. hic tamen pro carbonibus videtur accipi ea vox: aut non multum acapna differebant à carbonibus. nam brevia admodum fuiſſe, nec manu ut ligna, ſed batillis tractari ſolita, ut carbones, hic locus declarat. *batillum* ſive *vatillum* eſt hama quæ igni admovetur. vulgo dicimus *une pale à feu.* Gloſſarii auctor per *v* ſcribit, explicatque ſic: *Vatillum* πυράμη. ſcribe πυράμην. Græci πυράμας appellarunt id quod diximus inſtrumentum: non ut falſo viri eruditiſſimi putarunt falces meſſorias. neque enim eſt à πυρὸς, ſed à πῦρ. Scribit Suidas non uno loco, πυράμην vulgo ſua ætate dictam, quæ antiquitus diceretur ἄμη. quid autem ſit hama, melius diſcas ex Latinis juriſconſultis quam Græcis grammaticis. nam in lege tertia de officio præfecti vigilum, & alibi in Pandectis, hamæ ponuntur inter inſtrumenta quibus utebantur in reſtinguendis incendiis: quod etiam docet Juvenalis ſaty-

ra XIV. Sed istæ sparteolorum hamæ magnitudine, & fortasse etiam forma nonnihil differebant à batillis focorum. Meminit batillorum Plinius libro XXXIII. cap. VIII. *Argenti duæ differentiæ: batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat probatur.* & libri XXXIV. capite undecimo: *Æruginis experimentum in batillo ferreo.* Marcellus empiricus cap. XXVII. *Spongiam*, inquit, *supra batillum torrebis, & diligenter teres.* & mox: *deinde super batillum candentem defundes & coques.* Apitius libro VII. cap. IX. *Petasonem cum elixatus fuerit, decarnabis, & armillam illius candenti batillo ures.* & libro VIII. *jus concoloratum super batillum.* Appellarunt etiam *batillum* foculi gestatilis & ansati genus, quod pruna plenum principibus viris præferebant ad odores incendendos. multa alibi de hoc more notavimus. sic autem accipiendus Horatii locus de Fundano scriba, qui immeritos honores sibi arrogabat.

Fundos Aufidio Lusco pratore libenter
Linquimus, insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam & latum clavum, prunæque batillum.

ad quem locum quæ notat Acro, unius assis non sunt. Abdias historiæ apostolicæ libro nono: *Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum tympanis, alii cum batillis & thuribulis.* Atque hi omnes batilli ferrei erant: è ligno illi quorum in Rei rusticæ libris meminit Varro.

SALMASIUS.

2 *Coctilium batilla quattuor.*] Scribendum: *vatilla quattuor.* non enim aliter hanc vocem scripserunt veteres: quod docet vetus interpres Horatii, qui *vatillum diminutivum dicit esse à vase, quasi vas parvum, in quo odores incendebantur.* in Glossis quoque, *vatillum* scribitur. Caper de verbis dubiis, in littera *v: vatillum hoc. vites olim, vatios dicebant. hoc vatillum* igitur secundum illum Grammaticum & dicendum & scribendum fuerit, non, *hic batillus.* Græcis est ἄμη. & sciri oportet ἄμην res duas significare apud Græcos, & instrumentum fossorium, cui simile est & illud quod ad ignem paratum est, & vas tenendæ aquæ aptum. sicut plane & σκάφη & σκαφεῖον. nam σκάφη & ἄμη idem est. σκάφη autem & instrumentum, quo foditur designat, & vas aquarium, ut alveum, aut aliud quid. Græci postea ut distinguerent ἄμην quæ ad ignem ministrat, ab illa ἄμη, quæ fodiendi est instrumentum: illam πυράμην vocaverunt, hoc est ἄμην πυρὸς vel πρὸς πῦρ. hanc vero siverunt nomen habere quod prius. lapsu deinde temporis, ut omnia in pejus mutantur, & loquendi ratio pervertitur, πυράμην etiam appellare cœperunt illud ἐργαλεῖον quod proprie ἄμη dicebatur, nec igni serviebat, sed fodiendæ terræ erat aptum. Suidas: τὴν πυράμην, ἄμην λέγομεν ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς. idem: ἄμη ὀρυκτικὸν ἐργαλεῖον, ὃ ἡμεῖς πυράμην λέγομεν οὐκ ὀρθῶς. vitiosissime legitur hodie apud Suidam, πυξευτικὸν ἐργαλεῖον. Scholiastes Aristophanis ad illud:

Ὡς τοίχους ἄμας λαβόντες καὶ μοχλοὺς καὶ χεῖρας.

ἄμας, inquit, τὰς πυράμας. ἐργαλεῖα ἐπιτήδεια πρὸς ἀνορύττειν. ἄμη igitur fossorium instrumentum: Polluci inter γεωργῶν σκεύη, lib. x. recensentur, σκαπάνη, σκαφίον, σκαλίς, μακέλη, ἄμη, ἀξίνη, δίκελλα. & lib. I. inter ἐργαλεῖα γεωργικὰ, δίκελλα, ἄμη, μακέλη. quæ omnia sunt ad fodlendum instrumenta. Isidorus inter instrumenta hortorum recenset, *amam*, *lupum*. ubi perperam *amam* accipiunt excellentes in his litteris viri, instrumentum restinguendo incendio, cujus apud jurisconsultos mentio. nam *ama* ibi est, instrumentum quo foditur hortus. quam Græci veteres ἄμην, recentiores πυράμην appellarunt. cum id nomen esset proprium tantum ejus instrumenti, quod igni admovetur. πυράμη igitur duo Græcis significat, sarculum aut ligonem.

nem. vulgo dicimus, *une pale de fer*, *ou mlochet*. ὄρυγα appellant Græci: Latini etiam *upupam* vel *opupam* appellarunt. quod verbum nunc primi linguæ Latinæ restituimus. Glossæ veteres: *obpopa*, ὄρυξ. & *otpopa*, ὄρυξ. hinc intelligendus ille Plauti locus hactenus nemini intellectus in Capteivis, de servo in lapidicinas dato:

Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, qui cum lusitent,
Itidem hæc mihi advenienti upupa, qui me delectet data est.

ubi *upupa* non est malleus, ut stulte sunt interpretati, sed ὄρυξ, ut optime Glossarii auctor exponit; non ea quidem plane forma nec idem instrumentum cum *ama*. nam hæc ad terram fodiendam, & latior, unde σκαφίον πλατὺ exponitur à Grammaticis: illa ad eruendos lapides, & acuta, & non male referens upupæ caput cum rostro. nobis est, *un pic*. nomen tamen etiam *upupæ* vel *opopæ* vulgo retinemus: nam *huie* vocamus instrumentum illud ὀρυκτικόν. ut *cucubam*, quæ est noctua, *chuie*, appellamus. sic *upupam* vel *opopam* lapidicinis reddidimus. hæc una est ex significationibus verbi πυρείμη, eaque, ut dixi, impropria: nam propria est cum *vatillum* significat, tunc enim est ἄμη πυρός. hoc est, ut vulgo loquimur, *une pale à feu*. videntur tamen Latini in eo Græcos imitari, ut *vatillum* non tantum id appellent, quod igni servit, instrumentum, sed etiam aliud genus, quo colligitur stercus ac tollitur. hac enim notione apud Varronem accipitur libro tertio cap. VI. *utrumque locum purum esse volunt hæ volucres. itaque pastorem cavum cum vatillo circumire oportet, ac stercus tollere & conservare.* ubi *vatillum* non est foci, sed alterius generis instrumentum, quam *palam* vulgo vocitamus, sive ferrea sit, sive lignea, tollendo colligendoque stercori, & alii rei cuilibet, aptam. sic apparet & Græcos voce πυράγμη, & Latinos, *vatillo*, & Italos suo *badile*, quod à *vatillo* deductum est, non usos tantum esse, ad exprimendum focarium illud norum instrumentum, sed etiam ad alia illa quæ posuimus. Quod autem dicit vir doctissimus, melius nos doceri à Latinis jurisconsultis, quam à Græcis Grammaticis, quid sit *hama*: nos quidem satis docuimus ex illis Grammaticis quid esset *hama*: ipse vero magno errori sese obnoxium ostendit, dum putavit hamas illas restinguendis incendiis factas & paratas, differre tantum magnitudine à vatillis focorum. nihil enim simile. *hamæ*, de quibus diximus supra, sunt aut *fossoriæ* aut *focariæ*: & nihil differunt inter se nisi magnitudine, aut fortasse etiam aliquantulum forma. illæ autem *hamæ* quatum in restinguendis incendiis usus, sunt vasa ampla, ad continendam aquam, quæ siphonibus inde hauriebatur & exprimebatur ad restinguendum ignem. ideo *sipones* & *hamas* junctim posuit Plinius: *nullus in publico sipo, nulla hama, &c.* locus enim est obvius, & jam à multis citatus. habebantur igitur hamæ aqua plenæ, & sipones juxta parati, in publico positi, ideoque *dispositas hamas* dixit Juvenalis, quæ cum aqua semper in publico stabant. Scholiastes Juvenalis ad locum: *per translationem disciplinæ militaris Spartiolorum Romæ quorum cohortes in tutelam urbis, cum hamis, & cum aqua vigilias curare consueverunt vicinis.* notabis illa verba, *cum hamis & cum aqua*: id est *cum hamis aqua plenis*. *hama* igitur vas aquarium, & Græcis quoque ἄμη. Hesych. ἄμη σιδηροῦν σκεῦος, καὶ σκάφη εἰς ἣν ἐπάλλοντο ῥεῖφον πόδας αὐτοῖς τὸ πλύνειν. alibi σκάφην & ἀψοπλύνιον interpretatur. lintrem ergo aut alveum significat. ἄμην vas esse aquarium nihil melius ostendat, quam ejus deminutivum, ἀμίς. Cato de re rustica cap. CXXXV. hamas cum urnis, cum urceis nominat: *hamæ, urnæ olearia, urcei aquarii, urnæ vinariæ, alia vasa ahenea Capuæ.* *amarum argentearum*, singulis fere paginis, mentio est apud Anastasium, inter scyphos, patenas

tuor. Balneatorem unum, & ad balneas ligna: sin minus, lavetur in publico. Jam cætera quæ propter minutias suas scribi nequeunt, pro moderatione præstabis, [1] sed ita

& calices. unum aut alterum locum ex multis afferam in Sylvestri vita: *scyphos argenteos duos pensan. singulos libras decem: calices ministeriales XV. pensan. sing. lib. duas. amas argenteas duas pensan. sing. libras quindecim.* in eadem vita: *aureas duas amas pensantes singulas libras* II. & ita fere semper hoc ordine enumerat, *patenas, scyphos, calices, amas.* & sciendum est, *amas* melius scribi, quam cum aspiratione *hamas*: nam Græci ἄμην dicunt.

CASAUBONUS.

1 *Sed ita ut nihil adderetur.*] Oratio, ut vides, ὑποσολοικίζει. Lego, *ita ut nihil adæretur.* præcipit imperator dari superiores species ipsas, non earum pretium in ære: quod illa ætas vocavit *adærare.* Græci jurisconsulti vertunt ἀπαργυρίζεσθαι, ut eruditissimus Cujacius observat. Paullo aliter Glossarii auctor: *Adærat.* ἐξαργυρίζει, ἀποχαλκίζει. Frequens vox in utroque Codice. hinc *annonæ ærariæ* dictæ, quæ adæratæ in pretiis exhibebantur: ut docet lex XV. Cod. De erogatione militaris annonæ.

SALMASIUS.

1 *Sed ita ut nihil adderetur.*] Pal. *sed ita ut nihil aderet.* quod verum est. ita enim scribebant: *es, adero, eratum, era.* Glossæ: *aderat*, ἐξαργυρίζεται. ita quidem scriptum in editione H. Stephani. sed ex serie literarum apparet auctorem Glossarii scripsisse, *Aderat*: *Ad deprecandum. Aderat. Ad exitum perduxerunt. Adeptus est.* item in aliis Glossis: ἐξαργυρίζω, *adero.* ἐξαργυρισμός, *aderatio.* ἀπαργυρισμός, *aderatio.* quod Græci ἀπαργυρίζειν, nos vulgo *argentare* dicimus, id Latinis est, *aderare.* Græci quoque ἀποχαλκίζειν. Glossæ, *Aderat*, ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει. illis enim χαλκὸς etiam pro argento sumitur. unde ἄχαλκοι, pauperes & male nummati, & ἀχαλκεῖν, nummorum penuria laborare. in epigrammate:

--- εἴ τις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινάτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Pollux: ἡ δὲ τῶν πολλῶν καὶ ἰδιωτῶν χρῆσις τὸ χαλκοῦ ἀργύριον λέγει, οἷον οὐκ ἔχει χαλκόν· ὀφείλει χαλκόν. apud Alexandrinos χάλκινα vocabantur, argentei nummi. Suidas in Etymologico nondum edito, χαλκός, ἀργύρια πεποιημένα. διὸ καὶ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια χάλκινα καλοῦνται. ex eodem hoc igitur vulgariter loquentium usu, χαλκὸν argentum appellarunt. unde εὔχαλκος bene nummatus. in optimo Glossario: *præsens*, ἐπιφανὴς καὶ παρὼν καὶ εὔχαλκος. quæ verba notatu dignissima sunt. *præsens* est, qui multum habet in numerato, & præsenti pecunia potest solvere: quod nescio an alibi inveniatur hoc sensu. fallitur vir eruditissimus, qui mutandum putat, εὔχαλκος in εὐάλκης. nam is εὔχαλκος dicitur, qui magnam vim habeat pecuniæ numeratæ, qui & *præsens* Latinis perquam eleganter appellatur. ita enim Græci παρουσίαν vocant substantiam. Hesychius: παρουσίαν, οὕτως ἐκάλουν τὰ ὑπάρχοντα παρουσίαν, καὶ μήποτε ἡ παρὰ Μενάνδρῳ ἀσθενὴς περιέλκει. Μενάνδρου ὑδρείᾳ. ut χαλκὸς igitur pro argento, sic ἀποχαλκίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀπαργυρίζειν. ad verbum *aderare* Latinis. *aderatio* est taxatio vel æstimatio rei. Gloss. *aderatio.* ἐξαργυρισμός. eædem Glossæ: *æstimatum*, τὴν σύνοψιν. ἤτοι ἐξαργυρισμόν. ἤτοι διατίμησιν. & nota tibi σύνοψιν, ita Græce dici, ut *conspectum* dixit Agellius

ita [1] *ut nihil adaeretur. Et si alicubi aliquid defuerit* [2] *non praestetur,* [3] *nec in nummo exigatur. Hac autem omnia idcirco* [4] *specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci detuli, quia vir talis est ut ei plura etiam deferenda sint.* Item ex epistola ejusdem alia inter caetera ad Ablavium Muraenam praefectum praetorii. *Desine autem conqueri quod adhuc Claudius est tribunus,* [5] *nec exercitus ducem*

gellius lib. XIX. cap. X. *ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum, ex quibus cum elegisset unam formam, speciemque, interrogavit quantus esset pecuniae conspectus ad totum opus absolvendum. pecuniae conspectus* est διατίμησις, & summa pecuniae, qua erat opus, ad earum balnearum absolutionem. sic Graeci σύνοψιν appellant. Glossae: *σύνοψις, taxatio.*

GRUTERUS.

1 *Ut nihil adderetur.*] Pal. *aderet.* forsan *adaeret.*

2 *Non praestetur nec in nummo exigatur.*] Sic nullo apice minus Palatinus noster. vulgati, *non pretium nec in minimo exigatur.*

5 *Nec exercitus ducem loco accipit.*] Fortassis, *nec exercitus ducendi locum accipit.*

CASAUBONUS.

2 *Non praestetur, nec in minimo exigatur.*] Neque haec possunt exponi, saltem non inepte: sed scribendum, *non praestetur, nec in nummo exigatur. praestetur* scripsimus ex libris, non *pretium.*

4 *Specialiter non quasi tribuno, sed quasi duci.*] Id est ultra ordinis sui gradum. quem honorem habitum virtuti ab imperatoribus Ro. plures horum scriptorum loci testantur.

5 *Nec exercitus ducem loco accipit.*] Corruptus locus. melius scribas: *nec exercitus ducendos accipit.*

SALMASIUS.

3 *Nec in minimo exigatur.*] *Nec in nummo exigatur.* ita Pal. & viderunt jam docti viri ita legendum.

5 *Nec exercitus ducem loco accipit.*] Leviter corruptus locus. scribendum: *desine autem conqueri quod adhuc Claudius est Tribunus, nec exercitus ducem è loco accipit. è loco,* id est statim & illico. querebantur quod nimis diu maneret Tribunus, nec illi repraesentaretur ducatus. ita Vopiscus in Aureliano: *& quum illum Carpicum senatus absentem vocasset, mandasse è loco fertur, Superest P. C. ut me Carpisculum vocetis.* sic enim scriptum exhibet optimus Palatinus. vulgo est *illico.* quod & ipsum rectum est. sed illud etiam quod posui, bonis auctoribus usurpatum, *è loco* pro statim & continuo: significatio enim loci, brevitatem temporis notat. sic Plautus in Truculento, *ex loco* dixit:

Ego isti non nummos mittam? jam modo ex loco
Jubebo ad istam quinque perferri minas.

ex loco, vel *è loco* est, quod Graeci dicunt, αὐτόθεν. *è loco mittam,* αὐτόθεν πέμψω. unde αὐτόθεν καταβάλλειν, *è loco solvere.* hoc est praesenti pecunia. mihi tamen nunc magis placet nihil mutari: potest enim videri dixisse *ducem loco,* pro *dignitate ducem,* qui *ducis locum* haberet. sic *principis locum* supra dixit. Spartianus in Vero *principem locum.* idem alibi, *Augustum locum.* Ammiano *locus principalis.* Trebellius supra in Macriano: *arripe igitur locum meritis tuis debitum.* sic *militares loci,* sunt militares dignitates apud Spartianum. Glossae: *loci, ἀξίαι.* ut *ducem loco* dixit hic Trebellius qui ducis dignitatem & locum teneret, sic privatum loci Tertull. de Octavio Caesare adhuc privato, & nondum principem

locum

ducem loco accipit: [1] *unde etiam senatum & populum conqueri jactabas. dux factus est, & dux totius Illyrici.* [2] *habet in potestatem Thracias,* [3] *Mœsias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus: vir ille summus nostro quoque judicio* [4] *speret consulatum, si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam. Sane scias tantum ei à nobis decretum salarii* [5] *quantum habet Ægypti præfectura: tantum vestium quantum proconsulatui Africano detulimus: tantum argenti quantum accipit* [6] *curator Illyrici Metatius: tantum*

locum obtinente, lib. de anima: *reformatorem imperii, puerulum adhuc & privatum loci & Julium Octavium tantum & sibi ignotum M. Tullius jam & Augustum & civilium turbinum sepultorem de somnio norat.*

1 *Unde etiam senatum & populum conqueri jactabas.*] Observabis hoc loco, *unde* pro *de quo*: *unde conqueri jactabas*, pro *de quo conqueri jactabas senatum & populum.* quod genus loquendi mihi in citimæ vetustatis scriptoribus observatum, non tam antiquum putabam. Jordanes de rebus Geticis: *in Scanzia vero insula, unde nobis sermo est, licet variæ ac diversæ maneant nationes.* pro, *in insula de qua loquimur.* idem paulo post: *juxta Mæotidem paludem commanentes præfati, unde loquimur.* id est, *de quibus loquimur.* eodem libro: *quod nos idcirco huic opusculo de Symmachi historia mutuavimus, quatenus gentem, unde agimus, ad regni Romani fastigium usque venisse doceamus.* item: *sed nobis quid opus est, unde res non exigit, dicere?* Gallice diceremus, *Q'avons-nous affaire de parler de ce dont il n'est pas besoin?* nam illud nostrum *dont* ex Latino *unde* factum est. *ille unde loquimur: celuy dont nous parlons.* ita etiam multis locis Servius loquitur, & alii illorum temporum scriptores.

2 *Habet in potestatem Thracias, Mœsias, Dalmatas, Pannonias, Dacos exercitus.*] Vet. ed. quæ nobis vicem scripti codicis multis locis exhibuit, legit: *Mysos, Dalmatas.* omnino scribendum, *habet in potestatem Thracas, Mœsos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus.*

GRUTERUS.

3 *Mœsias, Dalmatas.*] Pal. *Mysos.*

6 *Curator Illyrici Metatius.*] Palat. *Metlarius.* forte *Metiarius.*

SALMASIUS.

4 *Speret consulatum, si ejus animo accommodum est, quando voluerit, accipiat prætorianam, accipiat præfecturam.*] Hæc vitiose distincta sunt, eoque sensum non liquidum edunt, quem eliquabis, si legas & distinguas: *vir ille summus, nostro quoque judicio speret consulatum: & si ejus animo commodum est, quando voluerit, prætorianam accipiat præfecturam.* sic partim libris adjuti, partim vero conjectura ducti emendavimus. *accipiat* quod bis legebatur, semel tantum legi voluimus. reliqua ex fide codicis Palatini posuimus.

5 *Quantum habet Ægypti præfectura.*] Hoc est, *præfectus Ægypti.* & sequitur: *Proconsulatui Africano.* id est, Proconsuli Africano. vide quæ supra diximus de *cura prætorii.*

6 *Curator Illyrici Metatius.*] *Metatii* nulli mihi lecti, & nescio an sit hoc nomen Romanum. ut magis dubitem de ejus veritate, facit optimus liber in quo scribitur, *Metlarius.* inde prima editio, *Medarius.* forte legendum

tua ministeriorum quantum nos ipsi nobis per singulas quasque decernimus civitates: ut intelligant omnes quæ sit nostra de viro tali sententia. Item epistola Decii de eo- 16
dem Claudio, *Decius Messala præsidi Achaiæ salutem.* inter cætera, *Tribunum verò Claudium, optimum juvenem, fortissimum militem, constantissimum civem, castris, senatui & Reip. necessarium, in Thermopylas ire præcepimus: mandata eidem cura Peloponnensium, scientes neminem melius omnia quæ injungimus, esse curaturum.* [1] *Huic* [2] *ex regione Dardania dabis milites ducentos,* [3] *ex cataphractariis centum,* [4] *ex equitibus* c. *& sexaginta, ex sagittariis Creticis sexaginta, ex tyronibus bene armatos mille. Nam bene illi novi creduntur exercitus. Neque enim illo quisquam devotior, fortior, gravior invenitur.* Item epistola Gallieni, quum nuntiatum esset 17
per frumentarios Claudium irasci quod ille mollius viveret: [5] *Nihil me gravius accepit* [6] *quam quod notoria*

tua

dum ex Pal. *Metianus.* nam suspicor fuisse scriptum *Meslanus* pro *Metianus,* *l* pro *i*, quod non raro in libris occurrit. *Metiani* autem multi in re Romana.

1 *Huic ex regione Dardania milites dabis ducentos.*] *Ex regione Dardanica.* Pal.

3 *Ex cataphractariis centum & ex equitibus* c. *& sexaginta.*] Separat cataphractarios ab equitibus. an non etiam cataphractarii equites? Vopiscus in Aureliano: *habes legionem tertiam Felicem, & equites cataphractarios.* fuit igitur cum legerem hoc loco: *ex cataphractariis equitibus centum & sexaginta.* quam conjecturam videtur adjuvare Palatinus in quo est, *ex equitibus sexaginta.* præstat tamen nihil mutari. nam in vita Alexandri, equites separatim memorantur à cataphractariis: ubi Alexander refert, se bello Persico, *centum & viginti millia equitum fudisse, & cataphractarios decem millia interemisse.* erant equites, non cataphractarii. neque sequimur viros doctos qui hoc loco, *cataphractarios milites,* non *equites* accipiunt. cataphractarii enim alii nulli nisi equites. etsi non sim nescius *cataphractos pedites* Livio memorari. sed de ætate Claudii loquimur. an quia *cataphractarios* heic *equites* non nominat, pro cataphractariis peditibus eos accipiemus ἢ πολλοῦ γε καὶ δεῖ. nam & in Alexandro Spartianus *cataphractarios* vocat, nec addit *equites*, & tamen de equitibus necessario intelligendum est.

GRUTERUS.

2 *Ex regione Dardania.*] Pal. *Dardanica.*

4 *Ex equitibus centum & sexaginta.*] Pal. non agnoscit illud *centum &.*

6 *Notoria tua.*] Pal. *notaria.*

CASAUBONUS.

5 *Nihil me gravius accepit.*] Nova locutio, pro affecit. nam dicimus: *Cicero hoc graviter accepit.* non autem, *hoc graviter accepit Ciceronem.*

5 Nihil

tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum insinuatis sibi falsis plerisque graviter irasci. Quaeso igitur, mi Venuste, si mihi fidem exhibes, ut eum facias à Grato & Herenniano placari, [1] nescientibus hoc [2] militibus

SALMASIUS.

5 *Nihil me gravius accepit.*] Novum quidem locutionis genus, nam debuit dicere, *nihil gravius accepi.* sed illius tamen locutionis ratio non est obscura. dicitur enim Latine, *bene aut male quis accipi*, & *accipi convivio, accipi cibo*, & *accipi aliquo munere*: ut Vopiscus, *cum antea vestis purpureis accepti essent*: id est, *donati.* Fulgentius de continentia Virgiliana: *dehinc cum septem navibus evadit. cibo in littore accipitur.* & paulo post: *posthæc cœna acceptus, sono citharæ mulcetur.* sic Gallienus hoc loco dicit, graviter se acceptum illo nuntio, quo cognovit sibi irasci Claudium.

6 *Quam quod notoria tua intimasti.*] Palatinus, *notaria.* ita sane scribebant multi: *notariam* pro *notoria.* nec tamen *notariam*, à nota vel notis dictam brevem & compendiariam scriptionem fuisse accipimus, quemadmodum existimavit princeps hujus ætatis jurisconsultorum. nec enim *notoria* à notis, hoc est compendiis illis litterarum, à quibus *notarii* dicti: sed est, quo refertur aliquid ad principem, & ejus notitiæ suggeritur. Græci ἀναφορὰν dicunt. Glossæ nostræ: *notaria*, ἀναφορά. fefellit doctissimum virum auctorum usurpatio qui *notariam* pro *notoria*, non raro nominant sic enim Apuleio dicitur, sic aliis, & ita hoc loco in optimo libro scriptum offendimus. sic *potariam ampullam* legi in vetustissimo codice Martialis, ubi est vulgo: *ampulla potoria.* & in epistola Alexandri ad Aristotelem manuscripta, quam mihi commodavit optimus & doctissimus Juretus: *multa gemmea & crystallina potaria fuerunt.* legitur in vulgatis, *vasa potatoria. potaria vasa*, pro *potoriis. pultarium* vocat Celsus genus vasis, quod aliis *pultorium* vocatur. ita & *notarium* pro *notorio* dicebant. *notoria* autem & *noticia* idem.

CASAUBONUS.

6 *Quod notoria tua intimasti.*] Epistola qua aliquid principi aut magistratui notum fit, notoria dicitur in Digestis & Codice, ac scriptoribus mediæ Latinitatis.

SALMASIUS.

1 *Nescientibus hoc militibus Daciscianis, qui jam sæviunt, ne graviter ferant.*] Nolebat hoc scire milites Dacicianos Gallienus, ne graviter ferrent, qui jam sæviebant. at debuit aliud gravius & asperius timere in militibus jam sævientibus, quam, ne graviter ferrent. latens vitium prodit Palatinus ita scribens: *ne graviter res erum.* quam scripturam invenisse videtur in suis libris Bonus Accursius Pisanus primæ editionis auctor: atque is edendam curavit, *ne graviter referentur.* quod quid sit, vix assequor. ego ex vestigiis optimi libri, optime emendo: *ne graviter res erumpat.* aut etiam, quod melius censeo: *nescientibus hoc militibus Daciscianis, qui jam sæviunt, ne graviores erumpant.* & recte timebat Gallienus, ne si hoc rescirent milites, qui jam sæviebant, graviores erumperent, hoc est magis sævirent, & minas suas ad effectum perducerent.

2 *Militibus Dacisianis.*] Falsa est hæc scriptura. nam qua ratione *Dacisiani* dicantur? legebam: *Dacicianis. Dacus, Dacicus, Dacicianus*: ut *Germanus, Germanicus, Germanicianus*: unde *Germaniciani exercitus*: sic *Daciciani milites.* Palatinus habet: *Daciscianis.* quæ scriptura etiam recta est.

Daci,

bus [1] Dacisianis, qui jam sæviunt, [2] ne graviter ferant. Ipse ad eum dona misi: [3] quæ ut libenter accipiat tu facias. Curandum præterea est [4] ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere judicet, & pro necessitate ultimum consilium capiat. Misi autem ad eum pateras gemmatas trilibres duas. Scyphos aureos, gemmatos trilibres duos: [5] discum corym-

Daci, Dacisci, Dacisciani. ut *Thracisci, Hunnisci, Syrisci, Carpisci.* qua forma populorum nomina efferre tunc solebant, de qua nos supra diximus.

GRUTERUS.

1 *Dacisianis.*] Pal. *Daciscianis.*

2 *Ne graviter ferant.*] Pal. *ne graviter referunt.*

3 *Quæ ut libenter accipiat, tu facies.*] Vulgari *facias.* sed venustius longe, *tu facies,* quod est à Palatino.

SALMASIUS.

3 *Quæ ut libenter accipiat, tu facias.*] *Tu facies.* idem Pal.

4 *Ne me hoc scire intelligat, ac sibi succensere judicet.*] Idem cum editione prima: *ac visus censere judicet.* pro, *ac sibi suscensere judicet.* nam nihil aliud latet. *suscensere* scribebant pro *succensere.* & cur non ita nunc scribimus? qui minus enim quam *suscipere, suscitare,* & similia? Glossæ veteres: *suscenset,* ὀργίζεται, αἰτιᾶται, μονοσκελεῖ.

CASAUBONUS.

5 *Discum corymbiatum argenteum l.*] Ab argumento quod artifex cælatura expresserat cognomen accipiunt. & discus hic corymbiatus, & lanx pampinata, & patina hederata, & illa apud M. Tullium patera filicata corymbiata opera hederarum racemos, qui corymbi vocantur, exprimebant. Poculi pampinati, hederati & corymbiati meminit Virgilius in tertia ecloga.

SALMASIUS.

5 *Discum corymbiatum.*] Si à *corymbo,* cur non *corymbatus* potius hic discus, ut *pampinata lanx* à pampino, ut *hederata patina* ab hedera? deinde quis non credat hederatam patinam, hederæ quoque corymbos & racemos habuisse? unde corymbiferum Bacchum poëtæ appellant, quod hedera coronetur. corymbiatus igitur discus non à *corymbo,* sed à *corymbio* dictus. *corymbium* est suggestus crinium muliebrium in speciem corymbi vel racemi contextus. Petronius: *ancilla Tryphenæ Gytona in partem navis inferiorem ducit, corymbioque dominæ pueri adornat caput.* & paullo post: *sed huic tristitiæ eadem illa succurrit ancilla, evocatumque me non minus decoro exornavit capillamento: immo commendatior vultus enituit, quia flavum corymbion erat.* ita lego locum illum Petronii, toties à tam multis tentatum. vulgo est *flavcorum corymbion. corum* enim repetitum ex initio sequentis vocabuli. prius enim scriptum erat, *corumbion.* sic apud eundem, *quæ sola Salamandra supercilia tua excussit.* eodem genere heic peccatum est: cum scribendum sit *quæ Salamandra supercilia tua excussit? sola* perperam repetitum ex sequentis vocis principio. *corymbion* igitur tutulus & meta crinium, sic vocatum, à corymbi vel racemi similitudine, quem alio nomine *botrunatum* dixere, ut superiore æstate notabamus ad Tertulliani pallium. quæ quidem vox legitur apud eundem Tertullianum & Cyprianum, sed doctissimis interpretibus non intellecta est. *botrum* & *botronem* Latini racemum dixere, ex Græca voce βότρυς. βότρυν autem Græci appellant ejusmodi crinium cumulatas in altum compositiones. unde βότρυς ἰθείρης in epigram-

corymbiatum argenteum librarum viginti. Lancem argenteam pampinatam librarum triginta. [1]*Patinam argenteam* [2]*hederatam librarum* XX. *&* III. [3]*Boletar halieuticum argenteum librarum* XX. [4]*Urceos duos*

grammate Græco. à *botrone* igitur *botronatus:* quod idem est cum *corymbio.* à corymbio, *corymbiatus discus* fortassean appellatus, in quo corymbia illa mulierum, & crinium structuræ, cælatura erant expressæ. variis enim argumentis, in cælandis vasis lusit veterum luxuria: ut paulo post *halieuticon boletar*, in quo expressa cælo ferebatur piscatoris vel piscaturæ species. est & *corymbion*, genus herbæ coronariæ quam alio nomine λυχνίδα Græci appellant, quam inter στεφανωματικὰς recenset Dioscorides. in Græcis legimus eam κορύμβιον ab aliis dici. quod si verum est, nemini potest esse dubium quin *corymbiatus discus* ab illa corymbio nomen acceperit: sicut *filicata patera* à filice, quæ ad filicis herbæ speciem erat cælata. ita *corymbiatus discus*, ad corymbii vel lychnidis speciem fingat quisque quod voluerit, non poterit efficere, ut *corymbiatus* à corymbis hederæ sit denominatus: nam *corymbatus* dici deberet à corymbo, ut *pampinatus* à pampino. nec enim hederæ racemus corymbium dicitur, sed corymbus. nolim tamen illis adversari qui ab hederæ corymbis corymbiatum discum, cognominatum volunt, præsertim cum sequatur *pampinata lanx*, & *hederata patina.* sed hederata patina videtur habuisse tantum folia hederæ cælo expressa: corymbiatus autem discus, corymbos id est uvas hederæ. inter hederæ species κορυμβίας κιττὸς Theophrasto recensetur, & describitur ὁ ἁδρὸν καὶ πυκνὸν καὶ σωνεστηκότα τὸν καρπὸν ἔχων καθάπερ εἰς σφαῖραν. ab illa corymbia hedera fortasse corymbiatus dictus hic discus.

1 *Patinam argenteam hederatam.*] Pal. & vetus editio, *patenam.* raro aliter scriptum reperias in libris vetustis. *patina* in veteri Glossario scribitur. sed ex serie & ordine litterarum patet auctorem Glossarum *patenam* posuisse, ubi hodie *patina* in editionibus legitur. sic enim ordo est; *patefacit, patenæ, paternum:* & paulo infra, *patera, patefcit, patena.* atque ita etiam scriptum est in codice magnæ vetustatis, qui in Bibliotheca est P. Puteani.

2 *Hederatam.*] Palat. *hederaciam.* vetus etiam editio, *hederatiam.* sed *hederatam* retinemus, ut *pampinatam lancem*, & *paucram filicatam.*

GRVTERVS.

1 *Patinam argenteam hederatam.*] Pal. *Patenam arg. hedraciam.*

3 *Boletar halieuticum argenteum, &c.*] Pal. *Voletar alieuticum argenteum.* ut nihil sit vero similius conjectura Scaligeri, *boletera halieuticum.*

CASAUBONUS.

3 *Voleta halieuticum argenteum, librarum* XX.] Hæc omnia desunt in regio. Ex veteribus editionibus scribo cum Scaligero, *boletera halieuticum.* & instrumentum aliquod piscationi aptum intelligo. *boleter*, βολητήρ. nova dictio, & Græcis, opinor, incognita: ut aliæ nonnullæ quæ apud Latinos solum scriptores leguntur. boletaria Martialis & Apitii nihil huc pertinent.

SALMASIUS.

3 *Voleta halieuticum argenteum librarum* XX.] Hic est locus in quo emendando multum se torserunt viri doctissimi, & nihil profecerunt. nam de piscatorio aliquo instrumento hæc accipere velle quam ridiculum est? ad

ad quam rem piscandi instrumentum duci missum? deinde, quod majoris est momenti, quodnam instrumentum piscationi aptum, fieri potest ex viginti libris argenti? nusquam didici utensilia quibus utuntur piscatores argentea fuisse, aut ullum usum esse argenti in piscatoria. vasis igitur heic aliquod genus reponi debere, & praecedentia, & quae sequuntur satis declarant. nec diu fuit indulgendum divinationibus: veteres enim editiones hoc taedio nos levarunt, quae *voletar* praeferunt. legendum *boletar*. quod est genus vasis ex Martiale notum. cujus item mentio est apud Apicium. vetus epigramma:

Comptas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar.

Quod placet aspiciam. remove quod saturat.

scholiastes Juvenalis ad illud:

——— *cui cedere debeat omnis*

Pergula. ———

coquina, inquit, *qua boletaria ponuntur.* boletar igitur genus lancis aut disci. nunc restat quaerendum, quare *halieuticum* appelletur. nec possumus heic de mendo suspicari. nam libri ita omnes retinent. nisi quod Palatinus absque aspiratione legit, *alieuticum.* conjectura ductus ex iis quae praecesserunt, opinor *halieuticum boletar* appellari, quod haberet piscatorem caelatura expressum. qui poterit me docere, aliter exponendum esse hoc loco ἁλιευτικὸν, quam quomodo diximus, rem magnam & arduam praestabit. *hederaceam patinam* vocavit, nam ita veteres, in qua hedera caelata ostendebatur. ita heic *halieuticon boletar*, in quo caelo factus erat ἁλιεὺς id est piscator. sic plane apud Theocritum in poculo piscator expressus habetur, & caelo effigiatus:

Τοῖς δὲ μέτα, γριπεύς τε γέρων, πέτρα τε τέτυκται

Λεπρὰς, ἐφ' ᾇ σπεύδων, μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει

Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.

quae ad hunc locum mirifice faciunt, argumenti similitudine. sic vetus extat epigramma de Galatea in vase:

Fulget, & in patena ludit pulcherrima Nais,

Prandentum inflammans ora decore suo.

legitur ibidem eadem Galatea in boletari picta:

Ludere sueta vadis privato nympha natatu

Exornat mensas membra venusta movens.

Comptas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar.

Quod placet aspiciam. remove quod saturat.

quod epigramma ex vetusto codice sic restituimus ea parte qua laborabat. in illo boletari *Nais* erat picta, in isto Gallieni *piscator.* unde ἁλιευτικὸν appellavit ab argumento caelaturae. *boletar* autem, ut omnes norunt, cum sic antea diceretur quod in eo boleti tantum apponerentur. postea cibis omne genus sustinendis serviit, & pro quolibet escario vase usurpari captum est. notum est illud Martialis distichon de boletari.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen,

Prototomis, pudet heu, servio cauliculis.

sic *apalare* vel *apalar*, & per contractionem *aplare*, quod ab ovis hapalis nomen habuit, non ovis tantum, sed etiam aliis quibuslibet obsoniis capiendis aptum erat. Ausonius:

Jam patinas implebo meas, ut parcior ille

Majorum mensis apalaria succus inundet.

Isidorus: *apalare, cochlear.* ita enim legendum. sic etiam cochleare, & ad ova non minus quam ad cochleas habebatur. Martialis:

Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis:

Nunquid scis potius cur cochleare vocer?

ovorum hapalorum mentio apud Marcellum Empiricum: *statim dare debes lentem & betam coctam vel alicam, vel ova hapala vel ungellam discoctam.* mentio

etiam apud Apicium ut observavit Turnebus. *apalaria argentea* pro patina apud Anastasium: *hic posuit in apsida basilicæ suprascriptæ super sedem apalaream argenteam pensantem libras centum viginti.* in epistolis Pontificum à Gretzero editis, epist. xv. *pro veræ benedictionis causa dereximus vobis apalaream unam. spatham ligatam in gemmis cum balteo suo.* hæc visum est adscribere ad expositionem vocis, nondum satis notæ. hoc *hapalar* & *hapalare*, & hæc *hapalaria*.

1 *Urceos duos auro inclusos.*] *Urceolos duos auro inclusos.* ita Palat. pocula hoc genere deaurata, χρυσόκλειστα Græci vocant. *auro cludere*, & *auro includere* genus est deaurandi, cum aurum solidum in argentum deprimitur, & quasi inligatur. tessellæ enim aureæ aliæ in argentum impressæ includebantur. quod & *auro vincire*, & *auro ligare* Latini dicunt, ut ostendimus supra. *pocula auro vincta* sunt, quæ Græci χρυσοκόλλητα & χρυσόδετα appellant. *auro ferruminata* diceret Petronius. nam *ferruminare* est κολλᾶν. de annulis aureis in quibus stellæ ferreæ erant inclusæ, ferruminatos eos dicit stellis ferreis, hoc est ad verbum, σιδηροκόλλητους. ejus verba hæc sunt: *habebat etiam in minimo digito sinistræ manus anulum grandem subauratum, extremo vero articulo digiti sequentis, minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis velut stellis ferruminatum* potuisset pro *ferruminato* dicere, *stellis ferreis vinctum*, vel *clusum*. sic *Palladium auro vinctum*, in Heliogabalo. veterem lectionem restituimus, quam depravarunt, qui non intelligebant, quid esset *auro vincire*. χρυσοκόλλητον σφραγίδα vocat Hesychius, τὴν χρυσόδετον λίθον. sic *gemmis ligatum* Latini dixere, quod Græcis est λιθοκόλλητον, & *auro ligatum* quod est χρυσοκόλλητον. Anastasius, cujus verba adduximus supra: *spatham cum auro purissimo ligatam.* hoc est χρυσοκόλλητον. Epistolæ Pontificum à Gretzero editæ: *pro veræ benedictionis causa dereximus vobis apalaream unam, spatham ligatam in gemmis cum balteo suo. ligata gemmis spatha*, est λιθοκόλλητος. *auro jugare* pro eodem dixit Trebellius. unde *auro jugata cornua*, apud illum sumus interpretati, *aurata*, adversus interpretum sententiam, qui locum censebant corruptum. igitur *auro includere*, *auro vincire*, *auro ligare* & *jugare* idem valent, & ad eandem deaurandi rationem pertinent. Persius:

Non tibi crateras argenti, inclusaque pingui
Auro dona feram. ——

Sic enim malo legere, quam *incusa*, quod vulgo habetur, etsi *incusa* rectum esse possit, hoc est ἐμπαιστικά. hæc omnia autem fiebant κατὰ τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην, de qua jam viri docti multa dixerunt, & nos alibi plura dicturi sumus. auctores tamen aliquando illis loquendi generibus ad simplicem deaurationem significandam utuntur. Pomponius Mela, *auro vinctum* pro deaurato posuit, cum locum Herodoti verteret de Issedonibus. verba Herodoti: ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνῃ πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα, καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ καταταμόντες τὰ κρέα, καταταμέουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα πατέρα. ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτιθέαται· τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες καταχρυσοῦσι. quæ sic eleganter & rotunde vertit Mela: *Issedones funera parentum læti victimis ac festo cœtu familiarium celebrant. corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum visceribus immixta epulando consumunt. capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. auro vincta* καταχρυσωμένα. vulgo, *auro cincta* legitur apud Melam. quam reddidimus lectionem, ex scripto codice hausimus. sic *auro vinctum Palladium* in Heliogabalo accipi debere ad locum docuimus. & *cornua auro jugata* in victimis apud Trebellium, cæteri scriptores *aurata* dixere. *chrysendeta* Isidorus

duos auro inclusos, argenteos librarum sex, & in vasis minoribus argenti libras XXV. [1] *Calices Ægyptios, operisque diversi, decem.* [2] *Chlamydes veri luminis limbatas*

Isidorus exponit, *deaurata.* sed hæc alias, si Deus juverit, plutibus afferemus, & astruemus.

CASAUBONUS.

1 *Calyces Ægyptios, operisque diversi decem.*] Calyces Ægyptii erant vitrei, sed singularis & stupendi artificii. Vide Saturninum Vopisci.

2 *Chlamydes veri luminis limbatas duas.*] Recte hunc locum explicat magni ingenii & judicii vir Hadrianus Turnebus in libris Adversariorum. lumen non est coloris nomen, sed affectus qui sequitur colores intensiores & χαζαινοῦς. purpuram veri luminis appellat claram Lampridius in Diadumeno, in Alexandro Severo clarissimam: ubi habes de probatione purpuræ, priusquam inferretur vestiario principis. Vopiscus in Carino lumen purpuræ verbo eleganti expressit, cum *lineas micantes purpura*, dixit. Græci qui purius locuti sunt, veri luminis colores dicunt ὀξεῖς: posterior ætas ἀληθινούς. unde obtinuit, ut ἀληθινὰ appellarentur omnia purpurea: propter præstantiam sacri muricis, ut loquuntur imperatores. Theodorus Balsamon in explicatione Conciliorum: σημείωσαι ὅτι ἀπὸ τοῦ παρόντος ἰδίκτου ἤτοι βασιλικοῦ προστάγματος τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου δικαιοῦται ὁ πάπας Ῥώμης διὰ πάντων τοῖς βασιλικοῖς προνομίοις μεγαλύνεσθαι αὐτοῦ μόνου τοῦ στέμματος. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ὁπηνίκαποτε γινομέναις προελεύσεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐν ταῖς θείαις τούτων ἱεροτελεστίαις, διὰ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καλύπτεται· ἀμφιέννυται δὲ καὶ ἀληθινὰ ὑποδήματα. καὶ καβαλικεύει μετὰ ἀληθινοῦ σελλοχαλίνου κατὰ τοὺς βασιλεῖς. quid appellet hic Balsamon ἀληθινὰ ὑποδήματα, eruditi interpretes assecuti non sunt. intelligit autem calceamenta purpurea & veri luminis. nam tales fuerunt imperatorum calcei. Corippus Africanus in laudem Justini libro secundo:

Purpureo suræ resonant fulgente cothurno:
Cruraque puniceis induxit regia vinclis.

Jacobus Cujacius cum legisset hoc loco apud interpretem *vera vestimenta*, in magnum errorem inductus, putavit de serico locutum Balsamonem. sed vir summus si Græcum textum qui necdum est editus, habuisset, vidisset non dicere Balsamonem, ἐκ βήρων ὑποδήματα, sed ἀληθινά. Sericeas vestes appellarunt βήρους auctore Zonara: unde *holovera* in Codice, quæ non subserica, sed tota ex serico essent texta. vox est barbara ejus gentis ex qua primum id panni genus est allatum. apud Ezechielem prophetam capite XXVII. vocem ne Judæis quidem magistris satis intellectam ברומים interpretamur βήρους. sed hæc alibi. At dictionem ἀληθινὸν ea quam diximus notione etiam Latini scriptores usurparunt. Sic accipiendum apud Anastasium in libris de vitis pontificum: ut in Zacharia: *simulque fecit vela serica alithina quatuor, quæ ornavit cum rotis & ornamentis variis auro textis.* in Leone III. *super altare majus fecit tetravela holoserica alithina quatuor cum astillis & rosis chrysoclabis.* & sæpius in eadem vita.

SALMASIUS.

2 *Chlamydes veri luminis limbatas duas.*] *Lumen* non esse coloris nomen, sed affectus qui colores sequitur intensiores, ad hunc locum magni viri scribunt. igitur purpuram veri luminis, claram appellari Lampridio, nihil esset verius, si quidem heic pur-

puram veri luminis appellaret Trebellius. ſed *chlamydes veri luminis* appellat. nullus ergo dubito quin lumen heic ſit pro colore, & in purpura ſane color ipſe lumen appellatur. Statius Papinius:

Contentus arto lumine purpuræ.

Tertullianus de Pallio, *concilium luminis* appellat, quod alio loco, conciliamentum colorum dixit. libro de Pudicitia: *ſed enim pleroſque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem in veſtibus purpura oculandis ſæpiſſime evenire eſt, quum putaveris recte conciliaſſe temperamenta colorum, & credideris comparationes eorum inter ſe evaſiſſe, erudito mox utroque corpore, & luminibus expreſſis errorem omnem traducta diverſitas evomet.* quem locum pluribus ventilavimus in noſtro commentario. vides eum *lumina* vocare, & *colores* pro eodem. chlamydes igitur veri luminis, ſunt purpureæ, hoc eſt veri coloris. *verus color* eſt purpureus, & ita κατ' ἐξοχὴν Latini purpureum colorem nominarunt. Græci quoque ἀληθινὸν χρῶμα dixere pro purpureo, vel coccineo, Heſychius: κιννάβαρι. εἶδος χρώματος ἀληθινοῦ ὃ λέγουσιν κόκκινον, ἢ πορφύρα τοῖς ζωγράφοις. atque inde etiam, quod nunc primi videmur obſervare, *holovera* veſtes dictæ, quæ totæ ex illo vero colore eſſent, hoc eſt totæ ex purpura. nec eſt quod quiſquam recuſet dediſcere, quod à magnis magiſtris didicerat, qui holoveras veſtes, holoſericas magno omnium aſſenſu ſunt interpretati, ἀπὸ τῶν βηρείων aut βηρῶν, neſcio quorum. induxit illos in hunc errorem Zonaras qui βήρεια σηρικὰ eſſe ὑφάσματα dixit. magnus ſcilicet, & idoneus auctor cui vel injurato debeat credi, de quo paulo poſt agemus. ſi *holovera* ſunt tota ex ſerico texta veſtimenta, quid fiet holoſericis? aut quo tandem ea numero loco que habebimus? an erit aliquod diſcrimen ſtatuendum inter holovera & holoſerica? nullum ſane video poſſe ſtatui, ſi ſententiæ doctorum virorum ſtabimus. & tamen diſcrimen erat tantum, ut cum promiſcuus uſus eſſet holoſericæ veſtis, ſola holovera veſtimenta privatis interdicta, principi ejuſque domui dedicarentur. adeo autem promiſcuus & communis tunc temporis uſus fuit ſericorum & holoſericorum, ut mimis etiam ſceniciſque mulieribus paſſim eſſet permiſſus, dum abſtinendum ſibi eſſe ſcirent, *auratis ſericis & ſigillatis, aut quibus alio colori admixtus puri rubor muricis inardeſcebat.* hæc ſunt verba legis. alius cujuſvis coloris ſericis & holoſericis uti non prohibebantur. *holovera* igitur erant, ſerica veſtimenta tota ex purpura, quibus non alius admixtus ferebatur color, ſed ſolus verus & purpureus. quod verba ipſa legis Theodoſianæ ſic oſtendunt, ut nemini quamtumvis pertinaci contra mutire liceat. ita enim habent: *nec pallia tunicaſque domi quis ſerica contexat, aut faciat, quæ tincta conchylio nullius alterius permixtione ſubtexta ſunt. proferantur ex ædibus, tradanturque tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylii.* quid poteſt dici manifeſtius? tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylii, ſunt quæ *olovera* eadem illa lege appellavit. id eſt in quibus utraque pars texturæ, ſubtemen & trama ſcilicet, purpura tincta eſſent. quæ propterea dicta ſunt *olovera*, id eſt tota ex vero colore: ſic enim purpureum per quandam excellentiam vocitabant. & ſciendum eſt ex ſericis alia fuiſſe quæ ex omni parte texturæ, hoc eſt trama & ſubtemine, purpureo & vero colore tincta eſſent: eaque inde olovera dicebantur, & ſolo imperatori ejuſque domui texebantur. alia vero quorum trama quidem erat purpurea, ſubtemen autem alio colore infectum. *cruſtas* vulgo vocabant ejuſmodi veſtes, *in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardeſcebat.* Cod. Theod. leg. XI. *de ſcenicis.* earumque cruſtarum uſum privatis paſſim permiſſum, ſolæ ſcenicæ & mimæ uſurpare vetabantur. erant

& ſe-

tas duas. Vestes diversas XVI. [1] *Albam subsericam, paragau-*

& ſerica aurata & ſigillata omnibus etiam conceſſa præter mimas: quæ tamen uti non verantur illa lege ſcutulatis, & varii coloris ſericis. hæc de *oloveris*, quæ huc uſque, vel quid eſſent, vel quare ſic eſſent dicta, ignoratum eſt. Iſidorus, non malus multis locis auctor, *olovera*, tota ex purpura interpretatur. ſed *olovera*, hodie apud illum non legas. nam vulgo editum eſt, *oloporphyra*. ſcripti codices, quod vidimus, partim *olophara*, partim *olofera*, & *oloferia* ſcriptum exhibebant. nec dubium eſt quin *olofera* ſint *olovera*. ſic enim & *faſculum* pro *vaſculo* ſcribebant. Iſidorus in Gloſſis: *faſculum, diſcum. olovera* igitur non à beris, ſed à vero colore. mirari autem debet nemo hujus vocabuli compoſitionem ex Græco, & Latino nomine factam. non in hac tantum voce, ſed aliis quamplurimis id factum obſervavimus. inde ſunt *epitogium* & *epirhedium*, bono etiam puroque ſæculo & & cui nihil dum erat admixtum barbariæ, uſurpata. ne longe abeamus, in his ipſis auctoribus habemus, *monolores* & *pentelores* veſtes. ſic *pſeudoforem* pro pſeudothyro Severum Sulpicium, elegantem alias ſcriptorem, uſurpaſſe docuit me nuper doctiſſimus Juretus. ſic *dextrocherium* ex Græco Latinoque compoſitum eſt. ſic *chryſoclavum* τὸ χρυσόσημον. apud Anaſtaſium de vitis Pontificum, *veſtes chryſoclavæ, tabulæ chryſoclavæ, veſtis de chryſoclavo, periclyſis de chryſoclavo* omnibus locis occurrunt. ita holovera veſtis quæ tota ex vero colore eſt, hoc eſt tota purpurea. *holoberum* qui ſcribunt, & à *beris* deducunt, magno in errore verſantur. nam *holoverum* ſcribi debet, & ita exponi. *oloveri* frequens mentio apud Anaſtaſium. ut in Paſchali: *porro & aliam veſtem de ſtaurace cum periclyſi de holovero*. & paulo poſt: *item vela praſina cum periclyſi de olovero*. & in Gregorio IV. *fecit & aliam veſtem de holovero unam habentem in medio gemmas*. & paulo poſt: *immo vero obtulit ſanctiſſimus præſul veſtem de olovero cum gryphis*. in eodem Gregorio *oloveri Tyrii* mentionem fecit: *vela alba ſerica quattuor, unum habens undique Tyrium, & in medio crucem, & gammadias de chryſoclavo. aliud de ſtauraci habens de olovero, & gammadias de olovero Tyrio*. & alibi paſſim. verus igitur color, ut Græcis, ἀληθινὸν χρῶμα, de purpura. in libro de cœna Domini qui Cypriano inſcribitur, multa genera veſtium enumerantur, quas diverſis ex ſacra ſcriptura perſonis tribuit auctor appoſite & accommodate ad cujuſque vitam, aut vitæ actum aliquem inſignem. in eo ſic habetur inter cætera: *Abiron nigram, Anna Perſicinam, Iſaac nativam, Paulus Tharſicam, Petrus operariam, Joſephus pſeudoalethinam, Jeſus columbinam.* Joſepho pſeudoalethinam veſtem tribuit, eo alludens, quod falſo creditus eſt pater Domini. ita autem emendavimus ex V. C. in quo ſcriptum erat, *Joannes pſeudoallecinam*. nam Joanni jam ſupra ſuam dederat veſtem *trichinam*. vulgo *triclinam*, perperam. *alethina veſtis* eſt purpurea. *pſeudoalethina* quæ non eſt ex purpura, ſed purpuram imitatur. *alithinum* vocat Anaſtaſius, pro *alethino* unde apud eum tam multis locis *alithina vela* & *alithinæ veſtes*, hoc eſt ἀληθιναὶ, vel purpureæ, ut in eo libello dicemus, quo voces apud illum ſcriptorem obſcuras & ignotas explicabimus, & in commentario de re veſtiaria.

GRUTERUS.

1 *Albam ſubſericam paragaudem triuncem.*] Sic & Pal.

SALMASIUS.

1 *Albam ſubſericam, paragaudem triuncem unam.*] Nolim ſcribi cum doctiſſimo viro: *albam ſubſericam, & paragaudem triuncem unam.* ſolent enim

hæc ἀσυνδέτως proferre. Vopiscus in Bonoso: *tunicas palliolatas hyacinthinas subsericas: tunicam auro clavatam subsericam librilem unam, &c.* ita hoc loco: *albam subsericam, paragaudem triuncem unam.* ita etiam auctor Chronici Alexandrini: φορέσας στιχάριν ἄσπρον παραγαύδιν hoc est: *tunicam albam paragaudiam.* malim etiam legere hoc loco: *subsericam paragaudeam, triuncem unam.* sic infra apud Vopiscum in Aureliano: *quum darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudeæ, darentur etiam equi.* alibi, *paragaudias internulas.* sane aut paragaudæ, aut paragaudeæ, vel paragaudiæ dicebantur hæ vestes, non paragaudes: quod sine ratione dicitur. de paragaudis, vel paragaudiis tunicis & lineis multa ad hunc locum doctus docte scripsit. ast ego originem earum, & gentem unde venerunt, digito indicabo. Parthi enim & vestem & nomen vestis Romanis tradiderunt, atque aliis etiam nationibus, quæ nomen illud retinuerunt. παραγαύδας igitur est vestis Parthica. Hesychius: παραγαύδας, χιτὼν παρὰ Πάρθοις. putet aliquis me rem non magnam præstitisse, qui locum obvium & omnibus in aperto positum produxerim. immo vero mihi fuit eruendus, qui delitescebat in tenebris & rem scitu dignam tegebat, in qua explicanda satis hactenus desudarunt eruditissimi etiam juris interpretes, & harum literarum magistri. nam male hodie habet Hesychius, παραγαυζάς. fateor non opus fuisse magno ingenii acumine ad divinandum, παραγαύδας, ibi pro παραγαυζάς. memini tamen eruditissimum Casaubonum, cum hunc Hesychii locum illi indicassem, magnas mihi gratias per literas agere, ut & pro aliis nonnullis in hos auctores emendationibus, quas ad eum miseram, alteram editionem adornare cogitantem: tunc enim ipse nihil minus quam de agendo, quod nunc ago cogitabam. sed hæc præter rem. de paragaudis etiam infra dicemus.

CASAUBONUS.

1 *Albam subsericam, paragaudem, triuncem unam*] Familiare est in re vestium, ut solis adjectivis sine substantivis nominentur: sic dicimus πορφυρᾶ, ὑδάτινα, μαλακὰ, & similia apud Latinos. ita *albam* hic Gallienus & paullo ante Valerianus, *Albam subsericam unam, cum purpura Succubitana.* intelligendum autem non togam, ut cum prætexta dicitur, sed tunicam. declarat Vopiscus in Aureliano: *cum darentur tunicæ subsericæ, lineæ paragaudiæ.* & vetus chronologus qui Fastos Siculos congessit, cujus sunt hæc verba: φορέσας στιχάριν, ἄσπρον παραγαύδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσοῦ πλουμμία βασιλικά. nam στιχάριον tunicam dixerunt, ut est in Glossis. ἄσπρον album significat. στιχάριν autem & παραγαύδιν pro στιχάριον & παραγαύδιον corruptus est hellenismus, cujus exempla passim obvia in recentiorum libris. *Subserica* fuit hæc tunica, id est cujus stamen solum esset sericum. nam holosericæ vestes in privatorum usu non erant, ut constat ex Vopisco in Aureliano, & titulo Codicis. Erat autem moris ornare istas tunicas albas subsericas, vel purpura, ut illa fuit cujus facta mentio à Valeriano; vel paragaude, ut hoc loco. Inter ea quæ vestibus accedunt ornatus solum caussa, ut clavus, limbus, instita, segmenta, paragium, & alia hoc genus, censeri & paragauda debet: sicut manifesto arguunt verba legis secundæ Cod. De vestibus holoveris. *Nemo vir*, ait, *auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas.* vides separari paragaudas à vestibus quibus adsuebantur: vestes autem hac accessione nobilitatæ non paragaudæ, sed paragaudiæ dicebantur vel paragaudes. Valerianus in epist. ad præf. præt. *dabis Probo interulas paragaudias duas.* propterea scribi velim hoc loco: *Albam subsericam, & paragaudem triuncem u.* Existimabat Turnebus vocem hanc à Latina *gaudium*, cum Græca præpositione esse conflatam. sed virum doctissimum fugit

ragaudem triuncem unam. ¹ *Zanchas de nostris Parthicas*

gir hic ratio: vox est enim pura puta Syrorum, vel aliorum Orientalium à quibus Syri acceperunt. פרגוד sive פרגודה *paragoda*, Jonathani paraphrastæ vetustissimo librorum sacrorum dicitur vestis colorum varietate & arte insignis. nam Geneseos capite XXXVII. nobilis illa Josephi tunica quam Moses appellat כתנת פסים *χιτῶνα ἐκ ποικίλων ἐῤῥαμμένον, vestem fissilem*, id est consutam ex diversis pannis, in paraphrasi Jonathanis nominatur פרגוד. in Exodo autem illud aulæum quod Moses vocat פרכת, eidem interpreti פרגודא nominatur. nam & tapetes & aulæa varietate colorum solent esse distincta. sic etiam paragaudæ illæ de quibus in Græcis Latinisque literis agitur, ex auro & serico intextæ & materiæ & artis varietate pollebant, ut constat ex lege prima ejus tituli quem ante laudavimus. Assuebantur autem vestibus modo singulæ paragaudæ, modo binæ, modo ternæ, vel quaternæ, atque interdum etiam quinæ. Flavius libro sequente: *Paragaudias vestes ipse primus militibus*, (vel *militaribus*,) *dedit: (cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent:) & quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & usque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt.* Quibus simplex paragauda adnexa, monolores nuncupatæ sunt: & ita cæteræ pro diverso numero diversum nomen acceperunt. voces istæ sunt translatæ ab architectura & fabricis, unde & *trabeata saga*, & *tabulata vestium* apud Tertullianum. λώρους vocem Latinam & Græci architecti usurparunt, ut constat è Περὶ κτισμάτων Procopii. non multo aliter *virgas* & *virgulas purpureas* dixerunt, ut vetus Juvenalis interpres ad satyram octavam. Ait autem Gallienus *paragaudem triuncem*: auri pondus indicans, quod paragaudiæ huic tunicæ inerat. sic enim veteres pretia vestium indicabant. Lampridius in Alexandro Severo: *contenta cyclade, quæ sex unciis auri plus non haberet.* Vopiscus in Bonoso: *tunicam auroclavatam subsericam bilibrem unam.* ubi fortasse auri & serici pariter ratio inita nam ut scribit idem auctor alibi, libra serici tunc libra auri erat.

1 *Zanchas de nostris Parthicis, paria tria.*] Barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. sed varie scribitur hoc verbum. in Codice Theodosiano De habitu intra urbem, lege secunda *tzangæ*. in tertia *tzancæ*. Græcis τζάγγαι aut τζάγγια. & τζαγγάριος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni *zangæ*. nam Horatii verba e satyra sexta libri primi,

Ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus,

de hoc genere calceorum interpretatur. Persarum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco & similibus apparet. In Fastis Græcis leguntur hæc de rege Lazorum: τὰ τζάγγια αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ῥουσαῖα Περσικῷ σχήματι, ὑ-χρύσα μαργαρίτας.

GRUTERUS.

1 *Zanchas de nostris Parthicis paria tria.*] Palat. *zancas de nostris Parthicis paria tria.*

SALMASIUS.

1 *Zanchas de nostris Parthicis paria duo.*] Scribendum: *Zanchas de nostris, Parthicas.* quod miror non vidisse doctissimos interpretes. *zanchæ Parthicæ*, sunt calcei ex pelle Parthica. Parthicarum vero pellium, unde parthicarii in Codice dicuntur qui pelles illas curant, multa apud veteres mentio. Parthicum lorum scholiasti Juvenalis ad illud:

Vel nodus tantum & signum de paupere loro.

id est, *Parthicam corrigiam, unde solet bullæ pendere signum ingenuitatis.* sacculi

casparia tria. [1] *Singiliones Dalmatenses* x. [2] *Chlamydem*

Parthici Ammianus Marcellinus meminit lib. XXII. *notum est enim sub Maximiano Cæsare vallo Regis Persarum direpto, gregarium quendam post sacculum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum projectis imperitia gemmis, abisse pellis nitore solo contentum.* de pellibus igitur illis Parthicis fiebant imperatoriæ zanchæ. Corippus lib. II. de laudibus Justini junioris calceos imperatorios ita describit:

Purpureo suræ resonant fulgente cothurno,
Cruraque punicis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Qui solet edomitos victor calcare tyrannos,
Romanus princeps & barbara colla domare
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore,
Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis.
Augustis solis hoc cultu competit uti,
Sub quorum pedibus regum cruor.

Parthicæ igitur *zancæ* hoc loco, de Parthica pelle factæ: & ita apud Corippum *Parthica tergora* accipienda sunt. quod ad vocem *zanchæ* attinet, Græcum est non barbaricum vocabulum, ζάγχη. Latine recte scribitur *zancha*, vel *zanga*. nam χ Græcorum in g mutant. ut χαλβάνη, *galbanum*: δοχὴ, *doga*: ἄγχω, *ango*. hinc *zangæ* Acroni. Græcis recentioribus ζάγγαι, vel τζάγγαι & τζαγγία. sed additio litteræ τ barbarica est, quam omnibus fere vocabulis à ζ incipientibus præponebant recentiores Græci, qui & σ plerumque mutabant in τζ ut σῖναι, τζῖναι· σιάκωμα, τζάκωμα. & alia sexcenta. ἀπὸ τοῦ ἄγχω igitur quod est constringo, ἄγχη constrictio. ut ἀπὸ τοῦ αὔξω ἡ αὔξη: ἀπὸ τοῦ ὀφείλω, ὀφείλη, & similia. hinc compositum διάγχω, ζάγχω· διάγχη, ζάγχη· ut διαβάλλω, ζαβάλλω. διάπλυτος, ζάπλυτος. ἄγκλον, σκολιὸν & διάσκλον, atque inde ζάγκλον. sic diabolum *zabolum*, & *zaiam* pro diæta Latini dixerunt. ζάγχη igitur pro διάγχη constrictio: atque inde ζάγχη calceamentum à constringendo pede. Latinis *zancha*, vel *zanga*. hoc indubitatum est. Glossæ βασιλικῶν: τζάγγαι, ὑποδήματα. σαγγάριος scribitur apud Hesychium pro ζαγγάριος de calceario sutore. σκυτεύς, σαγγάριος καὶ καλιγάριος. sed hæc alibi.

CASAUBONUS.

1 *Singiliones Dalmatenses* x.] Lego, *cingiliones*, & cingula parva interpretor, quibus uterentur equites Dalmatæ.

2 *Chlamydem Dardanicam mantuelem unam.*] Dardani Dalmatis vicini. chlamys mantuelis, composita vestis ex chlamyde & mandya. μανδύην illa ætas vocabat Græce pænulas. de his superius.

GRUTERUS.

1 *Singiliones Dalmatenses, &c.*] Sic & Pal.

SALMASIUS.

1 *Singiliones Dalmatenses.*] Non possunt non esse ignoti isti *singiliones*, quorum tam rara est mentio apud auctores, ut unicum hunc locum extare putem qui eorum meminerit. de Latinis loquor. nam in testamento Gregorii Nazianzeni σιγιλλίων legitur de quodam genere vestis, & puto *sigillionem* ibidem esse qui heic *singilio*. verba Gregorii isthæc sunt: Ἐλαφίῳ τῷ τοβρείῳ ἀδελφῷ ὄντι καὶ καλῶς ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃ ὑπερετήσαντι χρόνον βούλομαι δοθῆναι σάγματον ἕνα, σιχάρια δύο, σιγιλλίωνα ἕνα, παλλία τρία. qui nuper in Anglia ediderunt τὸ ἴσον illius testamenti, σιγιλλίον edendum curaverunt, & pro sigillo acceperunt. sed ego testor σιγιλλίωνα planis & probis litteris extare scriptum in antiquissimo codice Bibliothecæ Palatinæ, & certus

cetus ſum pro veſte debere accipi cum inter veſtes recenſeatur. pro *ſinguliones* autem putatim heic potius ſcribendum eſſe *ſingilliones*. ſic *veſpillo* pro *veſpillo* perperam ſcriptum habetur in antiquo gloſſarum libro. à *ſingulum*, *ſingillum*, & *ſingillatim*. à ſingillum, *ſingillo*, ὁ ἁπλοῖς: nam ſingulum, vel ſingillum eſt τὸ ἁπλοῦν. *ſingillo*, *ſingillonis*, ὁ ἁπλοΐς. vel ἀπληγὶς, vel ἀπλῆτις. Heſychius: ἁπλοῒς χλαῖνα, ἡ μὴ δυναμένη διπλωθῆναι. idem: ἀπλῆτις ἡ σύμμετρ@ χλαῖνα, ἡ δυναμένη διπλωθῆναι. ἀπληγίδες dicuntur Polluci. idem Heſychius: ἀπλοῦς, μικρὸν ἱμάτιον. ἄοολοι etiam dicebantur ejuſmodi ἁπλοΐδες. Heſychius: ἄοολ@, ὄνομα σιχίου. contra δίοολ@, *duplex*, ὁ διπλοΐς. σιγιλλίων autem pro σιγγιλλίων apud Nazianzenum, more Græcorum qui in Latinis vocabulis quæ pro ſuis uſurpant, *n* litteram elidere conſueverunt. ſic σίγλαι apud Juſtinianum ſunt *ſingla*, vel *ſingulæ*. hanc meam de ſingilionibus, vel ſingillonibus conjecturam probavi olim Caſaubono τοῦ πάνυ, τοῦ μακαρίτη. non defuit tamen ut putarem aliquando *ſigilliones* heic vel *ſigilliones* eſſe legendum, & de veſtibus Dalmatarum ſigillatis, vel clavatis intelligendum: nam veſtium clavos Græci σφραγῖδας etiam vocant, hoc eſt *ſigilla*. Heſychius: σφραγῖδες αἱ ἐπὶ τῶν δακτυλίων καὶ τὰ τῶν ἱματίων σημεῖα. hinc *ſigilliones Dalmatenſes*, Dalmaticæ ſigillatæ. chirodotæ Dalmatarum apud Spartianum in Pertinace. clavatæ autem erant iſtæ Dalmatenſes tunicæ, quibus etiam poſtea ſacerdotes uſi. Iſidorus: *Dalmatia veſtis ſacerdotalis candida cum clavis purpureis. ſigna* & *ſigilla* in veſtibus, τὰ σημεῖα, τὰ σημάδια. Virgilius: *veſtem ſignis auroque rigentem*. ſic *gammadiones* dixerunt veſtes γαμμαδίοις hoc eſt gammis litteris diſtinctas. ſigilla tamen à clavis differre, & ſigillatas veſtes à clavatis ſupra docuimus.

2 *Chlamydem Dardanicam mantuelem unam*] *Chlamys mantuelis* eſt χλαμὺς μανδυοειδής. chlamys ſcilicet in modum manti facta, vel ad formam manti accedens. diverſum enim σχῆμα fuit τῆς μανδύης καὶ τῆς χλαμύδ@, ut alibi dicam pluribus. μανδύλην tamen & χλαμύδα plerumque confundunt auctores. Artemidoro χλαμὺς & μανδύη idem genus veſtis. nam ἐφεστρίδα βηρεῖον, χλαμύδα καὶ μανδύλην ſynonyma facit. Gloſſæ: *Paludamentum*, χλαμὺς, μαντίον. *mantuelis* autem à *mantua*. ὁ μανδύας, vel ἡ μανδύη, *hæc mantua*. unde *mantuelis*, ὁ μανδυοειδής. & *mantuatus* apud Iſidorum in Gloſſis: *Paludatus*, *mantuatus*. *mantum* tamen & *mandum* etiam dixerunt Latini, & videtur Græce non tantum μανδύας & μανδύη, genus hoc veſtimenti dictum eſſe, ſed etiam μάνδυς, μάνδυ@. hinc Latine *mantus* & *mantum*. Iſidorus: *Mantum Hiſpani vocant quod manus tegat tantum: eſt enim breve amictum*. idem in Gloſſis: *mandus*, *veſtis virginalis*. à manto, *mantatus* apud Martialem qui manto tectus eſt. De cauſia:

In Pompejano tecum ſpectabo theatro.
Mantatus populo vela negare ſolet.

ita enim legendum apud Martialem. vulgo: *Namque notus populo*. optimus codex Palatinus habebat, referente Gruttero, *mandatus populo*. nos fecimus *mantatus*. poſſet tamen & *mandatus* retineri. nam *mandum* & *mantum* dicebant. qui, inquit, mantatus eſt, in Pompejano theatro, vela populo ſolet negare, quibus ipſe non indiget. nam qui manto tectus eſt æquo animo fert vela negata populo. vela autem negata dicebantur quæ theatro non intenderentur. idem Martialis alio loco:

Et rapiant celeres vela negata noti.

& alibi:

Et Pompejano vela negata noto.

de qua loquutione nos alibi. à voce Latina *mantum* Græci recentiores fecerunt μαντίον ut *fibla*, φιβλίον: *ſigillum*, σιγίλλιον: *cucullus*, κουκούλλιον:

dem Dardanicam mantuelem unam. Penulam Illyricianam unam. Bardocucullum unum. [1] *Cucutia villosa duo. Ora-*

& similia. sic *mantum*, *μαντίον*. Gloss. *paludamentum*, *χλαμὺς*, *μαντίον*. ita enim scribendum. Chronicon Alexandrinum: *οἱ μὲν περόνας, οἱ δὲ φίβλας καὶ μαντία ἐποιήσαντο αὐτοῖς πορφυρέα ἢ ῥουσαῖα βάπτοντες τὰ ἀπὸ βοτανῶν, καὶ ἐφόρουν διὰ τὸ γινώσκεσθαι τοῦ ἰδίου πλήθους*. ubi interpres suaviter nugatur dum vertit: *alii fibulas aureas & idola sibi purpurea*. *τὰ μαντία* scilicet accepit pro idolis. at *μαντία*, ibi, vel ut potius scribendum autumo, *μαντία*, sunt pallia, vel chlamydes. *ὁ μαντείας* apud Hesychium scriptum est pro *μαντύας*. nam *μανδύας*, & *μαντύας* scribebatur. *μανδύας*, *εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν ἢ μαντείας*. *μαντείας* pro *μαντύας*, ut *χειμεία* pro *χυμεία*: *μείωψ* pro *μύωψ*: *μείουρος* pro *μύουρος*. vocem vestemque Persicam esse vult Hesychius: Pollux ex Æschylo Liburnicam, cujus verba ita sunt legenda: *Βαβυλωνίων ἐστὶν ὁ κανδύτακης. ἡ δὲ μανδύη ὅμοιον ἐστὶ τι τῷ λεγομένῳ φαινόλη. τίνων δὲ ἐστὶν ὡς μὴ περιεχώμεθα. Κρήσσαις ἢ Πέρσαις Αἰσχύλος*,

Ἔρη Λιβυρνικῆς μίμημα μανδύης χιτών.

CASAUBONUS.

1 *Cucutia villosa duo.*] Cucullorum species videtur esse. nisi malis cucurnia intelligere, de quibus imperatores in Codice, Nulli licere in frenis equestribus sel.

GRUTERUS.

1 *Cucutia villosa.*] Non abit à litteris Meursius noster, cui placet *cuculia*. cujus videantur Glossaria.

SALMASIUS.

1 *Cucutia villosa duo.*] Exhibuerunt negotium doctis viris ista cucutia, nec mirum. quis enim illorum meminit? movet me tamen constans librorum scriptura ut nihil mutandum censeam. *cucutia*, vel *cocutia* scriptum esse puto pro *concutia*. sic *cusuere* dicebant vulgo, & scribebant pro *consuere*. Glossæ: *cusuo*, *ῥάπτω*. *cusuit*, *ῥάπτει*. Isidorus in Glossis: *cusire*, *consuere*. sic *faba fresa* pro *frensa*. *tusus* pro *tonsus*. *impesa* pro *impensa*. quomodo fere scriptum reperi in vetustissimo libro excerptorum Apicii à Vinidario viro inlustri. cucutia igitur sunt concutia. *concutium* autem à concutio. ut *confugium* à confugio: *perfugium* à perfugio: *obsidium* ab obsideo: *æstimium* ab æstimo: & ejusdem generis pæne infinita. concutia & concutes vestes sunt quas Græci *κρουστὰς καὶ σπαθητὰς* vocant. & *πυκνοστήμους*, pavidenses scilicet, & bene condensatas. nam concutere est *κρούειν*, vel *σπαθᾷν*. unde *concus concutis* radius erat, vel pecten, quo vestes percutiebantur. Glossæ: *concus*, *κερκίσμα*. ita enim scribendum. *κερκίσμα* est radius textorius. *concutere*, *κερκίζειν*. *decutere* etiam dicebant pro eodem. Glossæ: *decutit*, *κερκίζει*. *percutere*, Juvenali:

Et bene percussas textoris pectine Galli.

bene percussæ vestes, *concutes* & *concutia* dicebantur, & *cucutia*. sic à decutio *decutes toga*. Festi abbreviator *decutes togas* exponit detritas. Græci quoque *συγκρουστὰ ἱμάτια* interpretantur (*ὧν ἡ κροκὺς ἀνατέτριπται*), quorum detriti sunt flocci: sed hæc fusius alibi explicabimus. *crustæ vestes* in Codice Theod. sunt *κρουστοί*. nam Græco nomine sic eas Latinos appellasse scribit imperator leg. XI. de scenicis: *his quoque vestibus noverint abstinendum, quas Græco nomine Latini crustas vocant, in quibus aliò admixtus colori puri rubor muricis inardescit.* sic enim legimus ubi vulgo corruptissime excusum habetur:

[1] *Oraria Saraptena quatuor.* [2] *Aureos Valerianos* CL. *Trientes Saloninianos* CCC. Habuit & senatus judicia, 18
prius-

betur: *quæ Græco nomine à Latino crustas vocant.* in crustis autem illis, quas ita vocabant à densitate texturæ, quod bene scilicet essent percussæ, stamen erat coloris cujuslibet; trama vero sive subtemen quod pectine solidatur, & cum stamine connectitur, purpureo colore tinctum. vestes autem illæ in quibus stamen subtexebatur conchylio tinctum, & ejusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrebant, eæ dicebantur *holovera*, de quibus supra diximus. *crustæ* igitur vestes sunt κρουστοί. nam σπαθᾶν & κερκίζειν & κρούειν τὴν κρόκην idem. Græci: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ὑφαινομένων ἱματίων σπαθᾶν τὸ ἄγαν κρούειν τὴν κρόκην. Hesychius: σπαθατὸν· τὸ ὀρθὸν ὕφος σπάθῃ κεκρουσμένον ἢ κτενί. idem: σπάθημα, πύκνωμα ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη. multicia etiam inde nomen invenisse docemus infra. *multicium* enim ad verbum est πολυσπάθητον. concutere & percutere & decutere Latinis in textura vestium idem quod Græcis κρούειν καὶ κατακρούειν. hinc concutia, vel cucutia, sunt πολύκρουστα καὶ πολυσπάθητα ἱμάτια, τὰ πυκνόστημα, quæ opponuntur τοῖς ἀραιοστήμοις. sic pavidenses Latinis quæ malidensibus & levidensibus opponuntur. nemini jam dubium relinquitur, quin *cucutia* heic in sede sua manere debeant, quæ aut sunt id quod diximus, aut nihil sunt. at *cucurnia*, & *cucullia* quæ bene heic reponi posse censebant eruditissimi viri, longe melius ejici & expungi putarem, si forte ea hoc loco posita invenissem. nam *cucullia* pro *cucullis* Latinum non est. *cucurnia* in Codice, tit. nulli licere in frænis equestrib. sel. corrupta sunt pro *curcuma*. *curcumum* autem genus fræni, quod inter vestes locum tenere non potest.

1 *Oraria sarabadena.*] Unde sarabadena oraria nomen invenerint, video dubitari. Palatinus una littera minus legit, *sarabdena*. non dubito, quin *Sarabdena*, sint *Saraptena*, à Sarapris urbe Phœnices, cujus ἐθνικὸν Σαρεπτῖνος, & Σαρεπτηνός. Sareptam vocat Corippus lib. III.

— *Et dulcia Bacchi*
Munera quæ Sarepta ferax, quæ Gaza crearat.

Sarepthba autem dicitur Arculpho de locis sanctis. inde Σαρεφθῖνος οἶνος, & Σερεφθῖνος Alexandro Tralliano. de orariis erit infra dicendi locus.

2 *Aureos Valerianos.*] Aurei Valeriani à Valeriano Imperatore. sed propterea scribi nolim, *Valerianeos*, aut *Valerianinos*. observavi enim his nominibus quæ formam παραγωγικὴν habent, etiam usos esse veteres, ἀντὶ τῶν παραγώγων. sic *Valeriani aurei* hoc loco. sic *sodales Antoninos*, & *mensem Antoninum* supra habuimus. sic *Maximinos milites* Capitolinus in Maximinis dixit. sic *Codex Justinianus* pro Justinianeo. & alia quæ suo marte quivis legendo poterit observare.

CASAUBONUS.

1 *Oraria Sarabadena quatuor.*] De orariis ad sequentem vitam. Sarabadena unde potuerint nomen invenire nescio: & verius sit fortasse *Sarabrena*. ut Hispaniensia fuisse intelligamus, ex ea urbe Tarraconensis provinciæ, quæ Sarabris dicitur Ptolemæo. Sic apud Catullum, *sudaria Setaba*, ex eadem Hispania.

2 *Aureos Valerianos* CL.] A Valeriano imperatore nuncupatos nemo dubitat. quare scribendum, *Valerianeos*, aut *Valerianinos*.

GRUTERUS.

1 *Oraria Sarabadena.*] Pal. *sarabdena*.

1 *Cum*

priusquam ad imperium perveniret, ingentia. Nam quum esset nuntiatum illum [1] cum Macriano fortiter contra gentes in Illyrico dimicasse, acclamavit senatus, [2] *Claudi dux fortißime habeas* [3] *virtutibus tuis, devotioni tuæ. Claudio statuam omnes dicamus. Claudium consulem omnes cupimus.* [4] *Qui amat rempublicam, sic agit: qui amat principes, sic agit. Antiqui milites sic egerunt. Felicem te Claudi judicio principum,* [5] *felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.* [6] *Vivas Valerie, ame-*

CASAUBONUS.

1 *Cum Macriano f.*] Legendum esse *Martiano* antea probavimus, ad lib. de Gallienis.

2 *Claudi dux fortißime habeas.*] Χαίροις ἄν, id est χαῖρε. *have* pro ave scribebant, ut docuit pridem Cujacius.

3 *Virtutibus tuis, devotioni tuæ.*] Supple, bene sit. vide ad Avidium Cassium. *devotio* est καθοσίωσις erga rempubl. & devotus multis locis horum librorum, pro eo quod apud Dionem atque Herodianum, καθωσιωμένος.

4 *Qui amat Remp. sic agit.*] In Maximo & Balbino: *sapienter electi principes sic agunt.*

5 *Felicem te Claudi judicio principum: felicem te virtutibus tuis.*] In Valeriano: *Felicem te Valeriane senatus sententia: imo animis atque pectoribus.*

6 *Vivas Valerie, ameris à principe.*] Latinitas postulat, *Valeri, & am. Valerius.* si mendo careret hæc lectio, fausta precantium vox est, ut Καλλίνικε in solenni acclamatione Græcorum, Τήνελλα Καλλίνικε χαῖρε. sed puto legendum aliter. scribo, *Vivas, valeas, & ameris à pr.* vel *Aureli* pro *Valeri.* nam Claudio nomen fuit Aurelio non Valerio.

GRUTERUS.

6 *Vivas, Valerie, ameris à Principe.*] Pal. *Vicias Valeriæ ameris.*

SALMASIUS.

5 *Felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.*] Distingue, *Felicem te Claudi, judicio principum. felicem te virtutibus tuis, consulem te, te præfectum.* subaudi *optamus*, vel *cupimus.*

6 *Vivas Valerie, ameris à principe.*] Palatinus, *vicias.* forte, *vincas.* sed *vivas* non mutamus: utrumque enim acclamari solitum principibus. ut in his Dionis; quæ quia corruptissima sunt, lubet ascribere, ut emendentur: πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων, ὀλυμπιονῖκα οὐᾶ, πυθιονῖκα οὐᾶ. Αὔγουστε, Αὔγουστε. Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ. Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι. εἷς εἷς περιοδονίκης, εἷς ἐπ' αἰῶνος. Αὔγουστε, Αὔγουστε. hæc postrema mendosissima sunt: quæ sic emendamus, ζώσῃς, περιοδονικήσῃς ἐπ' αἰῶνας. hoc est, *vivas, omnia in orbem certamina vincas, in sæcula.* posset etiam, ζήσεις, περιοδονικήσεις. *vives, vinces in sæcula.* sic idem in Commodo: νικᾷς, νικήσεις ἐπ' αἰῶνας. ἀμαζόνιε νικᾷς. utrobique perperam legitur, ἐπ' αἰῶνος· quod vertunt, *ex æterno tempore.* quid ineptius? vota in futurum concipiuntur, non in præteritum. deinde quis potest dici, aut vicisse, aut vixisse ex æterno? hæc communi sensu prorsus carent. usitata autem & sollemnis formula acclamandi, εἰς αἰῶνας, vel ἐπ' αἰῶνας, principibus quibus æternitatem populus optabat Tertullianus de spectaculis: *quale est enim de Ecclesia Dei in diaboli Ecclesiam tendere? de cælo, quod ajunt, in*

canum?

ameris à principe. Longum eſt tam multa quam meruit vir ille perſcribere: unum tamen tacere non debeo, quod illum & ſenatus & populus, ante imperium & in imperio & poſt imperium ſic dilexit, ut ſatis conſtet,

canon? illas manus quas ad Deum extuleris, poſtmodo laudando hiſtrionem fatigare? ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere? εἰς αἰῶνας *alii omnino dicere niſi Deo Chriſto?* Operæpretium eſt etiam ſcire, quandoquidem heic ſumus, quomodo verterint in illis ſuperioribus verbis Dionis, iſta: ὀλυμπιονῖκα οὐᾶ. πυθιονῖκα οὐᾶ. nimirum ſic: *O lympionica oua. Pythionica oua.* quam interpretation. ſequutus eſt ille qui ad Amphitheatrum ſcripſit. mirum eos gloſſulam non appoſuiſſe, quæ nos doceret, quid eſſet iſtud, *oua*. ſed, ut ſemel finiam, οὐᾶ ibi eſt admirantis vocula, quam Latini *vah* dicunt, & eſt mere Latina. quam & Græci uſurparunt in illis acclamationibus, vel etiam ſcriptores Græci, qui ipſiſſima verba illarum adclamationum referebant, cum cætera Græce expreſſiſſent, eam ex Latino retinuerant. ſed verius eſt, illos eam quoque uſurpaſſe. Arrianus lib. III. cap. XXIII. συνελθεῖν ἄνθρωποι. καὶ τί σοι ἀγαθόν ἐστιν; ἀλλ' ἐπαίνεσόν με. τί λέγεις τὸ ἐπαινέσαι; εἰπέ μοι οὐᾶ καὶ θαυμαστῶς. quod οὐᾶ non melius ibi accepit doctiſſimus interpres. non tamen tam inepte fecit, quam Dionis interpres, ſed *ohe* reddidit. οὐᾶ igitur inter laudantium admirantiumque voces, & οὐᾶ, θαυμαστῶς, σοφῶς, εὖ, ὑπέρευ, & ſimiles. Latinum plane eſt *vah*, quod frequens occurrit apud Comicos.

Vah qualem me putas eſſe.

&,

Tum Syrum illum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis?

οὐᾶ, *vah*: ut Οὐεσπασιανὸς, Veſpaſianus. Οὐενετία, Venetia. Ὀκτάβιον, Octavium. ſic enim veteres, Euſtathio teſte, quod recentiores, Βεσπασιανὸν, Βενετίαν, Ὀκτάβιον ſcripſere & pronuntiavere. hæc extra rem quidem, ſed non abs re dicta ſunto.

6 *Vivas Valerie, ameris à Principe.*] *Valerie* pro *Valeri*. niſi quis putet legendum: *Vivas Valeri, & ameris à principe.* quod non puto. Valerius autem heic unum eſt ex nominibus Claudii, quem Flavium Valerium Claudium fuiſſe appellatum docuimus ante; ne cum viro doctiſſimo fauſtam precantium vocem eſſe putemus, ut in ſolemni Græcorum adclamatione καλλίνικε: quod prorſus caret ratione. de mendo ſuſpicari non poſſumus. in tanto conſenſu librorum. omnes igitur illi principes qui obſcuro genere nati, ad imperii uſque faſtigium conſcenderunt, nihil prius potiuſque videntur habuiſſe, quam ut ſumerent prænomina, cognominaque Romana: qua ratione plerumque in familias antiquas & nobiles ſeſe infulciebant, & originem patritiam ementiebantur. ſic de Macrino Spartianus ſcripſit, eum in Severi nomen & familiam invaſiſſe. ſic Maximinus barbarus & humili loco ortus, *C. Julius Maximinus*, in nummis appellatur. & hic Claudius, *Flavius Valerius Claudius*. ita Carus, *M. Aurelius Carus*. Diocletianus, qui ſervus fuit & Diocles vocabatur, poſtquam imperator factus eſt, tria quoque nomina aſſumpſit, more nobilium Romanorum, & M. Valerius Diocletianus appellari cœptus eſt. quid cæteros memorem, qui plures ſunt? cum id omnes conſtet facere, *qui humiliori loco orti plerumque natale ſolum confingunt, ut dent poſteritati de locorum ſplendore fulgorem*, ut ſcribit Vopiſcus in Aureliano.

I FLAVII

stet, neque Trajanum, neque Antoninos, neque quemquam alium principem sic amatum.

[1] FLAVII VOPISCI SYRACUSII
DIVUS AURELIANUS.

1 [2] HILARIBUS, quibus [3] omnia festa & fieri debere scimus & dici, impletis solennibus, [4] vehiculo suo

CASAUBONUS.

1 FLAVII VOPISCI.] Tandem è salebrosis & præruptis locis emersimus: sic jure appellaverim plerosque præcedentium auctorum libros, si cum sequentibus Vopisci comparentur. in illorum plerisque omnia perturbata, indigesta, confusa, mera denique mapalia: hic temporum rerumque series diligentius & constantius servata. nihil admodum alieno loco positum, omnia fere ἄτακτα, καὶ ἀσυγκρινόμενα; sive ea fuit auctoris major diligentia, sive scriptorum ejus felicitas; quæ correctorum manus minus iniquas sint experti. nam alienâ culpâ, non auctorum, multa in superioribus legi hodie perperam digesta satis ante probavimus. Magna igitur gratia istis librorum tortoribus: qui ab hoc saltem auctore sibi temperarunt. Porro VOPISCVS olim prænomen erat, quo usi multi in Julia præsertim gente: hic est cognomen: & ita in antiquissimis Reipublicæ Fastis sæpe, mox à pulsis regibus. patriam Vopisci vox adjecta indicat, *Syracusius*. Fuit hic quoque scriptor cæteris hujus corporis σύγχρονος: vixit enim imperantibus Diocletiano & Maximiano. Cepit hanc historiam scribere post annum imperii illorum Augustorum octavum, qui habuit Coss. Tiberianum II. & Dionem Cassium. nam in horum consulatum incidere urbis præfecturam Tiberiani, de quo meminit Vopiscus in præfatione operis, constat è Fastorum fragmento quod Cuspinianus publicavit. Sed non statim operi se accinxit: nam cum hanc vitam scribebat, jam factus erat Cæsar Constantius, quem Vopiscus etiam imperatorem appellat. Ex fine Probi apparet singulos libros separatim & scriptos & editos. Librum de Caro, Numeriano & Carino composuit quo tempore Maximianus Cæsar in Oriente bellum contra Persas gerebat. Avum habuit Diocletiano magna familiaritate junctum, & in militia diu versatum, ut ex variis locis horum librorum apparet. religione fuit paganus Vopiscus, ut omnes cæteri. Videtur autem cum separatim suos libros ederet, variis amicis eos nuncupasse. Probi vita ad Celsum missa: liber qui quadrigam tyrannorum continet, ad Bassum. cæteri ad alios quos sæpe auctor affatur, sed hodie desiderantur eorum nomina, quæ auctor sine dubio in singulorum librorum fronte prænotaverat. Errant qui Julio Capitolino hunc librum tribuunt, ut Robertus Bononiensis.

2 HILARIBUS.] Matris deûm. plura de his ad Lampridii Alexandrum Severum.

4 *Vehiculo suo me & judiciali carpento.*] Ἐν δίφρῳ δυοῖν. nam carpentum non aliud est quam vehiculum. judices, id est magistratus honoratioribus vehiculis usos ex his scriptoribus, aliisque, & maxime ex libris juris notum est.

2 *Hila-*

SALMASIUS.

3 *Hilaribus quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici.*] *Hilaria* matris Deum heic intelligenda sunt. male enim dubitavit vir eruditissimus in notis ad Alexandrum Severum, utrum γενικῶς an ἰδικῶς hoc loco *Hilaria* accipi deberent. Latini nusquam *Hilaria* γενικῶς usurparunt, nec ita appellarunt omnem diem sive privata, sive publica festivitate sollemnem, sed eum solum peculiari appellatione sic nominarunt, qui matri Deum & Attini sacer erat, quo finita catabasi & simulatione luctus peracta τὴν ἀνεῶσιν & lætitiæ exordium celebrabant. hinc illum diem *Hilaria* vocaverunt. multa enim per illam solemnitatem jocosa fiebant ac dicebantur. hoc est quod heic ait Vopiscus, *Hilaribus quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici.* nam passim omnibus, quomodocunque vellent, ludendi jocandique licentia permissa, quas cuique libitum erat personas induebant, atque ita per urbem incedebant. Herodianus lib. I. ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους, ὡρισμένης ἡμέρας μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι καὶ πάντα ὅσα παρ' ἑκάστοις πλούτου σύμβολα κειμήλιά τε βασιλέων ὕλης τε καὶ τέχνης θαυμάσια τῆς θεῶν προπομπεύει. ἄντός τε πᾶσι δίδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς. ἕκαστός τε ὃ βούλεται σχῆμα ὑποκρίνεται. Græci ἱλαρείας & χαρμοσύνων quemlibet diem festum vocant, Latini vero *hilaria* de festo tantum matris Deum dicunt.

3 *Omnia festa & fieri debere scimus & dici.*] Hoc est quod dixit Herodianus: ἄντός τε πᾶσι δίδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς. repeto doctissimum virum in superioribus *festa verba* censuisse mutanda in *fausta* apud Capitolinum. perperam. *festa verba* sunt quæ diem festum decent, bona scilicet verba, & fausta, & boni ominis. sic hoc loco festa dicere & facere. ubi festa dicta factave sunt jocosa & festiva, & qualia festo hilarique die dici fierique conveniat. sic *festos homines* jocosos & hilares dicebant. quos Græci καλημέρους, Latini *festos*, & *festi diei homines* appellabant. Donatus ad illud Terentii, *ô festus dies hominis*, pro, *homo festi diei. sic dicitur etiam scelus homo. Ennius, ô pietas animi.* καλὰς enim ἡμέρας Græci festos dies vocant, ut Latini *bonos dies*: nam bonus dies, pro festo. nunquam enim Saturnalia, Liberalia, Hilaria, & ejusmodi alios dies festos nominabant veteres, quin adderent, bonum diem. ut, *Saturnalibus bono die: Liberalibus bono die: Hilaribus bono die.* Plautus in Pœnulo:

— tum tu igitur die bono Aphrodisiis
Addice tuam mihi meretricem minusculam.

item alibi, *Aphrodisiis bono die.* Catullus:

Saturnalibus, optimo dierum.

hinc καλήμερος Græcis homo festus, & festi diei, qui libenter genio indulget, & sibi amicisque morem gerit, festivus & hilaris. in Græco epigrammate:

ὁ προσβλέπων σε γίνεται καλήμερος.

reliqua non memini. contra μισοκαλήμεροι dicebantur homines odiosi morosique, qui nec sibi nec aliis bene facerent, tristes & severi, geniique sui defraudatores: & hanc vocem nos restituimus apud Donatum doctissimum Terentii enarratorem in Adelphis ad illud, *Scilicet ita tempus fert, faciendum est: vide, inquit, si non hoc fit, quod Græci μισοκαλήμερον vocant. nam, scilicet, ita tempus fert, & faciundum, dicendo, ostendit se magis cogi necessitatibus, ut paulo sit tranquillior. & cum tanta difficultate promittit, tanquam mala subiturus sit: atque adeo majorem partem disputat, necessario velit nolit hoc faciundum esse ut sit lætior.* & paulo post: *Faciundum est. satis mire: tanquam necessitate cogatur ad gaudendum agrestis senex, & μισοκαλήμερος.* ex quibus eruditi Grammatici verbis apparet quo sensu Græci hominem καλήμερον & μισοκαλήμερον appellent. hos autem homines & omnis lætitiæ, & dierum festorum

ſuo me & judiciali carpento præfectus urbis vir illuſtris ac præfata reverentia nominandus, Junius Tiberianus accepit. Ibi quum animus à cauſis atque à negotiis publicis ſolutus ac liber vacaret, ſermonem multum [1] à Palatio uſque ad hortos Valerianos inſtituit: [2] & in ipſo præcipue de vita principum. Quumque ad templum Solis veniſſemus, ab Aureliano principe conſecratum, quod ipſe nonnihilum ex ejus origine ſanguinem duceret, quæſivit à me quis vitam ejus in literas retuliſſet. Cui ego quum reſpondiſſem, neminem à me Latinorum, Græcorum aliquos lectitatos, dolorem gemitus ſui vir ſanctus per hæc verba profudit: *Ergò Therſitem, Sinonem, cæteraque illa prodigia vetuſtatis, & nos bene ſcimus, & poſteri frequentabunt: divum Aure-*

rum oſores Græci ἀποφράδας etiam dicunt, à diebus malis & infauſtis, quæ iiſdem dicuntur ἀποφράδες. Ælianus in epiſtolis de homine illi Terentiano Demeæ perquam ſimili: σὺ τῶν ἀποφράδων διαφέρεις οὐδὲν, οὕτως ἄγριος καὶ πονηρὸς τὸν τρόπον. vide locum, & epiſtolam totam lege.

4 *Vehiculo ſuo me, & judiciali carpento.*] *Vehiculum* nomen eſt generale, *carpentum* ſpecies vehiculi. vehiculum igitur carpentarium, & vehiculum rhedarium pro carpento & rheda. Trebellius in Zenobia: *uſa vehiculo carpentario, raro pilento.* ſic vehicularium rhedarium dixit Capitolinus, artificem, qui vehicula rhedaria conficit. quo loco nihil mutandum eſt. ſic non ſatis habuit vehiculum dicere hoc loco Vopiſcus, carpentum addidit. ſic plane leg unica Cod. de honorat. vehiculis. *omnes honorati ſeu civilium ſeu militarium dignitatum vehiculis dignitatis ſuæ, hoc eſt carrucis intra urbem utantur.* quominus mirandum, ſic eſſe locutum Vopiſcum, nec eſt figura ἓν διὰ δυοῖν. carpentum igitur honoratorum vehiculum. quod anſam præbuit Iſidoro, talem illius vocis originationem comminiſcendi: *carpentum vehiculi genus eſt, quaſi carrum pompaticum.* ita enim ex vetere libro emendamus.

GRUTERUS.

1 *A Palatio uſque ad hortos Valerianos inſtituit.*] Pal. *Varianos.*

SALMASIUS.

1 *A Palatio uſque ad hortos Valerianos.*] Hortos Valerianos nullos Romæ novi. nec alium ſcio, cui ſint noti. Varianos hortos pro Valerianis heic agnoſcit Palatinus: qui etſi non magis mihi ſint cogniti, quam illi Valeriani, veriorem tamen eam ſcripturam exiſtimo, ut Variani horti nomen acceperint à Vario Heliogabalo. de quibus tamen nihil legi. ſic *Thermæ Varianæ* in veteri inſcriptione, ab illo Vario.

2 *Et in ipſo præcipue de vita Principum.*] Quid *in ipſo*? an ſermone? ita eſt. legendum igitur: *& in eo præcipue de vita Principum.* ſic vet. ed. & Palat. melius tamen ſic diceret: *multum ſermonem à Palatio uſque ad hortos Varianos inſtituit, & eum præcipue de vita Principum.*

1 *Ephe-*

Aurelianum, clarissimum principem, severissimum imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis est restitutus, posteri nescient? Deus avertat hanc amentiam. Et tamen, si bene novi, [1] *ephemeridas illius viri scriptas habemus, etiam bella charactere historico digesta, quæ velim accipias, & per ordinem scribas, additis quæ ad vitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis, in quibus ipse quotidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condisces.* [2]*Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur. Tu velim Aurelianum ita ut est, quatenus potes, in literas mittas.* [3] Parui ipse quidem præceptis: accepi libros Græcos, & omnia mihi necessaria in manum

CASAUBONUS.

1 *Ephemeridas illius viri scriptas habemus.*] Variorum principum ephemerides laudantur antiquis scriptoribus, ut ad librum secundum Suetonii alias notavimus: quorundam in his libris, ut Aureliani hic: Gallieni supra à Trebellio Pollione, quæ à Palfurio Sura fuerant scriptæ. Probi Ephemeridem composuerat Turdulus Gallicanus.

2 *Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur.*] Vide initio Probi, ubi libros recenset Vopiscus quibus in scribendis hisce vitis fuit adjutus. De libris linteis habes multa apud Livium: sed lege imprimis epistolam XXXIV. libri quarti epistolarum Symmachi. librorum æris & linteorum meminit Hygenus de limitibus agrorum.

SALMASIUS.

3 *Parui ipse quidem præceptis.*] De sinceritate hujus lectionis ut dubitem, facit varietas scripturæ, quæ in vet. editione, & Pal. reperitur: nam hic quidem habet: *parrumi piane præceptis.* illa vero: *parum ipse qui me præceptis.* forte scribendum: *parui Valeriani præceptis. accepi libros Græcos, &c.* Sed propius esset ad scripturam veterem si legeretur: *parui, mi Piane, præceptis.* Pianus & Piatius nomina Romana, à Pius deducta. Pianus igitur amici nomen cui hunc librum dedicavit Vopiscus. & sane ad amicum quendam scripsisse hunc librum potest etiam ex eo probari, quod ad finem hujus vitæ scribitur: *& quæritur quidem quæ res malos principes faciat. jam primum, mi amice, licentia: deinde rerum copia.* ita enim ibi legendum ex veteri libro, ad locum docebimus. sic in libro vitæ Probi, Celsum quemdam, sive Celsinum alloquitur: *quorsum hæc pertineant mi Celsine fortassis requiris.* quæ omnia satis sunt confirmandæ conjecturæ nostræ. emendandus etiam in re simili Frontinus de re agraria: *at postquam primum hosticam terram intravimus, statim, Celse, Cæsaris nostri opera mensurarum ratione exercere cœpi.* vulgo legitur: *statim celsi Cæsaru nostri.* nec defuerunt emendatores, quorum alii, *cœlestis Cæsaris nostri:* alii *cœlestia Cæsaris nostri opera.* omnes frustra fuere. ad Celsum enim liber ille Frontini scriptus est: qui & sic incipit: *Notum est omnibus, Celse, penes te studiorum nostrorum manere summam.*

GRUTERUS.

3 *Parui ipse quidem præceptis.*] Pro istis monstra verborum in Pal. nempe: *Parum ipiane præceptis.*

1 Meum

num ſumpſi: ex quibus & quæ digna erant memoratu, in unum libellum contuli. Tu velim [1] meum munus boni conſulas. Et ſi hoc contentus non fueris, lectites Græcos, linteos etiam libros requiras, quos Ulpia
2 tibi bibliotheca, quum volueris, miniſtrabit. [2] Et quoniam ſermo nobis de Trebellio Pollione, qui à duobus Philippis uſque ad divum Claudium, & ejus fratrem Quintillum, imperatores tam claros quam obſcuros memoriæ prodidit, in eodem vehiculo fuit, aſſerente Tiberiano quod Pollio multa incurioſe, multa breviter prodidiſſet: me contra dicente, neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum: prodente quinetiam in quo Livius, in quo Saluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus convincerentur: pedibus in ſententiam tranſitum faciens, [3] ac manum porrigens jucun-

1 *Meum munus boni conſulas.*] Pal. *meo munere.*

CASAUBONUS.

3 *Ac manum porrigens jucundam præterea.*] Suſpicabar hæc eſſe depravata. quid eſt enim *manus jucunda*? regius habet, *ad manum*: & pro *jucundam* legitur *judicandam*. nihil inde boni eliclo. malebam autem diſtinctione mutata ſcribere, *Propterea ſcribe, inquit, ut libet*. ſed vulgatam lectionem ita poſſumus interpretari: Adeo mihi aſſenſus eſt, ut non ſolum pedibus in meam ſententiam iret; ſed etiam manus porrigeret cum hilariore, & renidente vultu. tranſlatum è curia; ubi variis modis aſſenſus præbebatur. infra hoc libro: *deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt S. C.* quia igitur duos diverſos aſſentiendi modos jungit, ideo ait *præterea*.

SALMASIUS.

2 *Et quoniam ſermo nobis de Trebellio Pollione.*] *Trebium Pollionem* nominant noſtræ membranæ. nuſquam ſane Trebellii Pollionis mentio in illis membranis, niſi hoc loco. nam ſuperiores omnes libri non Pollioni, ſed Capitolino legebantur attributi. cujus rei rationem ante attulimus. *Trevellium* vetus editio ubique ſcribit: quam ſcripturam ut minus probem efficiunt antiqui lapides in quibus *Trebellius* ſemper inciſum habetur. *Trebius* etiam nomen Romanum: & tam *Trebius* quam *Trebellius*, poteſt heic legi.

3 *Ac manum porrigens jucundam præterea.*] Et hic locus unus eſt de corruptiſſimis, in quo emendando nos parum adjuvant libri. auxilium igitur petendum à conjecturis. quarum hæc meo judicio valde probabilis: *pedibus in ſententiam tranſitum faciens ac manum porrigens, jocando præterea: ſcribe, inquit, ut libet, ſecurus quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos eloquentiæ miramur auctores.* locum integrum attulimus, ut magis de ſenſu conſtaret, & ſic conjecturæ noſtræ bonitas clarius eluceret. aſſerente Vopiſco,

jucundam præterea, [1] *Scribe* (inquit) *ut libet: ſecurus,*
quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos hi-
ſtoricæ eloquentiæ miramur autores. [2] Ac ne multa & 3
[3] frivola proœmiis odioſis intexam, divus Aurelianus,
ortus, ut plures loquuntur, Sirmii, familia obſcuriore;
ut nonnulli, Dacia Ripenſi. Ego autem legiſſe me
memini auctorem qui eum Mœſi genitum prædicaret.
Et evenit quidem ut de eorum virorum genitali ſolo
neſciatur [4] qui humiliori loco nati [5] plerique ſolum ge-
nitale confingunt, ut dent poſteritati de locorum
ſplendore fulgorem. [6] Nec tamen magnorum princi-
pum

piſco, neminem ſcriptorum, qui quidem hiſtorica ſcripſerunt, non eſſe aliquid mentirum, in ejus ſententiam Tiberianus deſcendit, & manum porrigit: Jocans præterea addit: ſcribe Vopiſce ut libet: ſecure id potes facere, ut mendaciorum ſocios habiturus, qui magna eloquentiæ laude olim hiſtorias ſcripſere. quo in numero ſunt hiſtoricorum principes, Salluſtius, Livius, Trogus, & cæteri. Omnino igitur ſcribendum: *jocans præterea*; aut *jocando*. nam jocus Valeriani in eo eſt, quod Vopiſco permittit in hiſtoria mentiri, quum id gravium auctorum exemplo poſſit facere. veteres autem manum in aſſenſu porrexiſſe notius eſt quam ut debeat pluribus indicari. utrumque heic conjunxit; pedibus in ſententiam ire, & manum porrigere.

1 *Scribe, inquit, ut libet: ſecurus, quod velis, dicas.*] Melior ſcriptæ lectio; *ſcribe (inquit) ut libet. ſecurus quod velis, dices, habiturus mendaciorum comites, &c.*

2 *Ac ne multa & frivola proœmiis odioſis intexam.*] Vetus liber: *proœmiis odioſum intexam.* non male.

GRVTERVS.

3 *Frivola proœmiis odioſis.*] Pal. *idioſus.*

4 *Qui humiliori loco nati, plerumque ſolum.*] Palat. *qui hum. loco & ipſi plerumque ſolum.*

6 *Nec tamen magnorum principum virtutibus, &c.*] Sic & Palat. niſi quod is à principio habuerit, *ne*, item præferat *viribus*.

CASAUBONUS.

5 *Plerique ſolum genitale confingunt.*] Scribe, *plerumque*, ut in veteribus.

6 *Nec tamen magnorum virorum virtutibus ſumma ſciendi eſt.*] Scribendum, *de magnorum virorum virtutibus*. elegans locutio, *ſumma ſciendi de virtutibus magnorum virorum*. id eſt, τὸ κεφάλαιον τῆς ἱστορουμένων ἀρετῆς πλὴν τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν.

SALMASIUS.

4 *Qui humiliori loco nati plerique ſolum genitale confingunt.*] Et heic probo ſcriptam lectionem Palatini: *& evenit quidem ut de eorum virorum genitali ſolo neſciatur, qui humiliori loco, & ipſi plerumque ſolum genitale confingunt, ut dent poſteritati de locorum ſplendore fulgorem.* verbum *nati* apparet ab illis additum, qui non putarunt ſatis Latine dici, *aliquem eſſe humili loco*.

6 *Nec tamen magnorum Principum virtutibus ſumma ſciendi eſt.*] Cæcum eſſe oportet, qui hæc eſſe corrupta non videat. Vetus editio cum Palatino ſcribunt: *viribus*. ſcribe: *virtus. nec tamen magnorum principum virtus ſumma, ſciendi eſt, ubi quiſque ſit genitus.* mire tamen locutus eſt, cujus locu-

pum virtutibus summa sciendi est, ubi quisque sit genitus, sed qualis in repub. fuerit. An Platonem magis commendat quod Atheniensis fuerit, quam quod unicum sapientiæ munus illuxerit? An eo minores inveniuntur [1] Aristoteles Stagirita, Eleatesque Zenon, aut Anacharsis Scytha, quod in minimis nati sunt viculis, quum illos ad cœlum omnis philosophiæ virtus extu-
4 lerit? Atque ut ad ordinem redeam: Aurelianus modicis ortus parentibus, à prima ætate ingenio vivacissimus, viribus clarus, nullum unquam diem prætermisit, quanvis festum, quanvis vacantem, quo non se pilo & sagittis cæterisque armorum exerceret officiis. Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius, Græcorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem [2] templi Solis, in eo vico in quo habitabant parentes, fuisse dicit. Habuisse quinetiam nonnihilum divinationis, adeo ut aliquando marito suo jurgans ingesserit, quum ejus & stultitiam increparet & vilitatem, *En imperatoris patrem.* [3] Ex quo constat illam mulierem scisse fatalia. Idem dicit, auspicia imperii Aureliano hæc fuisse: Primum, [4] pueri ejus pelvem serpentem plerumque cinxis-

tionis hic sensus: non esse hanc principum summam virtutem, ut sciamus, ubi quisque sit genitus: vel. non esse hanc summam virtutem principum, non ignorari eorum solum genitale, cum illud magis intersit sciri, quid in rep. gesserint, aut quomodo animati ad eam gerendam accesserint. uno verbo ut dicam, voluit dicere heic Vopiscus: natalium splendore non debere æstimari summam principis virtutem, sed eorum in remp. animum, rerumque gestarum gloriam virtutemque solam. quam sententiam mire expressit.

1 *Aristoteles Stagirita, Eleatesque Zenon.*] Pal. *Aristoteles Stagirite, Scliatesque Zeno:* lege: *Aristoteles Stagirites, Eliatesque Zenon.*

3 *Ex quo constat illam mulierem scisse fatalia.*] *Scire fatalia*, & *dicere fatalia*, eorum est qui rerum futurarum habent scientiam, easque prædicunt. *fata dicere*, pro eodem dicebant veteres unde *fatidici*, quos vulgo *bonæ fortunæ loquutores* nuncupamus. observavi eos etiam Græcis τυχολόγους appellari. & τύχην λέγειν, id esse quod nos vulgo *bonam fortunam dicere* vocamus. Glossæ: *fatidici*, μοιρολόγοι, ὅτι τὴν τύχην λέγουσι καὶ μοῖραν. id est, *quod bonam fortunam dicunt & fatum.*

GRUTERUS.

2 *Templi Solis in vico.*] Palat. *templi Solis qui in vico.*

CASAUBONUS.

4 *Pueri ejus pelvem serpentem plerumque cinxisse.*] Simile omen imperii initio

cinxisse, neque unquam occidi potuisse. Postremo ipsam matrem quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit quod ex palliolo purpureo [1] quod Soli sui temporis imperator tulerat, [2] sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. Addit etiam illud, [3] quod [4] vinctum fasciolæ [5] Aurelianum

initio vitæ Severi. pelvis est πύελος sive alveus in quo recens natus infans lavabatur: cujus moris Plautus meminit & Galenus.

1 *Quod Soli sui temporis tulerat, f.*] Antea monebamus *ferre* passim in his scriptoribus esse idem atque auferre. si ita hic accipimus *tulerat*, erit sensus: imperatorem illorum temporum ademisse simulacro Solis palliolum illud purpureum, quod postea casu aliquo in potestatem matris Aureliani venerit. sed potest etiam accipi *tulerat* pro obtulerat. *sui temporis*, est ὁ τῦ καιροῦ. nam aliter scribendum non est, auctoribus libris nostris. Eruditus ille civis Romanus, qui emendat, *quod Solis sui templo imperator obtulerat*, ne refutationis quidem eget. nam auctor de iis loquitur quæ infanti Aureliano & recens in lucem edito acciderunt: at templum Soli consecratum ab eodem est jam imperatore, nec multo ante obitum.

GRUTERUS.

1 *Quod Soli sui temporis Imperator obtulerat.*] Subjeci oculis scripturam Pal. quia viderem hærere viros magnos in vulgato, *tulerat*.

4 *Vinctum fasciola Aurelianum.*] Pal. *fasceolum*. & à calamo recenti, *fasceolo*.

SALMASIUS.

1 *Quod soli sui temporis imperator tulerat.*] Scribe, *abtulerat*. ita enim antiquæ editiones.

2 *Sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur.*] *Crepundia* notum quid sint, & quid vocentur apud Latinos: monumenta scilicet quæ cum pueris expositis adponebantur, ut ex iis aliquando possent agnosci. Græci vocant γνωρίσματα. ea erant monilia, torques, annuli, crepitacilla, & aliæ id genus pueriles nugæ. sed quod non minus ex fasciis ipsis quibus involuti erant cum exponerentur, plerumque agnoscebantur, quam ex illis monumentis & crepundiis hinc factum ut fasciæ illæ ipsæ crepundia etiam dicerentur abusive. sic plane Græci σπάργανα ἀντὶ τῶν γνωρισμάτων usurparunt, cum σπάργανα apud illos proprie dicantur fasciolæ, quibus illigantur infantes. Hesychius: σπάργανα, δεσμοί, ῥάκη. at σπάργανα etiam sunt γνωρίσματα, vel crepundia. Donatus: *monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα.* crepundia igitur hoc loco sunt infantiles fasciolæ, quas mater fecisse perhibetur filio de pallio purpureo in frusta & pannos secto. crepundia etiam hoc sensu apud Plinium: *semestris loquutus est Crœsi filius in crepundiis. quo prodigio totum id concidit regnum. in crepundiis*, ἐν σπαργάνοις, in cunabulis. nam cunabula sunt σπάργανα. vide quæ infra notamus. sic crepundia apud Salvianum pro fasciolis: *propter hoc involvi se pannorum crepundiis voluit, quo cælum regebat in pannis.* ut heic de palliolo purpureo crepundia filio Aureliano fecisse mater perhibetur, sic Albinus purpurea matris illigatus est fascia. vide infra.

3 *Quod vinctum fasciola Aurelianum aquila de cunis levaverit.*] Palatinus: *quod vinctum fasciolum Aurelianum.* & supra correctum, *fasciolo*, eadem, aut sane vetusta non minus manu. sed an *fasciolum*, pro *fasciola* rectum sit, meri-

to addubites. fortean fuerit: *quod vinctum fasciolis Aurelianum.* fasciolæ sunt quibus infantes involvuntur, quæ Græce σπάργανα, Latine *cunabula* & *incunabula.* Glossæ: σπάργανα, *cunabula.* Hesychius: σπάργανα, δεσμοί, ῥάκη. Latini etiam *pannos infantiæ* dicunt. cunabula igitur & incunabula à cunis distingui debent. *cunæ* lectuli sunt illi mobiles in quibus pueri cubant. *cunabula*, vel *incunabula* vincula sunt, vel fasciæ quibus colligantur infantes in cunis positi. aperte Plautus distinguit in Truculento:

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis.

& in Amphitryone:

Nemo eum colligare quivit incunabulis.

Incertus auctor, de Orthographia: *Cunabula sunt panni infantiæ: sed Joannes Constantinopolitanus Episcopus scribit Lazarum in monumento cunabulis involutum.* ubi vides in contrarium plane usum versa cunabula, & involvendis mortuis usurpata. cunabula enim vocat ibi Joannes Episcopus, quæ κειρίαι dicuntur in Euangeliorum libris, & sunt tæniæ, quibus mortui à capite ad pedes vinciebantur. caput autem ipsum sudario, vel linteo ligabatur. ὀθόνην vocat Lucianus. σουδάριον in Euangelio dicitur. tænias illas κειρίας & στειρὰς dicunt Græci. Glossæ: *taeniosus*, κειριώτης. Ita enim scribendum. ut κειρία pro κειρία, sic στειρὰ pro στειρά, scriptum ubique in illis Glossis. hinc στειρωλογεῖν *pollingere* interpretantur: *pollingo*, σπαργανῶ νεκρόν. στειρωλογῶ. ἐνταφιάζω. Sosipater: *pollingo*, στειρωλογῶ. apud Charisium hodie legitur στρωμοκοινῶ, ut & apud Priscianum. quomodo & in illo Glossarum loco reponendum putant eruditissimi viri: in quo eos ratio fugit. στειρωλόγοι sunt pollinctores, qui mortuos vittis & tæniis aptant & involvunt. hinc intelligimus, quid esset proprie, *pollingere.* & sane *pollingo* nihil aliud est quam *perligo.* veteres enim *ligo*, *ligis*, *ligere* dicebant, quod posteri *ligare*. inde *lictor* remansit ab illo antiquo *ligo.* sic *sino*, *sonis*, *sonere*, quod postea *sonare*: & alia ejuscemodi infinita. compositum igitur à ligo, *perligo*, & *pelligo*, ex quo postea factum *polligo*, & inserto n, ut in aliis multis vocabulis, *pollingo.* sic liceor, *pelliceor*, & *polliceor.* luo, *pelluo* & *polluo.* unde *pollubrum.* hinc *pollictor*, vel *pollinctor*, pro *pellictor*, ὁ στειρωλόγος, πλαμμᾶνας Græci etiam hujusmodi tænias & στειρὰς appellavere. Metrodorus in epigrammate nondum edito de funeris sumptu:

> Ἐκ δὲ τριηκόντων κερμάτιον σῆμα
> πλάττων.
> Γέζιπι δ' ὕδατος ζωῆς θυηπολέων,
> Διοσῶν ἐς δὲ πυρὸν καὶ ἄλφιτα καὶ πλαμμᾶνας,
> Εἰκοσιν δ' ἰδιῶν σῶμα χέειν λαβῖνα.

est & elegans epigramma Lucillii quod extat in edita Anthologia Planudis. ubi medicus & pollinctor de compacto sic egerunt, ut medicus ægros omnes curæ suæ commissos occideret, & pollinctori amico traderet polligendos: pollinctor vicissim πλαμμᾶνας quos furabatur de pollinctione mortuorum, medico mitteret dono ad alliganda vulnera eorum quos curabat. sic πλαμμᾶνες & στειραὶ & κειρίαι sunt vincula, vel panni quibus pollingebantur corpora mortuorum. Hesychius: πλαμμᾶν, λῶρος, δεσμὸς ἢ φασκία. cunabula illas pollinctorum fascias vocavit ille Johannes cujus supra locum attulimus. è contrario κειρίας quæ proprie mortuorum involucra erant, etiam pro incunabulis, & fasciolis quibus alligantur infantes, usurparunt. Moschopulus: κειρία ὁ τῆς κλίνης δεσμός. ἤγουν ἡ κοινῶς φασκία καὶ ἡ δεσμοῦσα τοὺς νεκρούς. κειρίας scribit Hesychius, & ἀπὸ τοῦ κηρὸς, id est à morte videtur deducere, quasi dicas mortuales fascias: κειρίαι, inquit, ταινία σύμπλοκος. eodem autem prorsus modo infantes & mortui fasciis ligabantur. Artemidorus: οἱ ἀποθανόντ-

πλανόντης ἐζεσμβλίοις σινειλσ̃ι.) ῥάκεσιν ὡς τὰ βρέφη καὶ χαμαὶ τίθενται. ῥάκη Artemidoro ſunt panni. nam Latini *pannos* vocant præſecta in longum fruſta cujuſliber materiæ textilis. & *pannus* pro faſcia, vel inſtita. inde *pannos infantiæ* dixit auctor incertus de quo ſupra, τοὺς δεσμοὺς τῶν νηπίων. Salvianus *pannorum crepundia*, lib. VI. de gubern. Dei: *propter hoc involvi ſe pannorum crepundiis voluit, qui cælum regebat in pannis.* obiter etiam hoc addam videri falſum eſſe doctiſſimum virum qui ſcripſit Romanos non uſos eſſe faſciis ad involvendos mortuos, quod corpora eorum comburerent, ſed ſolos Græcos: quem nos alibi errorem multis caſtigabimus. ſed cujus rei gratia hanc ἐκβολὴν ſermonis inſtituimus, non tantum cunabula, & incunabula pro faſciis, verum etiam cunas de infantilibus vinculis recentiores dixerunt. hinc κοῦνον, hoc eſt *cuna* poſterioribus Græcis, quodlibet vinculum ſignificat. Mauricius: χρὴ κοῦνα ἤγουν σφενδόνας ἀπὸ κεντούκλων πλατέα ποιεῖν ἔχοντα μανίκια φαρδία ἐπινοοῦντας αὐτούς. Nicetæ κοῦνα ſunt σπάργανα. cunæ autem ſic erant factæ, in quibus infantes cubitabant, ut facile moveri poſſent. motitabantur enim ad conciliandum ſomnum pueris. quod etiam hodie fieri videmus. ab illa motitatione, cunæ & cunabula obſcænum ſignificatum habent apud Plautum, illis locis.

Sed iſtic ſervus, ex Cariſto qui advenit,
quî ſapit?
CH. *uſque à cunabulis.*

& paulo poſt:

Quid ais? tune etiam cubitare ſolitus es in
cunis puer?

quæ partim male corrigunt, partim non bene intelligunt docti viri. nec enim obſcænitatis ſignificatio in eo eſt, quod cunæ vocabulum alludat ad eam vocem quæ honeſte nominari non poteſt, quæ fœminæ ſunt: ſed ad ſolam cunarum motitationem reſpicit Comicus: *tune etiam cubitare ſolitus es in cunis puer?* id eſt, *tune etiam moveri ſolitus es?* hoc eſt κινεῖσθαι. quo ſenſu κινεῖν Græci accipiant, ſolos eos latet, qui Græca vel primoribus labris nondum attigerunt. ſed redeamus ad locum Vopiſci, in quo malim vulgatam lectionem retinere: *vinctum faſciola Aurelianum aquila de cunis levaverit.* & accipiendum de ea faſciola qua vinctus in cunis erat, & ad cunas ipſas. dupliciter enim vinciebantur pueri. primum illis vinculis & faſciis, quibus involvebantur, mortuorum more, & quæ ipſis erant pro veſte. deinde etiam faſciola aliqua in cunis ipſis collocati, ligabantur, ne cunis decidere poſſent aut elabi. quod hodieque fit. de qua faſciola locus hic fortaſſe capiendus. idque etiam augendo miraculo eſt, aquilam potuiſſe puerum de cunis levare faſciola vinctum: nam id fieri qui potuit niſi rupta aut ſoluta faſciola? Plautus in infantili ſupellectile enumeranda faſcias ab incunabulis diſtinguit.

Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabulis.

& fortaſſe faſciæ ſunt, quibus involvebantur infantes, & illigabantur: incunabula autem proprie lora aut vincula quibus ad cunas ligabantur ne exciderent. de faſciolis quibus illigabantur pueri, habemus in vita Albini apud Capitolinum: *acceſſit omen quod cum pueri ejus familiæ ruſſulis faſciolis illigarentur, quod forte lotæ & udæ eſſent faſciolæ, quas mater prægnans paraverat, purpurea matris illigatus eſt faſcia.* crepundia faſciolas illas vocavit paulo ante Vopiſcus, ut ibi diximus. de quibus faſciolis, nihil prohibet quominus & hunc locum accipias, ut intelligamus Aurelianum ab aquila, ſicut erat faſciolis vinctus, de cunis levatum.

CASAUBONUS.

5 *Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit.*] Magnum onus pro corpore aquilæ; ſed exempla obvia non ſolum in fabulis, ſed etiam in hiſtoria verum profeſſa, apud Ælianum hiſtoriæ animalium libro XII. cap. XXI. Accepi à graviſſimis viris, & fidei inte-

lianum aquila innoxie de cunis levaverit, & in aram posuerit, quæ juxta sacellum fortè sine ignibus erat. Idem auctor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis, [1]ita ut haberet in latere uno, ave, in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse memini: quippe qui asseverat etiam [2] rosas in ejusdem mulieris chorte, nato Aureliano, exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei. Fuerunt & postea multa omina jam militanti futuri, ut res monstravit, imperii. Nam ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, quod præ vulnere tunc equo sedere non posset, ita pallium purpureum, [3] quod in honorem ejus

tegerrimæ, Marchionem Pisanium, qui jussu Christianissimorum regum variis legationibus eum summo honore suo functus est, solitum narrare; quendam Hispaniarum regis nanum, qui à Madridano palatio apud Carpetanos in Tarraconensi provincia, longius paullo aberraverat, ab aquila raptum, atque in proximæ sylvæ arborem fuisse translatum.

SALMASIUS.

1 *Ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam.*] Video quidem coronam, quid faciat ad omen futuri imperii. sed quid avis facit? optime itaque Palatinus: *ita ut haberet in uno latere, ave, in alio coronam.* ita etiam editio vetus, nisi quod illa *aut* vitio typographico habet, pro *ave.* quibus verisimile non poterat fieri vitulum, in latere scriptum *ave* de ventre matris attulisse, nobis *avem* pro *ave* substituerunt. quasi minus sit mirum *avem* ibidem pictam habuisse. quare ab illo *ave* sit omen factum imperii nascenti Aureliano, satis intelligent illi quibus nos ista scribimus.

2 *Rosas exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei.*] Quomodo purpureæ rosæ florem habent aureum? an non rosa ipsa flos est? Sed minime dubium est quin illud croceum, quod in medio rosæ est, florem appellet. *luteos apices* vocat Plinius. idem auctor in rosa & in lilio florem à calyce distinguit. calyx est qui ambit: flos qui ambitur. calyx constat foliis; flos illis apicibus luteis qui in medio calice sunt. hinc rosas purpureas vocat Vopiscus quarum folia purpurea: florem rosæ croceos illos quos medio sui calicis complexa est. quod igitur in eo miraculum est, si rosæ purpureæ flore aureo, & odore roseo prodierunt, nascente Aureliano, cum aliter exire non soleant, nec alio odore aut colore? nam & ῥόδον πορφύρεον dicitur, & illud rosæ medium, plane aurei coloris est. sed videtur Vopiscus miraculum non in colore aut odore rosarum ponere, sed in tempore. alieno enim tempore nec eo quo rosæ nascuntur sunt enatæ, & hoc vice miraculi fuit, quod nato Aureliano, prodierunt rosæ eodem plane colore & odore, quo suis temporibus cum prodeunt, esse consueverunt. an potius de loco miraculum interpretabimur, quod in corte, id est in area domus sponte sint enatæ rosæ?

3 *Quod in honorem ejus expansum fuerat.*] In optimo libro vetere *spansum* legitur, nec putandum est aliter scripsisse auctorem. sic *scerptum* pro *exceptum* apud Trebellium in vita Gallieni obser-

ejus expansum fuerat, decidit ut humeros ejus tegeret. Et quum in equum transire vellet, [1] quia invidiosum tunc erat vehiculis in civitate uti, equus est ei imperatoris applicitus, cui per festinationem insedit. Sed ubi comperit, semet ad suum transtulit. Data est ei præterea, quum legatus ad Persas isset, patera qualis solet imperatoribus dari à rege Persarum, in qua insculptus erat [2] Sol eo habitu [3] quo colebatur [4] in eo templo

observavimus scriptum. sic *sculcatores* pro *exculcatoribus*. *spectare* pro *expectare* alicubi positum legi. in Glossis nomicis: σκουβίτωρες, οἱονεὶ φύλακες ἄγρυπνοι. pro *excubitores*. vide quæ supra notamus.

CASAUBONUS.

1 *Quia invidiosum tunc erat vehiculis in civitate uti.*] Vide ad Spartiani Hadrianum. Ibidem etiam diximus nefas fuisse privato sedere in regia sella, aut regis equum insidere.

GRUTERUS.

3 *Quo colebatur in eo templo.*] Palat. non habet *in eo templo*.

SALMASIUS.

2 *Sol eo habitu quo colebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.*] Palatinus & editio vetus: *sol eo habitu quo colebatur ab eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.* id est eo habitu quo colebatur ab Aureliano, templo in quo ejus mater sacerdos fuerat. cultum autem fuisse solem ab Aureliano, multa testantur, & maxime templum ab eo soli conditum consecratumque. non dicit quo habitu sol fuerit sculptus in illa patera quæ data est Aureliano. sed credibile est cum à Persis data fuerit, qui tales Romanis imperatoribus solebant dare, non alio habitu sculptum solem in ea fuisse quam quo à Persis colitur. cujus simulacrum facie leonina effingebant cum tiara. de quo exponendus Arnobius, & corrigendus: *inter deos videmus leonis torvissimam faciem mero oblitam minio, & nomine frugifero nuncupari.* vel etiam, *nomine frugiferi.* quod verius esse puto. de sole hæc esse accipienda pluribus alibi probamus. *frugiferi nomine*, quia καρποφόρος ἥλιος dicebatur. καρποζύθλος dicitur in hymno quodam, in quo omnia ejus attributa κατὰ στοιχεῖον recensentur:

Κοσμοπλόκον, Κλάριον, κεραστερόφεγγα, καρποζύθλον.

Statius Papinius:

—seu te roseum Titana vocari
Gentis Achæmeniæ ritu seu, præstat Osirim
Frugiferum seu, Persæi sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

vetus epigramma de Attine quem eumdem cum sole esse volebant.

Ἄττιδ' ὑψίστῳ καὶ συνέχοντι τὸ πᾶν
Τῷ πᾶσι κρατεροῖς θημεραίτερα πάντα φύοντι.

verba ista, θημεραίτερα πάντα φύοντι, *frugiferum* designant. sol igitur Mithres quem Persæ colebant, quemque dicto loco Statius describit,

— Persæi sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua.

vultu leonino cum tiara fingebatur pingebaturque utraque manu reluctantis tauri cornua comprimens. auctor Lutatius ad illum Statii locum. inde exponendus ac emendandus Arnobius. multis locis Romæ visuntur Mithræ simulacra, stantis in speleo, vel rupe cavata, tiarati, taurum cornibus tenentis, aut eundem sub-

templo in quo mater ejus fuerat ſacerdos. Donatus eidem etiam elephantus præcipuus, quem ille imperatori obtulit, ſolusque omnium privatus Aurelianus
6 elephanti dominus fuit. Sed ut hæc & talia omittamus, fuit decorus, & gratia viriliter ſpecioſus: ſtatura procerior, nervis validiſſimis, vini & cibi paulo cupidior, libidinis raræ, ſeveritatis immenſæ, diſciplinæ ſingularis, gladii exerendi cupidus. Nam quum eſſent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic, & alius qui cum Valeriano captus eſt, [1] huic ſignum exercitus appoſuerat *manus ad ferrum*, ut ſi forte quæreretur quis Aurelianus aliquid vel feciſſet vel geſſiſſet, ſuggereretur, *Aurelianus manu ad ferrum*, [2] atque cognoſceretur. Privati hujus multa extant egregia facinora. Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præſidiariis ſolus attrivit. [3] Refert Theoclius Cæſarianorum temporum ſcriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico

ſtratum calcantis, vultum tamen virilem non leoninum habentis. ſed quin eum aliquando facie leonina finxerint, non dubito. *Leones* dicebantur ſacrorum Mithriacorum myſtæ. Tertullianus: *ſicut aridæ & ardentis naturæ ſacramenta Leones Mithræ philoſophantur.* Porphyrius: ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας ὑαίνας. inde *Leontica ſacra.* ſed de his alibi.

4 *In eo templo in quo mater ejus fuerat ſacerdos.*] De matre & de templo hæc tantum nos ſcire voluit. ubi gentium illud templum, & quomodo mater Aureliani dicta fuerit, aut unde fuerit, magnum ſilentium.

CASAUBONUS.

1 *Huic ſignum exercitus appoſuerat, Manu ad ferrum.*] *Signum*, id eſt cognomen. ita ſoliti milites per laſciviam cognomenta imponere: ut illi centurioni, cui ut ſcribit Tacitus, militaribus facetiis vocabulum CEDO ALTERAM indiderant.

3 *Refert Theoclius Cæſarianorum temporum ſcriptor.*] Melius *Theocles*, ut Diocles, ſed fortaſſe ſcripſerat, *Theoclytus*, vel *Theo Chius*.

SALMASIUS.

2 *Atque cognoſceretur. privati hujus multa extant.*] Quaſi de compacto vetus editio, & membranæ Palatinæ ſic legunt: *atque cognoſceretur privatim. Hujus multa extant.* ſed veriſſima diſtinctio in vulgatis. poſſet tamen legi: *privatim hujus multa extant egregia facinora.* nihil vero mutamus.

3 *Refert Theoclius Cæſarianorum temporum ſcriptor.*] Forte, *Theo Chius*: ut ſupra, *Callicrates Tyrius Græcorum longe doctiſſimus ſcriptor.* vel *Theoclis*, hoc eſt, Θεοκλῆς. Theocliæ quidem mentio in vita Maximinorum. quæ ſoror fuit Alexandri Severi. ſed ſi Theoclia, non propterea tamen & Theoclius dicatur. nam ſic Θεοκλῆς, Θεόκλεια: ut Ῥοδοκλῆς, Ῥοδόκλεια

3 *Adeo*

matico uno die quadraginta & octo interfecisse. plurimis autem & diversis diebus ultra nongentos quinquaginta: [1] adeo ut [2] etiam balistea pueri & saltatiunculas

CASAUBONUS.

1 *Adeo ut etiam balistea pueri & saltatiunculas in Aurelianum tales componerent.*] Scribendum *ballistea.* βαλλίζειν in octavo Athenæi usurpatur ceu vox Romæ usitata pro saltare, & tripudiare. βαλλισμὸς saltationis genus: & βαλλιστία, vel βαλλίστια carmina ludicra inter ballissandum saltari solita. etsi vox est origine Græca: formatio tamen insolens Græcis & barbara. in Photii Nomocanone titulo XIII. caput extat, περὶ τοῦ μὴ βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι ἐν γάμοις. Habes exempla similium ballisteorum etiam in sacris literis: ut primo Regum, capite XVIII. ubi ita scriptum: *Porro cum reverteretur percusso Philisteo David, & ferret caput ejus in Jerusalem, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. & præcinebant mulieres ludentes atque dicentes,* PERCUSSIT SAUL MILLE, ET DAVID DECEM MILLIA.

GRUTERUS.

2 *Etiam ballistea pueri.*] Sic & Pal. duplici littera. idem etiam supra servabat, *Refert Theoclius.*

SALMASIUS.

1 *Adeo ut etiam balistea pueri & saltatiunculas.*] *Ballistia* Palatinus. atque ita legendum. legebam tamen aliquando, *ballistias.* ἀπὸ τοῦ βαλλίζω, βαλλιστὴς, saltator, & βαλλιστία, saltatio. sic καρπιστὴς, assertor: καρπιστία, assertio, vindiciæ. ὑβριστὴς, ὑβριστία. sed βαλλιστεῖον etiam Græci formarunt. quod posset videri sic factum, ut καλλιστεῖον, ἀριστεῖον. aliud tamen est. ballistium, βαλλιστεῖον. ut μουσεῖον, musium: γυναικεῖον, gynæcium. ballistium igitur est quod vulgo vocamus *ballet.* nam inde deducta vox ista nostra. βαλλίζειν Græcis saltare est. βαλλίζειν idem plane significat quod βάλλειν. hinc βαλλίστραι jaculatoria instrumenta. & ὁ βαλλιστὴς qui Latinis *ballista.* sic ἰξευτὴς, *exosta.* Glossæ: *ballistra,* σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. *Ballistraris,* σφενδονῆται. aliæ Glossæ: βαλλίστρα, *tormentum murale.* idem enim ὁ βαλλιστὴς καὶ ἡ βαλλίστρα· βαλλίζειν φύλλα καὶ κάρφη apud Sophronem pro βάλλειν. θᾶσαι δ' ὥσπερ φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τὼς ἄνδρας βαλλίζοντι. βαλλίζειν igitur proprie est jacere vel jactare. hinc βαλλίζειν χεῖρας, & βάλλειν χεῖρας, *manus jactare:* quod saltantes faciunt scilicet. manus enim jactare, saltare est. Propertius:

Nanus & ipse suos breviter contractus in artus,
Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Jactabat truncas manus ad cava buxa, id est saltabat ad tibiæ cantum. Ovidius:

Et faciles jactant ad sua verba manus.

sic Græci βάλλειν χεῖρας dicunt de saltantibus. Epigramma necdum editum. εἰς ὀρχηστρίδα:

Αἰνῶ οὐχ ὅτι παῖζει παλαίνεται, οὐδ' ὅτι βάλλει
Τὰς ἁπαλὰς ἁπαλῶς ὧδε καὶ ὧδε χέρας.

βαλλίζειν χεῖρας, & βάλλειν χεῖρας integrum est. βαλλίζειν, & βάλλειν simpliciter & per se positum pro saltare, imperfectum est. sic tamen etiam Græci auctores τὸ βαλλίζειν absolute καὶ καθ' αὑτὸ usurparunt ἀντὶ τοῦ ὀρχεῖσθαι. nec βαλλίζειν tantum in eo sensu dixerunt, sed etiam

βαλλεῖν

culas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent: [1] *Mille, mille, mille, mille*

βαλλεῖν quod idem est. atque inde vox Latina *ballare* non ἀπὸ τοῦ βαλλίζειν, sed ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν. sic enim *ballare* à verbo βαλλεῖν ut *calare* ἀπὸ τοῦ καλεῖν: *pilare* ἀπὸ τοῦ πιλεῖν, & similia. Glossæ: Βαλλίζω. *ballo*. βαλλίζειν, Suidas interpretatur, τὸ κύμβαλα κτυπεῖν καὶ πρὸς ἐκεῖνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. & ita etiam Zonaras ad illum Canonem Concilii Laodiceni, ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι. sane βαλλίζειν, ut & βάλλειν, etiam percutere significat. unde ballematica organa apud Isidorum, τὰ βαλλημματικὰ, quæ percutiuntur, ut sunt cymbala, tympana, & reliqua ejusmodi. Originum lib. III. cap. XXI. *cymbala & acetabula quædam sunt quæ percussa invicem se tangunt & sonum faciunt. dicta autem cymbala quod cum ballematiis simul percutiuntur. ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.* sed fallitur more suo bonus Isidorus. *ballematia* sunt saltationes, & *ballematica cymbala* non quia percutiantur sic dicta sunt, sed quia ad eorum sonitum saltetur. *ballematica* igitur saltatoria. βαλλέω pro βάλλω Gr. dixerunt. Aristoph. καὶ λίθοις βαλλήσομεν. ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν βάλλημα καὶ βαλλημάτιον, idem omnino quod βαλλισμός. nam βαλλεῖν idem quod βαλλίζειν, & ab illo βαλλῶ Latinum *ballo* quod est salto, & *ballationes*, saltationes. Isidorus in Glossis: *ballematia, inhonestæ cantationes, & carmina, jocaque turpia.* ballematia & ballistia idem plane sunt, choreæ scilicet, vel cantilenæ ad quas saltatur. in Concilio Toletano interdicuntur *ballematia* in sanctorum natalitiis. ubi *ballematia* sunt saltationes. in Concilio Laodiceno, βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι sic junctum est, ut hoc loco *ballistia* & *saltatiuncula* junctim posita. sed saltatiunculas heic videtur addidisse Vopiscus ut *ballistia* explicaret, eodem modo quo patres Concil. Laod. ὀρχεῖσθαι adjecerunt, quo vocem illam vulgarem βαλλίζειν exponerent. βαλλίζειν enim est ὀρχεῖσθαι, vel χορεύειν. & *ballistium* saltatiuncula.

[1] *Mille, mille, mille.*] Verba hujus ballistii, vel saltatiunculæ in veros trochaicos redegerunt correctores. quo labore facile poterant supersedere. nec enim eorum operam ad hanc rem requirebamus. in duobus id prioribus tantum versibus præstitit Bonus Accursius Pisanus, qui primam editionem accuravit. in reliquis postea idem præstiterunt sequentes correctores, ut imperfectum opus à Pisano illo relictum, ipsi absolverent. sed quanto satius est, eam saltatiunculam, ita ut est in membranis expressa, heic apponere? sic igitur se habet:

Mille, mille, mille decollavimus,
Unus homo mille decollavimus,
Mille vivat, qui mille occidit.
Tantum vini habet nemo
Quantum fudit sanguinis.

sequentem etiam cantilenam ita conceptam in membranis videre est:

Mille Sarmatas, mille Francos
Semel & semel occidimus.
Mille Persas quærimus.

de verbis ipsis nihil detraximus, nec ad ea quidquam addidimus. versus ita collocavimus, ut nobis collocari debere visi sunt, qui exploratum habemus ballistea & saltatiunculas & cantilenas ejusmodi vulgares minoribus istis versiculis ut plurimum componi solitas à trivialibus illius temporis poëtis, quibus etiam moris erat integros trochaicos tetrametros catalecticos, per medium scindere, & dividuos sic facere ut alternis versiculis currerent: & prior quidem

dem haberet pedes quattuor, posterior tres cum syllaba. quo genere multos hymnos composuere poëtæ Christiani: talis est hymnus omnis horæ à Prudentio compositus.

Da puer plectrum choreis
Ut canam fidelibus.
Dulce carmen & melodum,
Gesta Christi insignia.

item iste in honorem sanctorum martyrum Hemeterii & Cheledonii apud eundem Prudentium.

Scripta sunt cælo duorum
Martyrum vocabula,
Aureis quæ Christus illic
Annotavit litteris.

quattuor hi postremi versiculi, bini sunt trochaici tetrametri catalectici, quos vetus aliquis poëta non divisim, sed uno tenore sic integros scripsisset:

Scripta sunt cælo duorum Martyrum vocabula,
Aureis quæ Christus illic annotavit litteris.

sic igitur tunc temporis solebant id genus metri in duas partes dividere. Beda de metris: *Metrum Trochaicum tetrametrum, quod à poëtis Græcis & Latinis frequentissime ponitur, recipit locis omnibus trochæum, spondæum omnibus præter tertium. currit autem alternis versiculis, ita ut prior habeat pedes quatuor, posterior pedes tres & syllabam. hujus exemplum totus est hymnus ille pulcherrimus:*

Hymnum dicat turba fratrum,
Hymnum cantus personet.
Christo regi concinentes,
Laudes demus debitas.

Ad hanc faciem factæ & istæ in Aurelianum cantilenæ: ut hæc:

Mille vivat, qui mille occidit.
Tantum vini habet nemo
Quantum fudit sanguinis.

item illa altera de eodem composita:

Mille Sarmatas, mille Francos,
Mille Persas quærimus.

nec impedimento est quod una syllaba redundet in priore versiculo. nam in modulanda cantilena, & pedibus percutienda sic pronunciatur illud alterum *mille*, quasi monosyllabum esset. hoc modo:

Mil' vivat, qui mille occidit.

Et,

Mil' Sarmatas, mille Francos.

sciendum autem est vulgares illos ac de trivio poëtas, si poetæ vocandi sunt, in componendis hujuscemodi canticis & saltariunculis, & hymnis legis metricæ nullum penitus habuisse respectum, sed solius modulationis, & numerosæ compositionis verborum, quæ ita ad aures accidit, ut formam videatur habere veri legitimique metri. Beda: *videtur rhythmus metris esse consimilis, qui est verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad judicium aurium examinata, ut sunt carmina vulgarium poëtarum.* omnis structura & copulatio vocum, aut rhythmus est, aut metrum. rhythmus spatio temporum constat, metrum etiam ordine. in rhythmo quantitas tantum, in metro qualitas etiam cum quantitate observatur. parvi pendit rhythmicus, dum sibi constet temporum ratio, quo pedes ordine collocet. metricus non satis est securus, nisi & rationem ordinis servet. rhythmico indifferens est dactylus & anapæstus; jambus & trochæus. sunt enim ταυτόσημοι hi pedes. metricus vero non auderet anapæstum locare, ubi dactylus exigitur, nec in sede trochæi jambum ponere, quamvis uterque pes sit ἰσόχρονος, eamdemque quantitatem habeat. rhythmus solum tempus metitur, atque alium pro alio pedem facile admittit, modo ejusdem sit temporis: quod metrorum ratio non recipit, quæ nec spondæum quidem aut dactylum alterum pro altero usurpat, licet temporum spatio æquales sint. longe major igitur licentia fuit in lyricis cantionibusque, musicorumque canticis, quam in metris. Ideo lyricos veteres *numeris lege solutis ferri* dixit Horatius. solutiore tamen pede ambularunt plebeii illi poëtæ de quibus heic loquimur. immo nulla prorsus

lege teneri se passi sunt. nec enim ulla syllabis tempora assignarunt, nec brevium longarumque differentiam agnoverunt, sed omnes indiscretim longas & breves fecerunt. Genus igitur quoddam medium est inter metricos & rhythmicos, ita ab utrisque distans ut magis videatur accedere ad rhythmicos solo licentiæ nomine, quam imperitia non ratione affectarunt, si ulla in imperitia affectatio est. numerum sane syllabarum & pedum satis anxie custodiebant. nec enim plus pedum aut syllabarum reperies in vulgarium istorum versificatorum trochaico, quam in vetusto & ad legem facto. quod veteres rhythmici magnopere negligebant, quibus in usu & more fuit duas plerumque syllabas breves loco unius longæ ponere: quia idem esset temporis spatium in duabus brevibus & in una longa. obtinuit tamen ut rhythmus talium poëtarum compositio diceretur, & ipsi rhythmici vocarentur. nam rhythmi proprium est, breve tempus plerumque longum efficere, & longum contrahere. metrum vero non potest breve tempus protrahere, nec longum corripere. Græci: *τὸ μέτρον πεπηγότας ἔχει τοὺς χρόνους, μακρόν τε καὶ βραχὺν καὶ κοινόν. ὁ δὲ ῥυθμὸς ὡς βούλεται ἕλκει τοὺς χρόνους. πολλάκις δὲ καὶ τὸν βραχὺν χρόνον ποιεῖ μακρόν.* ergo rhythmici merito dicti habitique qui syllabas quibus temporum spatia comprehenduntur, ex libidine sua modo corriperent, modo producerent, omnesque indifferentes haberent, & nullo discrimine brevium longarumque eas in carminibus suis ponerent. metrum non potest esse sine rhythmo, rhythmus facile subsistit sine metro. metrum omne, etiam rhythmum habet. rhythmus autem etiam illis potest inesse quæ metrica ratione facta non sunt. talia erant vulgarium poëtarum carmina de quibus nobis sermo. nam rhythmum modis finitum qualis in metris conspicitur præ se ferebant, cum metricam rationem nullam ostenderent. exemplo quod dicimus faciamus illustrius. hic versus in puerili cantilena de Aureliano.

Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis,

rhythmum trochaici metri habet, contra legem tamen ac rationem metri factus est: sed cum totidem syllabis constet quot legitimum metrum, rhythmus eadem illis temporum spatia accommodat, quæ requiruntur in legitimo metro. Beda metrum & rhythmum sic distinguit, ut *metrum sit ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione.* carmen igitur secundum metri legem compositum, & rhythmum habet & rationem. quod extra legem vero factum est, rhythmum quidem habet, sed caret ratione. hinc de re admodum incondita & absurda solemus dicere, eam nec rhythmum nec rationem in se habere. quod in rusticas & incompositas cantationes proprie convenit, quæ nec rhythmis nec metris subsistunt. carmina tamen ista quæ per trochaici metri rhythmum & exiguntur, & parem syllabarum numerum sortiuntur, non prorsus rationis metricæ expertia Bedæ videntur, qui de his ita scribit: *plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rhythmo non artificii moderatione servatam, sed sono & ipsa modulatione ducente, quem vulgares poëtæ necesse est rustice, docti faciant docte: quomodo ad instar jambici metri factus est hymnus ille præclarus:*

Rex æterne domine,
Rerum creator omnium,
Qui eras ante sæcula
Semper cum patre filius.

Et alii Ambrosiani non pauci. item ad formam metri trochaici canunt Hymnum de die in diem per Alphabetum:

Apparebit repentina
Dies magna Domini,
In obscura velut nocte
Improvisos occupans.

quattuor isti postremi versiculi binos trochaicos constituunt alternis versibus

sibus currentes, rhythmicos quidem illos, sed quod mensuram trochaici metri non excedant, nec pluribus syllabis constent, rationem propterea etiam in his inveniri putat Beda. nam sic ἰσόμετροι quodammodo probantur esse legitimis trochaicis. ἰσόχρονοι porro ut sint, præstat rhythmus qui de longis breves, de brevibus longas syllabas efficit, & iisdem temporum spatiis eas instruit quæ in perfecto & absoluto metro requirunt leges. atque hæc sunt carmina in quibus inveniri etiam rationem tradit Beda, quæque à doctis doctè fieri dicit, ut à rusticis & vulgaribus, rusticè & indoctè. ut in hac ipsa cantilena quam in manibus habemus, versus hic ad trochaici metri formam planè probeque factus est,

Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis.

nam mensuram trochaici, totidem syllabis, totidemque pedibus, justam & commodam servat. rhythmicè igitur & metricè quodammodo concinnatus est. in altera vero saltatiuncula de eodem Aureliano composita versus isti rhythmici tantum sunt, non etiam metrici:

Mille Sarmatas, mille Francos
Semel & semel occidimus.
Mille Persas quærimus.

nam in his verborum modulata quædam & numerosa copulatio ad aures accidit, non metrica ratione, sed solo syllabarum ad imaginem rhythmi trochaici fluentium decursu subsistentia, & ad judicium plebeiarum aurium examinata. ad hanc enim faciem vulgus saltatiunculas & cantica sua componebat, gestusque & motus corporis qui tali modulationi cantus convenirent, illis adjungebat, æque scilicet incompositos & inconditos, ut erant rhythmi numerique quos desaltabant. in quibus componendis, cum nullam teneret legem metricam, nec adeo propter imperitiam tenere quiret, interdum tamen sono ipso & modulatione quasi manu ducente, casu potius quam ratione ad metrorum quamdam similitudinem delabebatur. atque ut trochaicum metrum saltationibus & cantionibus erat valde accommodum, unde & pes τροχαῖος & χορεῖος dicebatur; sic vulgi quoque captui ob id maxime congruum & familiare, qui naturali animi motu ad saltandum tripudiandumque, & varios gestus corpore edendos ferri solet. hinc joci militum qui à tripudiantibus exultantibusque in triumphantes duces jactabantur, isto metro ut plurimum concipi motis fuit. exemplum habes apud Suetonium lib. 1. in illis:

Urbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.

Vulgaria quoque dicteria quæ populus ipse in aliquem jocu̇lariter jactitata canebat, modulis trochaicis decurrebant. vetus interpres Juvenalis de Sarmento: *eo fiduciæ venit ut pro equite Romano gereret: decuriam quoque quæstoriam compararet. quare per ludos quibus primum in quattuordecim ordinibus sedit, hæc à populo in eum dicta sunt:*

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
Digna digni. sic Sarmentus habeat crassas compedes.
Rustici ne nil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

cantilenæ saltatiunculæ omnes vulgares hoc metro constabant, vel rhythmis ad hujus metri imaginem commodulatis. talia sunt ballistia quæ à pueris illius temporis in Aurelianum facta & saltata, heic apud Vopiscum legimus. hinc factum denique ut Græca poësis vulgaris numeris trochaicis tota constaret, & Latina etiam magna ex parte. nam politici versus recentium Græcorum mensuram metri trochaici tetrametri numero syllabarum adæquant, ac rhythmis trochaicis incedunt. Trochaicus igitur ille vulgaris ex hymno quem supra citabamus,

Apparebit repentina magna dies Domini:

& hic politicus versus:

Τῦ

mille, mille, mille decollavimus. Unus homo mille, mille, mille, mille, decollavimus. Mille, mille, [1] *mille, vivat, qui mille, mille occidit.* [2] *Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis.* Hæc video esse perfrivola: sed quia supra scriptus autor ita eadem ut sunt Latine, suis scri-
7 ptis inseruit, tacenda esse non credidi. [3] Idem apud Magun-

Τῷ βουκεφάλου σύμπτωμα εἶχε τὴν ἱστορίαν·

similes sunt. hodierna quoque Gallica poësis tota rhythmica est, certo syllabarum ad rhythmum copulatarum libero scribentis arbitrio, currens. nec enim proprie pedum dimensione graditur. sed rhythmum male vocamus in nostra poësi, syllabarum ad finem cujusque versus, in eumdem sonum recidentium καταλήξιν. sic finem rhythmi rhythmum καταληκτικῶς appellamus. de quo nos alibi. rhythmum in cantione veteres vocarunt, quam nos hodie vulgo, *aram cantionis* dicimus. rhythmus enim Latine numerus dicitur. Virgilius:

— *numeros memini, si verba tenerem.*

canticum dividitur secundum Plotinum εἰς τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ ᾀδόμενα, in numeros & verba. idem Virgilius *in numerum ludere* dixit, quod Servius interpretatur, *ad rhythmum saltare & cantilenæ modum. æra* autem idem quod numerus. nam recentiores æras pro numeris, vel numerorum notis dixerunt quæ veteribus *æra* dicebantur. Lucillius:

Hæc est ratio, perversa æra, subducta summa improbe?

ita enim legendum cum interrogationis nota. an hoc vocas rationem, perversos calculos & summam improbe subductam? hinc *hac æra æra*, pro numero, vel numeri nota, vel calculo apud recentiores. Nonius: *æra numeri nota.* sic æras breviores Sextus Rufus dixit: *ac morem sequutus calculonum qui ingentes summas æris brevioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar.* inde nos *aram cantionis*, pro numero, vel rhythmo cantionis vocamus, & *aras* pro cantionibus eodem plane modo quo & Latini numeros pro canticis ipsis, vel carminibus usurparunt. Verum de his alias.

GRUTERUS.

1 *Mille vivat, qui mille mille occidit.*] Sunt versus trochaici; qualis & iste fuerit, si legatur voce transposita, *mille, mille qui occidit.* ubi nihilominus adhuc corripitur in *occidit* media, pro licentia illius ævi.

2 *Tantum vini habet nemo.*] Versus suis constiterit pedibus, si legerimus *habebit.*

SALMASIUS.

3 *Idem apud Moguntiacum.*] Quis non putet vitiosam esse scripturam Palatini libri, in quo legitur, *apud Montiacum?* & sic quoque vetus editio: *Monciacum.* non esse corruptam eam scripturam, vero vincam. *Montiacum* pro *Moguntiacum* dicebant, & scribebant. in multis aliis vocibus observare memini, litteram g de medio sustulisse veteres, & sic duas syllabas in unam contraxisse. *Moguntiacum, Mountiacum*, & *Montiacum.* sic *Segusius canis, Seusius* & *Susius.* nam qui *Susii canes* dicuntur in lege Salica, & aliis vetustis legibus, ii *Segusii* veteribus erant à Segusiis populis, Arrianus in Cynegetico: αἱ δὲ Σεγουσίαι κύνες ἀπὸ τοῦ ἔθνους. sic *vertragi canes, vertrai, & vertri*, aut *veltri.* nam *veltros* infima ætas appellavit, qui superiori *vertagi.* atque ita in vita Caroli magni nuncupantur. sic *strias* pro *strigis* dixerunt. *striga* est φαρμακίς.

sic

Maguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. [1] Unde iterum de eo facta est cantilena: [2] *Mille Francos, mille Sar-*

sic *Montiacum* pro *Moguntiacum*. atque inde Μυνδιακὸν Olympiodoro: ὅτι Ἰοβῖνος ἐν Μυνδιακῷ τῆς ἑτέρας Γερμανίας κατὰ σπουδὴν Γώαρ τοῦ Ἀλανοῦ καὶ Γυντιαρίου, ὃς φύλαρχος ἐχρημάτιζε τῶν Βουργουντιόνων, τύραννος ἀνηγορεύθη. nam Μυνδιακὸν Græco scriptori est Montiacum.

1 *Unde iterum de eo facta cantilena.*] Cantilenam heic vocat, quam supra saltatiunculam & ballisteum. nam *saltatiuncula* est cantilena ad quam saltatur. mimi olim & canebant simul & saltabant. *Saltare canticum*, aut *cantilenam* dicitur qui & cantat & saltat simul, aut alio canente saltat. hinc *saltatiuncula*, & *cantilena* pro eodem. *cantare* tamen & *saltare* in scena, diversarum artium & artificum erant. *cantare* proprium tragœdorum, ut *saltare* histrionum. cantare fabulam dicebatur tragœdus: eamdem saltare histrio. Suetonius in Caligula: *sed & aliorum generum artes studiosissime, & diversissimas exercuit. Thrax & auriga idem: cantor & saltator.* ubi per *cantorem* tragœdum intelligit; per *saltatorem*, histrionem. errant igitur qui hæc confundunt, & histrionem pro tragœdo & auctore fabularum accipiunt, cum aperte distinxerint veteres, & histrionem quidem pantomimum appellarint, tragœdum vero qui fabulas canendo exprimit. dixi, canendo: nam id proprie facit tragœdus. at histrio alio modo fabulas agit, nempe saltando. Glossæ: *histrio*, παντόμιμος. Suetonius in Caligula: *canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus & tragœdo pronuntianti concineret: & gestum histrionis quasi laudans, vel corrigens palam effinge-ret.* hinc *cantare fabulam* dicitur tragœdus, quam agit. idem in Nerone: *tragœdias quoque cantavit personatus.* & paulo post: *inter cetera cantavit Canacem parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem insanum.* quæ omnia sunt tragœdiarum argumenta. idem auctor ad finem vitæ Neronis: *observatum etiam fuerat novissimam fabulam eum cantasse publice Oedipodem exulem.* hinc licet intelligere, quare dixerit Horatius:

— *donec cantor, vos plaudite, dicat.*

ubi per cantorem, tragœdum intelligimus, quem Prudentius *tragicum cantorem* appellavit. unde *tragica vox* in veteri inscriptione:

— *tragica quoque voce placebam.*

& *prædulcis vox* tragœdi Suetonio in Caligula: *cum assistens simulacro Jovis Apellem tragœdum consuluisset, uter major illi videretur, cunctantem flagellis discidit: collaudans subinde vocem deprecantis quasi prædulcem.* Arrianus dissertationum Epicteti lib. III. cap. XIIII. ὡς οἱ καλοὶ τραγῳδοὶ μόνοι ᾄδειν οὐ δύνανται, ἀλλὰ μετὰ πολλῶν· οὕτως ἔνιοι μόνοι περιπατῆσαι οὐ δύνανται. ex quibus omnibus liquido liquet, cur recentiores Græci τραγῳδεῖν cantare dixerint. Scholiastes Theocriti aliquot locis τραγῳδεῖν μέλπειν exponit. Glossæ veteres: *cantatores*, τραγῳδηταί. ita enim scribendum. & τραγῳδήματα cantilenæ Luitprando l. I. cap. II. *post nonnulla inutilia tragœdimata, id est cantilenas, somno sese dedere, stertere, nauseam alii sumptus intemperantia facere.* Hæc nunc sufficiat dixisse, quæ alio tempore locoque pluribus exequemur.

GRUTERUS.

2 *Mille Francos, mille Sarmatas semel & semel occidimus.*] Illud & *semel* ma-

Sarmatas semel occidimus: [1] *Mille, mille, mille, mille, mille Persas quærimus.* Hic autem, ut supra diximus, militibus ita timori fuit, ut sub eo posteaquam semel cum ingenti severitate castrensia peccata correxit, nemo peccaverit. Solus denique omnium militem qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita punivit,[2] ut duarum arborum capita [3] inflecteret, & ad pedes militis deligaret, eademque subito dimitteret, ut scissus ille utrinque penderet. Quæ res ingentem timorem omnibus fecit. [4] Hujus epistola militaris est ad vicarium suum data hujusmodi: *Si vis tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat, segetem nemo deterat:* [5] *oleum, sal, lignum, nemo exigat: annona*

nat à Palatino, & requirebatur ad versum. idem prætetea collocabat: *Mille Sarmatas, mille Francos.*

SALMASIUS.

1 *Mille, mille, mille.*] In superiori animadversione probavi multis, non esse valde exigendam in istis saltatiunculis & ballistiis pedariam legem, & errare eos ostendi qui metros trochaicos ex his versiculis efficere contenderunt. cum enim ad saltandum cantandumque fuerint compositæ, non certis legibus aut mensionibus coërceri postulant: sed per solos rhythmos quibus fere totæ subsistunt, exigi volunt. nam rhythmicæ sunt, non metricæ. primi tamen duo versus, ut eos digessimus, sunt trochaici trimetri catalectici. qualis ille Archilochi apud Hephæstionem: Ζεῦ πάτερ γάμον μὲν οὐκ ἐδαισάμην reliqui vero partim dimetri acatalecti, partim catalectici, ut illi:

Quantum fudit sanguinis.

&,

Mille Persas quærimus.

Dimeter autem acatalectus junctus cum dimetro catalectico, integrum tetrametrum catalecticum trochaicum facit. quo plurimum usi veteres: ac recentiores per medium sciderunt, & hymnos suos & cantilenas & alia id genus dimidiatis istis trochaicis composuerunt.

2 *Ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret.*] *Quas* non habet vetus liber. sic igitur scribe: *ut duarum arborum capita inflecteret, & ad pedes militis deligaret.* nempe, arborum capita.

5 *Oleum, sal, lignum nemo exigat.*] *Oleum, salem, lignum:* ita veteres. Sallustius: *neque salem, neque alia gulæ irritamenta.*

GRUTERUS.

3 *Inflecteret ad pedes.*] Sic quoque Pal. omisso illo vulgatorum, *quod.*

CASAUBONUS.

2 *Ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, eafd.*] *Quas*, id est, quæ arborum capita. Persicæ crudelitatis supplicium: Græci vocant διασφενδόνησιν. confer cum descriptione quæ apud Plutarchum in Alexandro, ubi de Bessi pœna loquitur.

4 *Hujus epistola militaris est.*] Infra, *Aurelianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis.*

5 *Oleum, sal lignum, nemo exigat.*] Extat

annona sua contentus sit. De præda hostis, non de lacrymis provincialium, habeat: [1] arma tersa sint: [2] ferramenta

Extat lex Constantini & Constantii A. A. hujusmodi, *Ne quis comitum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum nomine, salgami gratia, culcitas, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus: sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant.* vide in Pescennio Nigro.

SALMASIUS.

1 *Arma tersa sint, ferramenta samiata.*] Manifesto distinguit heic ab armis ferramenta. sed nonne arma quoque ex ferro? ferramenta vocat omnia quæ aciem, aut acumen habent, ut contos, lanceas, jacula, spathas, gladios, & id genus: eaque sola *samiari* dicuntur. armorum autem nomine intelligit clypeos, loricas, cataphractas, cassides & hujus generis cætera, quæ proprie tergeri dicuntur ut splendeant, non autem cotis indigent ut acuantur & samientur. insignis & notatu digna hæc differentia armorum & ferramentorum. *arma* enim veteribus proprie dicebantur scuta. unde arma ancilia. sic ὅπλα Græci quoque accipiunt. *arma* igitur hoc loco sunt τὰ ἀμυντήρια, quæ vulgo *arma defensiva* dicimus: ferramenta vero quæ vocamus *offensiva*. Ferramenta militis omnia ea tela dicuntur quæ pungunt & cædunt. sic supra *ferrum* de gladio dici vidimus. nam Aurelianum, quod vulgo esset exerendi gladii cupidus, militari cognomento *manu ad ferrum* vocabant milites. sic arma & ferrum distinguit Virgilius:

Arma diu senior desueta trementibus ævo
Circumdat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur. —

ut alibi ferrum & clypeum:

Heic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans.

& *ferrum* idem pro ense etiam alio loco:

— *Heic Juno Scæas sævissima portas*
Prima tenet, sociumque furens à navibus agmen
Ferro accincta vocat.

Tacitus lib. I. Annal. *at ille moriturum potius quam fidem exueret clamitans, ferrum à latere deripuit, elatumque deferebat in pectus.* sic Cicero oratione in Catilinam sicas & gladios *ferramenta* vocat: *Tum Cethegus qui paulo ante aliquid de gladiis ac sicis quæ apud illum itidem erant deprehensæ respondisset, dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum esse.*

CASAUBONUS.

2 *Ferramenta samiata.*] Nonius Marcellus: *Samium est acutum: unde samiare est acuere.* Ausonius:

Samium Lucumonis acumen.

Glossæ, *Samiator*, ἀκονητής. & in Græcorum Tacticis libris, σαμιάτωρ, pro eodem.

SALMASIUS.

2 *Ferramenta samiata.*] *Samiare* est acuere à *Samio*, quod acutum significat. hæc est omnium hodie doctorum consensu firmata opinio, quæ auctorem habet alium nullum veterem, quam Nonium. sane si Samium erit acutum, nihil vetabit, quominus Chium, Naxium, Creticum, & Cyprium acutum quoque significent. verba illius egregii auctoris perpendamus. postquam Samium testeum esse dixit, ejusque significationis testimonia posuit, addit: *Samium rursus acutum: unde & samiare dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.* unde id didicisti bone vir? en tibi Lucillium testem:

Testam sumit homo Samiam. —

qua sibi præcidit, scilicet, id quo vir erat. testa Samia, est testa acuta, qua sibi demessuit virilitatem; ut acuto

 silice

menta samiata, calceamenta fortia. [1] *Vestis nova vestem*

silice illa pondera sibi devolvisse Attim scripsit Catullus. sed non vidit ineptus & futilis auctor Samiam testam apud Lucillium dici, quæ ex Samia terra erat facta, ut Samium catinum & Samiæ capedines, ex eadem terra Samia factæ. testa autem utebantur Galli ad virum sibi demetendum, quam Samiam ἐπιθετικῶς vocavit Lucillius, de loci nomine ubi optimæ fiebant testæ. nollem eruditissimum virum adeo ἀκρίτως fidem Nonii secutum esse, ut sola ejus auctoritate nixus Samium pro acuto in illo versu Ausonii acciperet:

Anticipesque tuum Samii Lucumonis acumen:

quod ita omnibus hactenus persuasit, ut nemo sit, qui dubitet Samium esse acutum, & Samium Lucumonem pro acuto dictum Ausonio. quæ interpretatio adeo est aliena, ut alienorem excogitari non putem posse. versum autem Ausonii ita minima mutatione debere emendari res ipsa clamat.

Scillite decies non si purgeris aceto,
Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

id est, & tuo acumine anticipes & antistes Samii Lucumonis ingenii acumen. quis autem Samius Lucumo nisi Pythagoras, quem τὸ Σάμιον absolute vocant plerumque scriptores & Σάμιον σοφόν; quem locum Ausonii recte accepit olim Johannes Salisberiensis in Enthetico suo in Policraticon. ita enim allusit ad Ausonii versum:

Tardus ad hunc Samius si certet acumine mentis,
Indoctusque Plato, Varroque stultus erit.

idque adstruam alibi, Deo juvante, pluribus. nunc nobis erat in animo perficere ne Samium esset acutum. atque id jam putamus satis præstitisse. fefellit hæc res Nonium: qui enim videbat sua ætate *samiare* dici pro acuere, & legebat Samiam testam apud Lucillium, qua sibi ille nescio quis testiculos præcidisse dicebatur; putavit, quoniam ad eum usum adhiberetur, acutam esse oportere, & sic Samiam acutam exposuit, & addit etiam hanc rationem: *quod in Samo hoc genus artis polleat.* sanè & in Naxo, & in Armenia, & in Cypro, nisi fallor, ubi optimæ cotes nascuntur, non propterea tamen, Cyprium aut Naxium acutum dixeris. sed nec si *samiare* est acuere, Samia cos erit acuta quæ acutum reddit. sciendum est igitur *samiare* esse dictum à Samia cote. non rarum est enim aut novum, ut adjectiva rerum pro ipsis substantivis usurpentur. ut *Samia* absolute pro cote Samia à qua *samiare*, *acuere*. sic Samiæ placentæ veteribus nobilitatæ fuerunt. inde *Samiæ* sine adjectione placentæ dictæ Tertulliano, l. III. adversus Marcionem: *non tamen ut de glebis credas te unquam placentas & samias coacturum.* at Σάμιος πλακοῦς Græci sic Δελφικοὺς τρίποδας, Latini Delphicas simpliciter dixerunt. idem in aliis sexcentis observavi, quæ enumerare longum esset. sic igitur *samia* est ἀκόνη. atque inde *samiare*, ἀκονᾶν, *acutiare* etiam dicebant, & *acutiatores* ἀκονηταί. Glossæ: ἀκονητὴς, *samiarius*, *cotiarius*, *acutiator*. vide *samiarium*, à samia, ut cotiarium à cote dictum. Græcis θήγεσθαι est *acutiari*. Dosiades in *βωμῷ* nondum edito:

Μώλεος δ᾽ ὕπερθε πετρῶν Ναξίων θοάξεται.

CASAUBONUS.

1 *Vestis nova vestem veterem excludat.*] Præceptum est τῆς οἰκονομικῆς: non expectandum matrifamilias ut de veste nova suis prospiciat cum priorem usu triverint; sed dum adhuc cistæ plenæ, mature providendum.

SALMASIUS.

1 *Vestis nova veterem vestem excludat.*] Semper vestes novæ veteres excludunt.

ſtem veterem excludat. [1] *Stipendium in balteo, non in popina habeat.* [2] *Torquem brachialem & annulum apponat :* [3] *equum ſagmarium ſuum defricet,* [4] *capitum animalis*

cludunt. ſic *novitate vetuſtatem excludi,* dixit Servius : *quidam intelligunt proprie novare eſſe, replicando vetera quandam facere novitatem, ac per hoc excludere vetuſtatis injuriam.* nihil aliud igitur hoc loco voluit Aurelianus quam ut milites bene veſtiti eſſent, & bene calceati, & bene armati. ideo optimi quique duces ſemper & arma & veſtes militum proſpexerunt, ut ſi novis opus eſſet, acciperent. Spartianus de Avidio Caſſio : *arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, veſtimenta etiam, calciamenta & ocreas.* Capitolinus de Maximino : *tunicas & omnia arma illorum quotidie circumſpicere, calciamenta quinetiam ipſe proſpiciebat.* dicebat enim Alexander Severus referente Spartiano : *militem non timere niſi veſtitum, armatum, calceatum & ſaturum.* hoc eſt quod injungit Vicario ſuo Aurelianus hac epiſtola.

CASAUBONUS.

1 *Stipendium in baltheo.*] In Alexandro : *miles non timet niſi habens aliquid in zonula.* mos pueris notus.

GRUTERUS.

2 *Torquem brachialem & anulum apponat.*] Abeſt Palatino copula *&*. forſan non male, ut tria notet, torquem, brachiale & anulum. ſi ſic, auferenda littera à voce *brachialem*, ut *brachiale* ſit dextrocherium. ſed enim cum & ſupra viſatur *brachialem*, poſſet & heic obtinere locum.

3 *Equum ſagmarium ſuum defricet, capitum animal non vendat.*] Pal. *equum & ſagmarium ſuum defricet. capitum animalis non vendat.*

SALMASIUS.

1 *Stipendium in baltheo, non in popina habeat.*] Legebam, *ſtipendium in balthenm, non in popinam abeat.* cuius lectionis me nondum pœnitere debet. quomodo enim in popina ſtipendium habere poſſit miles, quod non amplius ejus eſt. ſed popinarii? at eleganter dicitur ſtipendium in baltheum abire militi, non in popinam quod in baltheo ſervat, non autem in popinam defert. ſi quis putabit ex vulgata lectione eumdem ſenſum effici poſſe, eam per me retineat licet. præter baltheum, in quo condebant ſtipendium ſuum milites, aut ſi quam ex alia cauſa pecuniam haberent; fundam etiam, vel ventralem gerebant, cum aliquot nummulis in victum quotidianum expendendis. *præcingi auro milites* Petronio dicuntur, qui in baltheo aurum habent. ſed hæc alias.

2 *Torquem brachialem & anulum apponat.*] Tollenda copulativa particula, auctore vetere libro, & legendum : *torquem, brachialem, anulum apponat.* quibus verbis vult Aurelianus, ut miles torquem & brachialem & anulum habeat & gerat. nam apponere anulum aut torquem eſt induere. ſic *ponere veſtem* pro induere dixit Tertullianus de Pallio, ut ibi dicturi ſumus. ſic Græci βάλλειν ἐσθῆτα. recentiores Latini *mittere* pro eodem uſurparunt. ita plane nobis hodie, *veſtem mittere*, eſt induere. in Plauto vero & Terentio, *apponere* poſitum eſt pro deponere. quorum ille, *onus appone* dixit. hic autem ; *raſtros appone.* pro quo frequentius eſt recentioribus ſcriptoribus, *exponere.* ut *exponere veſtem* Tertulliano & Cypriano. *exponere Epiſcopos* B. Hilario : *exponere vigorem* Arnoblo. ſed hæc alibi.

3 *Equum ſagmarium ſuum defricet.*] Palatinus : *equum & ſagmarium ſuum defricet.* ſagmarium ab equo diſtinguit. ſic in vita B. Hilarii : *quod ubi vir Dei comperit, protinus & ipſe pedibus, iter ingreſſus, urbem Romam, ſine equo, ſine ſagma-*

malis non vendat, [1] *mulum centuriatum communiter curet.* [2] *Alter alteri quasi servus obsequatur: à medicis gratis curentur,* [3] *aruspicibus nihil dent: in hospitiis caste se*

sagmario intravit. & ita etiam forte legendum apud Lampridium in Heliogabalo: *quæ pilento, qua equo, quæ sagmario, quæ asino veheretur*. equus igitur erit qui dominum vehit; sagmarius qui sarcinas. nam equum heic videtur appellare qui sellam fert, & distinguere à sagmario qui sagmam portat. sellarii equi dicebantur ut sagmarii. selliferus in epigrammate veteri:

Currere selliferum per loca cogis equum. at *sagma* in sagmario proprie est onus. vulgo *cargam* appellamus. inde *sagmare asinum*, vel *equum*, est onerare. & *equus sagmatus*, onustus. optimæ Glossæ, *sagmat asinum*, σάσσει ὄνον. vulgo legitur *saginat*. perperam. & *sagmatus*, σεσαγμένος. eodem errore scriptum est, *saginatus*. ut & in altero Glossario: σεσαγμένος, *saginatus*. lege, *sagmatus*. eædem Glossæ, *sagmam*, παραπλήρωμα interpretantur. recte. sed editum est, *sagina*, non recte. *sagma*, παραπλήρωμα. quod nomen etsi corruptum, hodieque servamus, nam *somam* dicimus.

4 *Captum animal non vendat.*] Quare prohibet Aurelianus militem captum animal vendere? aut quis unquam, vel à severissimis ducibus idem factitatum legit? æstuabam totus, cum me explicuit optimus liber, cui tam multas in his libris emendationes debemus. is enim habuit: *capitum animalis non vendat*. de cujus lectionis veritate non diutius quærendum: nam nec dubitandum quidem. *capitum animalis* quid sit, jam aliis præreptum ut docerent. sed unde vox illa, Græcane an Latina, nondum vidi qui docuerit. est autem pure Græca, quam Latini usu, fecerunt suam. *capitum* est pro *capetum*. nam Græcum est, καπητιν. κάπτειν, edere & vorare significat. unde & κάπη præsepe, ἀπὸ τοῦ κάπτειν ἐν αὐτῇ. inquit Hesychius. hinc καπίω καπήτου. quod idem est quod κάπτω. & inde καπητός. Hesychius καπητόν, παράβλημα ἀλόγων.

CASAUBONUS.

1 *Mulum centuriatum comiter curet.*] Soluta veteris militiæ disciplina, cœperant singulis centuriis muli deputari ad sarcinas vehendas. is est mulus centuriatus, ut explicat recte Hadrianus Turnebus.

SALMASIUS.

1 *Mulum centuriatum comiter curet.*] Ridicula lectio. quid enim comitatis est in curando mulo? Cæci esset non videre scribendum: *mulum centuriatum communiter curent*. mulus centuriatus erat communis toti centuriæ. recte igitur κοινῇ κατὰ λόγον, mulum communem communiter vult curari.

2 *Alter alteri quasi servus obsequatur.*] *Alter alteri quasi innemo, quasi servus obsequatur*. ita Palatinus. sed divinet alius, qui majorem habet divinandi scientiam. ego, quid ibi velit, aut quid sit illud *innemo*, nescio.

GRUTERUS.

1 *Mulum centuriatum communiter curent.*] Ita bene Pal. editi antea, *comiter*. valde frivole.

2 *Alter alteri quasi servus obsequatur.*] Palatinus addit, *Alter alteri quasi in nemo, quasi servus obsequatur*.

CASAUBONUS.

3 *Aruspicibus nihil dent.*] Præceptum Catonis Censorii: *Villicus haruspicem, augurem, hariolum, Chaldæum ne quem consuluisse velit.* unde Columella libro primo capite VIII. *Aruspices sagasque, quæ utraque genera vana super-*

ſeagant, qui litem fecerit, vapulet. Inveni nuper in Ulpia bibliotheca [1] inter linteos libros epiſtolam divi Valeriani de Aureliano principe ſcriptam: quam ad verbum, ut decebat, inſerui. *Valerianus Auguſtus Antonino Gallo conſuli. Culpas me familiaribus literis* [2] *quod Poſthumio filium meum Gallienum magis quam Aureliano commiſerim; quum utique & ſeveriori & puer credendus fuerit & exercitus: nec tu id diutius judicabis, ſi bene ſcieris quantæ ſit Aurelianus ſeveritatis. Nimius eſt, multus eſt, gravis eſt,* [3] *& ad noſtra jam non facit tempora.* [4] *Teſtor autem omnes deos, me etiam timuiſſe* [5] *nequid* 8

ſuperſtitione rudeis animos ad impenſas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiſerit. quod & reperit libro XI. capite primo. De aruſpicum collegio jam temporibus Claudii paullatim deficiente, eorumque diſciplina exoleſcente, lege Tacitum Annali XI.

SALMASIUS.

1 *Inter linteos libros.*] De linteis libris omnia jam vulgara. linteos autem iſtos libros *mappas* vocabant. Auctores de limitibus: *terminus ſi ſcriptus fuerit, & punctos habuerit litteris Græcis, ſequeris curſum ejus à Ston hoc eſt ab Oriente per litteras Græcas de mappa.* item: *qui mappa, quas lineas habuerit, obſervetur.* item: *in mappa Albenſium inveniuntur hæc.* id eſt, *in libris linteis Albenſium.* inde *lintea mappa.* Cod. Theod. leg. I. de alim. quæ imp. &c. *lex æreis tabulis vel cerusſatis, aut linteis mappis ſcripta per omnes civitates Italiæ proponatur lex.* quem locum mihi ſuggeſſit optimus & eruditiſſimus Juretus noſter. hæret adhuc graviſſimum mendum in epiſtola Symmachi trigeſima quarta libri quarti, ubi variæ materiæ librorum memorantur: nam ſic vulgo editum eſt: *itane me ludos facis ut quæ apud te incurioſius loquor, in ſtyli caudices aut tiliæ pugillares cenſeas transferenda?* qui ſunt illi ſtyli caudices, aut de qua materia facti? ſed nullus dubitem quin ſit emendandum: *in æſculi codices.* per æſculi codices, roboreos codices intelligit, quorum multa apud veteres mentio.

2 *Quod Poſtumio filium meum.*] Lege, *Poſtumo*, ex libris. nam ita illi ſemper.

4 *Teſtor autem omnes Deos.*] Vox *Deos* deſideratur in vetere Palatino.

CASAUBONUS.

3 *Et ad noſtra jam non facit tempora.*] Id eſt, ſeculo major eſt.

SALMASIUS.

5 *Ne quid etiam erga filium meum ſeverius ſi quid ille feciſſet.*] Hæc mire perturbata ſunt. nec id tam mirum, quam non eſſe animadverſam perturbationem eruditiſſimis interpretibus. Palatinus pro *ſævius cogitaret*, habet, *levius cogitaret.* quod de filio Gallieno intelligit Valerianus, non de Aureliano. nam ſic totus locus eſt concipiendus: *teſtor autem omnes Deos me etiam timuiſſe, ne quid etiam erga filium meum ſeverius ille feciſſet, cum, ut eſt pronus ad ludicra, levius cogitaret.* in qua emendatione nihil eſt noſtri facinoris, niſi hoc unum, quod *ſi quid* ſuſtulimus ab iis intruſum, qui non videbant *feciſſet* heic eſſe pro *faceret.* hanc igitur affert rationem facti ſui Valerianus, quod filium Poſtumo potius quam Aureliano crediderit. tantæ enim eſſe ſeveritatis Aureliarnum

quid etiam erga filium meum ſeverius, [1] *ſiquid ille feciſ-*
ſet, ut eſt natura pronus ad ludicra, ſævius cogitaret.
Hæc epiſtola indicat quantæ fuerit ſeveritatis, ut il-
9 lum Valerianus etiam timuiſſe ſedicat. Ejuſdem Va-
leriani alia eſt epiſtola quæ laudes illius continet:
quam ego ex ſcriniis præfecturæ urbanæ protuli.
Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt de-
creta. Exemplum epiſtolæ: *Valerianus Auguſtus*
Ceionio Albino præfecto urbi. Vellemus quidem ſingulis
quibuſque devotiſſimis Reipub. viris [2] *multo majora de-*
ferre compendia quam eorum dignitas poſtulat, maxime
ubi honorem vita commendat. Debet enim quid præter
dignitatem pretium eſſe meritorum. Sed facit rigor publi-
cus, ut [3] *accipere* [4] *de provinciarum oblationibus ultra or-*
dinis ſui gradum nemo plus poſſit. Aurelianum fortiſſi-
mum virum ad inſpicienda & ordinanda caſtra omnia
deſtinavimus: cui tantum à nobis atque ab omni Repu-
blica, communi totius exercitus confeſſione, debetur, ut di-
gna illo vix aliqua vel nimis magna ſunt munera. Quid
enim in illo non clarum? quid non Corvinis & Scipioni-
bus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum
reſtitutor, [5] *ille dux magni totius exempli. Et tamen ni-*
hil

num, ut timuerit ne quid erga filium ſeverius faceret, cum, ut erat pronus ad ludicra, levius cogitaret. pueri autem & ludricra amantis proprium eſt, leviter cogitare. quæ quidem leves & pueriles cogitationes & ludicræ, non impunitæ exiſſent apud Aurelianum. ea erat ejus ſeveritas, atque id timuit pater Valerianus, puerumque alteri minus ſevero commiſit.

GRUTERUS.

1 *Si quid ille feciſſet (ut eſt natura pronus ad ludicra) levius, cogitaret.*] Duarum mutatione litterarum reſtitui hunc locum, antea nemini non lectum nec intellectum. edebatur enim, *ad ludicra ſævius cogitaret.*

4 *De provinciarum oblationibus.*] Verius videtur, quod eſt in Pal. *inlationibus.*

CASAUBONUS.

2 *Multo majora deferre ſalaria quam eorum dignitas poſtulat.*] Ut cum exempli gratia tribuno ſalaria ducis deferuntur, ut in vita Claudii. his opponuntur quæ modo auctor vocabat, *ſalaria ſui ordinis.* ſic mox, *oblationes ultra ordinis ſui gradum.*

SALMASIUS.

3 *Accipere de provinciarum oblationibus.*] Vetus editio: *illationibus.*

5 *Ille dux magni totius exempli.*] Male vir doctiſſimus, qui cum aſſentiatur, *vir magni exempli*, &, *vir totius exempli*, Latinas eſſe locutiones, Latinam

hil præterea possum addere tanto viro [1] *ad muneris gratiam quam patitur sobria &* [2] *bene gerenda Respub.* [3] *Quare sinceritas tua, mi parens charissime,* [4] *supradi-cto*

tinam tamen eam negat, qua utrumque junctim dicitur: *vir totius magni exempli.* cujus diversitatis rationem mihi non apparere fateor. nam & vir magni exempli & vir totius magni exempli, quare dici non possit, non video: ut magnæ fortunæ vir, & totius magnæ fortunæ. sic enim loquebantur illa ætate. sed & vir aut femina *exemplum* dicebatur, & *vir exempli*, & *vir ad exemplum.* vetus inscriptio:

Exemplum periit. castæ lugete puellæ.

& in alia inscriptione: *vir ad exemplum præcipuus.* hinc ad exemplum equitare supra, & ad exemplum quid fieri, quod perfecte fit, & omnibus numeris.

CASAVBONVS.

5 *Ille dux magni totius exempli.*] Latina locutio est, *vir exempli*, vel, *vir magni exempli.* Quintilianus declamatione sexta: *Illa exempli mulier, illa seculi decus, virum redimi voluit.* vetus lapis Tiburtinus: PATRONO. MVNICIPI. CVRATORI. MAXIMI. EXEMPLI. Latina etiam locutio est, *vir totius exempli.* nam ita locuta est posterior ætas. Lucifer Caralitanus libro II. pro Athanasio, *fecisti damnari à consacerdotibus suis totius virum innocentiæ.* lapis ad Veronam. PETRONIO. PROBO. V. F. TOTIVS. ADMIRATIONIS. V. item in alio. VIRGO. TOTIVS. BONITATIS. minus Latina locutio est, *vir magni totius exempli.* & fortasse absit melius vox *magni.*

SALMASIVS.

1 *Ad muneris gratiam quam patitur.*] Mihi videtur legendum, & distinguendum: *& tamen nihil præter ea possum addere tanto viro ad muneris gratiam, quæ patitur sobria & bene gerenda respublica.* quod lucidius esset, si hoc ordine collocaret: *& tamen nihil possum addere tanto viro ad muneris gratiam, præter ea quæ patitur sobria & bene gerenda resp.* potest tamen fieri ut *præterea*, sit hoc loco positum, pro *amplius. præterea quam patitur resp.* hoc est, *amplius quam patitur.* & sic esset nihil movendum.

3 *Quare sinceritas tua mi parens carissime.*] Melius esset, & magis ex formula: *quare sinceritas tua Ceioni parens carissime.* nam ad Ceionium hæc scripta est epistola. sic in Novellis Theodosii: *Florenti parens Karissime* A A. &, *Apolloni parens Karissime* A A. item, *Nonne parens Karissime* A. & alibi passim Cod. Theod. & in nostris istis scriptoribus. nihil tamen fortasse mutandum. sic enim scripsit ad Maximinum Alexander, *veteres milites tibi Maximine mi carissime, atque amantissime.*

CASAUBONUS.

2 *Bene gerenda resp.*] Ἡ καλῶς διοικουμένη πολιτεία. non autem διοικηθησομένη. id est, ratio sobriè & bene administrandæ reip.

GRUTERUS.

4 *Supradicto viro efficiet, quamdiu Romæ fuerit, panes, &c.*] Pal. *afficiet*, ut forte fuerit *adjiciet*.

SALMASIUS.

4 *Supradicto viro efficiet quamdiu fuerit Romæ, panes militares mundos sedecim.*] Efficere panes, & vinum, & cetera: pro *decernere.* ut in hac ipsa epistola sub finem: *decernere pabula.* aut certe præbere & dare, ut alibi sæpe. & mirum quidem primo genus locutionis, postea & suspectum visum est. nec me frustra suspicatum esse testis Palatinus in quo scriptum reperi: *afficiet.* sic etiam prima legit editio. afficere igitur rem alicui est quasi decernere, & propriam dicare

 ejus-

cto viro efficiet, quandiu Romæ fuerit, panes militares mundos sedecim, panes militares, castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcinæ pondo triginta, bubulæ pondo quadraginta, olei sextarium unum,[1] *& item olei secundi sextarium unum, liquaminis sextarium unum,*[2] *herbarum, olerum quantum satis est. Sane quoniam ei aliquid præcipue decernendum est, quandiu Romæ fuerit,*[3] *pabula extra ordinem decernes. Ipsi autem ad sumptus,*[4] *aureos Antoninianos diurnos binos,*[5] *argenteos Philippeos minutulos,*

ejusque eam facere. quod vulgo *affectare* dicimus. sic *affectus esse alicui* dicitur in veteri inscriptione, pro additus & deditus alicui esse. nova igitur, sed tamen eleganti locutione, afficere panes & vinum & alia, dicitur pro attribuere, assignare, & præbere, & ejus propria facere, cui afficiuntur.

1 *Et item olei secundi.*] Vox *secundi* abest Palatino.

GRUTERUS.

2 *Herbarum, olerum, quantum satis est.*] Pal. *herbas holerum quantum sat est.*

CASAUBONUS.

3 *Pabula extra ordinem decernes.*] Ad jumenta. in Codice & alibi capita vocantur.

5 *Argenteos Philippeos minutulos, q.*] Iterum paullo post, *argenteos Philippeos minutulos tria millia.*

SALMASIUS.

4 *Aureos diurnos binos, Philippeos argenteos minutulos quinquagenos.*] Non plus in argento est, quam in auro. nam secundum ea quæ adnotabimus in sequenti animadversione, quinquageni minuti argentei, binos aureos reddunt. alterum tantum in ære accepit. denarii enim centum æris, quattuor aureos efficiunt.

5 *Argenteos Philippeos minutulos quinquagenos.*] Minutos istos Philippeos, quorum tam frequens recursat in his libris mentio, ignorasse mihi videntur doctissimi viri, quale nummi genus fuerint. sane sciendum Latinis minutos esse, quæ Græci λεπτὰ dicunt. sed nec hoc satis. argenteum nummum fuisse non æreum τὰ λεπτὰ, ut vulgo persuasum esse video, probandum est. minuti igitur vel minutuli dicuntur apud hos auctores, quos denarios dicebant veteres. qui denarii, drachmæ fere pondus, & æstimationem habebant. atque ut Latinis minuti argentei pro denariis: sic Græcis τὰ λεπτὰ ἀργύρεια ἀντὶ τῶν δραχμῶν. sed & absolute minutos appellarunt Latini, cum subintelligerent, argenteos: ut Græci λεπτὰ, subintelligentes ἀργύρεια. λεπτὰ igitur sunt drachmæ. Hesychius dicit λεπτὸν esse ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου. quis nescit autem talentum sex millibus denarium vel drachmarum valuisse? manifesto ergo ille λεπτὸν, ἀντὶ δραχμῆς posuit. sic λεπτὰ δύο in Euangelio Hilarius in enarratione Psalmi CXXVIII. exponit duos denarios: *duos denarios inopis viduæ acceptiores Dominus ait copiosis divitum nummis.* quadrantem, qui duos minutos habere dicitur in Euangelio, definiunt esse unciæ quartam partem. duo minuti sunt in quadrante. sic minutus octava pars unciæ, ut duo minuti, quarta. octo igitur minuti in unciam incur-

tulos, quinquagenos, æris denarios centum: reliqua per præfectos ærarii præbebuntur. Frivola hæc fortassis cui- 10
piam & nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tribunatus, [1] vicarias ducum & tribunorum diversis temporibus prope quadraginta, usque adeo ut etiam Ulpii Criniti, [2] qui [3] se de Trajani genere referebat, & fortissimi re vera viri & Trajani simillimi, qui pictus est cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Valerianus Cæsaris loco habere instituerat, [4] vicem sumeret, exercitum duceret, [5] limitem restitueret, prædam militibus daret: Thracias bobus, equis, mancipiis, captivis locupletaret: manubias in Palatio collocaret: quingentos servos, duo millia vaccarum, equas mille, ovium decem millia, caprarum quindecim millia, in privatam villam Valeriani congereret. [6] Tunc enim Ulpius Crinitus publice apud Byzantium sedenti Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnum de se judicium habitum [7] quod eidem vicarium Aurelianum dedisset: quare eum statuit arrogare. Interest 11
epistolas nosse Aureliano scriptas, & ipsam arrogationem.

incurrunt, ut octo drachmæ. & sic minutus & drachma vel denarius sunt *ἰσοδυνάμως*. sed clare Epiphanius: *σίκλος, ὃ λέγεται καὶ κοδράντης, τέταρτον μέν ἐστι τῆς οὐγκίας, ἥμισυ δὲ τοῦ στατῆρος, δύο δραχμὰς ἔχον.* duas drachmas dixit auctor ille, quæ alii *minuta*. minuti igitur vel minutuli omnibus locis hujus historiæ, sunt quos denarios vetustiores vocant auctores, quorum viginti quinque aureum unum efficiebant. de quibus *κατὰ πλάτος* in nostro ad vetus Rationale imperii commentario, ubi multa in hanc usque diem inaudita & invisitata hac de materia proferemus.

GRUTERUS.

1 *Vicarias ducum.*] Palatinus, *varios ducum.*

3 *Sed de Trajani genere referebat.*] Sic & Pal.

6 *Tunc enim Ulpius Crinitus.*] Palat. *tunc cum Ulpius.*

CASAUBONUS.

2 *Qui se de Trajani genere referebat.*] Melius, *ferebat.*

4 *Vicem sumeret.*] Vicarius illius esset.

7 *Quod eidem vicarium Aurelianum dedisset.*] *Eidem*, pro sibi.

SALMASIUS.

5 *Limitem restitueret.*] Pal. *limite restitueret.* an *limites*?

6 *Tunc enim Ulpius Crinitus publice.*] *Tunc cum Ulpius Crinitus.* ex veteri editione, & Palatino.

1 *Num-*

nem. Epistola Valeriani ad Aurelianum: *Si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpii Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem.* [1] *nunc tecum requirere potuissem. Suscipe bellum* [2] *à parte Nicopolis, ne nobis ægritudo Criniti obsit.* [3] *Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiæ magisterium.* [4] *Habes sagittarios Ityreos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Saracenos ducentos,* [5] *Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionem tertiam Felicem, & equites cataphractarios octingentos.* [6] *Tecum erit Hartomundus, Haldegastes, Hildemundus, Carioviscus. Commeatus à præfectis necessarius in omnibus castris est constitutus. Tuum est pro virtutibus tuis atque solertia illic hyemalia & æstiva disponere, ubi tibi nihil deerit: quærere præterea* [7] *ubi carrago sit hostium, & verè scire quanti*

1 *Nunc tecum requirere potuissem.*] Vitium hujus loci non est magnum: nec in defectu est, ut vulgo putarunt. si *hunc* pro *nunc* legeris, locum sanum & integrum audebo præstare. sic igitur scribe: *si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpii Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem: hunc tecum requirere potuissem.* & hic sensus est: si esset alius, qui Criniti vicarius posset esse, tecum de ejus virtute conferrem: eum tecum requirerem, ut vicem Criniti vellet implere. non est autem alius, qui possit. hunc igitur ipse suscipe.

3 *Fac quidquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate.*] Vitiosa interpunctio: quam sic corrige: *fac quidquid potes, multa non dico. In tua erit potestate militiæ magisterium.* non dico, ut multa facias, sed quidquid poteris.

5 *Mesopotamios auxiliares.*] Palatinus: *Mesopotamenos.* Μεσοποταμηνὰς, qui τύπος ἐθνικῶν illis gentibus familiaris est. *Mesopotamenses* etiam alibi mihi lectum est. at Stephanus ἐθνικογράφος, neutrum horum adfert, sed Μεσοποταμίτην.

6 *Tecum erit Hartomundus, Haldegastes.*] *Harimundus, Haldagates, Hildemundus.* ita scribuntur isti in Palatino & veteri editione. Harimundum autem esse puto idem nomen cum Farimundo vel Faramundo.

GRUTERUS.

1 *Nunc tecum requirere potuissem, &c.*] Locus minime defectuosus. dicit enim, quamvis licuisset conferre cum Aureliano de successore digno virtutibus Criniti, nullum tamen inveniundum qui ei præferretur.

6 *Tecum erit Hartomundus, Haldegastes, Hildemundus.*] Pal. *Hariomundus, Haldagates, Hildemundus.*

CASAUBONUS.

1 *Nunc tecum requirere potuissem.*] Locus est mutilus, & defectus notis insigniendus.

2 *A patre Nicop.*] *Parte.*

4 *Habes sagittarios Ityreos.*] *Ityræos.* Ἰτυραίους. nota vulgo gens Syriæ ex Geographis, Virgilio & omnibus historicis.

7 *Ubi carrago sit hostium.*] Hic pro castris accipit. nam carri in orbem dispositi barbarorum fuere castra, sicut antea diximus.

1 Ut

quanti qualesque sint, [1] *ut non vinum aut annona consumatur, aut tela jaciantur in quibus res bellica constituta est. Ego de te tantum, Deo favente, spero quantum de Trajano, si viveret, posset sperare Respub.* [2] *Neque enim minor est, in cujus locum fidemque te legi. Consulatum cum eodem Ulpio Crinito in annum sequentem à die undecimo Calend. Juniarum, in locum Gallieni & Valeriani, sperare te convenit sumptu publico. Levanda est enim paupertas eorum hominum* [3] *qui diu republica viventes, pauperes sunt*, [4] *& nullorum magis.* His quoque literis indicatur [5] quantus fuerit Aurelianus, [6] & re vera. neque enim quisquam aliquando ad summam rerum pervenit, qui non à prima ætate gradibus virtutis ascenderit. Literæ de consulatu. *Valerianus Augustus Ælio* 12
Xifidio præfecto ærarii. Aureliano, cui [7] *consulatum detuli-*

SALMASIUS.

1 *Ut non vinum aut annona consumatur, aut tela jaciantur, in quibus res bellica constituta est.*] Non alius locus magis expertus est quid valerent correctorum ingenia quam hic. quid enim, rogo te, sibi voluere, cum reponerent, *aut tela jaciantur*, pro *tala jacatur* aùt *jaciantur*, quod in veteri libro est? hanc correctionem puto nos debere Bono Accursio Pisano. vellem equidem tam certus esse hujus lectionis quæ vera est, quam certum habeo hanc prorsus esse falsam. forte legendum: *ut non vinum aut annona consumatur, aut alia jaciantur, in quibus res bellica constituta est.* mandat Aureliano Valerianus, ut ad verum sciat, quales quantiq; hostes numero sint, ut non vinum aut annona frustra consumeretur, aut alia prodigerentur, in quibus res bellica constituta est. *jacere* enim heic est prodigere. sic Græcis ῥίπτειν de ea re quæ temere prodigitur. lectionem autem ipsam veterem idcirco proposui, ut meliora afferendi non desit iis facultas, qui meæ conjecturæ non standum judicabunt, cui & ipse nondum acquiesco.

3 *Qui diu reip. viventes pauperes sunt.*] *Qui diu in rep. viventes, pauperes sunt.* ità reponendum ex Palatino.

6 *Et revera neque quisquam aliquando.*] *Neque enim quisquam aliquando.*

CASAUBONUS.

2 *Neque enim minor est, in cujus locum fidemque te legi.*] Malim, *minor es eo.* nam hoc vult: non esse Aurelianum Ulpio Crinito minorem, cui destinabatur vicarius Aurelianus. pro *fidemque*, scribo, *vicemque*, ex charissimi Lectii conjectura.

4 *Et nullorum magis.*] Scribe, *ut nullorum magis.*

5 *Quantus fuerit Aurelianus, & re vera.*] Pone πλείσαν σιωπῶ post *Aurelianus.* deinde erit sententia planior, si scribas, *& erat re vera.*

GRUTERUS.

2 *Neque enim minor est, in cujus locum fidemque te legi.*] Sic & Palat.

7 *Consulatum detulimus ob paupertatem, qua, &c.*] Nescio sane an ob paupertatem Consulem fecerit. fecit potius ob alia merita in Rempubl. quare præstiterit interpungere: *cui Consulatum*

tulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, cæteris major, dabis ad editionem Circensium aureos Antoninianos trecentos, [1] *argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære* H-S. *quinquagies,* [2] *tunicas multicias viriles decem, lineas*

tum detulimus, ob paupertatem quâ ille magnus est, ceteris major, dabis, &c. ut scilicet caussam ponat, cur ei sufficere debeat sequentia omnia præfectus ærarii.

CASAUBONUS.

1 *Argenteos Philippeos minutulos tria millia.*] Non dubito quin ad missilia Consulum hæc summa pertineat. Solebant enim Consules pecuniam in populum spargere; auream quidem imperatores; argenteam vero privati. propterea tot isti dantur Aureliano minutuli Philippei argentei. Ex Justiniani constitutione cv. permissum fuit Coss. argentum spargere in minoribus nummis, purâ miliarensibus, μύλοις, κανκλοις καὶ πηγαζωλοις, & similibus.

2 *Tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti.*] Erant illa ætate in frequenti usu tunicæ quædam multiciæ sive πολύμιτοι, & subsericæ, cum lineis permagni item pretii. quare hæc duo genera vestium jungi solent, ut hoc loco & aliis quos ad librum superiorem attulimus, cum de paragaudis tractaremus. lineas autem vestes Ægypto peti solitas sæpe diximus. vide Gallieni vitam. Vopiscus in Carino: *Jam quid lineas petitas Ægypto loquar?* sed petebantur & ex aliis provinciis: nam subjicit Vopiscus, *quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles?* Linearum Afrarum in hac vita meminit Vopiscus.

SALMASIUS.

2 *Tunicas multicias viriles decem.*] Addit *viriles*, quia multiciæ etiam muliebres. Juvenalis:

— *ne tacito bilem tibi contrahat uxor*
Humida suspectis referens multicia rugis.

multicias tunicas à subsericis distinguunt, & πολυμίτους interpretantur. nollem factum. nam multicias tunicas heic appellari censeo, quas alibi *tunicas subsericas* vocat, & semper jungit cum lineis. sed ut ita esse credamus, rem ipsam auctorem dabo. Juvenalis:

— *sed quid*
Non facient alii, cum tu multicia sumas,
Cretice? —

paulo post:

Damnetur si vis etiam Carfinia, talem
Non sumet damnata togam. —

omnino igitur intelligit togam sericam, quæ tunc erat ad usum mollium & delicatorum. Quintilianus lib. XII. *sed me hactenus cedentem nemo insequatur ultra. do tempori ne toga crassa sit non serica.* sericam igitur togam *multicia* vocat Juvenalis: quod etiam sequentia ostendunt.

Acer & indomitus, libertatisque magister
Cretice pelluces. —

nam pellucidæ vestes sericæ. sericas autem cum dico, subsericas intelligi volo. non aliæ tunc in usu. ideo vetus interpres Juvenalis eo loco recte exponit multicia, *vestes molli intextas subtemine.* vitreæ togæ Varroni dicuntur, quæ ita tenues ac pellucidæ essent, ut tunicæ clavos ostenderent: *quum istorum vitrea toga ostentant tunicæ clavos.* *multicia* igitur *toga* est serica vel subserica, ut *multicia tunica* subserica. *multicium* enim adjectivum, quod in substantivum transiit. nam & multicia vestis, & vestimentum multicium, & simpliciter multicium. unde *multicia* Juvenali tenues & pellucidæ vestes, ut sunt sericæ. sic *multicia synthesis* Tertulliano in libro de Pallio, est serica synthesis, & nimia subteminum tenuitate, ut loquitur Ammianus, perflabilis. multicium autem viri docti quasi multilicium dictum arbi-

lineas Ægyptias viginti, [1] *mantelia Cypria, paria duo, tape-*

arbitrantur, ut sit quod Græci πολύμιτον vocant. sed eos falli opinor. nam ut Latini τρίμιτον trilicem, & δίμιτον bilicem dixerunt: sic & τὴν πολύμιτον multilicem vestem vocassent, & multilicium, si forte, τὸ πολύμιτον. verum aliud est multicium vestimentum apud Latinos, & illud quod Græcis πολύμιτον appellatur à varietate & multitudine liciorum. sic enim vestes vocant varias, & animalium figuris pictas. totum aliud est multicium, quod esse dictum arbitror à *multum* & *icio*. ergo multicium est, τὸ πολυσπαθητὸν ὕφασμα, vestis serica bene densata & radio bene percussa. nam id tenuitatem levitatemque vestibus conciliat cum bene sunt percussæ. Athenæus: ἴδοι δ᾽ ἄν τις φησὶ καὶ τὰς καλουμένας ἀκαίνας, ὅπερ ἐστὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασιν. ἔστι δὲ τοῦτο σπαθητὸν ἰσχυρὸν καὶ κουφότατον χάρεσι. Hesych. σπαθητὸν, γυναικεῖον. σπαθητὸν ad verbum est *multicium muliebre*, vel, *tunica multicia mulierbris*. idem Hesych. μαλόχιον, σπαθητόν. & fortasse inde veteribus Latinis *molochina* vel *malachina vestis*. Cæcilius apud Nonium: *carbasina*, *molochina*, *ampelina*. Nonius tamen *molochinum colorem* flori similem malvæ interpretatur. Isidorus *molochinam*, *quæ ex stamine malvæ conficitur* exponit: quam alii *malvellam*, alii *melocinam* appellant. sed de his alio loco & opere affatim dicemus.

CASAUBONUS.

1 *Mantelia Cypria paria duo.*] Quæ alii mantilia. pertinent hæc ad mensalem supellectilem, ut accubitalia Cypria, quorum superiore libro facta est mentio.

SALMASIUS.

1 *Mantelia Cypria.*] Recte hoc loco scriptum *mantelia*. multis hujus historiæ Augustæ locis mantelium sit mentio. necdum inter doctos constare video quid proprie illa fuerint, sed adhuc omnia incerta de his jactantur. ut rem semel stabiliam, & hujus vocabuli significationem certam ex incerta reddam, sciendum est ex veriloqua nominis notatione *mantelam* esse telam vel linteum quo manus extergerentur. nám *mantela* proprie dicebatur: postea generis enallage, & *mantelum* dictum est, & *mantele*. sic *hæc gausapa*, qui Græcis ὁ γαυσάπης, & *hoc gausapum* & *hoc gausape*. ad hunc usum igitur & in hoc significatu sumebatur apud veteres *mantele*. Græci χειρόμακτρον interpretantur. Pollux: λάσια δὲ ἐκάλουν τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα ὡς ἀπὸ τοῦ δασύτητος. ὥστε οὐδὲν κωλύει τὰς ὀνομαζομένας μαντίλας οὕτω καλεῖν. ita enim veteres libri ibi legunt. sic accipienda sunt mantelia apud Virgilium:

— tonsisque ferunt mantelia villis.

Servius: *quibus manus terguntur*. idem alio loco: *mantelia tonsis villis: vel minutis vel compositis: ut, tonsa coma pressa corona. constat enim majores villosas habuisse mappas.* villosa igitur erant illa mantelia. Ovidius:

— villa mantele solutis.

Lucilius:

— mantela merumque.

Philargytus interpretatur *mappas*. nam mappæ tergendis manibus habebantur. Glossæ: *mappa* χειρόμακτρον. mantelia pro mappis villosis etiam sumuntur apud Plinium lib. VII. c. II. *priores Anthropophagos quos ad septentrionem esse diximus x. dierum supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti.* non dubito in Græco scriptore fuisse, ἀντὶ χειρομάκτρων, quod Plinius vertit *pro mantelibus*. ubi *mantelia* pro mappis posuit. quæ vetus est ac vera hujus vocabuli notio. ridicule vero illi qui mantelia in illo Plinii loco pro thoracibus vel lori-

tapetia Afra decem, ' *stragula Maura decem*, *porcos centum*,

loricis quibus munitur pectus accepetunt. quasi veto magnum munimentum sit, & magnopere impenetrabile in cute humani capitis. atqui mantelia veteres ante pectora ponere cænantes consueverant, ut hodie solemus illa lintea, quæ *servietæ* nobis dicuntur, quas ante pectora nostra ponimus, cum mensæ adsidemus, & quibus manus & labra tergemus. verum ætate jam Plinii mantelia non amplius in usu erant ἀντὶ χειρομάκτρων, sed tegendis mensis serviebant. Martialis:

Gausapa vel mantele.

Nobilius villosa tegunt tibilintea citrum.

Orbibus in nostris circulus esse potest.

atque hoc tunc temporis discrimen statuebatur inter mappas & mantelia: ut mantelia mensis operiendis, mappæ manibus tergendis usum præberent. nam mappæ erant brevia lintea, quas quisque secum ad convivium ferebat. nec enim dominus eas subministrabat. inveniebant quidem apud dominum convivii mensam manteli instratam, sed suam unusquisque secum convivarum mappam afferebat. quod constat ex quodam epigrammate Martialis in Hermogenem mapparum magnum furem, quem scribit mappam in convivium attulisse, de convivio semper retulisse. quodam igitur die, quum furis metu nemo ex convivis mappam attulisset ad id convivium cui ille debebat interesse, cum nihil posset mapparum surripere, mantele ipsum furatus est quo mensa erat instrata:

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,

Mantele è mensa surpuit Hermogenes.

hine *mappæ breves* eidem Martiali ἐπιθετικῶς appellantur:

Et vani triplices, brevesque mappæ.

sic apud hos auctores passim mantele pro mensæ integumento accipitur. hine *mantelia in mensam mittere*, & *mantelia mittere* simpliciter dicunt & *mantelibus sternere*. Spartianus in Heliogabalo: *exhibuit parasitis canas de vitreis, & nonnunquam tot picta mantelia in mensam mittebat his edulibus picta quæ apponerentur. mittere mantelia* Lampridius in Alexandro dixit: *convivium neque opiparum neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantelia mitterentur. mitterentur*, in mensam scilicet. quomodo vulgo in nostro idiomate loquimur nam *mappam mittere* pro *mappa* mensam insternere dicimus. sic *aulæum in scena mittere*, & *sternere* idem. Phædrus:

Aulæo misso, devolutis tonitribus,

aulæa sternere apud Donatum: *aulæa quoque in scena intexta sternuntur, pro quibus siparia posterior ætas accepit.* sic etiam *mantelia sternere*, & *mantelibus sternere dicebant*. Trebellius scribit Gallienum mantelibus aureis semper stravisse. Isidorus: *mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ ut nomen ipsum indicat olim tergendis manibus præbebantur.* at mappam infima Latinitas etiam pro mensæ tegimine usurpavit. inde nostrum *nappe* de manteli vel mensæ opetimento. nam *m* litteram vertimus in *n*. sic *mattam* hoc est tegetem & stoream, *nattam* vulgariter vocamus. mappæ autem vocabulum à Pœnis mutuum sumpserunt Romani. & quodlibet tegmen apud illos significat. hine *mappale* καλύβη, ejusdem gentis & originis vox. mappalia vel mapalia scribuntur. Glossæ: *mappalia*, καλύβαι. & ita sæpe in libris manu exaratis scriptum invenitur. qua de re nos alibi.

† *Stragula Maura decem.*] Vetus liber: *tragula Maura*, tragula jaculi genus est: & Maura jacula sunt nota. nihilominus *stragula* heic retinenda. vetus sane scribendi vitium, *tragula* pro *stragula*. sic *piracula Diis* testatur Servius in vetustissimis exemplaribus scriptum fuisse apud Virgilium, pro *spiracula*. sic *casteria* apud Plautum & Nonium, quæ est *scasteria* ⲙⲁⲅⲉⲓⲣⲉⲓⲟⲛ quoque

tum, oves centum: convivium autem publicum edi jube-
bis senatoribus, equitibus Romanis: hostias majores duas,
minores quatuor. Et quoniam etiam de arrogatione a-
liqua me dixeram positurum quæ ad tantum princi-
pem pertinerent, quæso [2] ne odiosior verbosiorve ea
re videar: quam fidei causa inserendam credidi [3] ex
libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani
principis fuit, libro Actorum ejus nono. Quum con- 13
sedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzan-
tium præsente exercitu, præsente etiam officio pala-
tino, assidentibus Memmio Fusco consule ordinario,
Bebio Macro præfecto prætorii, Quinto Ancario præ-
side Orientis: assidentibus etiam à parte læva [4] Avul-
nio Saturnino Scythici limitis duce, [5] Murentio ad
Ægyptum destinato, Julio Tryphone Orientalis limi-
tis duce, [6] & Meceo Brundusino præfecto annonæ
Orientis, [7] & Ulpio Crinito duce Illyriciani limitis &
Thracii, & Fulvio Boio duce Rhetici limitis: Vale-
rianus Augustus dixit, *Gratias tibi agit Aureliane Resp.*
quod eam Gotthorum potestate liberasti. Abundamus per
te præda, abundamus gloria, & his omnibus quibus Ro-
mana felicitas crescit. Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis
coronas murales quatuor, coronas vallares quinque, coro-
nas

quoque Græci scripsere pro *σημέρασιν*. sed hæc alias. vetus editio etiam heic agnoscit, *tragula*.

CASAUBONUS.

1 *Senatoribus & equitibus Rom.*] Scribe: *& equit. R.*

4 *Avulnio Saturnino.*] Regius, *Amilio.* vulgata lectio vestigia servat, vocis *Anulino.*

SALMASIUS.

2 *Ne odiosior verbosiorque ea re videar.*] *Ne odiosior verbosiorque in ea re videar.* ita potius scribendum, astipulantibus membranis.

3 *Ex libris Acolii.*] Palatinus: *ex libris Acoli.* vetus editio: *Acolii.* alius autem est Acholius qui vitam Alexandri Severi scripsit. sed quis prohibet eumdem esse? per me sane sit idem. nam id mihi valde verisimile esse videtur.

6 *Et Meceo Brundusino.*] *Et Maceo.* Pal. forte *Macio.*

GRUTERUS.

4 *Avulvio Saturnino.*] Sic etiam Pal. melius tamen *Amulio.*

5 *Murentio ad Ægyptum destinato.*] Palat. *& Murrentio Mauricio ad Æg. &c.* verum cum ceteris duo nomina dederit, non erit caussa cur isti unum poneret.

7 *Et Ulpio Crinito.*] Palatinus *Ulpicio.*

nas navales duas, coronas civicas duas, hastas puras de-
cem,[1] *vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales russas qua-*
tuor, pallia proconsularia duo, togam prætextam, tunicam
palmatam, togam pictam,[2] *subarmalem profundum, sel-*
lam eboratam. Nam te consulem hodie designo,[3] *scriptu-*
rus ad senatum[4] *ut tibi deputet scipionem, deputet etiam*
fasces.[5] *Hac enim imperator non solet dare, sed à senatu,*
14 *quando fit consul, accipere.* Post hæc Valeriani dicta Au-
relianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gra-
tias

SALMASIUS.

1 *Vexilla bicolora.*] Διχρώμοι. *bicolorum* pro *bicolore.* sic *decolorum.* sic *indecores* & *indecori.*

3 *Scripturus ad senatum ut tibi deputet scipionem.*] De Consulum scipione, non est res ignota. sed aliter fuisse apud veteres, aliter sub mediis imperatoribus observo. veteres enim consules scipionem tantum gestabant triumphi die, aut aliis festis diebus; at recentiores isti consules quotidie gestabant, & cum scipione curiam ingrediebantur. videndus Dionysius. Juvenalis quoque Sat. x. scipionem & coronam triumphanti tantum consuli tribuit:

—— magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla?
Quippe tenet sudans hanc publicus & sibi Consul
Ne placeat, curru servus portatur eodem.
Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno.

Vetus interpres: *virga quam consules portant, quia supra aquilas faciunt.* postea vero quotidianum videtur consulum fuisse gestamen, scipio. nam & consulibus designatis statim scipionem deputabat senatus, ut ex hoc loco constat. prærerea nec consules tantum, sed consulares etiam scipionem gestabant. quod erat insigne eos fuisse consules, & esse consulares. Servius ad illud Virgilii,

Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.

primus inter sceptriferos. namque apud majores omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam. postea cœperunt tantum ex consulibus sceptra gestare, & signum erat eos consulares esse. Ammianus Marcellinus lib. xxix. *horret animus reminisci quo justitio humilitati tot rerum apices visebantur, & præcipue consulares post scipiones & trabeas & fastorum monimenta mundana.* eburnea autem fuisse illa sceptra consulum, vel scipiones, notissimum est. epigramma vetus, de Elephante:

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis.
Discolor & tabulæ calculus inde datur.

ex ebore scilicet.

GRUTERUS.

2 *Subarmalem profundum.*] Sic quoque Pal. ut aliquid veniat subintelligendum substantivi.

CASAUBONUS.

2 *Subarmalem profundum.*] Jam ad Severum diximus, videri scribendum, *subarmale prof.*

4 *Ut tibi deputet scipionem.*] Consulum enim ab ipsa institutione prima gestamen fuit scipio eburneus: cujus meminit Dionysius Halicarn. Livius, Valerius Maximus, aliique his posteriores scriptores.

5 *Hac enim imperator non solet dare, sed à senatu, quando fit consul, accipere.*] Possunt hæc verba auctoris Vopisci esse, non Valeriani. quod nos probamus magis.

1 *Ideo*

tias militaribus verbis, quæ propria & ipsa apponenda decrevi. Aurelianus dixit, *Et ego domine Valeriane imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo vulnera patienter excepi,* [1] *ideo & equos* [2] *& cantherios meos lassavi ut mihi gratias ageret Respubl. & conscientia mea. At tu plus fecisti: ago ergo gratias bonitati tuæ, & accipio consulatum quem das.* [3] *Dii faciant & deus certus Sol, ut & senatus de me sic judicet.* Agentibus igitur gratias omnibus circunstantibus, Ulpius Crinitus surrexit, atque hac oratione usus est: *Apud majores nostros, Valeriane Auguste, quod & familiæ meæ amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias, vel fœtus matrimonis jam caducos substituta fœcunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Coccejus Nerva in Trajano adoptando, quod Ulpius Trajanus in Adriano, quod Adrianus in Antonino, & cæteri deinceps proposita suggestione fecerunt,* [4] *jam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium judicii tui auctoritate fecisti, censui esse referendum.* [5] *Jube igitur ut lege agatur, sitque Aurelianus hæres sacrorum, nominis & bonorum, totiusque juris, Ulpio Crinito jam consulari* [6] *viro, actutum te judice consularis.* Longum est

SALMASIUS.

1 *Ideo & equos & cantherios meos lassavi.*] Vetus editio legit: *equos & conjuratos meos.* corrupte, ut equidem existimo.

3 *Dii faciant & Deus certus sol.*] *Dii faciant & Deus certus, ut & senatus.* ita libri qui vocem *sol* non agnoscunt. per Deum certum, *solem* intelligit Aurelianus, quem præcipue colebat.

4 *Jam in arrogando Aureliano.*] *Interrogando Aureliano*, vet. editio. lege: *in arrogando Aureliano.*

6 *Ipse ac tu Crinite judex consularis.*] Vetus quoque editio rectam lectionem agnoscit, quam jampridem ex scriptorum librorum fide vindicarunt eruditi viri: *ipse actutum te judice consularis.* ita edi voluimus, sed operæ omiserunt *ipse*.

GRUTERUS.

2 *Et cantherios meos lassavi.*] Pal, *& conjuratos meos lass.*

6 *Ipse actutum, te judice, Consularis, &c.*] Palatinus noster accedit per omnia Puteaniano codici. inepte vulgati; *ipse actu Crinite judex Consularis.* talia enim verba Oedipum requirebant.

CASAUBONUS.

5 *Jube igitur ut lege agatur, s.*] Exemplum est hic ejus adoptionis, quæ fiebat apud principem, & postea magistratui intimabatur, ut docet lex secunda Cod. de adopt. hæc adoptio in illius locum successit, quæ apud populum olim lege curiata fiebat.

6 *Ipse ac tu Crinite judex consularis.*]

 Sen-

est cuncta pertexere. Nam & actæ sunt Crinito à Valeriano gratiæ; & adoptio, ut solebat, impleta. Memini me in quodam libro Græco legisse (quod tacendum esse non credidi) mandatum esse Crinito à Valeriano ut Aurelianus adoptaretur, idcirco præcipue quod pauper esset: sed hoc in medio relinquendum puto. & quoniam superius epistolam posui qua sumptus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim, [1] rem quasi frivolam, eloquendum putavi. [2] Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur, [3] quum darentur tunicæ subsericæ, [4] lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscentibus frugi hominibus. Factum est enim ut jam divitiarum sit non hominum consulatus: quia utique si virtutibus defertur, editorem spoliare non debent. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. Sed nos (ut solemus) hanc
16 quoque rem in medio relinquimus. His igitur tot ac talibus præjudiciis muneribusque fultus, Claudianis tem-

Sensus horum verborum nullus. veram scripturam docuit nos alter codex Puteani, quæ est hæc: *ipse actatum te judice consularis.* orat Crinitus Valerianum, ut Aurelianus in domum viri consularis, id est, suam transiens, fiat ipse quoque consularis.

SALMASIUS.

1 *Rem quasi frivolam eloquendum putavi.*] *Eloquendam putavi.* vet. edit.

3 *Quum darentur tunicæ subsericæ: lineæ paragaudæ.*] Palatinus: *paragaude.* forte, *paragaudeæ.* ut in vita Claudii, *subsericam paragaudeam triuncem* dixit Pollio. notandum autem *linearum paragaudearum*, heic tantum facere mentionem Vopiscum, non etiam tunicarum, quod ejus ætate lineæ paragaudiæ solæ in usu essent. ut etiam ostendit infra, ubi scribit Aurelianum paragaudas vestes militibus dedisse, dilores, trilores, usque ad pentelores, quales lineæ fiebant ipsius ætate. sic & in Bonoso, *interularum* meminit *dilorium.* quæ interulæ sunt lineæ. revocatæ tamen in usum postea videntur. nam in Codice fit mentio tunicarum linearumque paragaudiarum.

CASAUBONUS.

2 *Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum.*] Confer cum simili querimonia inferius in Catino. quid sit *consulatum edere*, & ὑπατείαν δοῦναι, exposuimus ad Alagabalum.

4 *Lineæ paragandæ.*] Melius scribas *paragaudiæ*, ut ad superiorem librum ostendimus.

1 *Omne*

temporibus tantus enituit, ut post eum Quintillo quoque fratre ejus interempto, solus teneret imperium, Aureolo interfecto, cum quo Gallienus fecerat pacem. Hoc loco tanta est diversitas historicorum, & quidem Græcorum, ut alii dicant, invito Claudio ab Aureliano Aureolum interfectum, alii mandante ac volente, alii ab imperatore jam Aureliano eundem occisum, alii vero adhuc privato. Sed hæc quoque media relinquemus, ab ipsis petenda per quos in literas missa sunt. Illud tamen constat, [1] omne contra Mœotidas bellum divum Claudium nulli magis quam Aureliano credidisse. Extat epistola, quam ego (ut soleo) fidei causa, 17
imo ut alios annalium scriptores fecisse video, inserendam putavi. *Flavius Claudius Valerio Aureliano suo salutem. Expetit à te munus solitum nostra Respub. Aggredere: quid moraris?* [2] *Tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu*

[1] *Omne contra Mæotidas bellum*] Mæotidas appellat quos Zosimus libro secundo Σαυρομάτας τῇ Μαιώτιδι προσοικοῦντας λίμνῃ vide inferius in Tacito.

SALMASIUS.

1 *Omne contra Mæotidas bellum.*] *Meotidas* sic enim scribebant. & *Meotim* pro *Mæotim*. unde prima ejus corripitur apud illius temporis poetas. meminit etiam infra *Mæotidarum*, qui *Μαιῶται* veteribus sunt dicti. Stephanus: *Μαιῶται ἔθνος Σκυθικὸν μέγιστον καὶ πολυάνθρωπον.*

2 *Tuo magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos.*] Magistrum militum plane agnoscimus Aurelianum his verbis à Claudio designari. ut & supra eidem Aureliano magisterium militiæ tribuit Valerianus cum eum Crinito vicarium daret: *in tua potestate erit militiæ magisterium.* nondum tamen certum erat officium tunc temporis, militum vel militiæ magisterium. sed fere magistri militum vocabantur, aut quibus bellum aliquod extra ordinem gerendum mandabatur, ut heic Claudius Aureliano bellum adversus Gotthos gerendum committit, ejusque in potestatem tradit, exercitus Thracicos & Illyricianos, & limitem & summam totius belli, & sic Aurelianus magister militum dicitur aut ducum vicarii, quique legatorum vicem implebant, qui exercitum ducebant, quibus limes restituendus dabatur, hi omnes magistri militum dicebantur. sed res adhuc erat vaga, appellatioque incerta. omnes enim hoc nomine appellati quibus milites regendos, aut bellum aliquod gerendum committebat princeps. sive hi tantum tribuni essent, sive vicarii ducum. sed & ipsi duces vere magistri militum erant, & dicebantur illo tempore, legatique omnes imperatoris. postea Constantinus militum magistros constituit, peditum alterum, & alterum equitum, ad quos summa totius rei bellicæ pertineret. nam antea duces & legati in suis quique limitibus magisterium militum eorum, quibus præ-

ductu tribunos. Gotthi oppugnandi sunt: Gotthi à Thraciis amovendi. [1] *Eorum enim plerique* [2] *Hamimontum Euro-*

præerant, obtinebant. Zosimus: ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον, στρατηλάτας καταστήσας τὸν μὲν τῶν ἵππων, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους αὐθεντίας. verba Zosimi ideo adduxi, ut errorem interpretis castigarem, qui στρατηγοὺς vertit prætores. mens Zosimi est, duces olim sic præfuisse exercitibus, ut summi solent imperatores & στρατηγοί. nam ducis nomen Græca voce exponit. στρατηγὸς autem ducem aut ductorem exercitus significat. quod olim munus quia prætorum erat, prætores etiam dicti στρατηγοί. sed στρατηγοὺς prætores vertere illo loco apud Zosimum, nemo possit, qui quid velit Zosimus, intelligat. vult enim τοὺς Δοῦκας quos nominat, στρατηγῶν τάξιν habuisse, hoc est duces Latinis dici, quos Græci στρατηγοὺς appellant. quos etiam magistros militum aliquando fuisse dictos paulo supra diximus, ut & eorum vicarios, quod militum magisterium haberent, & potestatem eos coercendi, ordinandique. quam potestatem Tribunis etiam datam fuisse recte observat Zosimus, & ex multis hujus historiæ locis potest id clarum esse. at Constantinus creatis magistris militum, & in titulum officii constitutis, sub eorum dispositione limitum duces esse voluit. penes eos summa erat legendi militis ac puniendi si quid delinqueret. ad illos denique totius militiæ magisterium spectabat. hinc Vegetius scribit lib. II. c. IX. magistros militum fuisse substitutos in locum legatorum consularium qui ad exercitus regendos ab imperatore destinabantur, quibus legiones & auxilia parebant, qui belli gerendi ac pacis ordinandæ potestatem habebant. in verbis Vegetii perperam viri docti legunt: *in quorum locum nunc illustres viros constat magistros militum constitutos*. ut intelligamus Vegetii ævo eam partem militaris disciplinæ fuisse mutatam. vidi aliquantos manu exaratos Vegetii codices quibus omnibus aberat vox *nunc*. nec Vegetii ætate illa mutatio introducta est, sed Constantini, ut diximus. magistros militum στρατηλάτας Zosimus reddit. & sic in Glossis: στρατηλάτης, *magister militum*. Μαγιστρομίλης recentioribus Græcis. & ita apud Constantinum de imperio, quem κατεπάνω στρατοῦ interpretatur. sic μαγιστρόκηνσον vel μαγιστροκηνσον unica voce appellabant magistrum census.

CASAUBONUS.

2 *Hami montem Europamque vexant.*] Scripti etiam hic, *Hæmimontum*, ut in Claudio.

GRUTERUS.

2 *Hæmimontum Europamque vexant.*] Sic quoque rursus Palatinæ membranæ, non ut editi, *Hami montem.*

SALMASIUS.

1 *Eorum enim plerique Hæmi montem, Europamque vexant.*] Palatinus & vetus editio: *Hæmimontum*. recte, atque ita jam ex suis libris legendum observavit præstantissimus Casaubonus. sed cur Hæmimontum cum Europa conjungit? nonne Hæmimontus in Europa? legebam: *Hæmimontum Rhodopamque vexant.* Hæmimontus & Rhodopa duæ provinciæ in Thracia à duobus montibus Æmo & Rhodope denominatæ. vide Ammianum lib. XXVII. nunc nihil mutamus. cave tamen putes Europæ nomen heic accipiendum de tertia orbis parte. Europa hoc loco Thraciæ provincia, ut & Hæmi-

Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracicos, omnes Illyricianos totumque limitem in tua potestate constituo, [1] solitam en nobis ede virtutem. Tecum erit etiam frater Quintillus quum occurrerit. Ego aliis rebus occupatus summam belli illius virtutibus tuis credo. Misi sane equos decem, loricas duas, & cætera, quibus munire ad bellum euntem necessitas cogit. [2] Secundis igitur præliis usus auspicijs Claudianis, Rempublicam in integrum reddidit: atque ipse statim (ut supra diximus) consensu omnium legionum factus est imperator. Equites sane omnes ante imperium sub Claudio 18
Aurelianus gubernavit, quum offensam magistri eorum incurrissent quod temere Claudio non jubente pugnassent. Item Aurelianus contra Suevos & Sarmatas iisdem temporibus vehementissime dimicavit, ac florentissimam victoriam retulit: accepta est sane clades sub Aureliano à Marcomannis per errorem. [3] Nam dum is à fronte non curat occurrere subito erumpentibus, dumque illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanum graviter evastata sunt. Postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt. In illo autem timo-

Hæmimontus. ita enim *ειδικῶς* posterior ætas vocavit Thraciæ regionem in qua Constantinopolis sita. Festus Rufus: *ita ditioni Reip. sex Thraciarum provinciæ sunt acquisitæ, Thracia, Æmimontus, Mæsia inferior, Scythia, Rhodopa, Europa in qua nunc secundæ arces Romani orbis sunt constitutæ.* hujus Europæ provinciæ mentio in veteri inscriptione: PRÆS. DI. PROVINCIÆ. BYZACENÆ. CONSVLARI. PROVINCIÆ. EVROPÆ. ET. THRACIÆ.

CASAUBONUS.

1 *Solitam nobis ede virtutem.*] Eleganter in veteribus, *Solitam en nobis ede virtutem.*

GRUTERUS.

1 *Solitam en nobis ede virtutem.*] Ita cum aliis mss. Palatinus, inserto illo *en.*

3 *Nam dum is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere: dumque illos, &c.*] Pal. *non cura occurre subita irrumpentibus, dumque illos, &c.*

SALMASIUS.

2 *Secundis igitur præliis, usus auspiciis Claudianis.*] Scribit Zosimus partim bello, partim morbo reliquos omnes barbaros qui Thraciam vastabant extinctos esse. nec tamen ibi Aureliani meminit, quem illud bellum confecisse vult Vopiscus.

3 *Nam dum is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere.*] Longe melior Palatini codicis, item veteris editionis scriptura: *nam dum is à fronte non curat occurrere subito erumpentibus, dumque illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanum graviter vastata sunt.*

timore, quo Marcomanni cuncta vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt, paventibus cunctis [1] ne eadem quæ sub Gallieno fuerant, provenirent. quare etiam [2] libri Sibyllini noti beneficiis publicis inspecti sunt, [3] inventumque [4] ut in certis locis sacrificia fierent

CASAUBONUS.

1 *Ne eadem quæ sub Gallieno fuerant provenirent.*] Scribebam. *porro venirent.* sed retinet idem verbum infra: *cum videret posse fieri ut tale aliquid iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret.*

2 *Libri Sibyllini noti beneficiis publicis.*] In necessariis Reip. temporibus, ad libros Sibyllinos adibatur, & placandi numinis ratio inde poscebatur.

4 *Ut in certis locis sacrificia fierent, quæ Barbari transire non possent.*] Simile exemplum supra in Spartiani Juliano.

SALMASIUS.

1 *Ne eadem quæ sub Gallieno acciderant, provenirent.*] *Provenirent.* pro acciderent vel evenirent. nihil enim mutandum. provenire aliquid alicui bene vel male dicitur. unde & eum *bene provenire* dicit Plautus, cui quid boni provenit.

3 *Inventumque ut certis locis sacrificia fierent, quæ barbari transire non possent.*] Mos fuit sub imperatoribus Romanis, ut sacrificiis certis locis factis, aut carminibus dictis, vel statuis positis, Barbarorum in solum Romanum ingressum & transitum arceri putarent posse quo remedio sæpius sunt usi adversus barbarorum superventum. idque consecrationem vocabant, qua consecratione usus est olim Marcus, adversus Marcomannorum ἐφόδους. Spartianus in Heliogabalo: *dictum est à quibusdam per Chaldæos & magos Antoninum Marcum id egisse, ut Marcomanni P. R. devoti semper essent, atque amici, idque factis carminibus, & consecratione: quum quæreret quæ illa esset, aut ubi esset, suppressum est. constabat enim illum ob hæc consecrationem quærere, ut eam dissiparet spe belli concitandi.* quæ verba significantissima sunt ad hunc morem explicandum, & locum istum illustrandum. sed illa consecratio Marci videtur aut dissipata ab aliquo fuisse, aut certe non perpetuo duraturas vires habuisse. sub Aureliano enim, ut heic videmus, iterum irruentibus Marcomannis alia consecratione opus fuit, ad barbarorum arcendum transitum. sic autem consecratio fiebat. carminibus incantatis, & sacrificiis peractis, statuæ quædam consecrabantur, & in eo loco defodiebantur quem barbaros nolebant transire. ea erat consecratio. ex quo constat nos recte in Spartiano emendasse: *cum quæreret, quæ illa esset, aut ubi esset.* nam ad consecrationem referri debet. vulgo est: *quæ illa essent, aut ubi essent.* & ad carmina refertur. quod verum esse non potest. Græci τελετὴν vocarunt ejusmodi consecrationem. & simulacra sic consecrata, τετελεσμένα. Olympiodorus: ἐν ταῖς ἡμέραις Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Θρᾴκῃ Οὐαλερίου ἄρχοντος μήνυσις γέγονεν ὡς θησαυρὸς εὑρεθείη. Οὐαλέριος δὲ παρὰ τὸν τόπον παραγενόμενος μανθάνει παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν τὸν τόπον εἶναι, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι. εἶτα ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ δέχεται γράμματα ἐπιτρέποντα αὐτῷ ἀναλαβεῖν τὰ μηνυθέντα. ἀνορυχθέντος τοίνυν τοῦ τόπου εὑρίσκονται τρεῖς ἀνδριάντες. describit postea quo habitu statuæ illæ fuerint. sed & quæ dissipata illa consecratione, & effossis statuis, acciderint narrat: ὧν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων παραυτίκα καὶ μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας

rent quæ Barbari transire non possent. Facta denique sunt ea quæ præcepta fuerant in diverso ceremoniarum genere: ' atque ita Barbari restiterunt, quos omnes

ἔχει, ἀνδριάντων μὲν τὸ τῆς Γότθων μέρος πᾶσαν ἐπιτείχει τὴν Θράκην· ἔμελλε δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ τὸ τῶν Οὔννων καὶ τὸ τῶν Σαρματῶν καταδραμεῖσθαι, τό, τε Ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν τὴν Θράκην. ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θράκης καὶ τῆς Ἰλλυρικῆς κατέκειτο τὰ τῆς τελετῆς. καὶ ἐῴκει ὁ τῶν ἀνδριάντων ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τετελέσθαι βαρβάρου. hæc unice Spartianum illustrant, & omnem ritum harum consecrationum aperiunt. consecratas eo modo statuas, τετελεσμένας dicebant. Photius: ὅτι ὁ ἱστορικός φησι περὶ Οὐαλερίου τινὸς τῶν ἐπισήμων ἀκοῦσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς ἀποκώλυσιν τῶν βαρβάρων. sic Palladium statuam fuisse consecratam scribunt veteres Grammatici ad custodiam urbis Trojæ. Παλλάδιον τοῦτο ἦν ζώδιον μικρὸν ξύλινον, ὃ ἔλεγον εἶναι τετελεσμένον, φυλάττον τὴν βασιλείαν τῆς Τροίας. Memnonis etiam statuam resonantem hoc genere τετελεσμένην fuisse volunt. vetus Scholiastes Juvenalis: *Memnonis ex ære statua citharam tenens certis horis canebat. hanc Cambyses jussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse quod intra statuam lateret, nihilominus tamen aperta statua qua erat magice consecrata horis statutis sonum reddidit.* statua magice consecrata est τετελεσμένη & τελεσταὶ magi. sic etiam τετελεσμένοι δακτύλιοι, consecrati annuli, quos & φαρμακίτας & φυσικοὺς dicebant. Aristophanis interpretes: ὁ δὲ Εὔδημος φαρμακοπώλης τετελεσμένους δακτυλίους πωλῶν. & paulo post: φιλόσοφος δὲ ἦν οὗτος ὁ Εὔδημος φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαίμονας καὶ ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα. ἱεροπράκτων γὰρ ὀφιοδήκτους. μᾶλλον δὲ τὴν ἀρχὴν οὐκ εἶναι ὑπὸ ὄφεων δάκνεσθαι.

ᵗ *Atque ita barbari restiterunt.*] Mira vis illius consecrationis, quæ locum in quo facta est, transire barbaros prohibuit. non solum autem ad hominum impetum coërcendum & reprimendum, sed etiam adversus bestiarum, & morborum ingruentium incursum ejus generis consecrationes adhibebant. sic Byzantiis adversus ciconias quibus infestabantur, erexit tres ciconias marmoreas τετελεσμένας Apollonius Tyanæus, quæ ciconias urbem ingredi prohibuerunt. Codinus: ἀνὴρ δέ τις ἐκ τῶν Τυάνων ὄνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργοὺς ἐν τε προσώποις ὁρῶντας ἀλλήλους, οἳ καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐ συγχωροῦσιν ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος. sic Antiochenses peste liberavit Laius quidam philosophus & τελεστής, erecta Charontis statua τετελεσμένη. Tzetzes:

Λοιμοῦ τὴν Ἀντιόχειαν μεγάλου κατασχόντος
Εἴσας ἐν πέτρᾳ πρόσωπον Χάρωνος θεὶς τῇ πόλει
Τὴν νόσον ἐξωστράκιζε μακρὰν Ἀντιοχίαν.

perperam apud Tzetzem λιμοῦ scriptum est, & male interpres *famem* vertit. Laium illum φιλόσοφον & τελεστὴν & μυστικὸν vocat idem Tzetzes. ita Asium quemdam qui Dardano Trojam condenti Palladium ad urbis conservationem & regni, dono dedit, φιλόσοφον καὶ τελεστὴν vocat Suidas. hujus sic meminit Joannes Antiochensis, περὶ ἀρχαιολογίας· τὸ ἐν Τροίᾳ παλλάδιον ζώδιον ἦν μικρὸν ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. Olympiodorus cujusdam Libanii meminit, quem ἄκρον τελεστικὸν fuisse dicit,

 qui

nes Aurelianus carptim vagantes occidit. Libet ipsius senatusconsulti formam exponere, ¹ quo libros inspici clarissi-

qui pollicebatur absque armis aut militibus ἐπὶ βαρβάρων ἐνεργεῖν. eumque illius artis specimen dedisse scribit, & promissa implevisse. cujus facti fama longe didita, à Placidia occidi jussum: εἶτα πεῖραν δοὺς τῆς ὑποσχέσεως καὶ τῆς φήμης δραμούσης, ὥστε καὶ Πλακιδίαν τὴν βασιλίδα μαθεῖν, ἀναιρεῖται ὁ τελεστής. idem auctor mentionem facit statuæ consecratæ, quæ in Sicilia collocata erat, ad ignem Ætnæ compescendum, & barbaros transitu freti prohibendos. qua postea eversa ab Æsculapio quodam Siciliæ procuratore, Siciliam multis affectam esse damnis per barbarorum incursiones, & ignis Ætnæi exundationes: Ῥήγιον, inquit, μητρόπολις ἐστὶ τῆς Βρεττίας, ἐξ οὗ Ἀλάριχος ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενος περαιωθῆναι ἐπεσχέθη. ἄγαλμα γὰρ τετελεσμένον ἱστάμενον ἐκώλυε τὴν περαίωσιν· ἐτετέλεστο δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς Αἴτνης πυρὸς καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάττης βαρβάρων. ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἐγκείμενον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον. οὗ καταλυθέντος ὕστερον ἔκ τε τοῦ Αἰτναίου πυρὸς καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων βλάβας ἡ Σικελία ἐδέξατο. quid plura? Nisi comam fuisse consecratam scribit quoque Servius, in qua regni ejus fatum erat constitutum. interpretamur τετελεσμένην. verba Servii: *adamatus ab Scylla est Nisi filia: quæ ut hosti posset placere, comam purpuream parentis abscissam ei abstulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno poliretur, quamdiu illam habuisset intactam.* ea enim conditione πάντα τὰ τετελεσμένα erant, ut tamdiu res, quarum rerum gratia fuerant facta, intactas conservarent, quamdiu ipsa integra & illibata manerent. illa omnia vocabant Arabes *Talisman*, ut nos docuit summus vir Scaliger. sed quod ipse non animadvertit, Græca vox est, & ex Græco sumpta, sed modico flexu in Arabismum detorta. nam *Talisman*, est τέλεσμα, hoc est, τετελεσμένον τι. ut sunt τετελεσμένοι anuli, τετελεσμένοι ἀνδριάντες, & cetera ejusmodi. Justinus: εἰ θεὸς ἐστὶ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς καὶ ἀνέμων φορὰς καὶ μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς ὡς ὁρῶμεν κωλύουσι. Chronicon Alexandrinum: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων, Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἤκμαζεν περιπολεύων πανταχοῦ καὶ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ χώρας. ubi ridicule interpres τελέσματα vectigalia vertit, & Apollonium in urbibus & regionibus vectigalia instituisse vult. quo nihil fingi potest ineptius aut absurdius.

1 *Quod libros inspici clarissimorum jussit auctoritas.*] Scio quidem & quis nescit? clarissimos fuisse senatores, & eorum uxores clarissimas. sed quæro an tectum sit, aut usitatum, clarissimorum auctoritate dici, aliquid juberi, pro senatus auctoritate. hujus locutionis exemplum requiro. nemo enim mihi persuaserit sic auctores loqui: hoc clarissimorum jussit auctoritas: hoc clarissimi decreverunt: clarissimi consultum fecerunt. ut *clarissimi* absolute dicantur, pro senatu vel senatoribus. hæsissem tamen in hoc luto, nisi me inde optimi Palatini scriptura extraxisset, in quo ita legitur: *quos libros inspici clarissimior jussit auctoritas.* hoc est *clarissimi ordinis.* per clarissimum ordinem, & amplissimum ordinem, intelligi senatum, atque ita frequenter loqui auctores, nemo fere ignorat. sic autem per compendium scribebant 1 *clariss. or.* hoc est, *clarissimi ordinis.* Valerius Probus: OR. *vel* O. *Ordo.* &, ORD. *Ordinis.*

quam

[2]clarissimi ordinis jussit autoritas.[2] Die tertio Idus Jan. 19
Fulvius Sabinus prætor urbanus dixit: *Referimus ad vos P. C. Pontificum suggestionem, & Aureliani principis literas, quibus jubetur ut inspiciantur fatales libri quibus spes belli terminandi sacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipsi quotiescunque gravior aliquis extitit motus, eos semper inspectos: neque prius mala publica esse finita, quam ex iis sacrificiorum processit autoritas.* Tunc surrexit primæ sententiæ [3] Ulpius Syllanus, atque ita loquutus est: *Sero nimis P. C. de Reip. salute consulimus, sero ad fatalia jussa respicimus, more languentium qui ad summos medicos nisi in summa desperatione non mittunt: proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura, quum omnibus morbis occurri sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine sæpe dixisse jam tum quum primum nuntiatum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficiis, inserviendum deorum immortalium præceptis: recusasse vero quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse, quum adulando dicerent tantam principis esse virtutem ut opus non sit deos consuli,* [4] *proinde quasi & ipse vir magnus non deos colat, non de diis immortalibus speret.* [5] *Quid plura? audivimus*

quam rationem scribendi, qui non assequebantur, nobis heic istos clarissimos sunt commenti.

CASAUBONUS.

1 *Clarissimorum jussit auctoritas.*] Id est, facto super ea re S. C. libri Sibyllini sunt inspecti. *clarissimi* sunt senatores, ut in Alagabali vita *clarissimæ* uxores senatorum.

4 *Proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura.*] Deest, *tantùm*, ad lucem sententiæ, quæ hæc est: ὡς δέον τοῖς ἐμπειροτέροις τῶν ἰατρῶν τὰ δυνατώτερα μόνον θεραπεύειν.

GRUTERUS.

2 *Die tertio Idus Januarias.*] Palat. *Iduum Januariarum.*

SALMASIUS.

3 *Ulpius Syllanus.*] Vetus editio: *Sillanus.* lege *Silanus.* atque ita Palatinus liber.

5 *Quid plura? audivimus litteras quibus rogavit opem Deorum, quæ numquam cuiquam turpis est.*] Hæc verba, *quæ numquam cuiquam turpis est*, ex additamento sunt alicujus scioli, qui putabat imperfectam sententiam absque illis esse, aut certe magnum ea verba momentum ad sententiam allatura credidit. sic enim habent Palatinus & ed vetus: *audivimus litteras quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjuvetur.* quæ vera est lectio. cujus hic sensus, ut ipse, qui vir fortissimus est, adjuvetur. vos fortissimos,

mus literas quibus rogavit opem deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est ut vir fortissimus adjuvetur. [2] *Agite igitur, pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua vestitu animisque sacris commodi, templum ascendite,* [3] *subsellia laureata constituite,* [4] *veteranis manibus libros evol-*

mos, qualis est Aurelianus, non opus habere dicitis consultis libris Sibyllinis. at audivimus literas, quibus ille vir fortissimus opem Dei rogat, ut adjuvetur. *opem Dei* hoc est Apollinis. sic supra: *consulenda Sibyllæ decreta, u'endum Apollinis beneficiis.* reliqua autem verba quæ sequuntur, oblitus sum monere non agnosci ab vetere editione: *inservienduin Deorum immortalium præceptis.* quæ verba qui attentius considerabit, non dubitabit pronuntiare spuria & subditiva esse.

GRUTERUS.

1 *Quibus rogavit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est, ut vir fortissimus adjuvetur.*] Habet solummodo Palat. *quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjubetur.*

3 *Subsellia laureata constituite.*] Aliorum *construite*, natum est ex libro autographo, in quo erat *construite*; quomodo & noster Pal.

SALMASIUS.

2 *Agite igitur Pontifices.*] Multa diversa reperio, & in hac librorum Sibyllæ inspectione, ab ea consuetudine quam adeundis & inspiciendis iisdem libris veteres observarunt. primum non Pontifices, ut heic, sed Decemviri ex senatus decreto libros Sibyllinos adibant, & illis inspectis renuntiabant quid facto esset opus. idque fieri jubebat Senatus, ex sententia aliquando Pontificum, si quid incideret, quod eorum sententiam requirebat. præterea nunquam consulebantur libri nisi prodigiis nunciatis, ad quæ procuranda jubebat senatus libros inspici Livius lib XXII. *pervicit, ut quod non ferme decernitur nisi quum prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire juberentur.* nusquam igitur factum est, ut erumpentibus barbaris, aut Romanum solum vastantibus libros Sibyllinos adire juberet Senatus. quod heic factitatum esse videmus ad Marcomannorum eruptionem, & clade accepta apud Placentiam. quod nunquam fecisse veteres certum est, ut clade quantumvis magna accepta, & exercitibus ad internecionem cæsis, ob eam rem libri Sibyllini consulerentur. nisi si quando ceremoniarum auspiciorumque neglegentia peccatum esse, & aliquid non rite factum, quod ad religiones pertineret, diceretur. tunc enim libros consulebant, ad iram Deorum placandam, & de integro faciundum id quod perperam esset factum. falsum igitur quod dixit Prætor urbanus cum ad senatum referret: semper illos libros inspectos fuisse, quotiescumque gravis aliquis motus extitisset. per graviorem enim motum intelligit tumultus hosticos, & gentium barbararum eruptiones. id quam verum sit, ipse viderit. nullus potuit gravior motus extare, quam cum Hannibal esse ad portas, aut Galli adventare nunciarentur. in illis tamen motibus aut tumultibus libros Sibyllæ inspectos non legimus. in magna pestilentia semel inspectos fuisse apud Livium lectum est. apud Tacitum post magnum incendium, quod pæne totam urbem invaserat, piacula à Diis petita, & Sibyllæ libros aditos legimus lib. XV. Annalium.

3 *Subsellia laureata constituite.*] Ita nostri libri, non *construite*.

CASAUBONUS.

3 *Subsellia laureata constituite.*] Scripti, *constituite*.

4 *Vete-*

evolvite, [1] *fata Reip. quæ sunt æterna perquirite*: [2] *patrimis*

4 *Veteranis manibus libros evolvite.*] Per hoc significat non omnes quindecim pontifices, (tot numero fuere in eorum collegio,) manibus suis Sibyllinos libros contrectasse: verum eos solum qui ætate & meritis cæteris præstarent: atque ut arbitror, ex ordine majorum potius quam minorum pontificum. *veteranæ manus* eorum dicuntur, qui in sacerdotio pontificali consenuerunt. Acutissimo tamen eruditorum Josepho Scaligero aliter videbatur scribendum. ita enim emendabat: *veteris anus Cumanæ libros evolvite.* non ausim affirmare sic scripsisse auctorem: ingeniosissima certe est correctio. Ovidius:

Cumæam veteres consuluistis anum.

& pro Sibyllinis dixerunt libros Cumanos. Symmachus libro IV. epist. XXXIV. *Monitus Cumanos lintea texta sumpserunt.*

SALMASIUS.

4 *Veteranis manibus libros evolvite.*] Hæc emendationem magis requirunt quam expositionem. nam, ut veteranas manus interpretemur, majorum Pontificum manus, & eos solos libris inspiciundis manus admovisse intelligamus, non etiam minores, nescio an alicui probari possit. mihi certe nullo modo probatur. agamus igitur quod agendum est, ut quæ explicari aliter non possunt, emendentur. vetus liber cum veteri editione habet: *vetanis manibus.* quod transpositum est pro *venatis.* atque id pro *velatis.* sic *pranum* pro *pralum* in veteribus Glossis. *pranum*, εἰσαγωγὴ ἐν ἅλωνι. ubi manifesto legendum est: *pralum.* ita hoc loco *venatis manibus* pro *velatis manibus* scriptum est. veteres in supplicationibus velatas manus habebant. unde *velatis manibus orare* apud Plautum in Amphitbryone. de qua emendatione facile mihi assentietur, qui cogitabit, aditionem istam & inspectionem librorum Sibyllæ non fuisse citra supplicationem. nam per eam inspectionem, deorum opem rogabant, & piacula petebant, quibus irati dii possent placari. idcirco Pontifices velatis manibus templum ascenderunt, & libros evolverunt. observandum etiam heic qua cerimonia jubentur libros inspicere Pontifices. ut mundi, puri, sancti, velatis manibus templum ascendant, laureata subsellia constituant, libros evolvant. quæ omnia libris illis inspiciendis apud veteres non fiebant. simpliciter enim jubebat senatus, ut decemviri libros adirent. aditis libris supplicationes decernebantur, lectisternia indicebantur, & cetera id genus ad cerimonias relligionesque pertinentia. atque hæc hactenus. emendationem vero nostram illi soli negabunt esse veram, qui diem meridie lucere negare erunt parati.

1 *Fata reip. quæ sunt æterna perquirite.*] *Rata* Pal & vet. ed. sed verum est *fata.* Livius lib. X. *Decemviri sacris faciundis, carminum Sibyllæ, ac fatorum populi hujus interpretes.* Rutilius Gallus:

— *Sibyllinæ fata cremavit opis.*

2 *Patrimis matrimisque pueris carmen indicite.*] Tota hæc periodus adsuta est & adtexta sententiæ viri consularis, ab imputo nescio quo, quæ & ipsa imputa est, & nihil sani continet. quid enim est, *carmen indicere pueris patrimis*? quid est, *sumptum sacris indicere*? quid denique, *aris ambarvalia indicere*? an indicebat ambarvalia senatus? cur vero ambarvalium tantum meminit, non autem amburbii? cujus magis debuit. nam amburbium celebratum paulo post dicitur; ambarvalia tantum promissa. hæc impudentissime ineptissimeque conficta sunt ab homine otioso, & quod pejus est, impetito. expungenda igitur & ejicienda, quæ temere huc fuere inculcata. quod judicio tantum

mis matrimisque pueris carmen indicite: nos sumptum sacris, nos apparatum sacrificiis, [1] *nos agris ambarvalia indicemus.* Post hæc interrogati plerique senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus conditum est senatusconsultum. Itum est deinde ad templum, inspecti libri, proditi versus, lustrata urbs, cantata carmina, [2] amburbium celebratum, [3] ambarvalia pro-

tum nostro freti non facimus, sed auctoritate Palatini libri, & veteris editionis, in quibus nullum horum verborum apparet vestigium.

CASAUBONUS.

1 *Nos aris ambarvalia indicemus.*] Scribendum *agris.* nam *aris* aut *arvis* meræ nugæ. male etiam præit scripta lectio, *nos aras tumultuarias indicemus.*

SALMASIUS.

2 *Amburbium promissum, ambarvalia promissa.*] Ergo amburbium, & ambarvalia differunt, quæ tamen eadem volebat videri vir eruditissimus commentariis in Festum. sane apud Strabonem *ἀμβουρβίων* scribendum, non *ἀμβαρουΐαν*, ut idem ille vir summus existimabat. non enim *ambarviam* Latini dixere, sed *ambarvale* aut *ambarvalia.* ab amburbio, amburbiales hostiæ quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur, ut ait Festus. sed aperte distinguit Servius amburbale ad ambarvali. ut ad Eclogam III. *dicitur hoc sacrificium ambarvale, quod arva ambiat victima. sicut amburbale vel amburbium, quo urbem circuit, & ambit victima.* Idem ad illum versum:

Terque novas circum felix eat hostia fruges.

dicit ambarvale sacrificium: quod sæpe de porca fecunda, & gravida fieri consueverat. quæ sacrificia erant annua, & pro frugibus fiebant, & circum fruges hostia ducebatur. de quibus ambarvalibus capiendus est Tibullus lib. II. eleg. I.

Quisquis adest, faveat: fruges lustramus & agros,
Ritus ut à prisco traditus extat avo.

ambarvale sacrificium intelligit, quo fruges & arva lustrabantur. quod non animadversum in magnum errorem impulit doctissimum virum qui apud eumdem Tibullum eadem Elegia corrigit:

Tunc nitidus plenis confisus rusticus areis
Ingerat ardenti grandia ligna foco.

ibi inquam *plenis areis* corrigit, pro *plenis agris.* atqui Tibullus ibidem ambarvale sacrificium exequitur. *tunc*, id est cum fiunt sacra pro frugibus, confisus rusticus plenis agris, id est novis frugibus plenis, & magnam spem præ se ferentibus, foco magnam lignorum copiam ingerit. at amburbium longe aliud est, nec cum ambarvali confundendum. quoties autem apud Livium legimus inspectis libris Sibyllinis lustratam urbem, de amburbio intelligendum. urbs enim amburbio vel amburbiali sacrificio lustrabatur: ut arva & agri, ambarvali.

2 *Ambarvalia promissa.*] Palatinus *ambarvaria. ambarvare* pro *ambarvale.* sic *arvares sodales* in veteribus Glossis: *arvares sodales, οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί.* sic *Latiaris* & *Latialis.*

1 *Sal-*

promissa: atque ita [1] solennitas quæ jubebatur, expleta est. [2] Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. *Miror vos, patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris,* [3] *perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium, tractaretis.* [4] *Agite igitur, & castimo-*

GRUTERUS.

1 *Sollemnitas quæ jubebatur expleta.*] Editi adjecerant *est* quod non erat in Palat,

SALMASIUS.

2 *Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis.*] Scribe: *epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum.* atque ita Palatinus. sic enim loqui hos auctores observavi.

3 *Perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.*] Miratur Aurelianus tamdiu dubitasse patres conscriptos de aperiendis libris Sibyllinis, perinde quasi in Christianorum Ecclesia sententias dicerent, non in Deorum omnium templo tot religionibus sacrato. Christianos enim impiorum & ἀθέων numero habebant, qui male de religionibus sentirent, & nullos Deos colerent, nulla templa in honorem divorum exstructa haberent. incusat igitur senatores Aurelianus eo nomine, quod tamdiu sententiis suis distulerint rem piam, & ad religionem pertinentem, & Deorum honorem cultumque spectantem, librorum nempe Sibyllinorum inspectionem. quid enim aliud agerent Christiani impii illi & athei, & omnium religionum osores, si de aperiendis libris Sibyllinis in eorum Ecclesia tractaret aliquis, ut ex eorum librorum inspectione, cerimoniæ ordinarentur, & sacrificia celebrarentur, & alia hujusmodi cultum Deorum spectantia, quæ ipsi abhorrent & abominantur? recusarent nempe, rejicerent, & refutarent omnem hac de re tractationem ac disputationem. quod vos facitis in omnium Deorum templo, ubi tot & tantarum religionum reverentia & horror quidam animis incutitur & oculis ingeritur ex Deorum qui illic sunt præsentia. & tamdiu dubitatis rem adeo religiosam vestris sententiis sancire, proinde quasi res hæc agatur in templo Christianorum, & numinibus, & numinum simulacris & religione prorsus vacuo. hæc pluribus explicavi, quod sciam aliorsum duci horum verborum sententiam ab Annalium conditore, qui recte vapulat Casaubono ob male acceptum hujus loci sensum. Christianos autem & impios [illegible] ἀθέους, & omnis religionis hostes vulgo tunc temporis audisse notum est. Iustinus martyr: κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι καὶ ξύλῳ ἐντιναγῆναι, ἢ κὰ ὑπὸ Κρήσκεντος τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ φιλοκόμπου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὅς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων τοῦτο ποιῶν. qui locus unus pro centum. itaque nullum alium addam.

4 *Agite igitur & castimonia pontificum.*] Pontificibus munus assignat inspiciendorum Sibyllæ librorum, ut & Ulpius Silanus supra. non Pontificum tamen, sed decemvirorum primum, mox ampliato numero, quindecimvirum fuit. nec dicendum est ætate Aureliani id Pontificum fuisse officium, quod olim erat quindecim-

ſtimonia pontificum, ceremoniiſque ſolennibus juvate principem neceſſitate publica laborantem. Inſpiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur: quemlibet ſumptum, [1] *cujuſlibet gentis captivos,* [2] *qualibet animalia regia non abnuo, ſed libens offero: neque enim indecorum eſt diis juvantibus vincere:* [3] *ſic apud majores noſtros multa finita ſunt*

decimvirorum. nam & Conſtantini magni temporibus, id etiam tum muneris habebant quindecimviri, ut ſcimus teſtimonio Lactantii cujus hæc verba ſunt lib. 1. de falſa religione cap. VI. *harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præter quam Cumææ, cujus libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo niſi à quindecimviris inſpici fas habent.* quid igitur ſtatuemus? an Pontifices heic Quindecimviri vocantur, quod Quindecimviri ſacris faciundis præeſſent, & ſic quaſi quidam erant Pontifices? non id veriſimile arbitror. illud veriſimilius, Pontifices heic appellari Quindecimviros, quod multi ex Quindecimviris iidem & Pontifices erant. teſtes poſſum proferre inſcriptiones veteres multas, ſed una [illegible] altera ero contentus.

PETRONIVS. APOLLODORVS. V. C.
PONTIFEX. MAIOR. XV. VIR. SAC. FAC.
item.
LVCIO. AVR. AVIAN. SYMMACHO. V. C.
PONTIFICI. MAI. XV. VIRO. SAC. FAC.
item.
M. MÆCIO. MEMMIO. FVRIO. BALBVRIO
CÆCILIANO. PLACIDO. C. V.
PONTIFICI. MAIORI. AVGVRI. PV
BLICO. P. R. QVIRITIVM. QVINDECEM
VIRO. SACRIS. FACIVNDIS. CORREC

cum igitur Quindecimvirorum multi, Pontifices quoque eſſent, nobiliori nomine Pontifices eos vocavit, qui tamen non eo quod eſſent Pontifices, curam ſervandorum & inſpiciendorum librorum Sibyllæ habebant; ſed quod Quindecimviri. ſi cui hæc ſententia non placebit, aliam illi per me liceat excogitare. non poſſum aliam rationem comminiſci, quare Pontificibus tribuat, quod erat Quindecimvirorum proprium.

1 *Cujuſlibet gentis captivos.*] *Captos* in Palatino, & editione veteri. *capti ſunt captivi.*

GRVTERVS.

1 *Cujuſlibet gentis captivos.*] Pal. *captos.*

CASAUBONUS.

2 *Qualibet animalia regia non abnuo.*] Regia animalia exaudio, quæ Sibyllini libri monuerint neceſſaria eſſe ad ſacrificium pro regis ſalute faciendum, aut Reip.

SALMASIUS.

2 *Qualibet animalia regia non abnuo.*] Regia animalia vocat, aut de regibus victis capta, aut animalia ipſius imperatoris Aureliani. Perſas autem vicerat Aurelianus & fuderat. & potuit animalia quæ Regis Perſarum eſſent, ex præda habere, quæ regia vocat, eaque offert, ut & reliquos ſumptus ſacrificiis neceſſarios. poſſimus tamen interpretari regia animalia, ipſius Aureliani propria. nam etſi nomen Regis imperatores Romani vitarunt, tamen quæ ad imperatorem pertinerent, & imperatoris erant, regia vocaverunt, & regium ea ſignificatione non ſemel apud Aurelium Victorem Schotti legiſſe recordor. ſed liber nunc in promptu non eſt. ſic Regillianum milites cum imperatorem facerent. *ergo poteſt rex eſſe. ergo poteſt nos regere.* quæ appellatio hæſit aliquando ſuperioribus principibus. Vopiſcus de Carino: *regem denique cum plerique Illyrici vocarunt.*

3 *Sic apud majores noſtros multa finita ſunt bella.*] Quando ſic finita bella apud majores? quando ſic cœpta? exem-

sunt bella, sic cœpta. [1] *Siquid est sumptuum, datis ad præfectum ærarii literis decerni jussi.* [2] *est præterea vestræ autoritatis arca publica,* [3] *quam magis refertam esse reperio*

exemplum sane non extat in historia Romana. unicum quidem habetur apud Livium, quo libri Sibyllini, ut inspicerentur, senatus decrevit, accepta ad Thrasymenum clade. quod factum esse instante Fabio Maximo Dictatore refert Livius, cum edocuisset patres, *plus negligentia ceremoniarum auspiciorumque, quam temeritate atque inscitia peccatum à C. Flaminio esse e pervicit*, inquit, *ut quod non ferme decernitur, nisi cum terra prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire juberentur. pervicit* illud ostendit quanta mole ac difficultate id obtinuerit Fabius. *ferme* autem dicit Livius quod etiam in magna pestilentia libros Sibyllinos consuli moris aliquando esset. alias vero ob causas, quam quæ ex religione venirent, nunquam illi Sibyllæ libri inspiciebantur. multo minus ad bella suscipienda, conficiendaque sunt inspecti. extra morem igitur veterum, & consuetudinem sub Aureliano adiri libros Sibyllinos decrevit senatus, ad belli Marcomannici quo premebatur imperator, felicem eventum à Diis obtinendum. sed & sacrificia illa ipsa, post inspectionem librorum, non ex more Romano fuisse facta videntur, quæ certis locis, quos Barbari transire non possent, facta sunt. quibus sacrificiis peractis, ita Barbari restiterunt, quasi inligati, & irretiti, & monstris quibusdam ac divinarum specierum horrore defixi. quæ omnia ex magicis potius observationibus, & incantationibus barbaricis, & ratione illa telestica, de qua supra diximus, sunt instituta, quam illo usitato solitoque sacrificiorum more, sacrorumque ritu veteribus Romanis usurpato. & hæc fuisse videtur caussa, quare tamdiu distulerit senatus decernere, ut libri Sibyllini consulerentur, quod ejus rei exemplum non videbat neque apud majores stante adhuc repub. neque sub aliis principibus, qui ante Aurelianum fuere. qui nunquam ad Sibyllinonorum librorum opem decurrere soliti erant, cum bellis premerentur, qua civilibus, qua externis, æque magnis atque dubiis, atque hoc Marcomannicum. quapropter non sine admiratione magna, heic video Aurelianum scribere, sic bella apud majores fuisse cœpta, sic finita.

1 *Si quid est sumptuum.*] Hoc est, si qui sumptus erunt necessarii. dixit enim, *si quid est sumptuum*, pro quidquid est sumptuum, aut quidquid erit sumptuum. nihil igitur cum doctissimis viris mutandum.

CASAUBONUS.

1 *Si quid est sumtuum, d.*] Placet Scaligeri emendatio, *si quid deest, sumtuum, datis a. p. æ. l. decerni jussi.* sumtum pro pecunia dicebant, ut ad Hadrianum monebamus.

2 *Est præterea vestræ auctoritatis arca publica.*] Ærarium Reip. vocat arcam publicam. sed non er- tum temporis in potestate senatus ærarium illud vetus: cujus etiam post eversam Remp. umbram saltem diu servarunt. Omne ταμεῖον arca dicitur. quare leges arcam fiscalem, quod verum ærarium fuit: & prætorianam arcam, atque alias diversas diversarum præfecturarum.

3 *Quam magis refertam esse reperio quam cupio.*] Hæc oratio est hominis de senatu male judicantis, & male ei cupientis: quæ si in Aureliano fuerunt cum ista scriberet, tamen cur ejus suæ κακονοίας significationem hic daret, caussa nulla fuit. Suspicor igitur mendam hic latere: & ve-

21 *perio quam cupio.* Quum autem Aurelianus vellet omnibus simul facta exercitus sui constipatione concurrere, tanta apud Placentiam clades accepta est ut Romanum pene solveretur imperium. Et caussa quidem hujus periculi perfidia & calliditas Barbarici fuit motus. Nam quum congredi aperto Marte non possent, in sylvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros vespera incumbente turbarunt. Denique nisi divina ope post inspectionem librorum sacrificiorumque curas, monstris quibusdam speciebusque divinis impliciti essent barbari, Romana victoria non fuisset. Finito prælio Marcomannico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit, vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat: incivilius denique usus imperio, vir aliâs optimus, seditionum autoribus interemptis, cruentius ea quæ mollius fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, quum his leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuisset,

lim cogitent acuti critici de his verbis.

SALMASIUS.

3 *Quam magis refertam esse reperio, quam cupio.*] Non puto tam infensum senatui fuisse Aurelianum, aut tam aperte infensum, ut ægre ferre palam se profiteretur, quod bene esset referta arca publica, quæ in eorum erat potestate. nihil tamen mutandum, sed sola distinctione sanandus hic locus ad istum modum: *est præterea auctoritati vestræ arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio.* id est, *quam valde refertam esse reperio, & quam refertam esse cupio.* imposuit viris doctis vox *magis* quæ comparativa non est hoc loco, sed positivi tantum significationem obtinet. nam *magis* heic positum pro valde. nec ἀντὶ τοῦ μᾶλλον, sed ἀντὶ τοῦ μάλιστα posita est. sic *magis pinguis* apud Spartianum in Pescennio: *cetera corporis parte candidus & magis pinguis.* potuit & pro eodem *pinguior* dicere. Latini enim sæpenumero comparativis utuntur loco positivorum. Arcæ publicæ pop. Rom. mentio in veteribus saxis. de qua nos alibi.

GRUTERUS.

3 *Quam magis refertam esse reperio quam cupio.*] Sic & Pal. nisi quod is verbo transposito, *reperio esse*: estque oratio liberi oris, qua Imperator tacite submonet Senatum ne nimium intendat reditus ærarii, utpote cujus caussa nunquam bona est sub Principibus bonis. ideoque non tam heic videtur curam agere Senatus, quam sui ipsius: dum nimirum famæ suæ consulit. interim notum est Senatum se accommodare moribus Principum. sic & infra cap. 30. f. iterum Senatum carpit, satis profecto acriter.

1 *Infamia*

ſet, vel unus, vel levis, vel vilis teſtis objiceret. Quid multa? Magnum illud, & quod jam fuerat, & quod non fruſtra ſperatum eſt, [1] infamiæ triſtioris ictu contaminavit imperium. timeri cœpit princeps optimus, non amari, [2] quum alii dicerent, perfodiendum talem principem, non optandum; alii bonum quidem medicum, ſed mala ratione curantem. His actis, [3] quum videret poſſe fieri ut aliquid tale iterum quale ſub Gallieno evenerat proveniret, adhibito conſilio ſenatus, muros

CASAUBONUS.

1 *Infamiæ triſtioris ictu contaminavit imperium.*] Duriuſcule eſt locutus. nam *ictus infamiæ*, metaphora eſt non uſu trita. ſimilia ſunt tamen apud bonos auctores multa, ut *jacere in aliquem dicta*, & βάλλειν ἔπη vel ἔπεσι. Sed neque illud concoquo, *infamiæ triſtioris*: & verius eſt locum egere emendationis.

3 *Cum videret poſſe fieri ut aliquid tale iterum quale ſub Gallieno evenerat proveniret, a.*] Aurelius Victor: *ac ne unquam quæ per Gallienum evenerant acciderent, muris Urbem quam validiſſimis laxiore ambitu circumſepſit.* quid illud autem quod ſub Gallieno evenit, cui φιλο-φυλακὴν afferat, murorum Urbis dilatatio? referendum ad Barbarorum in Italiam irruptionem: vel ad tyrannos quos tum paſſa eſt Reſp. quam plurimos. adverſus quos tamen nullum in Romanis muris fuiſſe Gallieno præſidium video.

SALMASIUS.

1 *Infamiæ triſtioris ictu contaminavit imperium.*] Immerito habent hæc ſuſpecta doctiſſimi viri, quæ ſana ſunt, nec egent emendatione. *infamiæ ictum* dixit, *ut famæ vulnera* dixit poëta neſcio quis. ſic famam vulnerari alicujus dicimus, quæ laborat turpis facinoris infamia, aut, ut noſter loquitur, infamiæ alicujus ictum accipit. ita Aurelianum dicit Vopiſcus imperii ſui famam, quæ magna fuerat, vulneraſſe nimiæ crudelitatis & ſeveritatis nota. quæ locutio non uſquequaque aſpernanda, nec inelegans eſt.

2 *Quum alii dicerent perfodiendum talem principem, non optandum.*] Perfodi parietes rectum eſſe didici, at non principes. locus hic manifeſto corruptus. *confodere hominem*, Latinum eſt, at non *perfodere*. nec aliquem adhuc vidi qui ſic loqueretur. ſed genus ipſum locutionis mitto. concedo, *perfodere hominem* recte dici poſſe: at nego huic loco convenire, nec propterea minus corruptum cenſeo. qualis enim aut quæ hujus dicti argutia? perfodiendum eſſe non optandum adeo ſeverum principem. ſane non video quo jure hæc invicem opponantur. ſuſpicor igitur ſcripſiſſe Vopiſcum: *quum alii dicerent perodiendum talem principem, non optandum.* id verbi, facile fuit ut mutaretur in *perfodiendum*. *odire* & *perodire*, pro odio habere vel odiſſe, non recentiores tantum, ſed etiam ex vetuſtiſſimis quidam uſurparunt. *odivi* dicere ſolebat M. Antonius pro odio habui. *odientes* apud Solinum notavi olim ſcriptum pro odio habentes. Gloſſæ veteres: *odio*, μισῶ. item, μισοτεχνῶ, *malos odio*. inde *perodio* eſt in magno odio habeo. *peroſum* enim dicebant veteres, & *perodioſum*, pro valde odioſo. dicebant igitur iſti Aurelianum pro ſua ſeveritate vel crudelitate odio magis, quam amore dignum videri.

[1] muros urbis Romæ dilatavit. [2] Nec tamen pomœrio addi-

CASAUBONUS.

1 *Muros Urbis Romæ dilatavit.*] Errat in hac historia, ut sæpe alibi, osor ille pietatis Christianæ Zosimus. putavit enim Romam ante habitatam sine muris, Aureliani primum tempore muris ceptam circumdari. ἐπειδὴ τότε ἡ Ῥώμη, ἀτείχιστος οὖσα. quod falsissimum esse omnes historici clamant.

SALMASIUS.

2 *Nec tamen pomœrio addidit, eo tempore sed postea.*] Insignis hic locus, sed non ea cura qua debuit, animadversus. scribit heic Vopiscus Aurelianum adhibito consilio senatus muros urbis Romæ dilatavisse, nec pomœrio tamen addidisse eo tempore sed postea. quo tempore vero addiderit pomœrio Aurelianus, nec Vopiscus dicit, & reliqui tacent historici, Eutropius, uterque Victor, alii. qui non aliud scribunt, quam quod Vopiscus hoc loco: Aurelianum nimirum validioribus & laxioribus muris urbem circumdedisse. quando igitur Aurelianus pomœrio addiderit, scire non possumus, eum id nemo scriptum reliquerit. sed cum certum sit neminem principum addere potuisse pomœrio, nisi qui agri barbarici aliqua parte rem Romanam ampliasset, videamus an id facere licuerit Aureliano, qui, tantum abest, ut aliquid ex solo Barbarico reip. Romanæ adquisierit, ut provinciam Daciam à Trajano constitutam ultro dimitteret, cum eam retineri non posse videret. Ergo cum nihil fecerit Aurelianus quare merito pomœrio addere posset, non etiam addidisse credendum est. hactenus tamen omnium animis hæc infixa sedit opinio, Aurelianum pomœrio addidisse: cui opinioni firmum fundamentum videtur dedisse hic Vopisci locus. sed cum ipsum fundamentum diruerimus, tum & illa opinio facile corruet, expressis & signatis verbis tradit heic Vopiscus Aurelianum laxioribus muris urbem Romam circumsepsisse, nec tamen pomœrio addidisse. quod ille consulto consilio adscripsit, ne quis, dum legeret, muros urbis dilatasse Aurelianum, putaret eum pomœrium auxisse: quod nemini licebat, nisi qui fines imperii protulisset. sed sequuntur Vopisci verba, quæ plane evincunt Aurelianum ampliavisse pomœrium; *nec tamen pomœrio addidit, eo tempore sed postea.* quo tempore igitur, Vopisce? cur id indictum reliquisti? si enim eo tempore quo murorum ambitum ampliorem validioremque fieri curabat Aurelianus, nondum quidquam egerat, quare jure suo posset augere pomœrium, utpote qui nihil adhuc imperii finibus adjecisset, non erat omittendum Vopisco, nec aliis auctoribus, qui vitam Aureliani in litteras miserunt, quo tempore hic princeps & fines imperii protulerit, & pomœrium ampliaverit. opportunus etiam hic locus videbatur rei adeo notabilis narrationi. cum enim heic eos omnes enumeret principes, qui pomœrium auctius fecerunt, Augustum, Trajanum, Neronem, cur de Aureliano tacuit? sed cur non tacuisset, quod nulla ratione potuit dicere? nam certo certius est, nec unius jugeri latitudine fines imperii Romani propagavisse Aurelianum, quos contraxisse potius debet videri, qui provinciam à Trajano Romanis finibus adjunctam, dimisit: & sic nullo jure aut merito potuisse terminos urbis proferre, nec protulisse. totum igitur hunc Vopisci locum sic constituimus, resectis & amputatis verbis quibus sciolus aliquis sententiam hujus loci temere ampliaverat: *His actis cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito consilio senatus muros urbis.*

bis Romæ dilatavit: nec tamen pomœrio addidit. Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletaverit. omnia nunc recte atque ordine procedunt. Aurelianus muros urbis Romæ dilatavit, & validiores munitioresque reddidit, non tamen, inquit Vopiscus, pomœrio addidit. nam nemini pomœrio licet addere, nisi qui locupletaverit Romanam remp. aliqua parte soli barbarici, quod non fecit Aurelianus. deinde ponit ordine nomina principum, qui aliquando pomœrio addiderunt. illa autem verba quæ sententiæ officiebant, *eo tempore sed postea*, merito sustulimus. quæ ego suspicor ab aliquo ad oram codicis fuisse adnotata, è regione horum verborum, *nec tamen pomœrio addidit*, quod putaret muros dilatari non posse nisi ampliato pomœrio, & crederet sententiam Vopisci qui negabat additum pomœrio ab Aureliano, hac interpretatione esse juvandam, ut intelligere videretur Vopiscus non eo tempore additum sed postea. nec enim sibi poterat persuadere, quisquis ille fuit infrunitus, muros ampliari posse, nisi prolato pomœrio. atqui vel ex his Vopisci verbis, ut nunc leguntur, constat Aurelianum, non eo tempore quo muros dilatavit, pomœrio addidisse, sed postea. quod si verum est, potuit utique Aurelianus ex sententia Vopisci, muros dilatando pomœrii terminos suo tamen loco relinquere. nam quid clarius quam hoc velle Vopiscum, muros urbis ab Aureliano dilatatos fuisse, nec tamen pomœrio additum? id sequentia ejus verba adeo evincunt, ut contra res tam manifestas venire insipientia plane sit. muros, inquit, adhibito consilio senatus dilatavit Aurelianus, nec tamen pomœrio addidit. nam pomœrio nemini principum licere addere nisi qui agri barbarici aliqua parte remp. Romanam auxerit. Aurelianus parte aliqua barbarici soli remp. auctiorem non fecit. huic igitur nec pomœrio addere licuit. pomœrium sciunt omnes ex ea definitione quæ apud Gellium refertur, *locum esse intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatum qui finem faciebat urbani auspicii.* intra quos igitur fines in urbe auguria capiebantur & agebantur, eos ab auguribus effari determinarique moris erat, nec nisi de eorum consilio eos poni mutarique licebat. id omne spatium quod ab auguribus per circuitum urbis designatum erat ad urbana auspicia capianda, pomœrium dicebatur. cum heic nulla augurum mentio habeatur, sed consilio senatus adhibito dicat Vopiscus Aurelianum latioribus & laxioribus muris urbem sepsisse, inde etiam certo colligi potest pomœrii terminos, quos nonnisi augurum consilio moveri fas erat, ab eo non esse promotos & ampliatos, sed ita eumdem muros urbis dilatavisse, ut ambitus ille quo urbem ampliavit minime intra pomœrii antiqui fines in agendo urbano augurio observaretur. sic mons Aventinus, quæ pars urbis nec longinqua nec infrequens erat, diu extra pomœrium fuit, quod in eo monte cum auspicasset Remus, irritas aves habuerit, donec à Claudio receptus tandem & intra pomœrii fines observari cœptus. sic Antoninum Caracallum, sub quo urbem ampliatam esse accessione viæ novæ scribit Victor, pomœrium novis regionibus terminasse atque ampliasse non dicunt auctores: quod solis illis licuisse principibus constat, qui alicujus provinciæ accessione imperium Romanum auxissent. atque hæc est mens & sententia Vopisci. ergo recte hinc ejecimus verba illa inscitì & inepti nescio cujus glossatoris: *non eo tempore sed postea.* dilatationem tamen hanc murorum ab Aureliano factam aliquando aliter accipiebamus, & per hæc verba putabamus Aurelianum non latiorem aut ampliorem murorum ambitum fecisse, sed latitudini tantum eorum adje-

addidit eo tempore, sed postea. [1] Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Trajanus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus [2] & Alpes Cottiæ Ro-
22 mano nomini tributæ. [3] Transactis igitur [4] quæ ad septiones, atque urbis statum & civilia pertinebant, contra Palmyrenos, id est contra Zenobiam, quæ filiorum nomine Orientale tenebat imperium, iter flexit. Multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. [5] Nam in Thraciis [6] & in Illyrico [7] occurrens Barbaros

adjecisse, hoc est latiores muros, atque ideo validiores concinnasse. murus enim pedes quinque latus, fortior utique est & validior muro lato duo pedes & semis. Aurelius Victor & Eutropius qui hinc acceperunt, non tantum laxioribus, sed etiam validioribus muris urbem ab Aureliano septam esse dixerunt, & sic utrumque sensum complexi sunt. meminit & Vopiscus infra de septionibus urbis ab Aureliano curatis, & infra scribit urbis Romæ muros sic eum ampliasse, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneret. quo ex loco liquet quo sensu heic dixerit muros urbis dilatasse Aurelianum.

CASAUBONUS.

1 *Pomerio autem nemini principum licet addere, nisi ei qui agri B.*] Tacitus Annal l. XII. *Pomerium auxit Cæsar more prisco: quo iis qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur.* confer totum locum cum isto, & quæ super istis viri docti scripserunt. Sed quod illi existimant, à Trajano ad Aurelianum neminem principum Urbem auxisse, aliter Aurelius Victor Schotti, cujus de Caracallo sunt verba: *aucta Urbs magno accessu viæ Novæ.* etsi pomerio illum addidisse non dicit Victor.

5 *Nam in Thraciis & in Illyrico occurrens Barbaros vicit.*] Malim, *occurrentes*, & ita membranæ.

SALMASIUS.

2 *Et Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ.*] *Romano nominis tributæ.* ita in Palatino. scribe: *Romano nomini sunt tributæ.*

3 *Transactis igitur quæ ad sectiones atque urbis statum.*] Vellem aliquis me doceret, quænam sint hæ sectiones, & quem significatum habeant hoc loco. sed interim, dum quærendus mihi doctor, non dubitem reponere: *transactis quæ ad septiones.* qua lectione nihil verius. intelligit enim dilatationem urbis murorum ab Aureliano institutam. septiones vocat, ut Eutropius cum eamdem rem narraret, sepire urbem dixit pro muris ambire. *Hic muris*, inquit, *validioribus, & laxioribus urbem sepsit.* sed & Aurelius Victor eodem verbo usus in eadem historia: *muris urbem quam validissimis laxiore ambitu circumsepsit.* hinc *septiones urbis.* nec à quoquam de nostra emendatione dubitari posse puto.

6 *Et in Illyrico occurrens barbaros vicit.*] Vetus editio: *occurrentes barbaros vicit.* quod quare mutaverint recentiores editores nescio.

GRUTERUS.

4 *Quæ ad sectiones.*] Non postposuerim Pal. scripturam, *septiones.*

7 Occurr-

baros vicit: Gotthorum quinetiam ducem Cannabam, sive Cannabaudem, cum quinque milibus hominum trans Danubium interemit. [1] Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eamque nullo certamine obtinuit. Multa ejus magna & præclara tam facta quam dicta sunt: sed omnia libro innectere [2] nec possumus fastidii evitatione, nec volumus: sed ad intelligendos mores atque virtutem pauca libanda sunt. [3] Nam [4] quum Thyanam venisset, eamque occlusam reperisset, iratus dixisse fertur,

Canem

7 *Occurrentes barbaros vicit.*] Sic & nostri scripti. male vulgo *occurrens*.

SALMASIUS.

1 *Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit.*] Bithynia tunc erat Romanorum? quid igitur opus certamine ad eam obtinendam? an quia barbari illam occupaverant, & recuperavit Aurelianus? scribit enim Trebellius in Gallieno, bello vario diu acto Scythas in Bithyniam se contulisse. non possum tamen dissimulare scripturam veteris Palatini, quæ est: *atque inde per Bysanthium in Bythiam transitum fecit, eamque nullo certamine obtinuit.* quam lectionem prope est, ut veram esse credam, modo legatur, *in Bithyam*. Bithya urbs est Thraciæ, quæ & Βιθυόπολις dicitur. sed & Βιθύαι populi Thraciæ Stephano. Βιθύαι, ἔθνος Θρᾴκης ἀπὸ Βιθυοῦ τοῦ Ἄρεος καὶ Σινώπης τῆς Ῥήσου ἀδελφῆς. sive igitur de regione Thraciæ Bithya, sive de urbe heic capias, utrumque placet. sed magis de provincia accipi probarim. non possum tamen ex toto Bithyniam improbare. nam videntur illa tempestate Bithyni Palmyrenorum, & Zenobiæ partibus favisse. Bithyniam igitur nullo certamine obtinuit Aurelianus, quæ sua sponte Palmyrenorum jugum excussit, & Aureliano sese dedidit. at Zosimus narrat Bithynos comperto Aurelianum imperare, Palmyrenorum societati renuntiasse. verba Zosimi: διακειμένων δὲ ὧδε περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Παιονίαν ὁ βασιλεὺς στρατείαν ἐπὶ Παλμυρηνοὺς ἄγειν διενοεῖτο κρατήσαντας ἤδη τῶν τε Αἰγυπτιακῶν ἐθνῶν καὶ τῆς ἑῴας ἁπάσης, καὶ μέχρις Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας. ἐθελήσαντας δὲ καὶ Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος ἀντιλαβέσθαι, εἰ μὴ βεβασιλευκέναι γνόντες Αὐρηλιανὸν τὴν Παλμυρηνῶν ἀπεσείσαντο συμμαχίαν. *Bithyniam* igitur retinendum.

4 *Quum Thyanam venisset.*] *Thyanam* pro *Thyanis*. ut *Megaram* pro *Megaris* dixere & *Hierosolymam* pro *Hierosolymis*. nihil igitur mutandum. nam & infra, Tyanam civitatem vocat: *fertur enim Aurelianum de Tyanæ civitatis eversione vere dixisse.*

CASAUBONUS.

2 *Nec possumus fastidii evitatione, nec volumus.*] Videbatur contrario potius ordine oratio esse concipienda: *nec volumus fastidii evitatione, nec possumus.* & sunt plures caussæ cur ita scribimalimus.

3 *Nam cum Thyanam venisset.*] *Tyana* scribendum, aut certè *Tyanam*. nam in locorum nominibus & genus & numerum pro libidine mutant auctores sæpe. sic Græci τὰ Λούγδουνα pro Lugduno. Tyana autem vi aut proditione cepisse Aurelianum negat Zosimus, sed deditione.

[1] *Canem in hoc oppido non relinquam.* Tunc & militibus acrius incumbentibus spe prædæ, & Heraclammone quodam, timore ne inter cæteros occideretur, patriam
23 suam prodente, civitas capta est. Sed Aurelianus duo statim præcipua, quod unum sceveritatem ostenderet, alterum lenitatem, ex imperatoria mente monstravit. Nam & Heraclammonem proditorem patriæ suæ sapiens victor occidit: & quum milites juxta illud dictum [2] quo canem se relicturum apud Thyanæos negarat, eversionem urbis exposcerent, respondit iis: *Canem*, inquit, *negavi in hac urbe me relicturum, canes omnes occidite.* [3] Grande principis dictum, [4] grandius militum

1 *Canem in hoc oppido non relinquam.*] Vetustissimum genus loquendi usurpat Aurelianus: & fortasse non male hinc colligas historiam sacram illi fuisse aliquando lectitatam. Ibi leges sæpe in comminatione internecionis, Non relinquam in ea urbe מַשְׁתִּין בְּקִיר *mingentem ad parietem*, id est canem. atque haut scio an inde idiomatis nostri sit vocabulum *mastin.* etsi aliter quosdam esse interpretatos, non clam me est. Græci hoc aliter, οὐδ' ἄγγελος λειφθήσεται, vel οὐδὲ πυρφόρος.

SALMASIUS.

2 *Quo canem se relicturum apud Thyanæos negaret.*] *Apud Thyanos.* ita Palatinus & editio vetus. Θύανοι ἀντὶ τῶν Θυανιτῶν. sic *Peucos* pro Peucinis. supra dixit. & alia infinita ejusdem formæ. sic *Megaros* pro *Megarensibus* alicubi lectum est. ἐθνικὸν autem τῶν Τυάνων non est Τυανεῖος, sed Τυανεὺς. unde Apollonius Τυανεὺς. Latine est Tyanensis. at Thyanæ urbis Ægyptiacæ cives Thyanitæ dicantur melius. hic enim est ἐπιχώριος τύπος urbium Ægyptiacarum. de Tyanis Ægypti urbe, non loquitur heic Vopiscus.

3 *Grande principis dictum, grandius militum votum.*] Haud scio quam bene heic conveniat votum militibus. non enim ipsorum votum fuerat, ut Tyana intacta & inlibata servaretur, ut est hominum genus prædæ avidum, & semper inhians rapinis, qui tamen non graviter tulere dictum principis. quod quasi serium acceperunt, in jocum ab eodem versum. sed quis locus voto? Palatinus qui nobis anchoræ sacræ vicem multis locis fuit, nihil heic nobis ostendit, cui tuto possimus inniti. legit tamen: *grandius militum vocatum.* an faciendum est: *grandius militum factum? grande principis dictum, grandius militum factum: nam dictum principis quo præda negabatur, civitas servabatur, totus exercitus, ita quasi ditaretur accepit.* idque propemodum asseverare ausim esse verum.

GRUTERUS.

4 *Grandius militum votum. nam dictum Principis.*] Pal. *grandius militum vocatum. nam vocatum Principis.* neutrum placet. venit aliquando in mentem, *grandius militum factum.* sed aliud quid latet. certe *votum* heic minime convenit.

5 Nam

militum votum : [1] nam dictum principis quo præda negabatur, civitas servabatur, totus exercitus ita quasi ditaretur, accepit. Epistola de Heraclammone. *Aurelianus Augustus Mallio Chiloni. Occidi passus sum cujus quasi beneficio Thyanam recepi. Ego vero proditorem amare non potui : & libenter tuli quod eum milites occiderunt : neque enim mihi fidem servare potuisset qui patriæ non pepercit.* [2] *Solum denique ex omnibus qui oppugnaban-*

SALMASIUS.

1 *Nam dictum principis quo præda negabatur.*] Iterum heic habet idem Palatinus ; *nam vocatum principis.* putem legi posse : *nam jocatum principis.* jocatum principis vocat, dictum quo princeps jocatus est, dicendo ut omnes canes occiderent, quandoquidem negaverat se canem in oppido illo relicturum. idque videntur milites fecisse, & canes omnes occidisse. hinc grandius eorum factum fuisse ratiocinatur Vopiscus, qui jocum principis quo canes jubebantur occidere ita acceperunt, quasi juberet omnes cives neci dare, & bonis eorum potiri. *vocatum* autem pro *jocatum* scriptum est, ut *vocaretur ab aulicis ministris*, apud Spartianum, pro *jocaretur.* sic *vocantes* apud Martialem pro *jocantes.* *jocare aliquem* dicebant pro illudere alicui, aut ludos facere aliquem. inde *jocatum* pro dicto salso & scurrili heic usurpavit Vopiscus. sic infra locutus est idem Vopiscus : *in quos multa epigrammata scripta, quibus jocati sunt aruspices imperium pollicentes.* id est derisi, & joco habiti. *vocatum* tamen retineo. nam *vocari* supra, & *appellari* pro derideri apud hos auctores positum notabamus. apud Lampridium: *appellatus est à mimis quasi stupratus.* Glossæ *appellare*, ἐκφαυλίζειν interpretantur. idem significabat & verbum *vocare*. tunc *vocatum* pro joco vel derisione, & est vocabulum illius ætatis. qualia multa in his scriptoribus observavimus. *vocatum* à voco, ut *mandatum* à mando, *peccatum* à pecco, & similia.

CASAUBONUS.

2 *Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit.*] Mira locutio: *solum campus accepit.* id est, solus interiit, solus in orcum descendit. Corruptus, ut puto, locus.

SALMASIUS.

2 *Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit.*] Militaris hæc locutio, atque in campo nata. campus enim eos accipere dicebatur qui in prælio & in acie ipsa mortem oppetebant. *campus* non solum locus exercitationis & meditationis armorum quæ inde campestris dicebatur, sed etiam certaminis & pugnæ. unde *exercitum ad campum producere* apud Cyprianum : & apud Trebellium in tyrannis : *ad campum deductus, victus occisus est.* inde & *campiones* pro pugnatoribus. & *campum minari* apud Corippum :

— *lituosque mihi campumque minatur.*

sic Johannes Abbas *campo occumbere* dixit, pro *in acie occumbere.* in Chronico : *anno VI. Justini imperatoris, qui est Leovegildi regis annus IV. Gepidarum regnum finem accepit, qui à Longobardis prælio superati. Cunicmundus rex campo occubuit.* Vopiscus dixisset : *Cunicmundum regem campus accepit.* sic *campum bataliæ* hodie dicimus locum certaminis. sed & locum castrorum *campum* vocamus, & *campare* castra metari. hinc *campidoctores*, qui & armidoctores

gnabantur, campus accepit. Divitem hominem negare nonpossum, sed cujus bona ejus liberis reddidi: nequis me causa pecuniæ locupletem hominem occidi passum esse cri-
24 *minaretur.* Capta autem civitas est miro modo. Nam quum Heraclammon [1] locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem, [2] qua posset Aurelianus occultus ascendere, ille conscendit, atque elata purpurea chlamyde, intus civibus, foris militibus se ostendit, & ita civitas capta est, quasi totus in muris Aureliani fuisset exercitus. Taceri non debet res quæ ad famam venerabilis viri pertinet. Fertur enim Aurelianum [3] de Thyanæ civitatis eversione [4] vera dixisse, vera cogitasse:

doctores veteribus, quod ea docerent milites quæ campo & bellis erant necessaria. Alexander Severus in concione ad milites tumultuantes: *quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra imperatorem vestrum necessariam?* & paullo post: *continete igitur vocem truculentam campo & bellis necessariam.* ubi vide quæ de campidoctoribus notavimus & armidoctoribus. iidem & *doctores* simpliciter dicebantur. hinc in veteri saxo *doctor cohortis* de armidoctore vel campidoctore accipiendus.

CASAUBONUS.

1 *Locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem.*] Potest ferri *tumentem.* potest etiam scribi *tumentis.*

4 *Vera dixisse, vera cogitasse.*] Serio locutum esse, cum dixit, se canem in oppido Tyanorum non relicturum; neque de ea interpretatione tum cogitasse, quam subtiliter postea excogitavit.

SALMASIUS.

2 *Quia posset Aurelianus occultus ascendere.*] Optime vetus editio: *qua posset Aurelianus cultus ascendere.* quod item agnoscit, optimæ notæ liber Palatinus. correctores qui mutarunt, heic nihilo clarius quam aliis locis viderunt. sensus est hujus loci, Heraclammonem ostendisse Aureliano locum qua in murum posset cultus ascendere, id est cum ornamentis imperialibus. ratio facti subsequitur, quod imperatorem in muris stare cum viderent oppidani, crediderunt totum Aureliani exercitum in muris esse; non potuit autem aliter constare civibus, imperatorem ipsum in muris esse, nisi eo purpuratus ascendisset, & imperatoria veste ornatus. locus autem ostensus Aureliano ab Heraclammone, non videtur difficilioris ascensus fuisse, quam ut eo quis posset etiam cultus & vestitus ascendere. hæc sententia hujus loci.

3 *De Tyanæ civitatis eversione vera dixisse, vera cogitasse.*] Lege ex eadem editione: *vere dixisse, vere cogitasse.* *vere*, hoc est, serio. sic infra: *Argumento est id vere Aurelianum cogitasse, immo etiam facere disposuisse, vel ex aliqua parte fecisse,* &c. sic *leviter cogitare* de puero dixit, levibus cogitationibus, & puerilibus intento.

GRUTERUS.

3 *De Thyanæ civ. evers. vere dixisse, vere cogitasse.*] Melius istud quam vulgatum, *vera dixisse, vera cogitasse.* & alterum quidem exstabat in Palatino.

gitasse: [1] verùm Apollonium Thyanæum celeberrimæ famæ autoritatiſque ſapientem, veterem philoſophum, [2] amicum verum deorum, [3] ipſum etiam pro numine frequentandum, recipienti ſe in tentorium ea forma qua videtur, ſubito aſtitiſſe, atque hæc Latine, ut homo Pannonius intelligeret, verba dixiſſe: *Aureliane, ſi vis vincere, nihil eſt quod de civium meorum nece cogites. Aureliane, ſi vis imperare, à cruore innocentium abſtine. Aureliane,* [4] *clementer te age, ſi vis vincere.* Norat vultum philoſophi venerabilis Aurelianus, atque in multis ejus imaginem viderat templis. Denique ſtatim attonitus, & imaginem & ſtatuas & templum eidem promiſit, atque in meliorem rediit mentem. [5] Hæc ego à gravibus viris comperi, & in Ulpiæ bibliothecæ libris relegi, & pro majeſtate Apollonii magis credidi. Quid enim illo viro ſanctius, venerabilius, antiquius, diviniuſque inter homines fuit? [6] Ille mortuis

SALMASIUS.

1 *Verum Apollonium Tyanæum.*] Philoſtratus lib. 1. Ἀπολλωνίῳ τοίνυν πατρὶς μὲν ἦν Τύανα πόλις Ἑλλὰς ἐν τοῖς Καππαδοκῶν ἔθνει. πατὴρ δὲ, ὁμώνυμος. γένος ἀρχαῖον, καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον. ubi ridicule interpres, hæc poſtrema vertit: *genus antiquum ſane, & claris hominibus fæcundum.* ſed nec melius nuperus editor, & corrector, ἀνειμένον legit pro ἀνημμένον ſignificat Philoſtratus generis originem Apollonium referre ad ipſos Tyanæ urbis conditores. cujus generis nobilitate nulla poteſt fingi antiquior.

2 *Amicum verum Deorum.*] Vetus editio: *amicum virum Deorum.* ſed nihil mutandum videtur.

4 *Clementer te age, ſi vis vincere.*] Jam ſupra dixerat, *ſi vis vincere.* bene igitur Palatinus & editio vetus hoc loco legunt: *ſi vis vivere.* hoc enim ordine progreſſus eſt: *ſi vis vincere. ſi vis imperare. ſi vis vivere.*

GRUTERUS.

4 *Clementer te age, ſi vis vivere.*] Ita egregie Pal. vulgati hactenus, nullo lepore, *ſi vis vincere.*

5 *Hæc ego & à gravibus.*] Sic Palat. addito *&*.

CASAUBONUS.

3 *Ipſum etiam pro numine frequentandum.*] Conſtat ex patrum ſcriptis & antiquis hiſtoricis inſignem iſtum planum divinis honoribus vulgo paſſim affectum: cum haberet hunc unum ſtupor gentium, cujus magicas impoſturas veris veri Dei JESU CHRISTI miraculis opponeret. cum igitur hoc tibicine fulcirent homines pagani ruentes jam ſuperſtitiones ſuas; nemo debet mirari Vopiſcum hoc loco in illius laudes ferri πλησίστιον.

6 *Ille mortuis reddidit vitam.*] Hiſtoriam reſpicit Philoſtrato narratam extremo libro quarto. ſed non audet Philoſtratus affirmare puellam quæ pro mortua efferebatur, vere mortuam

mortuis reddidit vitam. Ille multa ultra homines & fecit & dixit: quæ qui velit nosse, Græcos legat libros qui de ejus vita conscripti sunt. Ipse autem, si vita suppetat, [1] atque ipsius viri favori usquequaque placuerit, breviter saltem tanti viri facta in literas mittam: non quo illius viri gesta munere mei sermonis indigeant, sed ut ea quæ miranda sunt, omnium voce prædicentur. [2] Recepta Thyana Antiochiam proposita omnibus impunitate, brevi apud Daphnen certamine obtinuit: atque inde præceptis quantum probatur venerabilis viri Apollonii parens, humanior atque clementior fuit. Pugnatum est post hæc de summa rerum [3] contra Zenobiam [4] & Zabam ejus socium

tuam fuisse. nam ait inter cætera, εἴτε σπινθῆρα τῆς ψυχῆς εὗρεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλελήθει τοὺς θεραπεύοντας. Elatos multos vitam recuperasse quam videbantur amisisse, ex Plinii septima historia notum est: ut taceamus de similibus memoriæ nostræ exemplis.

SALMASIUS.

1 *Atque ipsius viri favori usquequaque placuerit.*] Et heic non suo, sed correctorum ore loquitur Vopiscus. scripta lectio sic: *atque ipsius viri favor juscurrit.* tot verborum ambagibus non erat opus ad verum conjiciendum. scribe: *ipse autem si vita suppetat, atque ipsius viri favor juverit, breviter saltem tanti viri facta in litteras mittam.*

2 *Recepta Thyana.*] Ita semper scriptum in optimo etiam libro. Græci tamen *Τύανα* scribunt. *Tiana* in Itinerario veteri. non tamen prorsus caret ratione hæc aspirabilis scriptura. nam *Θόανα* prius vocabatur. Stephanus: ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα, καὶ κατὰ παρακεχαραγμένον Τύανα, ὡς Ἀρριανός.

3 *Contra Zenobiam & Zabam ejus sociam.*] Scribendum omnino est, jubente editione prima: *contra Zenobiam, & Zabam ejus socium.* *socium* etiam habetur in Palatino. sed bis repetitum ibi legitur Zenobiæ nomen, & omissum Zabæ. quod properantis librarii erratum est. Zabas autem hic dux fuit Zenobiæ, & socius etiam quodammodo. unde cum Aurelianus ad Zenobiam scriberet, quo ad deditionem illam hortabatur, sic literas direxit: *Zenobiæ, ceterisque quos societas tenet bellica.* inter eos qui tenebantur illa societate bellica fuit hic Zabas, quem propterea socium Zenobiæ videtur appellare Vopiscus.

GRUTERUS.

1 *Atque ipsius viri favor usquequaque placuerit.*] Pal. à manu prima tantum habuit, *atque ipsius viri favor juscuerit.* forte, *atque ipsius favor jusserit.*

4 *Et Zabam ejus socium, &c.*] Sic & Palat. qui tamen habet *& nobiam.* vulgati pessime, *ejus sociam.*

CASAUBONUS.

3 *Contra Zenobiam & Zabam ejus sociam.*] Hic est quem in Claudio Sabam vocabat Pollio. Zosimus Zabdan: *Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγός.* Insigniter vero errat Vopiscus qui sociam Zenobiæ Zabam nominat. non enim mulier fuit sed vir: neque socius

tium [1] apud Emessam magno certamine. Quumque Aureliani equites fatigati jam pene discederent, ac terga darent, subito vi numinis, quod postea proditum, hortante quadam divina forma, per pedites etiam equites restituti sunt. Fugata est Zenobia cum Zaba, & plenissime parta victoria. Recepto igitur Orientis statu,

socius Zenobiæ, sed dux illius, ut auctores sunt Pollio & Zosimus. Quare etiam si legas hic cum regio codice, *socium*, non *sociam*; adhuc tamen satis caussæ erit, cur in Vopisco diligentiam desideres.

SALMASIUS.

1 *Apud Emessam magno certamine.*] Latini *Emessam* & *Emissam* scribunt hujus urbis nomen. Græci Ἔμισσαν vel Ἔμεσσαν. apud eos tamen Ἔμισσαν etiam scribi debere testatur Stephanus περὶ ἐθνικῶν. Ἔμισσα πόλις Φοινίκης Λιβανησίας, ὡς Λάρισσα· καὶ Ἐμισσαῖος τὸ ἐθνικὸν ὡς Λαρισσαῖος. Διονύσιος ὁ ποιητὴς συστέλλει τό τι φησὶ γὰρ,

Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἔμισον πόλιν, ———

hodie quidem apud Stephanum scriptum est, Ἔμισα, & Ἐμισαῖος. sed cum scripsisse Ἔμισσα & Ἐμισσαῖος, exemplum Λάρισσα ostendit, & illud non minus, quod observat cum unico σ reperiri apud Dionysium poëtam, breviato nimirum jota. poëta autem ille Dionysius, est περιηγητής. & fortasse ita reponendum in Stephano: Διονύσιος ὁ περιηγητής. nam sic eum semper nominat. frustra vero hodie quæras versum illum de Emessa apud Dionysium. versavi ejus auctoris aliquot exemplaria manu scripta, & satis antiqua, quæ tamen illo versu carebant. Priscianus quoque interpres Emesæ mentionem non habet. Festus tamen Avienus alter interpres videtur in suis exemplaribus repe-risse. sic enim habet:

Urbs mediis Apamea dehinc consurgit in arvis,
Et qua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima ferent, Emesæ fastigia celsa renident.
Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras
Turribus in cœlum nitentibus. incola claris
Cor studiis acuit.
Denique flammicomo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondosa cacumina turget,
Et tamen his certant celsi fastigia templi.
Heic se indis juxta tellurem glaucus Orontes.

quæ omnia desunt in vulgatis Dionysii codicibus & horum loco tantum habetur:

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσησιν Ἀπαμεῖης πέδον ἄλλο·
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κελαρύζεται ὑγρὸς Ὀρόντης.

cum in exemplaribus Festi & Stephani fuerit:

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσησιν Ἀπαμεῖης πέδον ἄλλο·
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἔμισον πόλιν. ———

& reliqua quæ versione sua executus est Avienus, usque ad Orontis mentionem. non hodie igitur atque heri illa labes optimum poëtam corripuit. nam Eustathius non integriores editis codices vidit. ex Avieno autem didicimus, quare Φοινίκης Λιβανησίας urbem Emissam vocet Stephanus. vera igitur ejus urbis scriptura est *Emissa*: ut *Larissa*, *Edissa*. quæ urbes sunt in illo tractu. *Emissam* vocat Ammianus Marcellinus. lib. xxii.

ſtatu, [1] Emeſſam victor Aurelianus ingreſſus eſt, [2] ac ſtatim ad templum Heliogabali tetendit, quaſi communi

xxii. *Emiſſa, & Damaſcus.* eodem libro: *& ne quid intepeſceret, Epigonus è Lycia philoſophus ducitur: & Euſebius ab Emiſſa, Pictacas cognomento, concitatus orator.* corruptiſſima hæc hodie circumferuntur in vulgatis. nos ita emendavimus ex ſcripta lectione quæ habuit: *Euſebius ad imiſſa.* quare vero Pictacas illi oratori cognomentum adhæſerit, alibi docemus.

1 *Emeſſam victor Aurelianus ingreſſus eſt.*] Πυθόμενος δὲ τὴν Ζηνοβίας φυγὴν ὁ Αὐρηλιανὸς, εἰς μὲν τὴν Ἔμισαν εἰσῄει, προθύμως αὐτὸν τῶν πολιτῶν δεχομένων.

2 *Ac ſtatim ad templum Heliogabali preceſſit.*]. Templum Heliogabali quod erat in urbe Emiſſa. certiſſimum igitur eſt, vel ex hoc loco, Heliogabali templum Emeſſæ fuiſſe, & Heliogabalum, vel Elagabalum Deum, ab Emiſſenis eximie cultum. Avieni verba quæ ſupra de Emiſſa attulimus, id evidentiſſime declarant, & magnificentiam ejus templi prædicant.

Denique flammicomo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondoſa cacumina turget,
Et tamen his certant celſi faſtigia templi.

Antoninus Heliogabalus Emiſſenus fuit, & Emiſſeni templi, quod Soli, vel Heliogabalo ſacratum erat,; ſacerdos. at eruditiſſimi viri, locum illius templi ut invenirent, nihil non fecerunt, & tamen quæſiverunt tantum: nam quod non longe ab Emiſſa urbe fuiſſe dixerunt jam id peccarunt in media enim urbe Emiſſena fuit: ut Avienus oſtendit, & hic Vopiſci locus. Spartianus in Caracallo Mœſam aviam Heliogabali Antonini, Emiſſenam fuiſſe ſcribit. cujus filia Symiamira mater ipſius Heliogabali, & ipſe Heliogabalus Emiſſæ quoque natus, & Emiſſeni templi Soli dicati ſacerdos. Ammianus lib. xxvi. *Antiochia Macrino imperatore agente, ab Emiſſa Heliogabalus exivit Antoninus.* primus igitur hic error. quod templum Heliogabali Dei extra Emiſſam collocarunt. alter vero priore longe major, quod ex verbis Spartiani, ſub finem vitæ Caracalli colligi putarunt poſſe, Heliogabali templum in vico quodam radicibus Tauri montis ſubdito, fuiſſe poſitum. hoc neutiquam conjicias ex illo Spartiani loco, qui nos aliud nihil docet, quam Heliogabalum jam imperatorem in eo loco, vel vico, in quo olim fuerat Fauſtinæ templum ab Antonino Marco fundatum, Soli hoc eſt Heliogabalo templum feciſſe. Non tamen Heliogabali templum, cujus fuit ſacerdos Heliogabalus priuſquam ad Imperium veniret, in illo vico fuiſſe credendum eſt, quod erat Emeſæ, ut jam diximus. nihil vero illius vici nomen ad hanc rem facit, qui Alala vocabatur, & id nomen jam ante habuerat vel priuſquam natus eſſet Antoninus, & eo loci templum Deo ſuo conſtituiſſet. nec inde illi vico nominis ratio petenda eſt. ſed nec alterius magni viri ſententiam probamus, qui Elagabalum tutelare numen Gabalitarum, fuiſſe cenſet, & Elagabalum hine denominatum, hoc eſt Gabalitarum Deum. non Gaballitarum, ſed Emiſſenorum Deum fuiſſe Elagabalum docuimus. etſi enim Orientis pleræque urbes Solem colerent. eximie tamen præter omnes enim colebant Emiſſeni, apud quos & Elagabalus vocabatur, & templum habebat magnifice extructum. ſane ſciendum eſt omnium fere orientalium gentium commune numen fuiſſe Solem, quem Hel aut Bel, vel Belum dixere. in unaquaque autem urbe peculiare cognomen habebat. ut Emiſſenorum *Elagabalus*: Palmyrenorum *Malachbelus* & *Aglibolus.* Perſarum *Mithres*, Babyloniorum *Belus*. &

ſic

muni officio vota soluturus. Verum illic eam formam
numinis reperit quam in bello sibi faventem vidit.
Quare & illic templa fundavit, donariis ingentibus
positis: & Romæ Soli templum posuit majore hono-
rificentia consecratum, ut suo dicemus loco. Post hæc 26
Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum ter-
minus fieret. Sed in itinere à latronibus Syris male
accepto frequenter exercitu, multa perpessus est, &
in obsidione usque ad ictum sagittæ periclitatus est.
Epistola ipsius extat ad Mucaporem missa, in qua de
ejus belli difficultate ultra pudorem imperialem fate-
tur. *Romani me modo dicunt bellum contra fœminam
gerere, quasi sola mecum Zenobia & suis viribus pugnet,*

ac

sic aliarum Orientis gentium & urbium aliud peculiare igitur ac tutelare numen Emissenorum Alagabalus, vel Elagabalus. nam utroque modo scriptum reperitur in nummis & saxis vetustis. & ita dictus est quasi *Deus montis*, vel *Deus mons*, quod sub montis effigie coleretur. montis enim vel ingentis saxi instar habebat ejus simulacrum. vide ad Heliogabalum.

1 *Quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus pugnet, ac non hostium.*] Desperarunt de hoc loco restituendo summi viri. nobis nihil desperandum est, qui mage majores difficultates expugnavimus, & longe desperatiores locos emendavimus in his auctoribus. Palatinus pro *ac non hostium* legit, *atque hostium*. & ita vetus editio. unius litteræ mutatio rem totam nobis conficiet ex voto. nam scribendum: *quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus pugnet. atqui hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset, in conscientia & timore longe deteriore.* vel si quis malit, *at conscientia & timore longe deteriore.* specta quantas tenebras quantula mutatio offuderat, & quantula dissipatit. pro *atque*, *atqui* fecimus. de sensu jam res clara est. Romani parvi pendebant, & irrisui habebant Aureliani expeditionem adversus Zenobiam. hoc enim esse, bellum cum fœmina gerere: quod minime gloriosum esset futurum tanto duci, quantus videri volebat. respondet Aurelianus, non cum sola Zenobia rem sibi esse; nec eam suis tantum viribus pugnare: sed tantum esse hostium, quantum si cum viro bellum esset gerendum: magnum enim numerum, magnasque copias habebat circa se Zenobia, nec minores quam vir & dux aliquis magnus habere posset. non igitur sola Zenobia. accedebat ad difficultatem, timor ejus & conscientia, ut fœminæ longe deterior, quam si vir esset. timidæ enim magis fœminæ quam viri. conscientia præterea ejus quæ pœnam se meruisse sciret, nihilque sibi gratiæ relictum apud victoris animum speraret, nec ullum misericordiæ locum videret, si victa esset. hæc omnia faciebant, ut illo animo pugnaret Zenobia, quo desperati solent, & sic victoriam de se difficiliorem Aureliano præberet. hoc ad purgandum se de illius fœminini belli difficultate respondebat Aurelianus, illis quibus videbatur, non magnam rem præstare, quod fœminam bello persequeretur.

1 *Atque*

[1] *ac non hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset,* [2] *in conscientia & timore longe deteriore. Dici non potest quantum hîc sagittarum, qui belli apparatûs, quantum telorum, quantum lapidum: nulla pars muri est quæ non binis & ternis balistis occupata sit: ignes etiam tormentis jaciuntur.* [3] *Quid plura?* [4] *timet quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens: sed credo adjuturos Rom. Remp. deos, qui nunquam nostris conatibus defuerunt.* Denique fati-

GRUTERUS.

1 *Atque non hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset, in conscientia & timore, &c.*] Palat. *atque hostium quantum, &c.*

3 *Quid plura? non quasi femina pugnat, quasi pœnam timens.*] Pal. *quid pluratim quasi femina p. q. p. timentet.* idem codex statim postea habet, *Romanam rempublicam vir deos qui nunquam, &c.* ut appareat locum luxatum, scribendumque, *sed quasi vir pœnam timens. Credo adjuturos Rom. Remp. Deos.* quod & Casaubono nostro in mentem venit.

CASAUBONUS.

2 *In conscientia & timore longe deteriore.*] Regius hæc verba miscet turbatque. est autem locus murilus, nec sine librorum meliorum opere capiendus, nobis quidem.

4 *Non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.*] Neque horum verborum ullus est sensus. desideratur enim aliquid. in regio scriptum *timentes.* Sententia erit optima, si scribas, *sed quasi vir pœnam timens.* vel, *viri pœnam timentes.* non solum fœminam viro comparat, aut viris; sed viris quos desperatio reddat αὐτοὺς αὐτῶν κρείττους.

SALMASIUS.

3 *Quid plura? non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.*] Pro desperato relictus & depositus hic locus non minus, quam ille superior, immo etiam magis. audacia opus est adversus hæc monstra, sed majore etiam felicitate, ut debellentur. sed hæc magis quam illa nobis adfuit, in hoc loco expurgando, tenuiter adjutis ope veteris codicis, qui sic scriptum præferebat: *quod pluratim quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens.* similiter etiam vetus editio. lege: *quid plura? timet quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens.* sensum superiori animadversione exposuimus. nam idem dicit quod supra, Zenobiam & timore & conscientia mala impulsam nihil remittere, sed totis viribus pugnare, & timore quidem eo quo omnes fœminæ, quæ natura timidiores sunt viris: & conscientia ea qua qui pœnam timent, quam se meruisse agnoscunt. quæ res etiam metum naturalem exauget, & audacissimis quibusque timorem ingenerat. eleganter igitur Zenobiam timere ut fœminam scribit, pugnare vero non jam ut fœminam, sed ut pœnam timentem: quod malæ conscientiæ proprium est & ejus qui intelligat, se ad pœnam potius deposci, quam æquo jure, & ut hostis solet cum hoste, secum bellum geri. non mirum, si acriter & magno animo pugnent, quorum res eo loco sitæ sunt, & pellem suam, ut vulgo dicimus, magno vendere studeant. pulcre, ita me Deus amet, hunc locum restituimus, in quo aurea non plus inerat sensus, quam humoris in pumice.

1 Ac

ſatigatus [1] ac pro malis feſſus, literas ad Zenobiam miſit, deditionem illius petens, vitam promittens, quarum exemplum indidi. *Aurelianus imperator Roman. orbis, & receptor Orientis, Zenobiæ ceteriſque quos ſocietas tenet bellica. Sponte facere debuiſtis id quod meis literis nunc jubetur: deditionem præcipio impunitate vitæ propoſita, ita ut illic, Zenobia, cum tuis agas vitam ubi te ex ſenatus ampliſſimi ſententia collocavero. Gemmas, argentum, aurum, ſericum, [2] equos, camelos in ærarium Rom. conferatis. Palmyrenis jus ſuum ſervabitur.* Hac 27
epiſtola accepta, Zenobia ſuperbius inſolentiuſque reſcripſit quam ejus fortuna poſcebat. credo ad terrorem: nam ejus quoque epiſtolæ exemplum indidi. *Zenobia regina Orientis Aureliano Auguſto Nemo adhuc præter te quod poſcis, literis petiit. Virtute faciendum eſt quicquid in rebus bellicis eſt gerendum. Deditionem meam petis, quaſi neſcias Cleopatram reginam perire maluiſſe quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Perſarum auxilia non deſunt, quæ jam ſperamus: pro nobis ſunt Saraceni, pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum Aureliane vicerunt: [3] quid igitur ſi illa venerit manus quæ undique ſperatur? pones profecto ſupercilium, quo nunc mihi deditionem, quaſi omnifariam victor, imperas.* Hanc epiſtolam Nicomachus ſe tranſtuliſſe in Græcum

* *Sed credo adjuturos Romanam remp. deos.*] Quid vult ſibi Palatinus cum hac lectione, *adjuturos Romanam rempublicam vir deos*? an *veros deos* ſcribere voluit? ut per veros Deos, aut verum Deum intelligat Solem, quem præcipue venerabatur Aurelianus, & quem ſupra certum Deum vocabat. juvat quod ſequitur: *qui numquam noſtris conatibus defuerunt.* nam Solem in bello ſibi faventem vidiſſe præ ſe ferebat. Vopiſcus paulo ſupra: *illic eam formam numinis reperit, quam in bello ſibi faventem vidit.* nec prohibet quod *veros Deos* in pluralitate, non *verum Deum* dixit.

CASAUBONUS.

1 *Ac pro malis feſſus.*] Scribe, *præ malis feſſus.*

SALMASIUS.

2 *Equos, camelos in ærarium conferas.*] *Conferatis*, libri veteres. melius. non enim ad ſolam Zenobiam miſſa eſt hæc epiſtola, ſed ad reliquos belli ſocios. ſic initio epiſtolæ: *ſponte facere debuiſtis id quod meis litteris nunc jubetur.*

3 *Quid igitur ſi illa venerit manus quæ undique ſperatur.*] *Quod ſi igitur illa venerit manus.* ita editio princeps. ſed vulgatum malo.

cum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. nam illa superior Aureliani, Græca missa est.
28 His acceptis literis, Aurelianus non erubuit, sed iratus est: statimque collecto exercitu ac ducibus suis, undique Palmyram obsedit: neque quicquam vir fortis reliquit quod aut imperfectum videretur aut incuratum. Nam & auxilia quæ à Persis missa fuerant, intercepit: & alas Saracenas Armeniasque corrupit, atque ad se modo ferociter, modo subtiliter transtulit; [1] denique post multa mulierem potentissimam vicit. [2] Victa igitur Zenobia [3] quum fugeret camelis quos dro-

1 *Denique post multa mulierem potentissimam vicit.*] Melior Palatini & veteris editionis scriptura: *denique multa vi mulierem potentissimam vicit.* ostendit quantæ difficultatis & moliminis res fuerit Zenobiam, etsi fœminam, vincere. quod omni occasione, & quocunque sermone præ se ferebat Aurelianus, ne parum gloriæ videretur adeptus quod vicisset fœminam.

CASAUBONUS.

2 *Victa igitur Zenobia, cum fugeret camelis, quos dromadas voc.*] Zosimus pæne ad verbum ista: *πάντες βυλόμενοι* Palmyreni obsessi, *καὶ καμήλῳ τὴν Ζηνοβίαν ἀναβιβάσαντες, αἳ δὴ καμήλων εἰσὶ τάχισται, καὶ ἵππους ὑπερφέρουσαι τάχει, τῆς πόλεως ὑπεξάγουσιν.*

SALMASIUS.

2 *Victa igitur Zenobia cum fugeret camelis.*] Victam Zenobiam eo tempore accipit, quo intra Palmyram conclusa, cum obsessam urbem diutius defendi non posse videret, clam elapsa, & camelis dromadibus imposita fugam ad Persas parabat. ita Zosimus: ita hoc loco Vopiscus. quid igitur sibi volebat Sextus Rufus cum scriberet Zenobiam multis clibanariorum & sagittariorum millibus fretam prælio victam apud Imas, & captam, Romam esse in triumpho ductam? sine dubio pugnam illam intelligit, quæ apud Emessam pugnata est, & qua Zenobia de summa rerum cum Aureliano decertavit. Vopiscus supra: *pugnatum est post hæc de summa rerum contra Zenobiam & Zabam ejus socium apud Emessam magno certamine.* non tamen eo prælio capta est Zenobia ut velle videtur Sextus Rufus. Vopiscus apud Emessam prælium illud commissum scribit. Sextus, *apud Imas non procul ab Antiochia.* apud Eusebium reponendum *apud Imas vincitur.* vulgo etiam in editione Scaligeri, *apud Timas* legitur: quod vitium est, non appellatio ejus loci diversa. cum enim *apud Imas* scriptum esset, facile ex fine præcedentis vocabuli, T littera adhæsit initio sequentis. *Ἴμμαι* Ptolemæus vocat. sed Sextus Rufus & ex eo D. Hieronymus res gestas diversis temporibus in unum confundunt. nam certum quidem est Aurelianum levi conflictu habito, non longe ab Antiochia partem quamdam exiguam Palmyrenorum, quæ collem imminentem suburbano Antiochiæ, cui Daphne nomen est, occupatat, dejecisse inde, & profligasse. verum illud ultimum certamen, quo Zenobiæ res penitus afflictæ sunt, & attritæ, apud Emessam commissum est. Distat autem Antiochia Emissa M.P. CXXXIIII. Imma autem,

dromadas vocitant, [1] atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta, atque in Aureliani potestatem deducta. Victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret cum Persis, Armeniis, [2] Saracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat. [3] Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis, [4] tum Persici dracones, & tiaræ, tum

tem vel Immæ, triginta tribus millibus passuum distat ab Antiochia quod ex veteri tabula itineraria didici, quæ *Emmam* vocat pro *Imma*.

3 *Quum fugeret camelis quos dromadas vocitant.*] Libri veteres editi scriptique, *quos dromedas vocitant*. Dromedæ quoque dicuntur Isidoro in Originibus; *Dromeda*, inquit, *genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris nomen habet*. sic autem *dromeda*, vel *dromida* Latinis qui Græcis δρομὰς, quemadmodum Numidam iidem Latini dixerunt, qui apud Græcos Νομάς. nam δρομάδες *dromedæ*, ut Νομάδες, *Numidæ*.

CASAUBONUS.

1 *Atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta.*] Capta est cum Euphratem navigio transiret, cum jam videretur periculo exempta.

SALMASIUS.

2 *Saracenis superbior atque insolentior.*] Iidem libri, *superior atque insolentior*. sed *superbior atque insolentior*, verum est. sic supra hæc duo junxit: *Zenobia superbius, insolentiusque rescripsit.* leviter autem distinguendum ad majorem lucem: *victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armeniis, Sarracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat.* id est cum Zenobiam in vinculis teneret, & Persas, & Armenios & Saracenos. intelligit Persas illos quos ad auxilium venientes intercepit Aurelianus, ut & Saracenorum alas & Armeniorum, quos in vinculis tenebat, ut eos in triumphum duceret, qui & ducti sunt, ut infra videmus.

3 *Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis.*] Alibi apud hos auctores mentio est vestium margaritis consertarum. Græcis μαργαριτίδες dicuntur. Arrianus in periplo maris Erythræi: ἐν ᾧ τόπῳ περονεῖται παρ' ἀκτὴν τῆς Ἠπιοδώρου συλλεγόμενον πιννικόν. φέρεται γὰρ ἐξ αὐτῆς σινδόνες μαργαριτίδες λεγόμεναι. sic enim illum locum legimus, qui & vulgo male excusus, & perperam ab interprete & commentatore viro docto redditus. περονεῖται πιννικὸν, id est, *perforatur margaritum*. hodie ibi editum est, πορεῖται).

CASAUBONUS.

4 *Tunc Persici dracones.*] Deest verbum cui tota periodus innitatur: nempe, capti sunt ab Aureliano. *Dracones*, inter signa fuerunt, ea quidem ætate, Persarum, paullo vero ante, Parthorum qui in Oriente rerum erant domini. Apud Parthos cohortes millenariæ fuerunt, & cuique cohorti suus draco attributus. Erant hi dracones simulacra verorum draconum, ea arte expressa ad terrorem hostibus inferendum, ut vulgo apud Romanos aliquando creditum sit, viva ipsa animalia, non illorum imitamenta ad bellum ferre Persas: quæ in conflictu hostes appeterent,

 & mi-

tum genus purpuræ quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit: de qua pauca saltem libet
29 dicere. Meministis enim fuisse in templo Jovis Optimi Maximi Capitolini [1] pallium breve [2] purpureum lanestre, ad quod quum matronæ atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur cæteræ divini comparatione fulgoris. Hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens, *Sume purpuram qualis apud nos est.* sed hoc falsum fuit. Nam postea [3] diligentissime & Aurelianus & Probus & proxime Diocletianus [4] missis diligentissimis confectoribus, requi-

& misere vorarent. quam falsam auditionem ridicule securus erat ille historicus, cujus ineptias exagitat Lucianus in libello De conscribenda historia. οὕτως, inquit, ἀκριβῶς πάντα ἐσεσήμαινε. ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων, (σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτ' αὐτοῖς· χιλίους γὰρ οἶμαι ὁ δράκων ἄγει) ζῶντας δράκοντας παμμεγέθεις εἶναι γεννωμένους ἐν τῇ Περσίδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν. τούτους δὲ τέως μὲν ἐπὶ κοντῶν μεγάλων ἐνδεδεμένους, ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι, καὶ πόρρωθεν ἐπελαυνόντων, δέος ἐμποιεῖν. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσιν λύσαντες αὐτοὺς ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις. lege cætera, atque ibi scribe περισπειραθέντων αὐτοῖς: quod verbum de serpentibus proprie dicitur. qui spirarum suarum volumine aliquid cingunt. à Parthis acceperunt signum hoc Romanæ cohortes: de quarum draconibus & de draconariis passim Ammianus Marcellinus & ejus ætatis scriptores. multa etiam in libris de militia clarissimum litterarum lumen, Justus Lipsius.

1 *Pallium breve purpureum lanestre.*] *Lanestris* vox ejus sæculi: ut *vallestris*, qua utitur Ambrosius, & similes.

3 *Diligentissimis confectoribus.*] Hoc est, infectoribus. nam *confector* proprie arenæ verbum est.

GRUTERUS.

2 *Purpureum lanestre.*] Sic quoque Palat.

SALMASIUS.

1 *Pallium breve purpureum lanestre.*] Multa παράγωγα ad hoc exemplum formarunt veteres. ut *campestre* à campo: *fanestre* à fano: *terrestre*, *lanestre*, & similia. sic *palestre* à palus dixerunt. Innocentius de litteris notis juris exponendis: *sub se cannicias, & res palestres habet, & foris aquivergia.* ita enim ibi habet liber Palatinus ex quo olim illum de casis litterarum tractatum transcripsimus.

4 *Missis diligentissimis confectoribus.*] *Confectores*, heic sunt infectores. sic vetus interpres Juvenalis *lanam confectam*, pro infecta posuit, ad illum versum,

In tunica Jovis & picta Serrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

mappam mittentem in circo consulem poëta describit: Nam tunicam Jovis togam palmatam dixit Tyria purpura confectam, hoc est Serrana. Et sane *inficere* quod tingere significat, idem omnino est quod facere, vel conficere. nam *infectum* non solum, quod non factum est,

requisiverunt tale genus purpuræ, nec tamen invenire potuerunt. [1] Dicitur enim sandix Indica talem purpuram

est, sed & quod factum est, significat. sic *indictum*, & pro non dicto, & pro denunciato accipitur. sic *intectum*, & pro non tecto & pro bene tecto. *inficere* igitur idem quod facere, & conficere; quo verbo Latini & pro tingere usi sunt, exemplo & imitatione Græcorum qui verbum ῥέζειν quod illis facere est, & pro tingere usurparunt. Grammatici: ῥῆγος τὸ πορφυροῦν ἐπένδυμα. ῥέξαι γὰρ τὸ βάψαι καὶ οἷον μελανοποιῆσαι. ὅτι δὲ ῥεχθεῖς ἔλεγον τοὺς βαφεῖς καὶ ῥῆγος τὸ βάμμα, σαφὲς Ἀνακρέων ποιεῖ. ἁλιπόρφυρον ῥῆγος. καὶ παρὰ Ἰσύκῳ, ποικίλα ῥέγματα. Hesychius: ῥέγμα, βάμμα. ῥέζειν igitur ad verbum est inficere, vel conficere, hoc est tingere. & ῥεκτὴς infector, vel confector. ῥῆγος & ῥέγμα, infectum, id est tinctum vestimentum.

CASAUBONUS.

1 *Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.*] Sandicinus color similis coccineo, ut auctore Sosibio docet Hesychius. ideo scribunt Suidas & Photius in suis Lexicis, Σάνδυξ χρῶμα κόκκινον. sed hi de eo colore intelligunt quem non Indica sandix conciliat, verum alia quæ in usu vulgo Græcis & Romanis fuit. de hac lege Plinium libro XXXV. cap. VI. & Hadrianum Turnebum in Adversariis. Indicæ vero hujus sandicis alibi factam mentionem non invenies. posterior hujus vocis varie scripta legitur, *sandix*, & *sandyx*: variat & modulus syllabæ in obliquis. producitur Propertio libro secundo:

Illaque plebeio vel sit sandicis amictu.

corripitur altis. Gratius de venatione,

Interdum Libyco fucantur sandice pinnæ.

SALMASIUS.

1 *Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.*] Bene judicavit Turnebus de herba aut frutice heic sandicem accipiendam, non de pigmento. omisit tamen præcipuum, & maxime validum argumentum quo poterant retundi, qui pertinaciter heic & apud Virgilium aliosque auctores sandicem pro pigmento semper accipi debere contendebant. dicerent enim mihi, ubi lectum sit pigmenta illa & colorum ut ita dicam metalla tingendis vestibus aut lanis apud tinctorum officinas fuisse usurpata. quis unquam dixit vestem auripigmento tinctam, aut cerussa, aut ochra, aut sandaracha, aut ejusmodi aliis coloribus, qui solis serviunt pictoribus & tectoribus? Hesychius & pro herba & pro pigmento poni sandicem annotavit, cujus hæc sunt verba: Σάνδυξ. δένδρον θαμνῶδες, οὗ τὸ ἄνθος χροιὰν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει. ὡς Σωσίβιος, ἢ φάρμακον ἰατρικὸν ἢ χρωστικόν. nam per φάρμακον pigmentum intelligit. Suidas autem & Photius in suis lexicis non herbam, sed pigmentum & φάρμακον sandicem esse dixerunt. Σάνδυξ χρῶμα κόκκινον. quod imposuit longe eruditissimo viro. non enim χρῶμα ibi est herba tingendo apta, sed pigmentum. pigmenta enim Græci vocant χρώματα, Latini etiam colores: & sic apud Vitruvium caput est de coloribus, quo explicat, qui factitii sint colores, qui nativi. Glossæ: *Auripigmentum*, ἀρσενικόν, χρῶμα τι. ψιλωθρον. Hesychius: ἀρσενικὸν χρώματος εἶδος χλωρόν, ὅπερ ἡμεῖς ἀρσενικὸν λέγομεν. idem: Σανδαράχη, χρώματος εἶδος. idem: Κιννάβαρι εἶδος χρώματος ἀληθινοῦ ὃ λέγομεν κόκκινον. & sic de aliis. igitur cum legeris σάνδυκα esse χρῶμα, non de herba tinctoria, sed de pigmento accipe. Porro de sandice

 legi

puram facere, si curetur. Sed ad incepta redeamus.
30 [1] Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, Zenobiam ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignum existimans mulierem interimi, [2] occisis plerisque quibus autoribus illa bellum moverat, paraverat, gesserat, triumpho mulierem reservavit, ut populi Romani oculis esset ostentui. [3] Grave inter eos qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro usa esse ad Græcas literas dicitur. Quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse quod superbior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Pacato igitur Oriente, in Europam Aurelianus rediit victor,

legi eam esse herbam quam nos vulgo *guarantiam* vocamus. sic enim scriptum reperi in vetustissimo Glossarum codice qui clarissimorum Puteanorum est: *Sandix herba tincturæ apta, quam vulgus varantiam vocat.* sed hæc alias pluribus, ubi etiam docebimus Gratii versum.

Interdum Libyco fucantur sandice pinnæ:

non de herba, sed de pigmento esse capiendum. de metallo porro sandicis egregius apud Strabonem locus lib. xi. sed corruptissimus, quem sic emenda: καὶ ἄλλα δ' ἐστὶ μέταλλα καὶ διὰ τῆς σάνδυκος καλουμένης, ὃ δὴ καὶ Ἀρμένιον καλοῦσι χρῶμα ὅμοιον κάλχῃ. vulgo scribitur: ὁ πάνδυξ καλούμενος. Notandum autem ex verbis Hesychii σάνδυξ etiam arcam significare. Græci recentiores σεντούκιον corrupte pro σανδύκιον dixere. nam σεντούκιον illis est arca. quam vocem falluntur qui origine Arabicam volunt esse. contra Arabes ex Græca suam fecere; quæ Græcis σάνδυξ, Arabibus *Sandeck*. verum hæc non hujus loci.

1 *Ingens tamen militum strepitus fuit.*] *Tamen* pro *autem*.

CASAUBONUS.

1 *Ingens tamen strepitus militum fuit, omnium Z.*] *Tamen* huic scriptori non raro pro autem usurpatur: quod moneo ne quis mutandam scripturam putet.

2 *Occisis plerisque quibus auctoribus illa bellum moverat, p.*] Judicium Emisæ habitum de Zenobia & consiliariis ejus ac belli sociis, vide Zosimum.

3 *Grave inter eos qui cæsi sunt de Longino philosopho fuisse perhibetur, q.*] Hic est Cassius Longinus, quem Porphyrius in libro de vita Plotini tantopere laudat, sui temporis eruditissimum nominans, κριτικώτατον, ἐλλογιμώτατον, & ἐλεγκτικώτατον. Meminit hujus & Eusebius, qui libro xv. Προπαρασκευῆς, quædam illius descripsit. Libros multos ediderat quorum plerosque recenset Suidas. Extat hodieque Longini Περὶ ὕψους libellus vere aureolus: ex quo semichristianum fuisse, non male fortasse colligas, propter illud quod facit de Mosis scriptis judicium. Ejus eruditionem, scripta & constantiam in subeundo supplicio laudat hoc loco Zosimus.

x *Atque*

victor, [1] atque illic Carporum copias afflixit: & quum illum *Carpicum* senatus absentem vocasset, [2] mandasse illico fertur, *Superest P. C. ut me etiam Carpisculum vocetis.* [3] *Carpisculum* enim genus calciamenti esse satis notum

1 *Atque illic Carporum copias afflixit.*] Carpos vicit, & ex parte in Romanum solum transtulit: cujus exemplum postea secutus est Diocletianus: de quo Aurelius Victor: *Interea caesis Marcomannis, Carporumque natio translata omnis in nostrum solum: cujus fere pars jam tum ab Aureliano erat.* deest hic verbum. nam scribi postulat sententia, *c. f. pars altera i.* aut simili modo.

3 *Carpisculum enim genus calceamenti esse satis notum est: quod cognomen deforme videbatur.*] Perverso ordine ita haec leguntur: nam scribendum hoc modo: *Superest P. C. ut me etiam* CARPISCULUM *vocetis? quod cognomen deforme videbatur: carpisculum enim genus calceamenti esse, satis notum est.* Erat autem carpisculus barbarici calcei genus, à Graeco καρπὸς sic dicti: vel ex eo potius, quod cum carpisculis sive carpusculis architectorum similitudinem aliquam haberent. mentio illorum in antiquo lapide Viennae Allobrogum, ubi leguntur haec:

D. D. FLAMINICA. VIENNAE
TEGULAS. AENEAS. AURATAS
CUM. CARPISCULIS. ET
VESTITURIS. BASIUM. ET. SIGNA
CASTORIS. ET. POLLUCIS. CUM. EQUIS
ET. SIGNA. HERCULIS. ET. MERCURI
D. S. D.

SALMASIUS.

2 *Mandasse illico fertur.*] Pal. *è loco fertur.* supra docuimus legendum: *mandasse è loco fertur.* *è loco*, id est αὐτόθεν. *è loco mandavit.* αὐτόθεν ἐπέσταλεν. vide quae supra adnotavimus.

3 *Carpisculum enim genus calciamenti.*] Palatinus: *carpisclum.* Carpisculus formae diminutivae est, cujus principalis est *carpiscus.* quod tamen & ipsum ὑποκοριστικὸν est. sic enim *carpiscus* à carpo, ut *scortiscum*, vel *scordiscum* à scorto: & *scutrisca* à scutra. hac enim ὑποκοριστικῇ forma gaudent Latini. *carpus* igitur genus calciamenti. *Scarpinos* etiam hodie vocamus pro *carpinis.* Itali *scarpos* vocant pro carpis. nam multis vocibus recentiores & praecipue Graeci litteram *S*, initio addebant. sic σφίκλην pro fecla, vel faecula dicebant. σφαλάγγιον pro φαλάγγιον. *sphalangium* quoque scribitur apud Vegetium. sic Latini quoque veteres, *scutram* ex Graeco κύθρᾳ fecerunt: & *scrutum* ex γρῦτον. sed *carpum* aut *carpisculum*, vel *carpisclum*, unde putamus dictum? non enim à voce Graeca καρπὸς. qui posset id convenire? καρπὸν Graeci de manu, non de pede usurpant. sed nec à carpisculis architectorum. immo contra est. nam carpisculi quorum mentio est in veteri inscriptione, à similitudine carpisculorum calceorum videntur potius dicti. carpisculi & vestiturae basium simul ponuntur in illa inscriptione;

TEGULAS AENEAS AURATAS
CUM CARPUSCULIS ET
VESTITURIS BASIUM.

Sic Graecis κρηπὶς & calcei genus, quam Latini crepidam, & basim significat. *Carpus* igitur & *carpisclus* & *carpisculus* calceoli species, & pura puta vox Lat. est. sic appellatur calceus multifariam scissus & caesus. quem Graeci πολυσχιδῆ vocant & λεπτοσχιδῆ. Cephisodorus Trophonio:

— σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα.

carpere id Latinis significat. *carpus* à verbo carpo. ut *dividus* à divido, qui divisus est: unde & *dividia*, διχόνοια, & *divisio.* sic *carpus*, πολυσχιδής. unde & *carpia*, quem Graeci μότον

notum est, quod cognomen deforme videbatur: quum & *Gotthicus* & *Sarmaticus*, & *Armeniacus*, &
31 *Parthicus*, [1] & *Adiabenicus* diceretur. Rarum est ut Syri fidem servent, imo difficile. [2] Nam Palmyreni, qui jam victi atque contusi fuerant, Aureliano rebus Europiensibus occupato, non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in præsidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, [3] Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium. [4] Verum adeo Aurelianus, ut erat paratus ex Euro-

appellant. Glossæ *φυπαρὸν πόρον* interpretantur. quam vocem hodieque retinemus. nec est quod quisquam subtilius hæc quam verius dicta esse credat. verissima enim sunt.

1 *Et Adiabenicus diceretur.*] Pal. *& Adiabeneficium ille diceretur.* corruptissime. scribendum: *cum & Gothicus & Sarmaticus, & Armeniacus, & Parthicus, & Adiabenicus jam ille diceretur.*

GRUTERUS.

1 *Et Adiabenicus diceretur.*] Pal. *& Adiabeneficia mille diceretur.* ut videatur fuisse primitus, *& Adiabenicus jam ille diceretur.*

4 *Verum adeo Aurelianus, ut erat &c.*] Sic quidem ms. quoque Pal. sed nihil verius quam legendum, *verum ad Eoos Aurelianus.*

CASAUBONUS.

2 *Nam Palmyreni qui jam v.*] Narrat Zosimus, tendenti in Europam Aureliano allatum esse nuntium de Palmyrenorum defectione: qui ducem nacti Apsæum quendam, initio imperium deferre conati sunt Marcellino duci Orientis: deinde eo fidem Aureliano servante, Antiochum quendam hominem abjectissimum imperii insulis donaverunt. rediisse igitur Aurelianum, & Palmyram funditus evertisse: Antiocho dimisso, cum ob summam vilitatem ira sua illum putaret indignum. hæc ita Zosimus.

3 *Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium.*] Antiochum non Achilleum vocat Zosimus. Παλμυρηνῶν Ἀντιόχῳ προσθέντες ἀλουργὲς ἱμάτιον καὶ τὴν Παλμύρων εἶχον. & mox iterum, ubi de ejus vilitate: cum tamen hic dicatur parens id est cognatus Zenobiæ fuisse, cujus origo Cleopatrana ante est exposita.

4 *Verum adeo Aurelianus, ut erat paratus, ex Europa revertit.*] Nullum hic locum habet vocula *adeo*. sed locus est depravatus, cum sit scribendum: *Verum ad eos Aur.* Vertit Vopiscus auctorem Græcum, cujus verba usurpavit & Zosimus. Αὐρηλιανὸς δὲ τοῦτο ἀκηκοώς, αὐτόθεν ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν ἕω ἐστέλλετο. illa, αὐτόθεν ὡς εἶχεν, interpretatur Vopiscus, *ut erat paratus.* ἐπὶ τὴν ἕω, *ad eoa.* vocem hanc Græcam non poëtæ solum usurparunt, verum & historici: nam apud Marcellinum legas, *eoos tractus*, & *eoas partes.* ac similia.

SALMASIUS.

4 *Verum Aurelianus ut erat paratus ex Europa revertit.*] Optimus Palatinus: *è Rhodopa revertit.* Zosimus: ἠγγέλθη τῷ Αὐρηλιανῷ τὸ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐλθεῖν. nondum Europam tetigisse vult Aurelianum Zosimus, cum nuncium accepit defectionis Palmyrenorum. at Vopiscum jam eum in Rhodopa fuisse, quæ est Thraciæ provincia. Ammianus Marcelli-

Europa revertit: atque urbem, quia ita merebatur, evertit Crudelitas denique Aureliani, vel (ut quidam dicunt) severitas, eatenus extitit, ut epistola ejus feratur, confessionem immanissimi furoris ostentans, cujus hoc exemplum est. *Aurelianus Augustus* [1] *Ceionio Basso. Non oportet ulterius progredi militum gladios.* [2] *jam satis Palmyrenorum cæsum atque concisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes jugulavimus, rusticos interemimus: cui terras, cui urbem deinceps relinquemus? Parcendum est iis qui remanserunt. Credimus enim tam paucos tam multorum suppliciis esse correctos.* [3] *Templum sane Solis, quod apud Palmyram aqui-*

cellinus lib. XXVII. *Rhodopa huic annexa Maximianopolim habet, & Maroneam & Ænum.* hujus & alibi meminit: sed observatione dignum est, cum de monte loquitur, Rhodopen vocare;. cum de provincia, Rhodopam. de monte lib. XXI. *confertæ summorum montium summitates Hæmi & Rhodopes.* & lib. XXVII. *per dextrum, quod australe est latus, scopuli tenduntur Rhodopes.* atque alibi passim. de provincia lib. XXII. *Hinc gracilescens paulatim, & velut naturali quodam commercio ruens in pontem ejusque partem ad se jungens, in speciem Φ Græcæ litteræ formatur, & Hellespontum à Rhodopa scindens, Cynossema ubi sepulta creditur Hecuba, & Cæla prætervlabitur, & Seston & Callipolim.* in veteri Notitia imperii, Hæmimontus & Rhodopa provinciæ habentur. sic *Hæmimontum*, eum de provincia sermo est, libentius appellant auctores; at montem ipsum, *Ænum.* Hæmimontanas celsitudines tamen alicubi nominat Ammianus.

1 *Ceionio Basso.*] *Cerronio Basso*, Palatinus cum veteri editione.

2 *Jam satis Palmyrenorum cæsum atque occisum est.*] Inter *cædere* & *occidere* quid intersit nihil video, aut quid plus alterum altero significet. sed recte Palatinus: *jam satis Palmyrenorum cæsum atque concisum est.* itaque etiam habuit editio prima. quare mutarint recentiores editiones, assequi non possum conjectura. at *concidere* plus est quam simpliciter cædere, duobus illis verbis magnam carnificinam lanienamque factam Palmyrenorum ostendit. nam concidere proprium lanionum est.

3 *Templum sane Solis quod apud Palmyram est.*] Templum Solis apud Palmyram fuisse, vel hic locus indicium facit. nulla ferme pars orientis in qua Sol non coleretur. sed pro urbium ac locorum diversitate in quibus colebatur, diversis etiam appellationibus censebatur. Emisseni Alagabalum eum vocabant, apud quos in effigie metis adorabatur. atque inde nominis ratio, ut supra docuimus. Palmyreni *Malachbelum* solem appellabant, quasi dicas *Regem Belum.* nam Belum Syri & Phœnices & multi alii Eoi populi præcipuo cultu dignabantur, quem Saturnum & Solem esse volebant. Photius ex vita Isidori à Damascio scripta: ὅτι Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἦλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσι. quod eumdem autem Solem cum Saturno esse sciscerent, testis Servius, ne alios in testimonium adducam: *Belus primus rex Assyriorum, ut supra dictum est, quos constat Saturnum quem eumdem*

[1] *aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis* [2] *& draconario & cor-*

& Solem dicunt, Iunonemque coluiſſe: quæ numina etiam apud Afros poſtea culta ſunt. unde & lingua Punica Bal Deus dicitur. Apud Aſſyrios autem Bel dicitur quadam ſacrorum ratione, & Saturnus & Sol. Ἢλ & Βῆλ idem, ut conſtat ex illo Photii loco. Servius de Beli nomine apud Virgilium, Didonis patris: *& regis nomen ratione non caret. nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua Hel dicitur. unde & ἥλιος. ergo addita digamma, & in fine facta derivatione à ſole regi nomen impoſuit.* in veteri quadam inſcriptione Romana θεοὶ πατρῷοι Palmyrenorum Μαλάχβηλος & Ἀγλίβωλος vocantur. quorum & ſimulacra ibidem in marmore ſculpta habentur virili habitu, criſpo crine, ſuccincta & tæniata, eorumque alterum Lunam pictam in humeris habet. & cothurnis innexum eſt, haſtile manu geſtans. Sol & Luna illi duo dii ſunt. nam & Lunam marem Deum eſſe credebant, maſculinoque eam nomine ac ſexu nuncupabant plerique Orientis populi. de Luno Deo vide in vita Caracalli. Μαλάχβηλον ſolem eſſe plane mihi perſuadeo, & Ἀγλίβωλον lunam: ſed quare ita dicta ſit, velim diſquirant linguæ Syriacæ peritiores. Zoſimus ἥλιον καὶ Βῆλον eumdem quoque facit, ubi ſcribit Aurelianum donariis templi Palmyreni templum quod Romæ Soli ædificavit exornaſſe. ἐν τούτῳ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. hodie apud Zoſimum legitur: ἡλίου τι καὶ Βήλου, minus recte, mea quidem ſententia. diſſentit autem Zoſimus ab Aureliano qui in hac ſua epiſtola ſcribit ſe templum illud Solis apud Palmyrenos reſtituendum in integrum curaviſſe, & ad eam formam quæ fuerat prius, reddendum. Zoſimus ſpoliatum ab Aureliano vult, nec unquam reſtitutum.

CASAUBONUS.

1 *Aquilifer legionis tertiæ.*] Scribe *aquiliferi*, ex omnibus libris, & quia vulgata lectio σολοικίζει.

GRUTERUS.

1 *Aquiliferi legionis tertiæ.*] Sic & Palat. non ut vulgg. *aquilifer*.

SALMASIUS.

1 *Aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis.*] Non fero emendantem doctiſſimum virum: *Aquiliferi tertiæ legionis.* quid enim? an plures aquilæ in una legione? immo una tantum, quam & cohors prima habebat. ſigna vero alia plura. nam ſingulæ cohortes ſuum draconem habebant. Hyginus: *Cohors prima cauſa ſignorum & aquilæ intra viam ſagulariam, & quoniam duplum numerum habet, duplam pedaturam accipiet.* ſi una aquila in legione, non plures erunt aquiliferi. putavit vir eruditiſſimus vulgatam lectionem σολοικίζειν, quod ita concepta ſit: *aquilifer cum vexilliferis diripuerunt.* ſed ita moris habent optimi quique auctores loqui. ſic enim accipi debet, quaſi eſſet ſcriptum: *aquilifer & vexilliferi diripuerunt.* Terentius. in Heautontimor. *Syrus cum illo veſtro conſuſurrant, & conferunt conſilia ad adoleſcentes.* ſic enim in optimis codicibus, pro, *Syrus & ille veſter conſuſurrant.* ſic Ulpianus D. de quæſtion. leg. 1. *Imperator noſter cum Divo patre ſuo id non admiſerunt.* pro *Imperator & Divus pater ejus id non admiſerunt.*

2 *Et draconario, & cornicinibus.*] *Et cornicibus.* ita Palatinus, & editio vetus. ſic *claſſices* pro claſſicines apud Varronem de lingua Latin. in veteri libro reperiri teſtatur Turnebus: *ſimiliter tibicines & claſſices à claſſe.* ubi vulgo habetur, *claſſicos.* ſic *tubices* & *cornices*, in vetuſtiſſimis Iſidori exemplari-

& cornicinibus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam volo qua fuit, reddi. [1] *Habes trecentas auri libras è Zenobiæ capsulis: habes argenti mille octingenta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templum: mihi & diis immortalibus gratissimum feceris. Ego ad senatum scribam, petens ut mittat pontificem qui dedicet templum.* Hæ literæ, ut videmus, indicant satiatam esse immanitatem
principis duri. Securior denique iterum in Europam 32
rediit: atque illic omnes qui vagabantur, hostes nota illa sua virtute contudit. Interim res per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui sibi Ægyptum [2] sine insignibus imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit. [3] Ad quem continuo Aurelianus revertit: [4] nec illi defuit felicitas solita. Nam Ægyptum statim recepit: atque, [5] ut erat ferox animi, cogitatione multus vehementer

pluribus me legisse testatum facio. de quo statuat quisque quod voluerit. nec enim ausim affirmare *cornicem* veteres dixisse pro *cornicinem.* eam tamen scripturam dissimulare nolui.

1 *Habes trecentas auri libras Zenobiæ capsulis.*] Malim: *Habes trecentas auri libras de Zenobiæ capsulis.* sequitur similiter ex distinctione summi viri Casauboni: *habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis.*

CASAUBONUS.

1 *Habes trecentas auri libras Zenobiæ capsulis.*] Distingue sic: *Habes trecentas auri libras in Zenobiæ capsulis: habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis: habes gemmas regias.*

2 *Sine insignibus imperii, q.*] Falsus est Vopiscus, ut fatetur ipse in sequente libro. vide locum.

3 *Ad quem continuo Aurelianus revertit.*] Non ex Europa quidem eo revertit, ut possit aliquis ex superioribus colligere: sed cum Europam peteret deleta Palmyra & Carras jam pervenisset, iter in Ægyptum flexit.

5 *Ut erat ferox animi, cogitatione multus.*] Οἷα φύσει ἀγέρωχος ὢν καὶ βαθύνους.

GRUTERUS.

4 *Nec illi defuit felicitas solita.*] Reposui quod erat in Pal. male editi prius, *illi defuit.*

SALMASIUS.

5 *Ut erat ferox animi, cogitatione multus.*] Pauci mihi scire videntur, quid sit hoc loco *cogitatione multus.* nec enim is est qui multas variasque cogitationes habet, sed qui multus est, id est severus & tetricus, & qui severe cogitat. nam *severe cogitare* apud hunc auctorem dicitur pro severum esse. supra: *testor autem omnes Deos me etiam timuisse, ne quid etiam erga filium meum severius, si quid ille fecisset levius, ut est natura pronus ad ludicra, cogitaret. ne quid severius cogitaret*, pro, ne nimium severe ageret, ne severior esset. *multus* igitur heic idem significat quod in epistola

menter irascens quod adhuc TETRICUS Gallias obtineret, Occidentem petiit: atque [1] ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit. Princeps igitur totius orbis Aurelianus [2] pacatis per Occidentem Gallis, atque

stola Valeriani de eodem Aureliano scripta, quam supra habemus: *Nimius est, multus est, gravis est, & ad nostra jam non facit tempora.* nam ut ibi nimius & multus Aurelianus dicitur, ita hoc loco *ferox animi*, & *multus cogitando.* nimius animi, & ferox animi, idem. & *nimius* quoque simpliciter idem quod ferox. Livius: *Manlius nimius animi cum alios principes sperneret. nimius animi*, ὁ ἀγέρωχος. *nimium* etiam per se in eo sensu posuerunt, & pro feroce & superbo acceperunt. Tacitus lib. 11. Hist. *Et Triariæ licentiam, modestum è proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor non nimia tristibus & pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris.* sic *nimius* τῷ modesto, animique modico contrarius est. Servius ad illud,

——— *nunc acris Oronti.*

Nunc fortis, aliàs velocis.

quidam acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt. sic etiam vox *multus* absolute accipitur, de eo qui in unaquaque re multus est. hinc & pro severo & tetrico morosoque, odioso & importuno, quem Græci φορτικὸν dicunt, sumitur. Afranius apud Nonium: *multa es, ac molesta multum.* ita accipiendus *multus* in obscurissimo epigrammate Catulli quod hactenus viros eruditissimos torsit:

Multus homo es, Naso. nam tecum multus homo est qui
Descendit? Naso multus es & pathicus.

ita autem ipsum epigramma legendum ac distinguendum est. *multus es Naso & molestus & morosus, & arrogans. an vero tibi videtur multus homo esse qui descendit, & pathicus est?* mira enim ces, ut homo cinædus, & qui omnibus omnia obsequitur, idem quoque arrogans sit & superbus ac difficilis & asper. hic sensus illius epigrammatis de quo nos alibi plura. Græci πολὺν dicunt hominem gravem & serium, & quantivis pretii. at Latinis *multus* non nisi in malam partem accipitur, ut & *nimius.* est enim φορτικὸς καὶ βαρύς. sic *cogitatione multus* hoc loco non est, quod vir doctissimus censebat, ὁ βαθύνους & vir multarum ac variarum cogitationum, sed asper & tetricus, & ob nimiam severitatem suam importunus & odiosus. quod vitium in Aureliano omnes historici notarunt.

CASAUBONUS.

1 *Ipso Tetrico exercitum suum prodente.*] Vide Pollionem in XXX. tyrannis.

2 *Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.*] Scripta lectio, *pacatis Oriente, Gallis atque v. t.* recte.

GRUTERUS.

2 *Pacatis Oriente Gallis, atque undique.*] Sic quoque Pal. perperam edd. *pacatis per Occidentem Gallis atque.*

SALMASIUS.

2 *Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.*] Mirifice corruptus & interpolatus in hoc loco Palatinus. sic enim habet: *pacatis Orientem Gallis atque ubique terrori victo eripe me his invicte malis, Romam iter flexit.* an aliquid deest? nam illa verba, *Eripe me his invicte malis*, ad Tetricum pertinent, qui hoc hemistichio Virgiliano usus est, cum ad Aurelianum mitteret, & se militibus liberari rogaret, quorum insolentiam ferre non poterat, ut apud

atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc est de Oriente & Occidente, triumphum Romanis oculis exhiberet. Non ab re est cog- 33
noscere, qui fuerit Aureliani triumphus. Fuit enim speciosissimus. Currus regii tres fuerunt. In his unus Odenati, argento, auro, & gemmis operosus atque distinctus: alter, quem rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus: tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se urbem Romanam cum eo visuram: quod illam non fefellit. nam cum eo urbem ingressa est victa & triumphata. Fuit alius currus quatuor cervis junctus, qui fuisse dicitur Regis Gotthorum: quo, ut multi memoriæ tradiderunt, Capitolium Aurelianus invectus est, ut illic cæderet cervos quos cum eodem curru captos vovisse Jovi Optimo Maximo ferebatur. Præcesserunt elephanti viginti, [1] feræ mansuetæ Libycæ, Palestinæ diversæ

pud Trebellium legitur. sed magis puto ad oram codicis ab aliquo studioso fuisse adscripta ex vita Tetrici, & à negligente librario in contextum recepta. scribe igitur ex vestigiis Palatinæ lectionis: *pacatis Oriente Galliis, atque ubique terrore injecto, Romam iter flexit.*

1 *Feræ Libycæ mansuetæ, Palæstinæ ducentæ.*] Ferarum Libycarum numerum non adponit. an tam Libycæ quam Palæstinæ erant ducentæ? per Libycas autem feras mansuetas, leones mansuetos, & leopardos mansuetos intelligit. nam leones & leopardi, Libycarum ferarum nomine fere apud veteres censebantur. immo soli leopardi interdum illo nomine veniebant. Plinius capite de Pantheris postquam docuit illud genus in Africa Syriaque esse creberrimum, addit: *Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.* ibi enim per Africanas solas panthera intelligit. sic capiendus Servius ad illud Virgilii:

—— *in pelle Libystidis ursæ,*

aut revera ursæ, inquit, *aut feræ Africanæ.* per *feram Africanam*, pardum aut pantheram accipe, non leonem, ut putabat Lipsius. inde Libycæ pelles pretiosæ. pantherarum nempe aut pardorum. quas sola macularum varietas commendabat. Hesychius. Λιβυκὸν δέρμα, ὡς κάλλιστον. non enim leonum pelles pulcerrimæ, sed pardorum, vel pantherarum. idem Hesychius. λιβυκὸν θηρίον, ἐπεὶ θανάσιμα ἐκεῖ ἑρπετὰ καὶ ὡς Λίβυες ἐχόντες θηρία, καὶ τὸ ποικιλόμορφον. vides Λιβυκὸν θηρίον exponi ποικιλόμορφον. quod solis pantheris & pardis convenit. unde & varias eas vocavere Romani. vetus Glossarium: *Varia*, ποικίλη πάρδαλις. sic & Parthicæ pelles, de quibus ut pretiosissimis & pulcerrimis, tam frequens in libris occurrit mentio, pantherarum & pardorum erant pelles & tigrium. Africanæ igitur & Libycæ feræ sunt pantheræ, vel pardi, leopardorum Libycorum

verſæ ducentæ: quas ſtatim Aurelianus privatis donavit, ne fiſcum annonis gravaret. tigrides quatuor: [1] camelopardalī, alces, cætera talia per ordinem ducta: gladiatorum paria octingenta: præter captivos gentium Barbararum, [2] Blemyes, [3] Axomitæ, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Perſæ, cum ſuis quique muneribus: Gotthi, Alani, Roxolani, Sar-

corum meminit Vopiſcus in Tacito: ſed & Syriacorum. nam in Syria, ut in Libya, frequentes.

1 *Camelopardali, alces.*] Nihil variat Palatinus. ſic in Gordiani tertii vita *Camelopardalos* vocat Capitolinus. idem in Gordiano ſeniore, *oves feras*, & cum alcibus ponit, ut heic Vopiſcus: *oves feræ C. alces x.* niſi potius de ovibus feris revera intelligere malis cum doctiſſimo viro. cui libens in hac parte aſſentior. vetus editio heic habet: *Cameli, pardali, alces.* quam non ſequor.

3 *Axomitæ.*] Palatinus: *Exomitæ.* perperam. *Axumitas* vocat Stephanus, & urbem illorum Ἀξουμίτην. Ἀξουμίτης ἐθνικῶς μητρόπολις Αἰθιόπων. ὁ πολίτης Ἀξουμίτης. ſed mendum eſſe puto apud Stephanum, & Ἄξουμις legend. nullum enim urbis nomen ſic deſinit. Ægyptiacæ autem urbes & Æthiopicæ pleraque in ις deſinunt. & earum ἐθνικὰ in ιτης. ſic Ὄασις, Ὀασίτης. Ἄνυσις, Ἀνυσίτης. ſic urbs Mauritaniæ Τίγισις, Τιγισίτης. ita Ἄξουμις, Ἀξουμίτης. ſic igitur in Stephano reponendum. Αὔξωμιν vocat Procopius, quæ Stephano Ἄξουμις.

CASAUBONUS.

1 *Camelopardali, alces.*] Camelopardalin dicimus, potius quam camelopardalum. etſi legi ſcio in Gordianis *camelopardali x.* ſed Græci ſemper καμηλοπάρδαλιν. ſcribo igitur hoc loco, *camelopardalis, alces.* nullus appoſitus numerus, quia hæc anima-lia ſingula ſunt ducta.

2 *Blemyes, Axomitæ, Arabes Eudæmones.*] Hæc nomina in antiquis exemplaribus perperam ſunt exarata, quæ ita recte in vulgatis: niſi quod Eudæmones male ſeparantur ab Arabibus. Felicis Arabiæ quæ Εὐδαίμων Ἀραβία Græcis, populum ita nominat. de Blemyis lege Probi vitam: ex geographis nota hæc gens. Mamertinus in Genethliaco Maximiani. *Blemii, ait, illi, ut audio, levibus modo aſſueti ſagittis, adverſus Æthiopas quærunt quæ non habent arma, & pæne nudis odiis prælia internecina committunt.* Procopius primo Perſicorum auctor eſt, pacem feciſſe Blemyos cum Diocletiano hac lege, ut auri certum modum quotannis acciperent à Romanis. Axomitæ eidem Procopio dicuntur Αὐξωμῖται & Αὔξωμις urbs illorum. ſic & Theodoretus nominat Quæſtionibus in vetus Teſtamentum. ejus locum adſcribam, quia in editis libris deſideratur ut alia multa, quæ in membranis invenimus. ibi igitur de regina Sabæ hæc ſcribuntur: ΣΑΒΑ ποῖον ἐστιν ἔθνος. Αἰθιοπικόν, ἐντεῦθεν καὶ αὐτὴν κατὰ φασὶ τῶν θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς. ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς ΟΜΗΡΙΤΑΣ. πλησιόχωροι δέ εἰσι τῶν ΑΥΞΩΜΙΤΩΝ. μέση δὲ τούτων πρόκειται ἡ θάλασσα. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνή. tamen alii oppidum Axuma & populum Axumitas nominant. Legant vero ſtudioſi veteris & novæ hiſtoriæ quæ de hac gente, & ejus appellatione hæc docet Joſephus Scaliger in Notis ad Computum Æthiopicum.

1 *Religa-*

Sarmatæ, Franci, Suevi, Vandali, Germani, [1] religatis manibus captivi præcesserunt. [2] Inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant principes civitatis, & Ægyptii ob rebellionem. Ductæ sunt & decem mulie- 34
res, quas virili habitu pugnantes inter Gotthos ceperat: quum multæ essent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat. [3] Prælati sunt tituli gentium nomina continentes. [4] Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea, [5] tunica galbina, braccis Gallicis

GRUTERUS.

1 *Religatis manibus captivi præcesserunt.*] Pal. *religati manibus captivi poteracesserunt.*

SALMASIUS.

1 *Religatis manibus captivi præcesserunt.*] Palatinus, *poterecesserunt.* forte: *processerunt.* quod heic probem magis quam *præcesserunt.* in Gallieno: *processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves.* sed ibi quoque legitur in Palatino, *præcesserunt.*

2 *Inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant principes civitatis.*] Principes civitatis heic sunt πρωτοπολῖται. unus horum principum civitatis Palmyrenorum erat Odenatus priusquam imperium arriperet. quem principem Palmyrenorum vocat Trebell. Sextus autem Rufus, *decurionem Palmyrenum.* Decuriones autem, vel Curiales in unaquaq; urbe erant civitatis principes, & quasi Senatores ut enim Romæ Senatores, sic in aliis civitatib. Decuriones erant urbis proceres & principes. Glossæ: πρωτοπολίτης, *princeps.* item in aliis: *princeps*, πρωτοπολίτης, ἔξαρχος. &, πρωτοπολῖται, *proceres.* Decurionum autem primi, principales dicebantur, ut notum est. de illis fuisse decurionum Palmyrenorum principibus Odenatum antequam imperium sumeret, licet augurari. hæc eo notanda duxi quia vir magnus ad Eusebium, causam se ignorare fatetur quare Odenatus decurio Palmyrenus Sexto Rufo dicatur, & ea voce δυνάστην apud Palmyrenos designari existimavit. at sine dubio Rufus *decurionem* dixit, quem alii principem. τὸν πρωτοπολίτην scilicet.

CASAUBONUS.

3 *Prælati sunt tituli gentium nomina continentes.*] Melius, *prælati enim sunt t.* adduntur enim hæc, ut præcedentium verborum interpretamentum: *quas de Amazonum genere titulus indicabat:* vel ut in regio, *quas de Amazonibus ortas titulus ind.* Satis constat & res & personas quæ in triumphi pompa transveherentur, titulis eminentibus fuisse proditas, ut statim auctor loquitur.

5 *Tunica galbina.*] An ut ignaviæ symbolum præ se ferret, jussus est Tetricus galbinam tunicam dum triumpharetur gestare? Notum est qui dicantur *galbini mores* apud Martialem.

SALMASIUS.

4 *Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea.*] In Palatino, *chlamyde coccea.* & ita v. ed. *cocceum* & *coccinum*, idem. de quo supra diximus. unde apud Hieremiam in threnis, οἱ τιθηνούμενοι ἐπὶ κόκκων, vertit interpres vetus: *qui nutriebantur in cocceis.* ubi hodie perperam vulgatur: *in croceis.*

5 *Tunica galbina.*] Tunicam galbinam Tetricum gestare jussum per triumphi diem, ad traducendam ejus ignaviam dubitanter heic scribit Casaubo-

licis ornatus, adjuncto ſibi filio quem imperatorem in Gallia nuncupaverat. Incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alii ſuſtentabant. præferebantur coronæ omnium civitatum aureæ titulis eminentibus proditæ. Jam populus ipſe Rom. [1] jam vexilla collegiorum atque caſtrorum, [2] & cataphracta-

ſaubonua ὁ πάνυ. ego indubitanter affirmem cogitaſſe nihil tale Aurelianum: ſed eo cultu habitnque fuiſſe Tetricum, cum in triumphum duceretur, quo ſolebat eſſe tum cum maxime imperatorem ageret. ſcimus enim & reges & imperatores, ornamentis & regiis & imperialibus ornatos fuiſſe cum triumphabantur, ut ſie magis eſſent oſtenſui, & triumphi pompam efficerent, ut ita dicam, pompabiliorem. nec ſoli triumphantes, ſed etiam triumphati in claris & pretioſis veſtibus. hinc Tetrico coccina chlamys, & tunica galbina. hinc Zenobia gemmis ornata, vel onerata potius. nam vix ea a poterat præ copia ferre. ſed cur galbina tunica trahitur in argumentum ignaviæ? an quia galbinos mores, ut molles & effœminatos notavit Martialis? cur non eodem trahitur coccinea chlamys Tetrici? non minus enim notat mollitiæ qui coccinas veſtes geſtarent, quam qui galbinas. idem ille Martialis:

Amator ille triſtium lacernarum,
Et baticatus atque leucophaeatus,
Qui coccinatos non putat viros eſſe,
Amethyſtinaſque mulierum vocat veſtes,
Nativa laudat. habeat & licet ſemper
Fuſcos colores, galbanos habet mores.

Videre ibi licet & coccinas & amethyſtinas veſtes ab illo triſtium lacernarum amatore reprehenſas, tanquam parum viriles. in imperatoribus aliud eſt qui & coccinati & amethyſtinati, atque etiam galbinati abſque nota ignaviæ & muliebritatis. nec enim mollior tunica galbina quam purpurea & aurata, qualem geſtaſſe imperatores legimus. cauſæ autem nihil habuit Aurelianus quare vellet ignaviæ notatum Tetricum, qui multa in imperio fortiter feliciterque geſſerat, diuque imperaverat, volenſque ſe dediderat, cum amplius militum inſolentiam ferre ſe negaret poſſe.

Tunica galbina.] De galbino aut galbano colore jam dicere occupavit doctiſſimus Turnebus. addo colorem galbineum, aureum fuiſſe, vel ad auri colorem proxime acceſſiſſe. ſane galbineum, aureum colorem vocat Vegetius, lib. III. cap. II. *Eryngium autem herba dicitur, quæ in littore naſcitur prope undam maris. florem habet quaſi aureum, vel galbineum: folia ejus ſunt quaſi cardui ſylveſtris.* Dioſcoridi, χλωρὸν ἢ λευκὸν ἢ κυανοῦν. ſic galbineus color eſt qui Græcis χλωρός. ſed ita, ut aurum eſt. nam Græci auri colorem χλωρὸν faciunt. ſic ovi croceum, iidem χλωρὸν vocant. de aureo colore in veſtibus ſic Ovidius III. de arte amandi:

Ecce tibi ſimilis, qui quondam Phryxum & Hellen
Diceris Inois eripuiſſe dolis.

manifeſto galbineum hunc noſtrum colorem deſignat, qui auri ſimilis eſt. nam auream illam pellem arietis fuiſſe, qui Phryxon & Hellen vexit, ſatis notum eſt. ſed hæc multis perſequemur in libro de re veſtiaria.

1. *Jam vexilla collegiorum.*] Eadem in Gallieno habet Trebellius: *vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant, Dracones, & ſigna templorum, omniumque legionum ibant.* vide quæ ibi notamus.

2 *Et cataphractarii milites.*] An & milites in pompa cataphractis erant muniti?

phracta-

phractarii milites, [1] & opes regiæ, & omnis exercitus, [2] & senatus, etsi [3] aliquanto tristior quod senatores triumphari videbat, multum pompæ addiderunt. Denique vix nona hora in Capitolium pervenit, sero autem ad Palatium. Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum circensium, venationum, gladiatorum, naumachiæ. Non præ-

muniti? triumphi die albatos eos fuisse, hoc est in alba tunica, locus apud Trebellium in Gallieno ostendit. præterea cur cataphractarios milites appellat? certum quidem est cataphractas singulos habuisse milites, & galeas. non tamen cataphractarii aut galearii sunt dicti. id nomen hæsit cuidam equitum generi qui toti cataphractis erant conjecti. nusquam vero legere est cataphractarios pedites. omnes enim pariter cataphractis induti erant. an certum genus militum cataphractariorum fuisse dicemus? id videbatur suadere locus ex vita Claudii, qui sic habet: *huic ex regione Dardanica dabis milites ducentos, ex cataphractariis centum.* sed nos eum locum de cataphractariis equitibus accepimus: quibus rationibus moti poteris ibi videre. quidni igitur & hunc de illis equitibus accipimus? præsertim cum milites non tantum de peditibus sed etiam de equitibus dicantur. sic enim apud Symphosium in ænigmatia miles equitem significat. ita lemma ænigmatis in libro vetustissimo qui penes me est, se habet: *Miles potager.*

Bellipotens olim sævis metuendus in armis
Sex pedes habui, quos nunquam nemo negavit.
Nunc mihi vix duo sunt. inopem me copia fecit.

vulgo legitur: *Eques podagricus.* potager ibi est *podager*, ut alibi diximus. & militem pro equite posuit. ut heic *milites cataphractarii*, sunt equites cataphractarii. ne de peditibus accipiamus, obstat quod sequitur: *& omnis exercitus.* nisi genus quoddam peditum cataphractariorum in exercitu fuisse intelligamus, quod ab reliquis peditibus distinctum fuerit. sed est inauditum & incompertum illud peditum genus. omnes enim ab omni tempore Romani milites cataphractis, vel loricis erant muniti: quod servatum est usque ad Gratiani tempora, sub quo intercidente disciplina militari, cataphractas & galeas milites deposuerunt. de qua re videndus Vegetius.

1 *Et opes regiæ.*] Non heic interpretabimur regias opes, de regibus captas. ut *animalia regia* supra, & *gemmas regias.* sed imperatorias & Romani principis opes. sic *domum regiam* pro Palatio dixit Trebellius in Gallieno: *sic confecto itinere, celebratisque hecatombis, ad domum regiam rediit.*

2 *Et Senatus etsi aliquanto tristior.*] *Etsi aliquantulo tristior.* Palatinus. ægre ferebat Senatus triumphari Tetricum, qui Senator erat. hinc illæ pro Tetrico deprecationes ad Claudium, cum Senatus adclamaret, *Tetricum nihil fecisse.* in eam enim sententiam hæc verba accipiebamus. & recte. ut hic quidem locus confirmat.

GRUTERUS.

3 *Aliquantulo tristior.*] Est à Pal. nam vulgg. *aliquanto*; quod eodem quidem recidit: sed redonandum auctori cuique suum, vel cum pulvisculo.

prætermittendum videtur, [1] quod & memoria tenet publica & fides historica frequentavit: Aurelianum eo tempore quo proficiscebatur ad bellum Orientale, bilibres coronas populo promisisse si victor rediret: & quum aureas populus speraret, neque Aurelianus aut posset aut vellet, [2] coronas eum fecisse de panibus qui

CASAUBONUS.

1 *Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.*] *Frequentare* etiam pro narrare posuerunt. initio libri, *Ergo Thersiten & nos bene scimus & posteri frequentabunt.* Spartianus in Ælio Vero: *Jam illa frequentantur à nonnullis, quod & accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit.*

2 *Coronas eum fecisse de panibus, q.*] Panes varia figura fingebantur: isti coronæ speciem referebant. similes panes jam olim in quibusdam Romanis sacris. Lactantius libro primo, capite XXI. *Hac de caussa Lampsacenos asellum Priapo quasi in ultionem mactare consuevisse: apud Romanos vero eumdem Vestalibus sacris in honorem pudicitiæ conservatæ panibus coronari.*

SALMASIUS.

1 *Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.*] Cur displicuit, quod erat in prima editione? *quod & populus memoria tenet, & fides historica frequentavit.* nam sic etiam habet Palatinus liber: nec sane meliora sunt hæc vulgata, illis scriptis: immo scriptam lectionem, & olim editam, veriorem arbitror, atque adeo reponendam.

2 *Coronas eum fecisse de panibus, qui nunc siliginei vocantur. & singulis quibusque donasse.*] Quando primum cœperit distribui populo Romano panis, loco frumenti, video dubitare doctissimos viros, quin immo errare, dum ejus moris originem repetunt à Trajano. sed mirum, si jam in imperio Trajani panis populo distribuebatur, neminem auctorum, tanto intervallo, sub tot imperatoribus, qui à Trajano usque ad Aurelianum, ejus rei mentionem fecisse. contra meminere multi sub mediis illis imperatoribus tesserarum frumentariarum. Ulpianus, Paulus, alii Jurisconsulti, qui vixere Alexandri Severi temporibus, harum tesserarum mentionem habent. quo igitur tesseras frumentarias, si tunc panis dabatur? an frumentum, & panes accipiebant? nemo sanus id dixerit, nec verisimile est. sub Severo frumentum adhuc expendebatur. Spartianus in ejus vita: *moriens septem annorum canonem, ita ut cottidiana LXXV. millia modiorum expendi possent, reliquit.* frumentum illud non potes aliter expensum interpretari, quam in specie ipsa. nondum igitur panis exhibebatur. nihil ad hæc potest responderi; nec habent quo sententiam suam tueantur, qui ad Trajanum ejus rei originem & initium referunt. atqui Juvenalis ætati Trajani compar, meminit panis populo distribuendi. sic enim de populo loquitur:

—Atque duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenses.

ut ætati Juvenalis controversiam non moveam, quam juste ad hanc rem movere possem, dicam eumdem Juvenalem alio loco frumenti tesseræ meminisse.

Summula ne pereat qua vilis tessera venit
Frumenti.

ergo certum est illo priore versu, panem poetice usurpare pro frumento ex quo fit panis. suaviter autem nugatur interpres vetus, qui summulam in hoc postremo Juvenalis versu sic exponit: *ne annonam perdat. simola medium significat gradilis panis. simolam, vel* *simu-*

similam vocat, quam veteres *similam*. unde nos dicimus, *simenle*. quod enim ejus ætate panes vulgo distribuerentur, putavit sic semper fuisse, & tesseram frumenti apud poëtam pro panaria tessera accepit. sic nihil juvat Juvenalis sentientes Trajani ætate hanc panariam distributionem fuisse institutam. sed nec Aurelius Victor, qui scribit, *Trajanum mire annonæ perpetuæ consuluisse reperto firmatoque pistorum collegio.* hæc verba Victoris non auctorem faciunt Trajanum annonæ populo dividendæ, non in frumento, ut prius, sed in pane cocto. cujus rei auctorem fuisse primum Aurelianum docemus ex hoc loco. quæ enim alia mens horum verborum? *coronas eum fecisse de panibus qui nunc siliginei dicuntur, & singulis quibusque donasse: ita ut siligineum suum quotidie toto ævo suo, & unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret.* ad tam clara verba, tam aperta miror non apertos habuisse oculos doctissimum virum, qui persuadere nobis tentabat primum Trajanum panes populo distribuisse pro frumento. sequitur apud Vopiscum: *nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Romano distribuit, quæ hodieque dividitur.* Primus igitur Aurelianus, ut porcinam, sic panem quoque populo distribuit. & confirmat Zosimus his verbis: ἐπὶ τούτοις καὶ ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον. bilibres primum fuisse factos panes, qui populo distribuebantur, ex hoc loco discimus. sic viginti quattuor uncias panis quotidie accipiebant singuli populares. addidit postea unciam idem Aurelianus, & vigintiquinque unciarum panis est factus. addidere vero etiam sequentes principes, & usque ad triginta sex uncias panium pondus processit. & plures panes minores dari cœperunt. ita ut sex panes quottidie darentur singulis popularibus, quorum quisque sex uncias pendebat. & sic in sex panibus triginta sex uncias accipiebat populus Romanus sub Theodosio, cum viginti quinque tantum unciæ in uno pane sub Aureliano præberentur. lex Valentiniani, Cod. Theod. de annonis civicis & pan. grad. *Civis Romanus qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses, quinquaginta uncias comparabat, triginta & sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur.* sic enim illa lex emendanda. panes igitur tunc sex unciarum fiebant. ad formam panis quod attinet, sub Aureliano, qui primus auctor præbendorum panium fuit, in modum coronæ fuisse docemur hoc Vopisci loco. an postea mutarit, quemadmodum mutavit in pondere, non bene scio. videtur tamen non mutasse. Constantinus περὶ θεμάτων. βουκελλάριος κατὰ Ῥωμαίων διάλεκτον ὁ φύλαξ τοῦ ἄρτου καλεῖται. ὥστε εἶναι στρατιώτας ἐλαφροὺς καὶ ἀναπηρεῖς πρὸς τὸν πόλεμον. βούκελλος γὰρ τὸ κρικελλοειδὲς ψωμίον καλεῖται. buccella, inquit, panis dicitur in modum circuli factus. hoc non aliud est, quam in modum coronæ. buccellas vocasse illos civiles panes testimonio est lex illa, quam supra adduximus. Græci recentiores ψωμία appellarunt. Chronicon Alexandrin. ὁ δὲ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων Ἀλέξανδρος προσεφώνησε λέγων, ὅτι ἀπὸ ἄρτι πρὸς ἐμὲ ἔχετε χάριν τῶν ψωμίων, καὶ ἐλπίζω ἐν τύχῃ ποιῶ διόρθωσιν εἰς αὐτό. ubi nuperus editor & interpres, nobis illudit dum vertit: *ab hoc tempore sportulas à me accipietis.* paulo post: ὁ γὰρ λεχθεὶς Ἰωάννης γ΄ φολλίων πιπρασκομένου τοῦ ψωμίου αὐτὸς η΄ φολλίων αὐτὸ ἠβουλήθη. ψωμίον est panis, vel buccella. & hoc erat de quo populus querebatur, & turbas excitabat adversus hunc Joannem. is enim panem qui tribus follibus præstinabatur, ut octo follibus præberetur, fecerat. hinc illæ lacrymæ. Glossæ: *Buccellæ*, ψωμία. *Bucilla*, ψωμός. *Buccellum* etiam dicebant. Glossæ: ψωμίον, *buccellum*. atque inde *buccellatum*. nam *buccellum* & *buccellatum* idem. ut *cancus*, *cancatus*. *laterum*, *lateratum*. Glossæ: πλινθίον, *lateratum*. *ocellum*, *o-*

cellatus. sic *druppa, druppata.* & alia ejusmodi, de quibus nos alibi. Præterea sciendum est panem qui illo tempore coquebatur, fere intra sex uncias stetisse buccellæ enim quæ populo dividebantur, non plus pendebant. panis militaris, hoc est buccellatum ejusdem ponderis erat. paxamates quoque panes habebant idem pondus. nam duo paxamatia libræ pondus habuisse scribit Cassianus collat. II. c. XIX. & hac iniqua mensura ventres suos castigabant olim monachi. verba Cassiani si quis requirat, hæc sunt: *præposuerunt cunctis illis refectionem sicci panis, cujus æquissimum modum in duobus paxamatiis statuerunt, quos parvulos panes vix unius libræ pondus habere certissimum est.* sic *paxamatas*, & *buccellas* idem erat: de origine, de figura, de pondere panium civilium diximus: restat ut dicamus de nomine, quare *gradiles* vocarentur. in ea voce exponenda, errarunt doctissimi hujus tempestatis viri, & nemo, quod sciam, veram adhuc ejus appellationis rationem est assecutus. quod de gradibus & in gradibus distribuerentur, sic vocatos esse audias vulgo jactari. & verum hoc quidem est. sed ubi gradus illi? quidam in singulis regionibus urbis gradus erectos fuisse, ubi hæc divisio. alii ad pistrina, quæ in singulis regionibus erant, gradus illos ponunt. sed quis erexit? quis posuit? ad quam rem vero erecti? non enim ab omni ævo Romæ hæc panis distributio celebrata est. cui rei igitur serviebant prius? sed quam multos oportet gradus fuisse, aut quam capacem locum, in quo erecti, tenendæ tantæ multitudini, quæ quotidie ad panes accipiendos conveniebat. nemini enim panis de officina pistoris præbebatur: sed omnes in gradibus illis accipiebant. in iisdem plane gradibus, quibus olim congiaria populo dabantur, æra dividebantur, & missilia omne genus spargebantur, & tesseræ mittebantur: in iis ipsis gradibus, panes etiam erogabantur. hæc autem fieri moris erat in amphitheatri gradibus, ut omnes sciunt. de quibus gradibus accipienda vetus inscriptio.

COLLEGIO. DENDROPHOR.
ROMANOR. QVIBVS. EX
S. C. COIRE. LICET. ARGEN
TI P. X. ET. HS. X. MILIA. N.
REDDEDIT
QVÆ. DIVISA. SVNT. POPVLO. PER
GRADVS
KAL. AVG. N. COLLEGI.

per gradus amphitheatri intellige, vel theatri, in quibus omnes divisiones & ἐπιδόσεις populo fiebant. Martialis:

Cum data sint equiti bis quina nomismata, quare
Bis decies solus Sextiliane bibis?

ubi data illa nomismata alio epigrammate in eumdem Sextilianum ostendit.

Nec concessorum vicina nomismata tantum,
Æra sed à cunctis ulteriora rapis.

non contentus enim hic eques nummos in suo gradu recipere, ex gradibus raptum ibat. hinc illæ locutiones, *de gradibus, in gradibus*, & *gradibus* panem distribuere, pro hominibus qui sunt in gradibus. leg. III. Cod. Theod. *de annonis civicis, & pane gradili: hoc curabit officium sinceritatis tuæ, ut quæcumque illa sunt quæ diurna pistores alimentis popularibus præbent, omnia ea gradibus distribuant, non ex officinarum conductoribus promant.* sic *gradibus erogare* leg. v. tit. eod. *popularibus enim, quibus non est aliunde solatium, quibus idem panis hodieque distrahitur, & eorum successoribus clementia nostra deputabit, in quo nunc emitur loco, propriis gradibus erogandum.* quæ verba in primis velim notari: *propriis gradibus erogandum*, id est popularium gradibus. unica voce *popularia* vocabantur. & distincti erant *gradus* popularium, & militarium, equestrium, & senatorum. Suetonius: *militem secrevit à populo. maritis proprios ordines assignavit.* hinc capienda lex II. Cod. Theod. titulo quo supra, quæ vetatur panis gradilis in alium gradum fieri translationem: & *cognoscat officium PF. annonæ severissima sibi imminere*

[1] qui nunc siliginei vocantur, & singulis quibusque donasse:

vere supplicia si ulterius translationem per gradus permiserit commutari. vetat, inquam, lex illa, ne quis militatis in popularium gradibus panem accipiat, aut contra, & sic graduum permutationes fiant. quod alia lege sic expressit, eod. tit. *siquidem justum est, ut in perpetuum suum quisque detineat, & per succedaneas vices proprius ordo teneat, ut Palatinus Palatini, miles vero militaris, popularem annonam popularis exposcat: nec alterum alterius sibi expetens, diversorum ordinum valeat miscere rationem.* quæ omnes leges lucem accipiunt ex hac nostra observatione, cum antea obscuræ essent, & vix cuiquam intellectæ. minime tamen dissimulandum est, cum ex Constantini instituto, annonæ civicæ populo in urbe Constantinopolitana itidem, ut Romæ erogarentur, erogationem eam non in circo aut amphitheatri gradibus, sed in foro fieri solitam. ibi enim populus per gradus distinctus, & per turmas divisus, cum in suo quisque loco & gradu adstaret, panes illos civiles, qui de publico dabantur, accipiebat. in eodem quoque loco, hoc est in fori gradibus, sparsiones Consulum, quas ὑπατείας vocabant, fieri consueverant, ut sequenti animadversione docebimus. Romæ etiam in foro, non solum in theatro, aut amphitheatro sparsiones ejusmodi, & missilia in populum ab imperatoribus & consulibus jaciebantur. Josephus originum lib. XIX. cap. I. καὶ ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἱστάμενον, καὶ δῆμον χρυσία καὶ ἀργύρια χρήματα διαρριπτεῖν αὐτοῖς ἐκ κεφαλῆς παρεῖναι. ὑψηλὸν δέ ἐστι τὸ στέγος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον. in foro igitur Romano, ut & in Constantinopolitano, puto gradus illos fuisse constitutos & erectos, de quibus populo panes erogabantur, qui inde dicti gradiles. ut hanc sententiam amplectar, moveor non parum verbis legis V. Cod. Theod. de *annonis civicis*, quæ ita habent: *popularibus enim quibus non est aliunde solatium, quibus idem panis hodieque distrahitur, & eorum successoribus clementia nostra deputavit, in quo nunc emitur loco propriis gradibus erogandum.* ubi autem panis emebatur, nisi in foro? in eodem igitur loco & panis emebatur, & populo gratuitus expendebatur. ibi etiam per gradus populus erat divisus cum panes accipiebat. Corippus:

Dispositurre gradus quis staret in ordine longo
Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus.

haud secus atque in amphitheatro unusquisque popularium in suo gradu ac loco stabat, ne quid confusionis esset. hinc capienda verba legis supradictæ: *propriis gradibus erogandum:* & legis secundæ eod. tit. quæ translationem per gradus vetat commutari. sic etiam interpretor versum Prudentii de his panibus gradilibus:

Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet, aut quæ Janiculo mola nota quiescit.

singularum enim urbis regionum populares sua loca ibi adsignata habebant & gradus suos distinctos. & hoc est quod ait, nullius regionis gradus in foro vacuos fuisse, sed omnes scilicet repletos. quo significat omnibus panes erogatos esse. at vulgo accipiunt in singulis urbis regionibus gradus erectos fuisse, in quibus & de quibus illa divisio & erogatio panis gradilis fiebat. quos falli puto. vide sequentem animadversionem.

1 *Qui nunc siliginei vocantur.*] *Mundas buccellas* vocat lex IIII. Cod. Theod. de annonis civicis & pan. grad. hoc est siligineas. nam mundus panis est siligineus. cui opponitur sordidus & secundarius.

CASAUBONUS.

1 *Qui nunc siliginei vocantur.*] Inter panes Romæ laudatos siligineus fuit. Vetus Horatii interpres *panem secun-*

nasse: [1] ita ut filigineum suum [2] quotidie toto ævo suo, &

dum interpretatur, *non filigineum, non primum, non postremum, sed dispensatorium.* Fuit Romæ pistorum corpus in hoc pane conficiendo occupatorum, qui filiginarii dicebantur. Lapis Romæ: ANNONÆ. SANCTÆ. ÆLIVS. VITALIO. MANSOR. PERPETVVS. CORPORI. PISTORVM. SILIGINARIORVM.

2 *Quotidie toto ævo suo.*] *Suo* dixit pro illius, nempe Aureliani. hoc etiam in superioribus notare meminimus non semel.

SALMASIUS.

1 *Ita ut filigineum suum quotidie toto ævo suo unusquisque reciperet.*] Διαιωνίζοντας ἄρτους ejusmodi vocabant, quos unusquisque toto ævo suo percipiebat, & posteris suis transmittebat. Chtonicon Alexandrinum de Artabano quodam qui panes civiles popularibus suis, Antiochensibus civibus distribui instituerat, & ad eam rem certos reditus ex fundis suis constituerat: ἐπὶ τῆς προκειμένων ὑπάτων κτήτωρ τις ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ὀνόματι Ἀρτάβανος φιλοτίμως ἔῤῥιψεν ἐν τῇ καλουμένῃ Δάφνῃ τοῖς δήμοις καλάμια σύσσημα πολλὰ ἄρτων διαιωνιζόντων, καὶ ἐκέλευσεν τοὺς ἄρτους πολιτικοὺς διὰ τὸ τῇ ἰδίᾳ πόλει τούτους δωρήσασθαι, καὶ ἠφόρισεν ἐκ τῶν ἰδίων χωρίων πρόσοδον ἀναλογοῦσαν εἰς λόγον τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων. qui locus insignis, sed insigniter corruptus: & primum legendum: ἔῤῥιψεν ἐν τῇ καλουμένῃ Δάφνῃ τοῖς δήμοις καλάμια σύσσημα. & paulo post: καὶ ἐκάλεσεν αὐτοὺς ἄρτους πολιτικούς. σύσσημα autem καλάμια sunt tesseræ ligneæ. ut enim illis qui frumentum gratum accipiebant, tesseræ dabantur, quæ inde dictæ frumentariæ: sic postquam panes dari cœperunt, frumenti vice, tesseræ etiam sunt datæ, vel missæ. καλάμια σύσσημα vocat, quos καλάμους appellat Codinus in eadem re. loquitur enim de Constantino magno qui popularibus urbis à se conditæ, panes de publico distribui, primus sanxit: ἐφιλοτιμήσατο δὲ καὶ τῷ δήμῳ καθ' ἓν ἕκαστον ἔτος, παρέχων ἄρτους ἡμερησίους, ὀνομάσας αὐτοὺς παλατίνους, τοὺς ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους, οἶνόν τε καὶ κρέας καὶ ἔλαιον καὶ σιτηρέσια τάξας. ἃ καὶ νῦν ἡ πόλις ἀπολαύει, τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων καλάμων φέρουσα τὰ γνωρίσματα. apud doctum interpretem nullum civilium panum vestigium: vulgo enim legitur, παρέχων αὐτοὺς ἡμερησίους. quod perpusillum mendum, haud animadversum, mirifice distortam versionem illi extorsit. κάλαμοι igitur vel καλάμια σύσσημα sunt tesseræ. ξυλήφια Polybio dicuntur. nam κάλαμος & ξυλήφιον idem. σύσσημα etiam dicebantur. optimæ Glossæ: *Tessera*, κύβος, σύσσημον, σύμβολον. item: *Tessera*, σύμβολον, συνθήμα. σύμβολα, σύνθημα. Κάλαμος, χαράκιον. aliæ glossæ: σύνθημα, *tessera*. sic χαράκιον, κάλαμος, ξυλήφιον pro tessera, brevis nempe festuca vel surculus. unde & κάρφη tesseras, etiam dicebant. nam κάρφος vel κάρφιον est festuca: quod essent longiores quam latiores. alii tamen σφαίρια eas dixere: quidam *quadras*. In optimo meo glossario, *tessera, quadra* exponitur. sed κύβος manifeste intelligi. notandum quod in optimis Glossis, *tessera* quod est singulare, vocibus pluralitatis etiam explicatur. sic enim, *tessera*, σύμβολα, σύνταγμα inter alia ponitur. quare sciendum est, *tesserum*, pro *tessera* etiam veteres dixisse. quod confirmant magis aliæ Glossæ in quibus legitur, σύσσημα, *hæc tessera singulariter non dicitur.* intelligit enim de his tesseris quæ spargebantur. quas Græcis σύσσημα & σύνθημα diximus appellari. harum tesserarum loco jussere Valentinia-

tinianus & Valens impp. ut titulus æneus in gradibus figeretur, in quem & panis modus, & nomen percipientis incidi debebat. Vide leg. v. Cod. Theod. *de annonis civicis, & pan. grad.* καλάμους, ut dixi & καλάμια vocarunt tesseras panarias. nec enim aliter panis ille gradilis & civicus distribuebatur, quam per tesseras. acceptis tesseris ad forum ibant populares, & ibi iisdem ostensis, panem quisque suum accipiebant. quod & olim fiebat cum frumentum de publico civibus dabatur, non panis coctus. hinc καλαμηφορεῖν apud Themistium de his qui tesseras suas & καλάμους ad forum portabant ut panes acciperent ibidem de gradibus erogandos. locus est apud eum in oratione xv. quem doctissimi viri corruptum putarunt, quia scilicet non intellexerunt. δαπανῶ μὲν γὰρ πυροὺς βασιλικοὺς ἐκ τῶν σιτοφυλακίων τῶν δημοσίων, καὶ εἰ τοῦτο σημεῖον τοῦ σοφιστὴν εἶναι, πάντες ἂν εἴησαν σοφισταὶ, οὐ μόνον ὑμεῖς οἱ ἐνθάδε συνειλεγμένοι, ἀλλὰ καὶ οἱ νευρορράφοι καὶ οἱ βαλανεῖς καὶ οἱ σκυτοτόμοι, καὶ πάντες ὅσοι καλαμηφοροῦσιν ὄρθριοι ἐπὶ τὰς ἐργάνας. loquitur de omnibus qui annonas civicas percipiebant, & mane ad ἐργάνας veniebant, & tesseras suas afferebant panem accepturi. nec enim aliter accipiebant, aut panem aut vinum aut oleum de publico, quibus ea percipiendis jus erat, quam allatis tesseris & prolatis quasi signis & symbolis quibusdam. Suidas: Παλατῖνοι εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, καθ' ὃν ὑπάτευε χρόνον. οὕτως ὀνομάσας αὐτοὺς, οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους. προσέθηκε δὲ τούτοις καὶ κρέα καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον. ὧν μέχει τινὸς ἡ πόλις ἀπήλαυσε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων φέρουσα τὰ γνωρίσματα. deest vox apud Suidam in his postremis verbis, quam ex Codino restituo, & lego: τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων καλάμων φέρουσα γνωρίσματα. hinc intelligi potest quid sit apud Themistium, καλαμηφορεῖν. notandum præterea apud Suidam scribi, ὧν μέχει τινὸς ἡ πόλις ἀπήλαυσε. apud Codinum vero, ὧν μέχρι νῦν ἡ πόλις ἀπολαύει: Temporibus igitur Codini aut illius scriptoris unde Codinus accepit, & panes & vinum & oleum, & caro porcina, gratuita populo erogabantur adhuc. at Suidæ ævo, ut videtur, haud amplius. & sane sub Heraclio imperatore sublatam hanc civicarum annonarum erogationem reperio. nam fasti Siculi referunt octavo imperii illius Augusti anno civibus Constantinopolitanis impositum tributum sive capitationem panum civicorum nomine, ut pro singulis scilicet panibus quos percipiebant de publico tres nummulos dependerent. quod tributum cum solvissent, eodem illo ipso anno mense Augusto, ejusmodi omnis annonarum civicarum distributio omnino sublata est. locus est illustris, sed levicula menda obscuratus, & ab interprete pessime acceptus. sic igitur habet: τούτῳ τῷ ἔτει ἀπῃτήθησαν οἱ κτήτορες τῶν πολιτικῶν ἄρτων διὰ γραφῶν καθ' ἕκαστον ἄρτον νομίσματα τρία. καὶ μετὰ τὸ παρασχεῖν πάντας διθέως τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ αὐτῆς τῆς ς' ἰνδικτιῶνος ἀνῃρέθη ἡ χορηγία τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων. pro διὰ γραφῶν legendum unica voce, διάγραφον. διάγραφον est capitatio vel tributum. unde διαγραφάριος Hesychio ὁ τὰ δημόσια ἀπαιτῶν. *diagrapha* etiam Latini recentiores dixere. pro τρία νομίσματα legendum τρία νουμμία. νόμισμα Græcis est solidus aureus. multa authorum loca similiter corrupta alibi emendamus. Hesychius in voce κοδράντης. ὁ δὲ κοδράντης νομίσματα τρία. lege: νουμμία τρία. sic enim idem alibi recte in voce ἀσσάριον τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης εἷς, ἤγουν νουμμία τρία. de nummulis illis, qui tres in quadrante, nos alibi. κτήτορες πολιτικῶν ἄρτων inepte & insulse interpres præfectos panum civilium seu sportularum vertit. κτήτορες sunt possessores, &

urbis Constantinopolitanæ cives. οἰκήτορας τῆς πόλεως eos vocat Themistius orat. IV. διὰ ταῦτα οὐ ὅσον μὲ τὴν χρείαν περὶ ἀναγκαίαν εἶχε, καὶ οἷς ἐπιπόδοτι βασιλεὺς τοὺς οἰκήτορας τῆς πόλεως, οὐ τοὺς στρατιώτας, ἀπολαύειν καὶ αὐτούς, οἱ ἄνδρες, τὸ μέρος. idem chronicon paulo post κτήτορας ἀπὸ τῶν κληρικῶν distinguit: οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος εἰς τὰ Θρᾴκια μέρη μετὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν οὐ μόνον κτητόρων καὶ κληρικῶν, ἀλλὰ καὶ ἐργαστηριακῶν. ubi perperam idem interpres κτήτορας præfectos reddit, eodem errore quo supra κτήτορες simpliciter sunt possessores. nemo hoc nesciat nisi linguæ Græcæ penitus ignarus: aut igitur junctim κτήτορες ἄρτων πολιτικῶν dici possunt possessores panum civicorum, qui commodis fruebantur ejusmodi annonarum civicarum, aut simpliciter κτήτορες accipiendi qui domos in urbe Constantinopolitana proprias habebant & possidebant. iis enim solis emolumenta illa civica deputaverat Constantinus qui domos in urbe haberent. L. XII. Cod. Th. de annonis civicis: *si quæ speciatim annonæ domus in hac urbe habentibus divæ memoriæ Constantini, vel Constantini largitates concessæ sunt, atque in hæredes proprios jure successionis, vel in extraneos venditionis titulo transierunt, erogatione solita ministrentur.* & leg. XIII. eod. tit. *eos quos in hac urbe domos non habere cognoveris, annonis novis quolibet titulo acceptis privari tua magnitudo præcipiet.* vide & legem XI. ejusdem tituli. Nunc superest ut explicemus quænam illæ sint ἰκρίωνες apud Themistium, & ubi fuerint, ad quas cum tesseris suis irate solebant, quibus ejusmodi panes πολιτικοὶ erogabantur, ac de publico ministrabantur. ἴκρια, vel ἰκρίον est septum, vel tabulatum. ἰκρίων Hesychius, δικασμάτιον, ἐρκτίον, κρεμάθρων, σταυρώσιν, φραγμὸν interpretatur. Eustathius, ἰκρίωνας, φραγμοὺς exponit ex Ælio Dionysio, nisi fallor. Sciendum autem est in medio Constantinopolitano foro quod γουστεῖον, vel Αὐγουστεῖον & Αὐγουστεῶνα vocabant, septa de lignis fuisse constructa, & in his gradus dispositos, haud secus atque in theatro & amphitheatro, in quibus populus per ordines divisus stabat ut exciperet missilia quæ à principibus & consulibus spargebantur: nummos scilicet aureos, argenteos, æreos, & tesseras quoque panarias. nam & tesseras quoque jaciebant. Codinus & Suidas: τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιπτομένων κολλάμων φέρουσα γινομέ[νων]... sic olim cum frumentum non panis coctus populo expenderetur, inter missilia frumentariæ quoque tesseræ jactæ. Suetonius in Nerone: *Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia, avium cujusque generis multiplex penus: tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, &c.* De tabulatis autem illis & septis in foro structis luculenter Corippus lib. IIII. de Consulatu Justini junioris:

Omnia roboribus sternunt loca plana politis,
Conjungunt tabulas, & ferri nexibus arctant,
Quæ pondus strepitusque virûm, motusque faventis
Ferre queant populi. cunctorum terga locorum,
Alternumque latus conclusit sectile lignum,
Undique munimen, decus, & tutamina præbens.

his versibus ἰκρίωνας Themistii plane designat. sequitur apud eumdem:

Disposuere gradus, queis stares in ordine longo
Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus,
Posset & exertas ad munera tendere palmas,
Liberius spectare oculis, manibusque favere,
Et donis aptare sinus, quæ plurima consul
In plebes missurus erat, palmasque capaces

Tende-

& unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. Nam

Tendere, quo veniens late plicat aureus imber.

Idem tabulata paulo post vocat, id est ἰκρίωμα:

Exornantque locos & festa fronde coronant

Partes quisque suas: fixis tabulata virebant

Palmarum ramis, & amicæ pacis olivæ.

in illis septis & ἰκρίωμασι locum quisque suum obtinebat à præfecto urbis sibi adsignatum. Idem Corippus initio libri IV.

Jam vicina dies spectandi consulis omnes

Urgebat turmas arcus statione replere,

Et loca quæ populis præfectus deputat urbis.

arcus ibidem vocantur, ut & paulo post:

Roboribus flexis teretes curvaverat arcus

Artificum prædocta manus, trabibusque cavatis

Adfigens tabulas pendentes struxerat ædes.

pendentes ædes, illos arcus appellat, in quibus popularium unusquisque secundum ordinem & gradum suum dispositus ac distinctus stabat. paulo post:

Tunc interclusos nulli transire sub arcus

Concessum est, cunctis medio via lata patere.

in medio foro structi illi arcus, & ἰκρίωμα. idem:

Tunc partes munire suas, spatiumque parare

Accelerant: medioque fori, qua divite dextra

Egrediens princeps sacra trabeatus ab aula,

Divitias vulgo solemni munere donans

More novis sparsurus erat.

in foro enim sparsiones consulum, quas ὑπατείας vocabant, fieri consueverant, & in populum missilia jaciebantur è fori gradibus. Codinus de off. aulæ Constant. ῥίπτουσιν εἰς τὸν λαὸν ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια. ἔστι δὲ ταῦτα. τμήματα ἐκ πανίων κόπτοντες, καὶ ἐν ἑκάστῳ τμήματι νομίσματα μὲν χρυσᾶ τρία, ἀργυρᾶ δὲ τοσαῦτα καὶ τρία ἐξ ὀβολῶν, περιδήσαντες ῥίπτουσιν εἰς τὸ πλῆθος. ῥίπτουσι δὲ τούτους ἀποδεσμοὺς ἀριθμὸν χιλιάδων ὅσων ἂν προστάξοι ὁ βασιλεύς. εἰθισμένον δὲ ἦν ῥίπτειν τὰ τοιαῦτα ἐπικόμβια ἐν τοῖς προαυλίοις τῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ, ἤγουν ἐν ᾧ εἴρηται Αὐγουσταίῳ, ἱσταμένου τοῦ ῥίπτοντος ἐπάνω τῶν τοῦ Αὐγουσταίου βαθμίδων. en Αὐγουσταίου βαθμίδες. Augusteonis gradus. Ita enim vocabatur forum urbis Constantinopolitanæ, è quibus missilia in plebem spargebantur, in suis illis arcubus & septis stanti, & per gradus & ordines divisæ: ab illis igitur ipsis gradibus, populo in iisdem septis stanti dividebantur quotidie in urbe Constantinopolitana annonæ civicæ. & illa ipsa sunt septa, quæ ἰκρίωμα Themistio vocantur, ad quas quotidie mane ventitabat plebes κυλαμηφορῶσα, hoc est calamos, vel tesseras ferens, ut panes acciperet. hos panes Græci παλατίνους ἄρτους & πολιτικοὺς vocant: Latini *annonas civicas*. ad verbum enim annonæ civicæ sunt ἄρτοι πολιτικοί. hinc titulus Cod. Theod. *de annonis civicis*. περὶ πολιτικῶν ἄρτων. leg. VIII. eod. tit. *annonas civicas in urbe Constantinopolitana scholæ scutariorum & scutariorum clibanariorum divi Constantini adseruntur liberalitate meruisse*. ita legendum in illa lege, non *liberalitatem*. toto illo titulo *annonæ civicæ* vocantur panes qui plebi Constantinopolitanæ distribuebantur. & *annonæ publicæ*. *annonæ* numero multitudinis sunt panes, ut in superioribus notavimus. hinc *annonæ mundæ*, καθαροὶ ἄρτοι apud Spartianum in Alexandro. & *annona civica*, vel publicæ, ἄρτοι πολιτικοί. haud me pœnitet, quod egregium Themistii locum in quo aqua hærebat etiam doctissimis, explicavi, & rem hactenus obscuram illustravi.

[1] Nam idem Aurelianus & porcinam carnem populo Rom. distribuit, quæ hodieque dividitur: leges plurimas sanxit, & quidem salutares: sacerdotia composuit, [2] templum Solis fundavit, [3] & pontifices roboravit.

CASAUBONUS.

1 *Nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Ro. distribuit.*] Τὸ *nam* locum nullum habet: & vel delendum, vel scribendum, *Jam idem* A. aut superioribus connectendum aliqua alia mutatione. Porcinam autem populo gratis fuisse distributam ab Aureliano significant, & Victores ambo, sed obscure: ait enim vulgaris Victor: *Porcinæ carnis usum populo instituit.* at ille Schotti sic: *simulque usus porcinæ carnis, quo plebi Romanæ affatim cederet, prudenter munificeque prospectavit.* Fuit tum institutus præfectus dividundæ porcinæ, cujus meminit Zosimus libro secundo: Αὐκιανὸς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγὸς, ὃ τὸ δημόσιον ἐπιδίδωσι τῷ Ῥωμαίων δήμῳ.

GRUTERUS.

2 *Templum solis fundavit, & pontifices roboravit.*] Bene Scaliger noster, *& perticillus roboravit.* addatur c. 48.

SALMASIUS.

2 *Templum Solis fundavit.*] Zosimus: ἐν τούτῳ καὶ τὸ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. videtur istis verbis sentire Zosimus, Aurelianum non solum donatiis ex templo Palmyrenorum ablatis, templum quod Romæ Soli ædificavit, ornavisse, sed inde etiam simulacra Solis & Beli translata in hoc templo collocasse. quod fide Zosimi, hoc est mala, relatum apparet. nam qui Aureliani epistolam, quam ante posuit Vopiscus, legerit, reperiet injussu Aureliani atque ipso inscio templum illud Palmyrenorum à quibusdam militibus fuisse direptum, & mox ab eodem Aureliano in eamdem formam qua fuerat prius, restitui jussum. sed mendum in verbis Zosimi latere nondum quisquam animadvertit. atqui legendum esse constat: Ἡλίου, τοῦ καὶ Βήλου, καθιδρύσας ἀγάλματα. varia forma diversæ gentes solem coluere. Aurelianus Emissæ cum esset, eam formam numinis illic reperit, quam sibi faventem in præliis viderat. itaque templa ibi posuit, & Romæ postea templum magnificentissimum Soli ædificavit. qua forma solem coluerint Emisseni, supra nobis dictum. sub ingentis enim saxi effigie eum colebant, atque inde Elagabalus dicebatur, hoc est *Deus mons*, vel *Deus montis*. at Palmyreni, etsi illi quoque haud minore cultu solem prosequerentur quam Emisseni, diverso tamen eum habitu pingebant, fingebantque. qua figura autem eum pinxerint, videre est in antiqua inscriptione Græca, ab homine Palmyreno posita, cujus mentionem fecimus supra. in illa inscriptione duo Palmyrenorum tutelaria numina nominantur, *Malachbelus* & *Aglibolus*: quorum alterum si quis Belum, alterum vero Solem fuisse accipiat, tum vera fuerit vulgata Zosimi scriptura, quæ Ἡλίου τε καὶ Βήλου habet, & duo facit diversos deos Solem & Belum, quorum simulacra in templo Solis apud Palmyrenos visebantur, & quæ direpta inde ab Aureliano & in templum Solis Romæ ab ipso constitutum translata tradit Zosimus: quod non vane posset aliquis fortassean suspicari. Belum tamen omnes cum Sole faciunt eumdem. Servius loco jam à nobis in superioribus citato, ad illud,

— *Quem*

— *Quem Bilus & omnes.*
Primus rex Assyriorum, ut supra dictum, quos constat Saturnum, quem eundem & solem dicunt, Junonemque coluisse. quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt. unde & lingua Punica Bal Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione, & Saturnus & Sol. Belum Persis cultum fuisse notissimum est, & templum illi in arce Babylonis Persarum metropolis à Semiramide extructum. Dionysius Afer:

Αὐτὰρ ἐπ' ἀκροπόλῃ μέγαν δόμον
εἵσατο Βήλῳ,
Χρυσῷ τ' ἠδ' ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ
ἀσκήσασα.

ἱερὸν Βήλου Διὸς vocat Herodotus. corrigendus in transitu Avienus apud quem *belli* pro *Beli* legitur in versione. ipse etiam castigandus, qui δόμον non pro templo, sed pro aula regis Beli accepit. sic enim habet:

— *Stat maxima Beli*
Aula quoque argento, domus Indo dente nitescit.
Aurum tecta operit. sola late contegit aurum.

in quo manifestarie falsus est, ut aliis locis sexcentis, ut alibi ostendemus. sic *belli* pro *Beli* editum perperam apud cultissimum auctorem Curtium. nam ex duobus simulacris argenteis, quæ ex jugo currus Darii eminebant, dicitur alterum gessisse, *effigiem belli.* ubi scribendum *Beli.* Belum igitur alii Saturnum, alii Jovem, alii solem esse interpretabantur. unde Spartianus, *Elagabalum* Deum Emissenorum, modo Jovem, modo solem appellat: *in quo postea,* inquit, *Heliogabalus Antoninus sibi, vel Jovi Syrio, vel Soli, nam incertum id est, templum fecit.* idem in Heliogabalo: *fuit autem Heliogabali, vel Jovis, vel solis sacerdos.* Belus igitur & Elagabalus & Sol idem Deus. Μαλάχβηλος quoque in veteri inscriptione, hoc est Rex Belus, Palmyrenorum lingua, idem cum sole. Recte igitur Zosimus, Ἡλίου τε καὶ Βήλου. at Ἀγλίβωλος qui in eadem inscriptione memoratur, & cum Μαλαχβήλῳ jungitur, luna fortasse, vel lunus Deus fuerit. nam & lunæ cornua in humeris habet expressa. Si quis tamen cum Scaligero Ἡλίου τε καὶ Βήλου apud Zosimum retineat, & de binis illis Palmyrenorum πατρῴοις Diis accipiat quorum in supradicta inscriptione mentio, non contra pugnabo.

3 *Et Pontifices roboravit.*] Quænam ista roboratio Pontificum? roborata tamen hæc lectio, & firmata veterum omnium librorum auctoritate & consensu. Scaligero τῷ πάνυ placebat legi: *& porticibus roboravit.* templis enim addebant porticus. & de porticibus templi Solis loquitur infra Vopiscus. sed quæro quid roboris addant templis porticus? ad ornamentum & magnificentiam faciunt plurimum, ad robur nihil. obstat etiam, ut dixi, librorum consensus, qui *Pontifices* retinent. nec dubium est quin de Pontificibus Solis loquatur. sed quo sensu roboraverit illos Aurelianus quærimus. puto salariis, privilegiis, & reditibus opimis annuis eos ditasse & munivisse. atque id indubitate verum est. sequitur enim: *decrevit etiam emolumenta architectis & ministris.* quæ verba indicant quo sensu roboratos ab Aureliano Pontifices dixerit. in eadem plane significatione, verbum *solidare* posuit Cassiodorus, qua Vopiscus *roborare*, Variarum l. III. epist. LI. *Dudum siquidem Thomati aurigæ ex Orientis partibus advenienti annonas rationabiles consideratio nostra largita est, donec ejus artem probaremus, & animum. sed quoniam in hoc agone primatum poscitur obtinere, ejusque voluntas patria derelicta nostri sedes fovere delegit imperii, menstrua eum duximus largitate solidandum.* atque inde *solidare* pro mercede conducere & *solidum* pro mercede apud recentiores. & *solidati*, milites mercenarii. Glossæ Basilicorum: σολδάτος, στρατιώτης. ubi χολδάτος perperam scriptum est. quemadmodum autem *solidare menstrua largitate* dixit Cassiodorus, & heic Vopiscus *roborare*: sic eodem plane sensu *fulcire*

scriptum

ravit. [1] Decrevit etiam emolumenta sartis tectis & mi-

ſcriptum legitur in Cod. Theod. *de filiis militarium apparitorum, & veteranorum.* leg. XI. *ſi filii primipilarium reperti fuerint, qui ingreſſi legitimos annos, nullis ſtipendiis fulciuntur.* ſic enim *ſtipendiis fulciri* dicitur, ut roborari & ſolidari. roborate Pontifices igitur hoc loco nihil aliud eſt, quam ſtipendiis & emolumentis & amplis reditibus fulcire. ſic *fulcire ſtipendiis* etiam apud Ammianum Marcellinum l. XXIII. ſub finem: *ſequitur que ſemper hæc turba tanquam addicto perenni ſervitio, nec ſtipendiis aliquando fulta nec donis.* jam ſatis igitur conſtat quo ſenſu *roboratos Pontifices* ab Aureliano ſcripſerit Vopiſcus, hoc eſt, *ſtipendiis & commodis fultos.* Suetonius in Auguſto: *ſacerdotum & numerum & dignitatem & commoda auxit.* ſic *ſacerdotia* aliquem *roborare* dixit alicubi Symmachus in epiſtolis. Gloſſæ veteres *præditum* ὀχυρωμένον interpretantur. inde *civitates prædita* Guiberto, ὀχυρωμέναι & munitæ. *præditum* dixerunt abſolute veteres, quidquid bene inſtructum munitumque eſſet: ut *præditum hominem* divitem & opulentum. & *præditam urbem* bene muratam munitamque. Apulejus de Cratete: *igitur priuſquam plane Crates factus inter proceres Thebanos numeratus eſt, lectum genus, frequens famulitium, domus amplo veſtibulo, ipſe bene veſtitus, bene præditus.* vulgo *prædiatus* apud Apulejum ſcribitur. qnod liceat interpretari, multa habens prædia. ſed *bene præditus* vera lectio eſt, & ſignificat bene inſtructum, & cui nihil deeſt. ſic Jovem in omnibus præditum dixit Martianus Capella: apud quem ſimiliter *prædiatum* pro *prædito* ſubſtituerunt, qui elegantiam ejus verbi non percipiebant. de nuptiis Philolog. lib. I. *in ſecunda itidem manſitabant præter domum Jovis quæ ibi quoque ſublimis eſt, ut eſt in omnibus præditus, Quirinus, Mars, Lar familiaris, &c.* Dicit Marcianns Jovem, ut eſt in omnibus præditus, & præter alios deos opulenter & largiter inſtructus in ſecunda qnoque manſione domum ſublimem habere. At ex illis verbis Martiani, ut edita vulgo ſunt, Deum nobis neſcio quem *Prædiatum* faciebant. optimæ Gloſſæ notionem & uſum ejus vocis me docuerunt, & earum ope, in optimis illam auctoribus lvi reſtitutum. ſic enim habent: *Præditus*, δυναθεὶς, ὁ τοῖς προσχεθεὶς. κεχορηγημένος, ὀχυρωμένος. ita *præditæ urbes* ſunt ὀχυρωμέναι. Gnibertns antiquarum vocum auceps & uſurpator inſignis. lib. III. *etiam urbes præditas obſedit, & ad neceſſitatem deditionis impulit.* ſed ut ad pontifices redeamus, pontificum Solis in vetuſtis inſcriptionibus fit mentio. de aliis autem quam de Solis pontificibus vix poſſumus hunc locum accipere.

GRUTERUS.

1 *Decrevit etiam emolumenta architectis & miniſtris.*] Pal. *ſartis tectis.*

CASAUBONUS.

1 *Decrevit etiam emolumenta architectis & miniſtris.*] Architectis emolumenta auxit decreto ſuo, non primus inſtitnit Aurelianus. ſemper enim inter artifices quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, habiti ſunt architecti, ut conſtat vel ex lege VI. Dig. de jure immunitatis. In brevi autem ſubdito legi ſecundæ Cod. Theod. De excuſationibus artificum, primi omnium nominantur architecti. *miniſtros* hic accipio, eos qui in diſcipulatum ſe tradiderunt architectis: nam iſtis decreta invenio quædam emolumenta, non qnibuſvis eorum miniſtris. Conſtantinus imperator lege prima ſuperioris tituli: *Tam ipſos architectos, quam eorum parentes ab iis quæ perſonis inungi ſolent volumus eſſe immunes, ipſiſque qui diſcent ſalarium competens ſtatui.*

2 *Decre-*

¹ & ministris. His gestis, ad Gallias profectus, Vin-

SALMASIUS.

1 *Decrevit etiam emolumenta architectis, & ministris.*] Auxisse volunt non instituisse salaria architectis Aurelianum. semper enim architectos inter eos fuisse numeratos, quibus munerum graviorum immunitatem concessere Principes. de quo certi nihil habeo quod dicam, quantum quidem ad Aurelianum pertinet: quem emolumenta architectis decrevisse nulla ex historia discimus. neque enim hic locus hilum facit ad eam rem affirmandam, qui sic conceptus est, ut sit necesse eum accipere, non de architectis in universum, sed de solis templi Solis architectis. & recte Palatinus liber, *sartis tectis* scriptum exhibet, pro *architectis.* quam lectionem veram esse non dubito. nec opus habebimus ministros heic intelligere, architectorum discipulos: quod interpretamentum placuit doctissimis viris, nobis vero admodum displicet. quis unquam ministros pro discipulis audiit, vel legit appellari? sartis tectis igitur templi Solis emolumenta constituit Aurelianus. addit Vopiscus, *& ministris.* ubi ministros possumus interpretari, qui sartorum tectorum procurationem haberent. aliter tamen exponimus paulo post. *Sarta tecta* quid sint ignorat hodie nemo. in optimis glossis, ὑπορραφαὶ exponuntur. ῥάπτειν οἰκοδομὴν & ὑπορράπτειν Græci dicebant, vel ex novo ædificare, vel vetera sarcire. eædem Glossæ: ὑπορράπτω οἰκοδομῶ, *subsruo, resarcio.* ὑπορραφὴ, *plicatura, resartinatio.* *substructionem* etiam dicebant. Glossæ *substructiones,* ὑπορραφαί. perperam hodie legitur in Glossis, *subructiones.* subsationes idem erant. eædem: *subsutio,* ὑποκέλαμμα. ὑπορραφή. ἐπισκευαὶ quoque, quo nomine Græci *sarta tecta* dicunt, substructiones interpretantur illæ Glossæ: *substructiones,* ἐπισκευαί. *sartitectores* pro iis qui sarta tecta curabant, posuit Isidorus in Glossis. *Sartitector, qui tecta resarcit.* vulgo *sartitator.* male.

1 *Et ministris.*] Qui sunt & cujus rei ministri quos heic vocat Vopiscus? absolute & simpliciter ministros cum dicunt Latini, non addentes cujus rei, templorum ministros intelligunt, qui Græcis νεωκόροι. nec aliter hoc loco *ministros* accipimus. Pontificibus igitur & ministris templi Solis emolumenta decrevit Aurelianus. sic ministri dicuntur leg. XIIII. *de pagan. sacrif. & templis.* Cod. Theod. *privilegia si qua concessa sunt antiquo jure, sacerdotibus, ministris, præfectis, hierophantis sacrorum, sive quolibet alio nomine nuncupentur, penitus aboleantur.* in ordine autem sacrorum, ut supremi Pontifices, sic infimi ministri. unde auctoratos eos in tertia jura esse dixit eleganter Manilius lib. V.

Quos potius finget ortus quam templa colentes,
Atque auctoratos in tertia jura ministros.

nam primi Pontifices, secundi Sacerdotes, tertio in ordine ministri, hoc est, νεωκόροι. aliquando tamen *Pontifices* & *Sacerdotes* confunduntur. ut hoc loco Pontificum & ministrorum tantum meminit. sic leg. XIII. Cod. Theod. *de hæret.* Pontificium dicitur Sacerdotum officium, & ministerium, & ministrorum: *Omnes igitur qui harum professionum, vel Pontificium, vel ministerium vindicarunt, qui se fucati nominis adserunt Sacerdotes, quique in criminosa religione ministrorum sibi nomen imponunt.* hi duo igitur erant ordines in templis apud veteres, deorum ministerio deputati, Pontifices, & ministri. utrumque genus privilegiis munivisse & salariis emolumentisque cohonestasse dicitur hoc loco Aurelianus; si quidem de Pontificibus in universum, & ministris omnium

[1] Vindelicos obsidione Barbarica liberavit: deinde ad Illyricum rediit, [2] paratoque magno potius quam ingenti

omnium deorum accipiamus. sed de Solis Pontificibus & ministris intelligi tantum præstat. omnia autem illa privilegia, emolumenta, annonas templis & sacerdotibus deorum à veteribus & paganis principibus concessas & tributas, Christiani postea principes revocarunt & abolesceerunt. vide Codicem Theodosian. *de pagan. sacrificiis & templis.* lege XIIII. *privilegia si qua concessa sunt antiquo jure Sacerdotibus, ministris*, &c. quam supra retulimus. & lege XXX. eodem titulo: *Templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam sublevent, expensis devotissimorum militum profuturæ.* ita enim eam legem emendamus. emendanda etiam lex XXXI. de eadem re. *omniaque loca quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ singula quoque nomina, & Professiones gentilitiæ tenuerunt, epulis, vel sumptibus deputata, fas est hoc errore submoto compendia nostræ domus sublevare.* vulgo editum: *epholis & sumptibus.* unde doctissimus Jurisconsultus faciebat; *ephediis & sumptibus.* sed *epholis* scriptum perperam, pro *epolis.* *epulis* igitur verissimum est. sumptuosas autem, & magnificas collegiatorum epulas fuisse Varroni credimus. *collegiorum*, inquit, *cænæ innumerabiles incendunt annonam.* collegium dendrophorum ex veteribus inscriptionibus notum est. Tertullianus de cænis Pontificum, & reliquorum ejusmodi collegiorum: *Salicis cænaturis creditor erit necessarius. Herculanarum decimarum, & pollucrorum sumptus tabularii supputabunt. Apaturiis, Dionysiis, mysteriis Atticis coquorum delectus indicentur. ad fumum cænæ Serapiacæ Sparteoli excitabuntur.* recte igitur epulas & sumptus lex illa conjunxit. non possum abstinere quominus & legem duodecimam ejusdem tituli longe corruptissimam in editis, heic emendem & distinguam, ut olim ostendi Dionysio Gottofredo Jurisconsultorum qui hodie vivunt, facile principi, meoque doctori. sic igitur legenda: *nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe sensu carentibus simulacris vel insontem victimam cadat, vel secretiore piaculo, larem igne, merum genium, penates odore veneratus, accendat lumina, imponat tura, serta suspendat.* quæ insignis restitutio est, & commentarium integrum merebatur. sed totam illam legem alibi explicabimus, & corrigemus, non hac tantum parte mendosam, & obscuram. nunc alio properamus.

CASAUBONUS.

1 *Vindelicos obsidione Barbarica liberavit.*] Inferius: *ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis amovit.*

2 *Paratoque magno potius quam ingenti exercitu.*] *Magno* refer ad robur animi & fortitudinem, *ingenti* ad numerum militum.

SALMASIUS.

2 *Paratoque magno potius, quam ingenti exercitu.*] *Ingentem exercitum* heic vocat Vopiscus, quem Vegetius *grandem.* lib. III. cap. I. *denique cum in diversis regionibus, contra diversos hostes à populo Romano annis prope omnibus pugnaretur, ideo sufficiebant militum copiæ quod utilius judicabant, non tam grandes habere exercitus, quam plures.* ita legendum apud Vegetium ex veteribus libris. vulgo editur, *quam armis instructos.* non tam bene. sed & contra mentem illius loci est. nam Romanis qui diversis locis pugnabant plures habendi fuere exercitus, potius quam grandes. ubi grandes exercitus dixit, numerosos. Vopiscus, *ingentes.* Grammatici, *grande* & *magnum* ita distinguunt, ut grande sit incremento, magnum

genti exercitu, Persis, quos eo quoque tempore quo Zenobiam superavit, gloriosissime jam vicerat, bellum indixit. Sed quum iter faceret, [1] apud Cænophrurium, mansionem quæ est inter Heracliam & Byzantium, [2] malitia notarii sui, & manu Mucaporis interemptus est. Et causa occidendi ejus quæ fuerit, & 36
quemadmodum sit occisus, ne res tanta lateat, brevi edisseram. Aurelianus, quod negari non potest, severus, truculentus, sanguinarius fuit princeps. Hic quum usque eo severitatem tetendisset, [3] ut & filiam sororis occideret, [4] non in magna neque satis idonea causa,

magnum amplitudine. sic *ingens*, hoc loco est, incremento.

CASAUBONUS.

1 *Apud Cænophrurium mansionem, quæ est inter Heracliam & Byzantium.*] Victor vulgaris, *in itineris medio quod inter Constantinopolim & Heracliam est.* vulgo locum illum vocabant, non Cœnophrurium, sed Cœnophlorium, Κοινοφλώριον corrupte, ut auctor est Cedrenus.

2 *Malitia notarii sui.*] Aurelius Victor: *ministri scelere cui secretorum officium crediderat.* ut & Vopiscus mox, *Mnestheum quendam, quem pro notario secretorum habuerat.* Græci non Mnestheum hunc nominant, sed Erotem Zosimus: *ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις Ἔρως ὄνομα, τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος.* videtur ex istis fuisse hic à cura epistolarum, aut à libellis supplicibus. etsi vox *μηνυτὴς* ad referendarii appellationem potest referri. de eo officii genere habes in Codice & Novella decima. at Zonaras sic, *Ἔρως τις καλούμενος, καὶ τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων ὢν μηνυτής, ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὑπογραφεύς, καὶ προσαγγέλλων τῷ βασιλεῖ τὰ παρά τινων αὐτῷ λεγόμενα.* posterioribus verbis frumentarium describit.

3 *Ut & filiam sororis occideret.*] Victor alter, sive vulgaris: *Fuit sævus & sanguinarius, & trux omni tempore: etiam filii sororis interfector.* sed vide quæ super hoc scribit mox Vopiscus. Suidas vero non sororis filiam aut filium ab Aureliano scribit interemtum, sed filii uxorem: de quo filio altum apud historicos silentium, & fabulam censeo.

SALMASIUS.

1 *Apud Cænophrurium mansionem.*] *Καινὸν φρούριον*, si bene memini, vocat Plutarchus in Lucullo. vetus tabula, *Cenopurio.* Itinerarium Antonini: *Cenophrurio.* inter Heracliam & Byzantium esse dicit hanc mansionem Vopiscus. quod elucebit ex istis Itinerarii Antonini.

Heraclia M. P. XVIII.
Cenofrurio M. P. XVIII.
Melantiada M. P. XXVIII.
Byzantio qui & Constantinopolis M. P. XVIII.

pro quibus tabula Peutingerorum habet: *Heraclea. Cenopurio. Melontiana. Byzantium.* quæ non parum variat in passuum intervallo. *κενὸν χωρίον* perperam pro *καινὸν φρούριον* apud Polybium editum est: qui munitissimum hoc fuisse castellum scribit, & in eo gazam suam Mithridatem habuisse.

4 *Non in magna, neque satis idonea causa.*] *Non in magna, neque in satis idonea causa.*

2 *Mne-*

causa, jam primum in odium suorum venit. Incidit autem, ut se res fataliter agunt, ut [1] Mnestheum quendam quem pro notario secretorum habuerat, libertum, ut quidam dicunt, suum, infensiorem sibi minando redderet, quod nescio quid de quodam suspicatus esset. Mnestheus, qui sciret Aurelianum neque frustra minari solere, neque si minaretur, ignoscere, [2] breve nominum conscripsit, mixtis iis quibus Aurelianus

1 *Mnestheum quemdam quem pro secretorum notario habuerat.*] Notarium secretorum appellat, quem *a secretis* vulgo vocabant. quam vocem Græci quoque barbari usurparunt, ἀσηκρῆτις dicentes. sed & nomen declinabile finxerunt, ὁ ἀσηκρήτης, τοῦ ἀσηκρήτη. sic Latini recentiores *asecretam* dixere ex illo ἀσηκρήτης. πρωτοασηκρῆτιν iidem etiam dixerunt, quem alii πρωτοασηκρήτης. unde *protosecreta*, Anastasio Bibliothecario in vitis Pontificum. & falluntur, qui mutandum putant. at qui Vopisco *notarius secretorum*, is Zosimo dicitur τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτής. quod erat proprie munus secretariorum. & locus ubi princeps τὰς ἔξωθεν φερομένας ἀποκρίσεις audiebat, ἀσηκρητεῖον vocabatur. Cedrenus: δεξάμενος τὰς μηνύσεις ὁ βασιλεὺς ἐπὶ βήματος ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις ἐκάθισε, καὶ ἀκολούθως ἐξετάσεις τῶν μηνυθέντων ἐποίει. qui μηνύσεις igitur illos faciebant, erant secretarii, vel à secretis. unde locus in quo fiebant ἀσηκρητεῖον. idem & *apocrisiarii*. erant enim τῶν ἀποκρίσεων μηνυταὶ, qui alio nomine, *ad responsum* dicebantur. quorum esset, & quid esset *ad responsum mittere*, jam docuere nos doctissimi jurisconsulti. idem & referendarii. nam μήνυσις & ἀναφορὰ, & *notaria* res eadem. Græci recentiores truncato vocabulo ῥαιφινδαρίους eos vocarunt: atque ita recte apud Suidam: ῥαιφινδάριος ἀξίωμα Ῥωμαικὸν, ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. ῥαιφινδάριος pro ῥιφιρινδάριος. atque ita scriptum legi in vetustissimo codice epigrammatum Græcorum. Εἰρηναίου ῥαιφινδαρίου. referendarium ἀναφορέα interpretatur Suidas. nam, ut dixi, ἀναφορὰ & μήνυσις idem. Latini *notariam* dixerunt, vel *notoriam*. Glossæ: *notaria*, ἀναφορά. item aliæ Glossæ: μήνυσις, *indicatio*, *notaria*, *indicium*. eadem & *notitia*. nam notariam, & noticiam pro eodem usurparunt. quod satis sit refellendo doctissimo viro, qui notariam à notis deducebat. verba igitur Zosimi quibus hunc Mnestheum, quem tamen Erotem nominat, ait fuisse τῶν ἔξωθεν ἀποκρίσεων μηνυτὴν τεταγμένον, non sunt accipienda de eo qui ab epistolis esset, aut à libellis supplicibus: sed de secretario, vel secretorum notario. non enim diversa scribunt Zosimus & Vopiscus hoc loco.

CASAUBONUS.

2 *Breve nominum conscripsit.*] Scripti brevem. utrumque dicitur *breves* & *breve*. Julianus in epistola ad Judæos βρέβιον.

GRUTERUS.

2 *Brevem nominum conscripsit.*] Reduxi & heic, & mox infra lectionem omnem mss. vulgati enim utrobique, *breve*.

SALMASIUS.

2 *Breve nominum conscripsit.*] *Brevem nomi-*

lianus verè irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret ingestæ solicitudinis: ac breve legit singulis quorum nomina continebat: addens, disposuisse Aurelianum eos omnes occidere; illos verò debere suæ vitæ, si viri sunt, subvenire. [1] Hi quum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficiis atque officiis quibus Aurelianus videbatur ingratus, in supradicto loco iter facientem principem subito adorti, interemerunt. [2] Hic finis 37
Aure-

nominum. ita Palatinus. sic infra scribit: *ac brevem legit singulis.* atque ita semper in manu exaratis libris, *brevis* potius quam *breve.* integrum est, *brevis libellus.* hinc adjectivum solum pro substantivo usurpatum, & *brevis* dictus est parvus libellus, sic *fidelis servus* cum antea diceretur, recentiores *fidelem* pro servo dixerunt. Glossæ: *πιττάκιον, brevis.* sed hæc infra pluribus.

1 *Hi quum exarsissent timore, qui merebantur offensam.*] Scio quomodo distinguant hunc locum doctissimi viri. nondum tamen ad plenum lucem illi & integritatem suam reddiderunt. Nam quid est quod sequitur, *dolorem miscentes beneficiis & officiis?* Palatinus pro *miscentes*, habet, *innocentes.* sic igitur legito: *hi eum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolore innocentes, quorum beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus.* vel: *quod beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus.* nunc locum integre sanum præstare ausim. nec opus addito verbo ad illam emendationem confirmandam.

GRUTERUS.

1 *Hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficiis atque officiis, quibus Aurelianus, &c.*] Lectio prava, detegitque Pal. in quo: *Hi eum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem innocentes beneficiis atque officiis Aurelianus, &c.* sensus in promptu est: correptos timore noxios, dolore innoxios. itaque videtur rescribendum: *Hi enim exarsissent timore, qui merebantur offensam, dolerent innocentes beneficiis atq; officiis, quib. &c.* sed ne sic quidem bene se verba habent, timor enim frigus excitat non calorem.

CASAUBONUS.

1 *Hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, d.*] Quare dicit meritos esse offensam? neque enim offenderant ii saltem adversus quos nihil asperum cogitaverat Aurelianus, sicut modo dictum. Lego, *Hi cum ira exarsissent, timore qui merebantur offensam, d.* duo hominum genera in Aurelianum conspirarunt: boni per errorem, qui nihil in eum peccaverant; mali qui erraverant & pœnam metuebant. præcedunt hæc verba: *breve nominum conscripsit, mixtis iis quibus Aurelianus verè irascebatur, cum iis de quibus asperum nihil cogitabat.* infra in epistola exercitus ad senatum: *Aurelianus imperator noster per fraudem unius hominis, & per errorem bonorum ac malorum interemtus est.* ubi videatur scribendum, *per errorem bonorum, ac malitiam malorum.* nam sequitur Ibidem, *Nos de iis qui vel erraverunt, vel malè fecerunt, imperare nobis neminem patimur.* quibus verbis separari videtur error bonorum à malitia malorum.

2 *Hic finis Aureliano fuit principi necessario magis quam bono.*] Incertus scriptor,

Aureliano fuit principi necessario magis quàm bono. Quo interfecto quum esset res prodita, & sepulcrum ingens, & templum illi detulerunt ii à quibus interemptus est. Sane Mnestheus postea [1] surrectus ad stipitem bestiis objectus est, [2] quod statuæ marmoreæ positæ

ptor apud Suidam, de Aureliano: *χαλεπός τις καὶ φονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγὸς, ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς.* sunt autem hæc ad verbum ex Eutropio versa, ut alia multa quæ passim apud Suidam leguntur: ex quibus constat nobis ante Pæanium alium fuisse qui Eutropium Græcum faceret · & quidem haud paullo elegantius & melius quam factum sit à Pæanio. sic igitur Eutropius: *sævus & sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, quam in ullo amabilis imperator.* sed legit Græcus interpres qui apud Suidam: *necessarius magis dux*, q. Vopiscus infra scribit: *Diocletianum frequenter dixisse, cum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse, quam principem.*

1 *Surrectus ad stipitem.*] Optime. nec audiendi scripti qui præferunt *surreptus ad pœnam.* mutarunt imperii & morum veterum, & linguæ Latinæ.

GRUTERUS.

1 *Surrectus ad stipitem.*] Sic proxime etiam Pal. nempe *subreptus ad stipitem.*

SALMASIUS.

1 *Surrectus ad stipitem.*] Palatinus, *surreptus.* atque ita supra apud Capitolinum legimus. ita etiam in veteri Martyrologio, *ad bestias surripi.* accedo tamen sententiæ doctissimorum virorum, qui *surrectus* præferunt. hinc *subrigenda* in libris de officio proconsulis Ulpiani *ὑπόρθωσις. τιμωρίας* exponitur à veteri Glossario. *Ad subrigendam, εἰς ὑπόρθωσιν τιμωρίας.* ita enim legimus in illis Glossis. *subrigenda est, ὑπόρθωσις*, pro subrectione. sic *præbenda* pro præbitione. *præbenda, παροχὴ* in Glossis. sic *offerenda* pro *oblatione.* & *inferenda* pro illatione in capitulis Caroli Magni. sic *diligenda* pro diligentia in vetustissimo libro apud Quintilianum in declamationibus. quod annotavit Pithœus. sed *surrigendam* illam Ulpiani forrasse ad eculeum melius referas, in quo surrigebantur, & extendebantur homines, & quasi sustollebantur. nam eculeus simile quiddam erat illi machinæ quam Græci *γέρανον* appellant. immo eculeus erat plane illud *γεράνιον*, ut ostendemus alibi. nam hucusque omnes in errore sunt versati, qui de eculeo scripserunt.

2 *Quod statuæ marmoreæ positæ in eodem loco utrimque significant, ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constituta sunt.*] Quid illæ marmoreæ statuæ significabant, utrimque in sepulcro Aureliani positæ? Mnestheum ad stipitem surrectum, & bestiis fuisse objectum. sed quid opus statuis ad hanc rem significandam? an putamus ibi statuas fuisse Mnesthei positas eo habitu, quo bestiis objectus est, ad supplicii memoriam signandam? hoc verum potest esse. sed magis puto statuas heic pro cippis vel columnis sive stelis sepulcralibus poni, in quibus incidebatur titulus sepulcri, & quæ mortis causa fuisset illi, qui jaceret, ut in vetustarum memoriarum inscriptionibus videmus. statuas autem Latini non semper *ἀνδριάντας* appellant, sed etiam columnas & cippos, & quas Græci vocant *στήλας.* Glossæ: *statua, ἀνδριὰς, στήλη.* titulum & cippum etiam vocaverunt. *στήλη, titulus, cippus.* *periculum* auctori de viris illustribus dicitur. *statuas* vocat

positæ in eodem loco utrinque significant, [1] ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt. Senatus mortem ejus graviter tulit, gravius tamen pop. Rom. qui vulgo dicebat, *Aurelianum pædagogum esse senatorum.* [2] Imperavit annis sex, minus paucis diebus: ac rebus magnis gestis inter divos relatus est. Quia pertinet ad Aurelianum id quod in historia relatum est, tacere non debui. Nam multi ferunt Quintillum fratrem Claudii, quum in præsidio Italico esset, audita morte Claudii sumpsisse imperium. [3] Verum postea

cat Priscianus, columnas Herculis, in periegesi è Dionysio:

— *statuas hac Herculis inter*
A Tyriis colitur. —

& paullo ante:

— *Calpen qua summam sustinet unam*
Herculis è statuis. —

& fortasse in illis ipsis statuis, hoc est columnis statuæ Aureliano, hoc est *ἀνδριάντες* constitutæ sunt. perperam enim eruditissimi viri verba illa suspecta habent: *ubi & in columnis statuæ Aureliano constitutæ sunt.* nam semper in columnis statuæ ponebantur, ad sepulcra veterum. unde & columnam pro statua plerumque, ut contra pro columna statuam legimus, columnæ quippe in sepulcris raro sine statuis. sed & alias columnæ cum statuis. Trebellius in Claudio: *illi totius orbis judicio in rostris posita est columna, palmata statua superfixa librarum argenti mille quingentarum.* idem ibidem: *possumus dicere Flavium Claudium unicum in terris principem non columnis, non statuis, sed famæ viribus adjuvari.* vellem clarius nobis aperuisset vir doctissimus suspicionis suæ rationem. nisi hæc enim est, quam diximus, aliam nescio. sed hanc frustraneam esse jam ostendimus.

CASAUBONUS.

1 *Ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt.*] Suspecta nobis illa, *& in columnis.* libri tamen non variant.

2 *Imperavit annis sex, minus paucis diebus.*] Vel ut alii, paucis mensibus. Zonaras, *κὴ ἀναιροῦσιν αὐτὸν ἓξ ἐνιαυτοὺς ἀνύσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ, μηνῶν ὀλίγων ἐνδέοντας.* nisi tamen scripserat vel Zonaras, vel is unde ipse habet, *ὀλίγων ἡμερῶν.* in Fastis Græcis sunt anni sex, & ita Methodius, ac plerique veterum. cæterum quam varie hæc tempora à doctis viris hodie in Fastis & Annalibus describantur non ignoramus.

GRUTERUS.

1 *Ubi & in columnis Divo Aureliano statuæ.*] Sic & Pal.

SALMASIUS.

3 *Verum postea ubi Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu derelictum, quumque contra eum concionaretur.*] Apud quos concionabatur Quintillus, qui à toto exercitu derelictus erat? manifestum hîc *ὑστερόπρωτον.* sed & illa verba, *à toto exercitu derelictum*, secundum *συντάξεως* seriem, non nisi de Aureliano possunt accipi. quomodo enim de Quintillo acceperis? mendosus igitur locus. Palatinus etiam leviter inquinatus, sed ita ut non difficile ex eo veram lectionem eruas. nam habet, *ex delectum.* lege: *verum ubi postea Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu delectum, quumque contra eum concionaretur, nec à militibus audiretur, incisis sibimet*

postea ubi Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu derelictum, quumque contra eum concionaretur, nec à militibus audiretur, incisis sibimet venis die vigesimo imperii sui periisse. Quicquid sane scelerum fuit, quicquid malæ conscientiæ, vel artium funestarum, quicquid denique factionum, Aurelianus
38 toto penitus orbe purgavit. Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, [1] Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai

venis, &c. Quintillus comperto Aurelianum totius exercitus consensu delectum imperatorem regnare, adversus eum apud milites concionabatur: sed quum nihil proficeret, nec à militibus audiretur, ipsemet sibi venas incidit.

CASAUBONUS.

1 *Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai & Herenniani imperium tenuisse.*] Hoc addit Vopiscus, quia sciebat Trebellium Pollionem qui historiam XXX. tyrannorum non multo ante ediderat, nihil de hoc Balato dixisse. Ubi autem istum invenerit, & ex quo auctore indictum aliis omnibus Zenobiæ filium Vopiscus eruerit, ipse viderit. equidem cum Trebellio sentio: qui sciam Græcos ac Latinos fere omnes non aliter olim prodidisse. Vellem sanè extaret ille auctor unde hæc historia est desumta. Sciremus de isto Balato aliquid certius. Nos vero suspicamur, & corruptum hoc nomen, & ex ignoratione Syriacæ linguæ, qua Palmyreni utebantur, regem qui in natura rerum nullus erat, fuisse confictum. nam cum multa Syros audirent Græci de sua *bahalá* vel *bahalat*, id est regina prædicantes, putarunt principis ipsorum hoc esse nomen: atque & ex eo regem hunc aliis incognitum procuderunt, quem *Bahalatum*, vel contractum, ut fit, nomine *Balatum* indigerarunt: postea longius progressa depravatio, & *Balbatus* scriptum pro Balatus. בעלה & בעלת Hebræis domina est & *δέσποινα*: nec multo aliter Syri extulerunt. Onufrio hic constanter dicicitur non Balatus, sed *Vhabalathus*. quod unde illi in mentem venerit, non possum conjectura assequi nam aliter hic omnes codices. VABALATHUS autem qui in aliquot Aureliani nummis reperitur effigiatus, cum hoc nomine. is vero alius fuit, quod alii ejusdem imperatoris nummi Græci docent, in quibus, sicut testantur viri docti, ab una parte sunt verba: .....ΔΟΜ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC. CEB. ab altera ista: .... ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC. ΑΡΜΕΝΙΑC.

GRUTERUS.

1 *Balbati filii nomine.*] Pal. *Bahalati*, ut sine dubio rescribi debeat *Bahalati*; de quo nomine argute Casaubonus noster.

SALMASIUS.

1 *Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai.*] Non possum mihi imperare ut adstipuler sententiæ doctissimi viri qui Balbatum vel Ballatum fictitium nomen esse contendit, & ex ignoratione linguæ Syriacæ, qua Palmyreni utebantur, productum. Græcos enim cum à Syris audirent multa de sua regina Bahala prædicari, nomen hoc esse commentos quasi regis ipsorum nomen esset. nollem hoc excidisset doctissimo viro & optime de his auctoribus merito. primum sciri oportet, non *Balati* vel *Balbati* heic esse legendum, sed *Babalati*,

Timolai & Herenniani, imperium tenuisse quod tenuit. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, [1] Felicissimo rationali autore: quod acerrime seve-

balati, ut præfert Palatinus: aut *Vabalati*, quod idem est. non esse commentitium hoc nomen possumus esse certi ex nummis Aureliani in quibus Οὐαβάλλαθος cusum est hoc est *Vaballathus*. nam male Onuphrius *Vhabalathus* scribit. Οὐαβαλλάθος, ut Οὐεσπασιανὸς, *Vespasianus*. demus non eumdem esse Vabalathum illum, qui in nummis Aureliani reperitur, cum hoc Zenobiæ filio: de veritate nominis non minus ideo constat. ego magna verisimilitudine ductus arbitror illum Vabalathum cujus in nummis Aureliani mentio, hunc esse Vopisci Vabalatum Zenobiæ filium. quem enim alium Vabalathum devicit Aurelianus? & notandum est sentire Vopiscum non duos filios Zenobiæ, ut quidam auctores scripserant, sed unicum Vabalathum extitisse. sic enim scribit: *hoc quoque ad rem pertinere arbitror, Babalati filii nomine Zenobiam, non Timolai & Herenniani, imperium tenuisse quod tenuit.* Zosimus etiam non duorum Zenobiæ filiorum, sed unius tantum meminit: τῆς δὲ ἄλλης πλὴν τοῦ Ζηνοβίας παιδὸς ἐν μέσῳ τοῦ μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμοῦ κατακοντωθείσης. filium autem Babalathum potius quam Zenobiam ipsam in nummis ideo effigiari voluit Aurelianus, quod fœminæ mentionem minus sibi gloriosam putaret. illud vero non prohibet Vabalathum esse Zenobiæ filium, quod in quibusdam nummis ejusdem imperatoris scriptum sit in altera parte, Οὐαβάλλαθος Ἀ'ρμβλας. nam Armenii cum Palmyrenis faciebant, & totius Orientis imperium obtinebat Odenatus, & post eum Zenobia, nomine filii hujus Vabalathi. unde & Orientis reginam se vocat epistola ad Aurelianum missa. Armenii igitur illi suberant, aut certe societate bellica cum ea tenebantur. si quis tamen pugnabit diversum esse illum Aureliani Vabalathum ab hoc nostro, non propterea efficiet, ut minus recte Vopisco hoc nomen asseruerim, & eo nomine dictum esse Zenobiæ filium adversus viri magni sententiam defenderim. quod ad nomen ipsum attinet, non dubito quin deductum formatumque sit à voce Hebraica & Syriaca *Balala*, vel *Babalat*, quæ reginam & dominam significat. inde *Babalatus*, & *Babalatus*. ut *Hel* & *Bel*, & similia sexcenta. sic à voce *Malcha*, quæ apud Syros regem significat, nomen proprium Μάλχος. ita enim vocabatur Porphyrius.

[1] *Felicissimo rationali auctore.*] Magna hallucinatio magni Jurisconsulti qui non inspecto hoc Vopisci loco scripsit Victorem, Vopiscum, Eutropium & Suidam scribere monetarios Felicissimo interfecto adversus Aurelianum bellum intestinum movisse. nam Aurelius Victor & hic Vopiscus contra scribunt, auctore Felicissimo seditionem illam motam. quod & epistola Aureliani à Vopisco inserta, verum esse vincit. solus Eutropius Felicissimum à monetariis interfectum, non illis ducem factum scribit. Suidas autem Eutropium non sequitur tantum, sed vertit verbatim. quod Eutropius *vitiatis monetis* dixit, ille vertit, διαφθείροντες νόμισμα. Victor autem: *quod nummariam notam corrosissent.* nummariam vel nummorum notam dixit pro nummis. alii nummorum formam. Cato in distichis:

Dilige denari, sed parce dilige formam.

forma denarii, pro denario ipso. sic *denariorum formas*, pro denariis Isidorus vel auctor ille, unde sumpsit:

nam & qui nummulariam discunt, denariorum formis murteos pannos subjiciunt. Graeci χαράγματα pro moneta etiam dicunt. videtur autem non bene convenire Eutropio & Aurelio Victori. nam hic corrosisse monetam monetarios, ille vitiasse. nec enim idem esse puto monetam vitiare & corrodere siquidem corrodere, est exteriorem circulum arrodere; vitiare autem est adulterare. nisi si quis dixerit eum qui corrodit & arrodit monetam, etiam vitiare. at qui vitiat, non omnino & corrodit. multis vero modis potuerunt monetam adulterare sub Aureliano monetarii, aut miscendo, & adulterando inter se metalla, ut aurum argento, argentum aere, aes plumbo: aut adulterinam monetam clam exercendo, ut sub Constantino fecisse testis lex II. Cod. Theod. *de falsa moneta.* aut secernendo separandoque metalla, ut argentum ab aere, quemadmodum quidam monetarii sub eodem Constantino faciebant, ut indicat lex VI. titulo eod. his verbis: *comperimus nonnullos flaturarios majorinam pecuniam non minus criminose quam crebre separato argento ab aere purgare.* majorinae enim illae pecuniae argento aere mixto flabantur. staturarii autem argentum separabant, & aes solum in figuranda moneta exhibebant. in quo non mediocre compendium faciebant monetarii. quam separationem metallorum, *flagnationem* vulgo dictam reperio. Isidorus in Glossis: *flagnare, metalla secernere.* idem in Originibus: *flagni etymologia,* ἀποχωρίζων*, id est separans dicitur & secernens. mixta enim & adulterata inter se per ignem metalla dissociat, & ab auro & argento aes plumbumque secernit.* Aurelius Victor nullo ex istis modo monetam vitiasse monetarios vult, sed sola corrosione, qua ponderis quantitatem minuerunt. non autem soli παραχαράκται nummos adrodunt & pondus imminuunt, sed etiam aerugo id facit, & nummos reddit leviores. Cassianus Monachus collat. I. cap. XXII. *sive illa quorum pondus ac pretium aerugo vanitatis arrodens exagio seniorum adaequari non sinit, ut nomismata levia atque damnosa minusque pensantia recusemus.* idem cap. XXI. *si meriti ejus pondus inanis imminuerit, & arroserit gloria.* sed & aliis locis *imminuere* & *arrodere* conjunxit. hinc *asperos nummos* vocabant, quos aerugo nondum arrosisset, in quibus character vetustate obsoletus, & evanidus non esset, sed integer & solide expressus appareret. Graeci ἐπισήμους dicunt. δόκιμοι καὶ ἐπίσημοι στατῆρες apud Suidam sunt probi & asperi stateres. sed haec alibi pluribus. adulterinam pecuniam & falsa cusione formatam, paracharaximam vocat idem Cassianus, & paracharaximos nummos. collat. I. cap. XX. *sive cum paracharaximis nos conatur illudere.* & cap. XXI. *paracharaximo scilicet illusus nomismate, dum in illo veri regis imaginem veneratur, parum discutis an esset legitime figuratum.* & cap. XXII. *tanquam adulterina nomismata, & paracharaxima reprobemus, utpote quae falsam imaginem regis non legitime signatam contineant.* quibus omnibus locis vir doctus *paracharagma* reponit. ineptissime quaesiverim ab illo, an paracharagmum nomisma recte dici existimet? si existimat, mihi dicat qua ratione possit efficere, ut paracharagmum adjective dicatur. at παραχαράξιμος, ut πράξιμος, ἐπιτηδεύσιμος, καταπτύσιμος, συγχαράξιμος, & similia.

Felicissimo rationali auctore.] Felicissimum hunc, quem Vopiscus, Victor, Eutropius simpliciter rationalem appellant, is quem paulo ante dixi summus Jurisconsultus, procuratorem monetarum vult fuisse. procuratorem fisci fuisse Felicissimum ex epistola Aureliani ipsius docemur in haec verba: *monetariis auctore Felicissimo, ultimo servorum, cui procurationem fisci mandaveram, rebelles spiritus extulerunt.* auctor Graecus apud Suidam qui Eutropii historiam in Graecum transtulit, rationalem, τὸν ἄρχοντα μονηταρίων vertit. Praepositum monetae voluit

severissimeque compescuit, [1] septem tamen millibus suorum militum interemptis: ut epistola docet missa ad Ulpium Crinitum ter consulem, qui eum ante adoptaverat. *Aurelianus Augustus Ulpio patri.* [2] *Quasi fatale quiddam incessit,* [3] *ut omnia quæcunque gessero, omnes motus ingravescant. Ita enim seditio intra murana bellum mihi gravissimum peperit: monetarii autore Felicissimo ultimo servorum, cui procurationem fisci mandaveram, rebelles spiritus extulerunt.* [4] *Hi compressi sunt, septem*

fuit intelligere, cujus meminit Ammianus Marcellinus, qui & procuratoris monetæ mentionem habet lib. XXVIII. monetarios autem eorumque præpositum sive procuratorem sub sacri ærarii præfecto militasse, quem majoris ærarii procurarorem vocat Spartianus in Diadumeno, nullum dubium est. constat enim & post Constantinum monetarios fuisse sub dispositione comitis sacrarum largitionum, qui præfectus olim erat ac dicebatur ærarii sacri. sed de his alibi in libro de officiis domus Augustæ.

CASAUBONUS.

1 *Septem tamen millibus suorum militum interemtis.*] Aurelius Victor: *Neque secus intra Urbem monetæ opifices deleti: qui cum auctore Felicissimo rationale, nummariam notam corrosissent, pœnæ metu bellum fecerant: usque eò grave, uti per Cælium montem congressi, septem fere millia bellatorum confecerint.* Eutropius paullo aliter.

GRUTERUS.

2 *Quasi fatale quiddam incessit, ut &c.*] Pal. *quiddam minisit*, ut pareat locum non satis integrum. mox quoque eædem membranæ pro *Ita enim seditio*, legi jubent, *Ita etiam seditio.*

SALMASIUS.

2 *Quasi fatale quoddam incessit.*] Pro *incessit*, vetus codex scribit *inisit.* quæ tantula varietas viam mihi aperuit ad insignem hujus loci emendarionem. sic igitur corrigimus, & distinguimus: *quasi fatale quodammodo mihi sit, ut omnia quæcunque gessero, omnes motus ingravescant, ita seditio intramurana bellum mihi gravissimum peperit. monetarii auctore Felicissimo, ultimo servorum, &c.* hæc antea pessime distincta legebantur. *quodammodo* etiam pro *quoddam* reposuimus non invita scriptura Palatini codicis.

3 *Ut omnia quæcunque gessero omnes motus ingravescant.*] *Ingravescere* heic notabis agendi notione positum, pro *ingravare.* sic *gravescere*, in veteribus Glossis: *gravesco*, βαρῶ. ubi *gravesco* pro *gravo.* sic *quiescere* veteres. unde *quiesco servum* apud Servium pro quiescere jubeo, vel compesco. sic apud recentiores, *innotesco* est notum facio. & in ea significatione Ulpiano positum legi. sed locus nunc in memoria non est. sic *invilesco*, pro invilito. ἐυτελίζω, *invilesco.* ἐξευτελίζω, *exvilesco.* sic *insuesco* pro insuefacio apud Horatium. & *consuescit*, pro consuefacit, Prudentio.

4 *Hi compressi sunt septem millibus Hiberorum, Ripariensium, & Castrianorum.*] Primus Bonus Accursius nobis Hiberos heic substituit, qui deinde sunt propagati in omnes editiones. vetus liber habuit, *Jembariorum.* quam diversa scriptura. ille quem dixi Accursius, primæ editionis auctor vel procurator, *Hiberiorum* pro *Jembariorum* excudi voluit: nullo alio argumento

[1] *Septem millibus* [2] *Hiberorum* [3] *Ripariensium & Castrianorum*

ductus, quam quod non videret, quid melius proximiusque ad veterem scripturam substitui posset. ego vero ex *Imbariorum*, minima mutatione *Lembariorum* facio. & Lembarios accipio Classicos milites. classium enim duo erant genera, unum maris, alterum fluminum. in mari liburnis, in fluminibus lembis vel lusoriis utebantur. nam in fluminibus limitaneis habebant Romani lusorias vel lembos, & in his milites classicos, ad tuendum limitem, quos nunc *Lembarios* vocat Aurelianus. de lusoriis Danubianis mentio apud Vegetium lib. & cap. ultimis: *de lusoriis quæ in Danubio quotidianis utuntur excubiis, reticendum puto.* de quibus infra dicemus. lusorias autem & lembos idem esse nemo potest dubitare. *lembos amnicos* vocat Marcellinus, quibus in fluminibus Rheno & Danubio, & aliis utebantur, quas & alibi lusorias appellat. sed dicat aliquis cur istorum opera Lembariorum utatur Aurelianus, aut quomodo ex fluminibus suis & classibus excubiisque evocati, hoc ad munus usumque fuerint translati. idem quæstionis potest cadere in Ripariensès, quibus ripæ tuendæ erant commissæ, quos tamen heic operam videmus navare debellandis monetariis. de Lembariis sive Classicis respondeo, illos justorum militum operam munusque præbuisse, & in castris & in campo apud veteres. Hyginus de castrametatione: *alæ milliariæ vel quingenariæ: Mauri equites: Pannonii veredarii: Classici omnes ideo prætendunt, quod ad vias muniendas primi exeant, & quo sint tutiores, à Mauris equitibus & Pannoniis veredariis opérantes protegantur.* idem alibi Classicos Misenates & Ravennates numerat inter Mauros equites, Pannonios exploratores, Palmyrenos, Dacos, Getacos, & reliquas nationes quæ Romanis militabant. de quibus nos alibi. legimus apud Suetonium, Neronem primum, Classiarios ex remigibus justos milites fecisse, & sæpe Classiariorum occurrit mentio apud illum in Cæsaribus. sic *Lembarii* sunt Classici milites, quos ex optimo codice non infeliciter eruimus, & in notitiam dedimus, qui hactenus obscuri incognitique latuerant.

GRUTERUS.

1 *Septem millibus Hiberorum & Ripariensium.*] Immisimus copulam volente Palatino. interim tamen illud *Hiberorum* falsum est: ejusque loco habet idem liber: *Imbariorum.*

CASAUBONUS.

2 *Hiberorum, Ripariensium, & Castrinorum & Dacisconum.*] Male hunc locum accipiunt eruditi viri, qui putant hæc nomina esse populorum quos Aurelianus bello monetariorum attriverit. falluntur: nam contra, hi sunt qui in Urbe pro imperatore suo pugnantes, à rebellibus monetariis sunt interempti. Hiberos igitur intellige, qui in prætorianis legionibus, vel aliis, aut inter auxiliares merebant: sic & cætera nomina accipe. Legionum Ripariensium ampla mentio est in Notitia imperii. unde eorum claret error, qui sine distinctione legunt hoc loco, *Hiberorum Ripariensium.* qui ripam inhabitant, riparii dicuntur: & legiones quæ prætendebant apud riparios dictæ ripariensès. aliud enim ripensis est, ut cum Dacia Ripensis dicitur: aliud ripariensis. sic legiones in Germania collocatas, Germanicianas appellarunt, & quæ in Illyrico, Illyricianas, quæ in Dacia, Dacisianas, ut Trebellius in Claudio. Daciscos auxiliares lego in Notitia, sub dispositione ducum Mœsiæ secundæ, & Daciæ ripensis. Castriani isti, unde potissimum fuerint appellati, cum essent tot castra, nondum inveni.

SALMASIUS.

3 *Ripariensium & Castrianorum.*] Riparien-

norum & [1] Daciscorum interemptis. Unde apparet nullam mihi à diis immortalibus datam sine difficultate victoriam. [2] Tetricum triumphatum correctorem Lu- 39
caniæ fecit, filio ejus in senatu manente. [3] Templum Solis

parienſium, & Castrianorum meminit codex Theodosius leg. ult. *de re militari*. sed Castriciani ibi nominantur. sed in illa lege non minus mendosa lectio, quam distinctio. utrumque sic purgabimus: *sciant igitur Comites vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commissa est, non solum de Comitatensibus ac Palatinis numeris ad alios numeros militem transferri non licere, sed ne de ipsis quidem pseudocomitatensibus, seu Ripariensibus, Castricianis, ceterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam. pseudocomitatensibus* reposuimus, pro *seu de comitatensibus*. quod ferri non poterat. nam jam ante de Comitatensibus dixerat. erant autem Comitatenses, & Pseudocomitatenses: Riparienses, & Pseudoriparienses. de quibus omnibus non hic dicendi locus. ut nec de Castrianis vel Castricianis, unde dicti. quæ nos alibi pluribus patefaciemus in alio opere.

1 *Daciscorum.*] Daciscos heic vocat, qui Daci Hygino dicuntur, & inter auxiliares ab eodem referuntur: *Palmyreni* D. *Getaes* DCCCC. *Daci* DCC. *Brittones* D. *Cantabri* DCC. *Centuriæ Statorum* II. Daci & Dacisci, ut Hunni, Hunnisci. Teuti, Teutisci: unde *Teotisci* in veteribus libris scribuntur. Mauri, Maurisci, & similia. equites autem fuisse istos Daciscos alibi ostendemus. nam alæ Brittonum, & alæ Dacorum, nisi fallor, mentio in veteribus saxis.

2 *Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit.*] Zosimus: τούτων οὕτω διῳκημένων, Τέτρικον καὶ ἄλλους ἐπαναστάντας οὐ σὺν πόνῳ καθελὼν, κατὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθεν. quæ verba Zosimi vir magnus in hanc sententiam accipit. quasi dicat, multo cum labore Tetricum ab Aureliano victum, neque ex dignitate tractatum, sed indignis modis acceptum. ibique Zosimum, ut mendaciorum hamaxagogum arguunt, qui tam diversa prodat ab reliquis historicis, & historiæ fide. si ita sensit, aut scripsit, Zosimus merito vapulat. etsi in aliis fidem ejus male ambulare scio: heic tamen recto stat talo. nihil enim aliud illa verba significant, quam nullo negotio victum Tetricum, utpote qui se ipse dediderit, & cum eo pro dignitatis suæ merito egisse Aurelianum. neque semper μετελθεῖν punire significat, & in aliquem animadvertere, & est verbum τοῦ μέτιον, quod in bonam malamque partem potest accipi. κατὰ τὴν ἀξίαν igitur μετῆλθε Tetricum Aurelianus, qui eum victum triumphatumque correctorem Lucaniæ fecit, filio ejus in senatu manente. nulla ergo pugna Zosimi cum Vopisco & aliis auctoribus.

CASAUBONUS.

3 *Templum Solis magnificentissimum posuit.*] De hujus templi donariis mox Vopiscus aliquid, & plura alii scriptores. narrat Zosimus Aurelianum in ea æde Solis & Beli simulacra dedicasse. ex quo apparet translatum ejus numinis cultum è Syria.

SALMASIUS.

3 *Templum Solis magnificentissimum constituit.*] Multa de hoc templo supra verba fecimus, ubi tamen omisimus monere, quod præcipua observatione dignum est. dixit ante Vopiscus matrem Aureliani sacerdotem fuisse in templo Solis. si nomen illius urbis teneremus, absque dubio sciremus patriam Aureliani. sed cum eum Pannonium fuisse scribat Vopiscus,

Solis magnificentissimum constituit: muros urbis Romæ sic ampliavit [1] ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneant. [2] Item quadruplatores ac delatores ingenti severitate persequutus est: [3] tabulas

urbs aliqua Pannoniæ quærenda est, in qua templum Solis esset positum, & ejus Dei cultus frequentatus. Syrmii quidam eum ortum esse dixerunt. si verum est, non dubito quin Syrmii fuerit templum Solis & in eo templo sacerdos mater Aureliani. quem Solem cultum fuisse ab Aureliano jam inde à prima ætate scire licet ex Vopisco. in omni autem Illyrico frequens fuit cultus Solis vel Apollinis quem Belenum vocabant. Tertullianus in Apologetico Norici deum Belenum facit, ubi singularum provinciarum tutelares, & πατρῴους deos enumerat. hinc verisimili conjectura colligo matrem Aureliani Beleni sacerdotem fuisse, nec enim alium Deum Pannonii venerabantur, & omnes Illyrici, quam Belenum, qui & Sol & Apollo. ejus quoque numinis cultus apud Gallos præcipuus, ut jam doctis observatum. Aquileienses etiam eum colebant, ut scimus ex Capitolino & Herodiano, qui Βέλινον nominat ἐπιχώριον θεὸν Aquileiensium. colligimus autem ex Vopisci verbis, quæ habentur hujus vitæ initio, eamdem fuisse formam, & habitum Solis quem Illyrici adorabant, & ejus quem Persæ venerabantur. Belenus igitur Illyricorum Deus, & Mithra Persarum, ejusdem formæ & habitus fuerint oportet. sciendum tamen est Persicum illum Mithram Aureliani ætate & longe ante Aurelianum, haud minus in Occidente quam Oriente fuisse cultum, & templa vulgo habuisse, & sacra ejus passim ab omnibus accepta & frequentata, quæ Mithriaca dicebantur. quorum mentionis pleni sunt libri veterum scriptorum, & antiqua saxorum monumenta. quare verisimile est in aliquo templo Solis Mithræ sacerdotem fuisse Aureliani matrem. hinc non mirum est si Aureliano cum legatus ad Persas isset, patera data est à Rege Persarum in qua Sol insculptus erat eo habitu quo colebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos. nam Mithra tunc temporis eodem habitu colebatur in Occidente, quo apud Persas, & in Oriente. À Persis enim sacra Mithriaca & omnem illius Dei cultum acceperunt Romani Græcique. atque hoc fortasse verius quam de Beleno.

CASAUBONUS.

1 *Ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneant.*] Ita & antiqua omnia exemplaria. accedit quod in Martini Poloni Chronico legimus: *In circuitu Romæ sunt milliaria* XXII. *præter Transtiberim, & Leoninam civitatem: cum quibus dicitur habere* XLII. *milliaria.* Sed ista viri docti accuratius expenderunt.

2 *Item quadruplatores ac delatores ingenti severitate persecutus est.*] Aurelius Victor: *deletæ fiscales & quadruplatorum, quæ Urbem miserabiliter affecerant, calumniæ: consumtis igni tabulis, monumentisque hujuscemodi negotiorum.*

SALMASIUS.

3 *Tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri jussit.*] Huc refero verba Zosimi, etsi non idem dicant· ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε τὸ κίβδηλον ἀποδόσθαι τοὺς ἐπὶ τῷ δήμῳ παρασκευάσας, τούτῳ τε τὰ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. ille dicit Aurelianum confusionem sustulisse ex syngraphis & tabulis publicis: Vopiscus vero cum Victore eas illum incendi jussisse.

1 *Amm-*

bulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Trajano semel jussit. [1] Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium: cujus rei etiam Tullius in Philippicis meminit. [2] Fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persequutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret. In templo Solis multum auri gemmarumque constituit. Quum vastatum Illyricum ac Mœsiam deperditam videret, [3] provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam sublato exercitu & provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri: abductosque ex ea populos, [4] in Mœsiam collocavit, [5] appellavitque

CASAUBONUS.

1 *Amnestia etiam sub eo del.*] Addit Victor: *atque ad Graciæ morem decreta abolitione.* Atheniensium ἀμνηστία, & Ciceronis locus de illa ne chronibus quidem ignorantur.

2 *Fures provinciales, repetundarum ac peculatus reos ultra militarem modum est persecutus.*] Simillime sequitur apud Victorem: *Inter quæ avaritiæ peculatum, provinciarum prædatores, contra morem militarium (quorum è numero erat,) immane quantum sectabatur:* sive insectabatur, ut recte emendat eruditissimus Schottus.

3 *Provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam, sublato exerc.*] Sextus Rufus: *Trajanus Dacos sub rege Decibalo vicit: & Daciam trans Danubium, in solo barbarico provinciam fecit: quæ in circuitu decies centena millia passuum habuit: sed sub Gallieno imperatore amissa est: & per Aurelianum translatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Mœsiæ ac Dardaniæ factæ sunt.*

4 *In Mœsiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias divisit.*] Atqui Daciam Aureliani nusquam invenimus nominatam: cum tamen aliter hunc locum interpretari non possimus. Jornandes non Aureliani Daciam, sed Ripensem qua Istrum tangeret, & Mediterraneam fuisse dictam ostendit. nam in libro De regnorum successione hæc scribit, loquens de Dacia provincia trans Istrum à Trajano facta: *Sed Gallienus eos dum regnaret amisit: Aurelianusque imperator, evocatus exinde legionibus in Mœsia collocavit, ibique aliquam partem Daciam Mediterraneam, Daciamque Ripensem constituit, & Dardaniam junxit.* Eutropius nihil de nomine: *abductos Romanos ex urbibus & agris Daciæ, in media Mœsia collocavit: & est in dextra Danubio in mare fluenti, cum antea fuerit in læva.*

GRUTERUS.

3 *Provinciam trans Danubium.*] Pal. *transdanuvinam.* recte.

SALMASIUS.

5 *Appellavitque suam Daciam quæ nunc duas Mœsiae divid it.*] Eutropius hunc locum describens, sic eum retulit: *appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit.* utrum ita legerit in codicibus Vopisci, an vero ipse mutaverit, certum nescimus. Aurelianus sane eam Mœsiam vel eam partem Mœsiæ, in quam transtulit Daciæ provinciales, Daciam nominavit.

libenter

que ſuam Daciam, quæ nunc duas Mœſias dividit. Dicitur præterea hujus fuiſſe crudelitatis [1] ut pleriſque ſenatoribus ſimulatam ingereret factionem conjurationis ac tyrannidis, quo facilius eos poſſet occidere. Addunt nonnulli, filium ſororis, non filiam, ab eodem interfectum: [2] plerique autem etiam filiam ſororis. Quam difficile ſit imperatorem in locum boni principis legere, & ſenatus ſanctioris gravitas probat, & exercitus prudentis auctoritas. Occiſo namque ſeveriſſimo principe, [3] de imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum, [4] idcirco quod nullum de his faciendum putabat qui tam bonum principem occiderant. Verum ſenatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, ſciens, non libenter jam milites

acci-

libenter autem legerim: *appellavitque eam Daciam*, pro *ſuam*. niſi dicamus Aurelianum ſuam vel Aureliani Daciam appellaviſſe, quod ipſo vivo tantum obtinuit. vel cum de ea loqueretur, ſuam Daciam appellare conſueviſſe. eam vero Aureliani Daciam, quæ inter duas Mœſias, recentiores in duas provincias diviſerunt: feceruntque *Daciam mediterraneam*, quæ interior eſſet, & longius à ripa Danubii remota, & *Daciam Ripenſem*, quæ ad ripam Danubii attingeret. nondum hanc Daciarum diviſionem fuiſſe Vopiſci tempore tuto poſſumus ex hoc loco adfirmare. unam enim tantum Daciam nominat: quæ ſua ætate duas Mœſias divideret, ſuperiorem & inferiorem. At Sextus Rufus & Jordanes duarum meminere Daciarum. *Daciæ* etiam *Ripenſis* mentio in Notitia imperii: quæ ſic dicta ad differentiam *Daciæ mediterraneæ*.

1 *Ut pleriſque ſenatoribus. ſimulatam ingereret factionem.*] Palatin. *ſimultam*. ex quo prima editio: *ſi multam*. utrumque meo judicio mendoſe.

CASAUBONUS.

3 *De imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum.*] Aurelius Victor: *Interea milites amiſſo principe, legatos ſtatim Romam deſtinant, uti ſuopte arbitratu patres imperatorem deligerent. quibus hoc ipſorum potiſſimum munus reſpondentibus, rurſum legiones ad eos rejiciunt. Ita utrimque pudore ac modeſtia decertabatur: rara in hominibus virtute, rebus præſertim hujuſmodi, ac prope ignota militibus.*

SALMASIUS.

2 *Plerique autem filiam ſororis.*] Melius libri veteres: *plerique autem filium etiam ſororis*. rettulit ſupra Vopiſcus levi de cauſa Aurelianum filiam ſororis occidiſſe, ex plurium auctorum ſcilicet ſententia. heic vero refert ex quorumdam filium ſororis eum occidiſſe non filiam. addit autem, & auctores eſſe, qui ſcribant etiam filium occidiſſe, & eam plerorumque eſſe ſententiam, & filiam ſororis, & filium interfectos ab Aureliano.

4 *Idcirco quod nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem occiderant.*] Idem ſic extulit in Taciti vitâ: *tunc odio præſentium exercitus qui creare imperatorem ſolebat, litteras ad ſenatum miſit.*

1 Niſi

accipere imperatores eos quos ſenatus elegerit. Denique id tertio factum eſt, ita ut per ſex menſes imperatorem Romanus orbis non habuerit, omneſque judices ii permanerent quos aut ſenatus aut Aurelianus elegerat, [1]niſi quod [2]proconſulem Aſiæ Falconium [3]in locum Aurelii Fuſci delegit. Non injucundum eſt 41
ipſas inſerere literas quas ad ſenatum exercitus miſit. *Felices ac fortes exercitus ſenatui populoque Romano. Aurelianus imperator noſter per fraudem unius hominis, [4]& [5]per errorem bonorum ac malorum, interemptus eſt. Hunc inter deos referte, ſancti & domini* P. C. *& de vobis aliquem, ſed dignum veſtro judicio, principem mittite. Nos enim de iis qui vel erraverunt vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur.* [6]Reſcriptum eſt ſenatuſconſulto, [7]Qūum die tertio nonas Febr. ſenatus ampliſſimus in curiam Pompilianam conveniſſet, Aurelius

1 *Niſi quod proconſulem Aſiæ Falconium in locum Aurelii Fuſci delegit.*] Palatinus, & editio vetus, *niſi quod proconſule Aſiæ Falconius Probus, in locum Arellii Fuſci.* ſubaudiendum, *delectus eſt*, vel *factus eſt*, aut *creatus*. recte autem Falconium Probum eædem membranæ exhibent, ut & Arellium Fuſcum. nam ita ſupra nominatur in eodem codice, non ſemel. *proconſule*, pro *proconſul*, ut alibi paſſim apud auctores.

4 *Et per errorem bonorum & malorum.*] Excidit omnino neceſſaria vox: *per errorem bonorum & malorum facinus*, vel *factum*. ſequitur enim poſt paulo: *nos enim de iis, qui vel erraverunt, vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur.* erraverunt boni, malefecerunt mali. hoc eſt igitur quod heic vocat, errorem bonorum, & malorum facinus. *malitiam* vero quod heic repoſitum ibant doctiſſimi viri, minus convenit, ſi quid recte judico.

6 *Reſcriptum eſt ſenatuſconſulto.*] *Reſcriptum ex ſenatuſconſulto.* nam ex ſententia Aurelii Taciti factum ſenatuſconſultum, qui cenſuit reſcribendum exercitui, & ad eum referendum de imperatore deligendo.

GRUTERUS.

2 *Proconſulem Aſiæ Falconium Probum in locum, &c.*] Illud *Probum* eſt à Palatino, qui tamen habebat alio caſu, *proconſule Aſiæ Falconius Probus in locum.*

3 *In locum Aurelii Fuſci.*] Sic iterum Palatinus noſter, & adſtipulantur aliorum mſſ. quare abjeci rurſus vulgatum, *Aurelii*.

7 *Cum die tertio nonas Febr.*] Palat. *cum de tertio nonarum Februarium.*

CASAUBONUS.

3 *In locum Aurelii Fuſci delegit.*] Nempe ſenatus. pro *Aurelii*, alii libri *Arellii*. ſcripta lectio, *Aſelli*.

5 *Per errorem bonorum ac malorum.*] Videtur poſſe ferri, quia præcedit, *fraude unius hominis.* ſed propter ſequentia verba & locum ſuperiorem, non diſplicet emendatio quam ibi propoſuimus.

1 *Aure-*

lius Gordianus consul dixit: *Referimus ad vos* P. C. *literas exercitus felicissimi.* Quibus recitatis [1] Aurelia-lianus Tacitus primæ sententiæ senator ita loquutus est, (hic autem est qui post Aurelianum sententia omnium imperator est appellatus). [2] *Rectè atque ordine consuluissent dii immortales* P. C. *si boni ferro inviolabiles extitissent, ut longiorem ducerent vitam: neque contra eos aliqua esset potestas iis qui neces infandas tristissima mente concipiunt.* [3] *Viveret enim princeps noster Aurelianus,* [4] *quo neque utilior fuit quisquam. Respirare certe post infelicitatem Valeriani, post Gallieni mala, imperante Claudio cœperat nostra Respublica:* [5] *at eadem reddita fuerat Aurelia-*

1 *Aurelianus Tacitus.*] Membranæ *Aurelius T.* sed neque Aurelianus, neque Aurelius dictus est Tacitus, verum Claudius.

2 *Recto ordine consuluissent dii imm.*] Veteres, *Rectà atque ordine.* scribe, *Recte atque ordine d.* sic in Probo: *Recte atque ordine P. C. proximo superiore anno factum est.* & in rescriptis imperatorum persæpe.

4 *Quo neque utilior quisquam.*] Scio *nec* pro non solitum poni. sed hic locum non habet hæc observatio. deest igitur aliquid, cum hoc similive modo scripsisset auctor: *neque fortior, neque utilior quisquam.*

GRUTERUS.

1 *Aurelianus Tacitus.*] Pal. *Aurelius*: sed nec sic loco sua fit medicina.

2 *Recta atque ordine.*] Hæc est lectio omnium scriptorum; quæ nullo negotio mutabitur in formulam communem. *Recte atque ordine.* ante cusi. *Recto ordine.*

SALMASIUS.

2 *Recto ordine consuluissent Dii.*] Nostri libri, *recta atque ordine.* ut & Casauboniani. ex quo bene idem fecit: *recte atque ordine.* sic Græci, ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. hoc est, *recte atque ordine.* *ordine aliquid facere*, & *ordine ire*, apud Plautum est, quod alibi dixit, κατὰ λόγον. in milite glorioso scen. 1. act. III.

Nam bonum consilium surripitur sæpissime,
Si minus cum cura aut cata logon loquendi lectum id est.

catalogo vulgo editum est. in qua voce corrigenda conjecturarum plaustra videre est, in Taubmanni commentariis, quarum tamen nulla veram lectionem assequuta est. nos vero sumus assequuti. nam κατὰ λόγον loqui est, lepide & commode loqui, ut paulo sequitur. κατὰ λόγον enim loquitur, qui dicit id quod opus dicto est tantum: & κατὰ λόγον loquendi consilium legit, qui cum cura & ratione id providet, ne inimici sermonem suum sublegant & consilium surripiant, qui non temere loquitur, aut inconsiderate. apud Artemidorum habes sæpe: ὀρθῶς τε καὶ κατὰ λόγον. quod esse diximus, *recte atque ordine.*

3 *Viveret enim princeps noster Aurelianus.*] *Viveret enim princeps Aurelianus.* ita Palatinus.

5 *At eadem reddita fuerat Aureliano toto penitus orbe vincente.*] Non male idem Palatinus: *ad eadem reddita fuerat.* ait rempublicam ad eadem redditam fuisse victoriis Aureliani, hoc est in eundem statum restitutam, quo prius

reliano toto penitus orbe vincente. Ille nobis Gallias dedit: ille Italiam liberavit: [1] *ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis amovit.* [2] *Illo vivente Illyricum restitutum est, reddita Romanis legibus Thracia. Ille (proh pudor) Orientem fœmineo pressum jugo in nostra jura restituit: ille Persas insultantes adhuc Valeriani nece, fudit, fugavit, oppressit. Illum Saraceni, Blemyes,* [3] *Axomitæ, Bactriani, Seres, Hiberi, Albani, Armenii, populi etiam Indorum,* [4] *veluti præsentem pene venerati sunt deum. Illius donis quæ à Barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium: quindecim millia librarum auri ex ejus liberalitate unum tenet templum, omnia in urbe fanæ ejus micant donis. Quare P. C. vel deos ipsos jure convenio, qui talem principem interire passi sunt, nisi forte secum eum esse maluerunt. Decerno igitur divinos honores:* [5] *id quod vos omnes existimo esse facturos. Nam de imperatore deligendo ad eundem exercitum censeo esse referendum.* [6] *Etenim in tali genere sententiæ, nisi fiat quod dicitur, & electi periculum erit, & eligentis invidia.* Probata est sententia Taciti: attamen [7] quum iterum atque iterum mitterent, ex S. C.

prius fuerat ante infelicitatem Valeriani, & Gallieni luxuriam. sic *ad eandem formam reddere*, in epistola Aureliani supra: *templum Solis ad eam formam volo, quæ fuit, reddi.*

1 *Ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis.*] *Inde Vindelicis jugum.* sed *ille* retineo.

2 *Illo vivente Illyricum restitutum est.*] Lege, *illo vincente.* ut supra: *ad eadem reddita fuerat, toto penitus orbe vincente Aureliano.*

3 *Axomitæ.*] *Exomitæ*, Palatinus & editio, heic scriptum præferunt, sicut in superiore loco.

4 *Veluti præsentem pane venerati sunt Deum.*] Liber scriptus pro *pane*, habet, *cane.* ex quo Bonus Accursius in editione sua fecerat, *cœnæ.* quod eo subnoravi, ne quis illa varietate motus vulgatam lectionem sollicitaret, quæ recte habet. nam *cene* vitio scribendi pro *pene*. sic *Cupienus* pro *Pupienus* constanti errore apud Aurelium Victorem scriptum. ut contra *populum* pro *poculum*. multis locis manu scripta exemplaria versando reperire memini.

5 *Id quod vos existimo esse facturos.*] *Idque vos existimo esse facturos.*

6 *Etenim in tali genere sententiæ.*] Male heic libri veteres, editi scriptique: *est enim.*

GRUTERUS.

1 *Ille Vindelicis jugum barbaricæ, &c.*] Pal. *inde Vind.*

2 *Illo vincente Illyricum restitutum est.*] Frigidum mihi videbatur præ isto, vulgo editum, *vivente.* at nostrum est à Pal.

7 *Cum iterum atque iterum mitteretur.*] Et istud quoque vulgatis potius, in quibus *mitterent.* estque item à Pal.

7 Cum

s. c. quod in Taciti vita dicemus, Tacitus factus est
42 imperator. Aurelianus filiam solam reliquit, cujus posteri etiam nunc Romæ sunt. [1] Aurelianus namque proconsul Ciliciæ, senator optimus, sui vere juris vitæque venerabilis, qui nunc in Sicilia vitam agit, ejus est nepos. [2] Quid hoc esse dicam, tam paucos bonos extitisse principes, quum jam tot Cæsares fuerint? Nam ab Augusto in Diocletianum Maximianumque principes, quæ series purpuratorum sit, [3] index publicus tenet. Sed in his optimi, ipse Augustus, [4] Flavius Vespasianus, Titus Coccejus Nerva, divus Trajanus, divus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Severus Afer, Alexander Mammææ, divus Claudius & divus Aurelianus. [5] Valerianus enim quum optimus fuerit, [6] ab omnibus infelix apparuit. [7] Vides quæso quam pauci

CASAUBONUS.

7 *Cum iterum atque iterum mitterent.*] Pro *misissent.* nam tempora licenter confundebant, ut sæpe notavimus. sic paullo post *pervenire*, pro perventuros esse.

1 *Aurelianus namque proconsul Ciliciæ.*] Id est, qui aliquando fuit proconsul Ciliciæ: jam enim non erat, sed in Sicilia otio, ut videtur, redditus, vitam degebat.

2 *Quid hoc esse dicam, tam paucos bonos extitisse principes?*] Confer digressionem hanc pulcherrimam de raritate bonorum principum, cum alia similis argumenti apud Ælium Lampridium in Alexandro Severo.

3 *Index publicus tenet.*] Fasti, qui publicis Actis continebantur.

SALMASIUS.

1 *Aurelianus namque proconsul Ciliciæ.*] *Proconsulem* dixit, qui erat *Proconsularis.* nam proconsulares qui proconsulatum gesserant ita dicebantur, ut consulares, qui consulatum. Ammianus lib. XXVIII. *ideoque videre licet ignobilem artis tesseraciæ callentem arcana, ut Catonem Porcium ob repulsam prætura nec suspectam antea nec speratam, incedere gravitate composita mæstiorem, quod ei in majore convivio vel consessu proconsularis quidam est antelatus.* Græci ἀντὶ ἀνθυπάτων vocant. ut consulares, ἀντὶ ὑπάτων. forte scribendum hoc loco, *exproconsul Ciliciæ.*

6 *Ab omnibus infelix apparuit.*] Perverse codex Palatinus: *ab omnibus infelicitas paruit. ab omnibus infelicem* dicit, quem alius *omnia infelicem* dixisset. sic in titulo sepulcri Censorini apud Trebellium, FELIX. OMNIA. INFELICISSIMUS. IMPERATOR.

GRUTERUS.

4 *Flavius Titus.*] Prior vox addita favente Palatino. male antea deerat publicatis. nam de industriâ duobus nominibus unumquemque Imperatorem insigniit auctor,

5 *Valerianus enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit.*] Arguit lectionem, ceu minus sanam Palat. in quo: *Valerianum enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelicitas paruit.* fone separavit; ut *ab omnibus*, referatur ad *bonis Imperatoribus.* nisi potius fuit; *ab optimis.*

1 *Ab*

pauci ſint principes boni, ut bene dictum ſit [1] à quodam mimi-

CASAUBONUS.

6 *Ab omnibus infelix apparuit.*] *Ab omnibus*, pro ab omni parte: quomodo dixit Horatius,

— *nihil eſt ab omni*
Parte beatum.

7 *Vides quæſo, q.*] Scribe, *Vide quæſo*, vel *Viden' q.*

GRUTERUS.

7 *Vides quæſo.*] Maluerim, *Videſis quæſo.*

SALMASIUS.

1 *A quodam mimico ſcurra.*] *Mimicus ſcurra* Vopiſco, qui *ſcurra mimarius* Spartiano. *mimicus* etiam ſcurra dicitur Capitolino. ita enim legendum ibi docuimus, ubi vulgo editum, *mimus ſcurra.* mimicus ſcurra Græcis eſt μιμολόγος. Latini urbicos & urbicarios etiam appellant, & exodiarios & Atellanos. etſi enim non ignorem quid diſtent Atellanæ & mimi, recentiores tamen confudiſſe videntur. unde *exodiarius* pro mimo vel mimico ſcurra apud Ammianum, lib. XXVIII. *id enim nunc repertum eſt pro ſimulandum impenſiore, per applicatos homines ad loquendum, ut in omni ſpectaculo exodiario, venatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni, & judicibus celſis, itidemque minoribus, nec non etiam matronis clametur aſſidue, per te ille diſcat.* Juvenalis vetus interpres ad illum locum,

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ.

Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quidquid lacrimarum, atque triſtitiæ coegiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detergeret. idem addit verſum Lucilii, qui ſic legendus eſt:

— *principio dignum exodiumque ſequetur.*

nam *exitus dignus* in verſum illum irrepſit ex gloſſa. *exodium* enim exitum ſignificat. unde *ad exodium vitam perducere*, Varroni. Feſtus, *ad exodium, ad exitum.* & male ibidem doctiſſimi viri, qui Græcos ἔξοδον dixiſſe, non ἐξόδιον autumant. Latinis autem exodium dictum, ut prologium, quum idem Græci non προλόγιον ſed πρόλογον dicerent. falſum hoc inquam. nam Græcis etiam ἐξόδιον dicitur, pro fine alicujus rei vel exitu. Plutarch. in Craſſo: εἰς τοιοῦτο φασὶν ἐξόδιον τὴν τοῦ Κράσσου στρατηγίαν τελευτῆσαι. ſic & μεθόδιον & μέθοδον dixere. ſed ad rem. exodiarii olim proprie Atellani. poſtea vero, ut dixi pro mimis vel mimicis ſcurris. vir incomparabilis in notis ad Manilium exodia dici putat dicteria, quæ in fine fabulæ dicerentur, ut εἰσόδια, quæ in principio, & ἐμβόλια, quæ in media fabula interponerentur. horum nihil verum eſſe poteſt. nam exodia Atellanarum alia ratione dicta, nec in fine fabularum introducebantur, & res erat prorſus à fabula ſeparata, & fallitur ille vetus Scholiaſtes, qui exodiarios in fine ludorum intraſſe ſcripſit. cum illa ſcriberet, reſpiciebat ad nominis rationem. nam exodium eſt finis vel exitus. non minus errat vir ille, quem dixi, doctiſſimus, dum apud Firmicum exitum fabularum, pro exodiis, quæ in fine fabularum ponerentur, accipit. verba Firmici: *cum effœminati corporis mollitie cinædos efficient, & qui veterum fabularum exitus in ſcenis ſæpe ſaltantes imitentur.* quis non videt Firmicum de Pantomimis loqui, qui veteres hiſtorias ſaltando exprimebant? nam *exitus fabularum* pro fabulis poſuit Firmicus. at de mimis qui pote accipi? prorſus dicas Scaligerum ibi non eſſe Scaligerum: ita oblitus ſui eſt. recte autem Firmicus pantomimos, & hiſtriones, fabularumque veterum ſaltatores, cum cinædis effœminati corporis junxit. nam illi ipſi ſaltatores effœminato fluxoque erant corpore, & magnam partem cinædi. Tertullianus de pantomimis: *quid quod imago Dei veſtri ignominioſiſſimum caput, & famoſum veſtit? quod corpus impurum, &*

ad istam artem effœminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repræsentat? idem in libro de spectaculis: *quid de Pantomimo qui etiam muliebribus curatur?* hinc spectari licet, quam bene cinædos & pantomimos simul posuerit Firmicus, & eandem illis constellationem assignaverit. de mimis res alia est. fallitur item, cum embolariam mulierem Plinii ab embolis dictam existimat, quæ embola esse dicit dicteria in media fabula interposita. sed embola illa nihil sunt, & ratione carent, & auctoritate. *empolaria mulier* Plinio, (ita enim legendum, non *embolaria*) est scenica vel quæstuaria. scenicæ enim mulieres quæstum corpore faciebant, & cuivis volenti patebant. empole autem est captura vel quæstus, ut infra declarabimus. sed verius est, embolariam, vel emboliariam mulierem ab emboliis dictam, quorum mentio apud Ciceronem pro Sextio & epistolis ad Atticum. alibi ostendemus ἐπεισόδια & ἐμβόλια eadem fuisse in rebus scenicis. non parum etiam errat idem vir magnus in eo quod mimos cantores appellatos fuisse vult, & ita Horatium interpretatur:

— donec cantor, vos plaudite, dicat.

sed neque mimi cantores, neque cantica mimorum unquam lecta aut audita. mimologorum proprium est dicere. unde dicta mimorum. hinc ψυχολόγοι, μιμολόγοι. ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι, ἠθολόγοι, ἀρεταλόγοι, παραδοξολόγοι, νεανισκολόγοι, & ἁμαλόγοι, diversæ mimicorum appellationes. at tragœdorum canere, & cantare propria res. & cantor Horatio est tragœdiarum actor, vel comœdiarum. unde tragicus cantor Prudentio: & *cantare fabulam* dicebatur tragœdus, cum agebat fabulam. atque inde recentiores Græci τραγωδεῖν pro canere. & τραγωδὸς γυνὴ in epigrammatis Græci lemmate, musicaria mulier dicitur. animadvertendum etiam peccatum non leve, ejusdem viri omnia eruditi, qui dicteria, quo nomine Græcæ originis, Latini jocos & scommata appellant, putat ex Græco δεικτήριον esse traductum. & δεικτήριον exponit, quasi δεῖγμα quoddam vel experimentum quod à mimis scenam ingredientibus daretur. longe verius *dicterium* esse δηκτήριον, mordax nempe, & acutum salsumque dictum. δακέθυμα vocat lepidissimus Anacreon, τὰ δηκτήρια.

Ἐπικείρομαι δ' ὦ παῖδες
Ἀπαλοῖσι Λυαίῳ
Δακεθυμοῖ μοι λόγοισι
Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.

δακέθυμα, inquam, sunt δηκτήρια vel δηκτήριοι λόγοι. Latini dicteria dixerunt, cum *decteria* deberent. sic *colipbia*, pro *colephia*. nam Græce sunt κωλήφια, ut nos primi indicavimus. sic *diatrita*, & *diatritarii* in veteribus libris, pro diatretis & diatretariis. exodiarii igitur, urbicarii, mimici scurræ, & urbici, idem. quare dicta exodia Atellanarum, in alio dicimus opere. Glossæ: *Atellani*, σκηνικοί, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. cur ἀρχαιολόγους Atellanos vocet explicabit Livius his verbis: *postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt.* illa, *more antiquo*, τοὺς ἀρχαιολόγους exponunt. de quo more antiquo videndus idem auctor, initio libri septimi. Donatus *Atellanæ salibus, & jocis compositæ, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam.* hinc ἀρχαιολόγοι, Atellani. βιολόγοι etiam dicti, quod sententias ad vitam utiles jactarent isti mimici scurræ, ut videre est in iis sententiis quæ supersunt ex mimis Publii Syri, & Laberii. hinc dicebantur etiam ἠθολόγοι. Hesych. ἠθολόγος, θεατριστής. ubi ἠθολόγον vir magnus perperam accipit pro philosopho ad ravim usque in mores vel de moribus declamante in theatris. sed ad Suetonium ipsum plura de

istis

mimico ſcurra Claudii, hujus temporibus, *In uno anu-*
lo bonos principes poſſe perſcribi atque depingi. At contra,
quæ ſeries malorum? ut enim omittamus Vitellios,
Caligulas & Nerones, quis ferat Maximinos & Philip-
pos, atque illam inconditæ multitudinis fœcem? Tam-
etſi Decios excerpere debeam, quorum & vita &
mors veteribus comparanda eſt. Et quæritur quidem 43
quæ res malos principes faciat: [1] Jam primum, mi amice,
licen-

iſtis biologis, ethologis & aretalogis ſi Deus dederit, in medium producemus, de quibus nondum quiſquam dixit aliquid, aut docuit. dicendum tamen etiam in tranſitu, mimicos iſtos ſcurras raſos fuiſſe, ut magis deridiculo eſſent ſpectatoribus. Tertullianus de ſpectaculis: *placebit & ille qui vultus ſuos novacula mutat infidelis erga faciem ſuam, quam non contentus Saturno & Iſidi, & Libero proximam facere, inſuper contumeliis alaparum ſic objicit, quaſi de præcepto Domini ludat.* nam de mimorum alapis res notiſſima. Nonius: *calvitur dictum eſt fruſtratur. tractum à calvis mimicis, quod ſint omnibus fruſtrati.* caput & faciem videntur raſiſſe mimi, vel mimici, ut ridiculoſiores eſſent. per calvos enim mimicos, ne quis erret, mimicos raſo capite intelligit Nonius, non eos qui naturaliter calvi eſſent. ſic libro de doctorum indagine libertos calvos vocat, qui capite raſo erant: *qui liberi fiebant, ea cauſa calvi erant, quod tempeſtatem ſervitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati ſolent.*

A quodam mimico ſcurra Claudii, hujus temporibus.] Vitioſa manifeſte diſtinctio. neque enim magis mimicus ſcurra Claudii, quam pantomimus, quam auriga, & ſimiles, qui populo voluptates præbebant. deinde quis erit ille cujus temporibus hæc dixiſſe mimicum ſcurram ſcribit? igitur diſtinguendum: *ut bene dictum ſit à quodam mimico ſcurra, Claudii hujus temporibus.* ut mimicus ſcurra ſententiam illam dixerit, Claudii temporibus; bonos nempe omnes principes in annulo poſſe deſcribi. quæ ſententia verſu videtur eſſe expreſſa à mimologo:

In annulo uno principes poſſunt boni
Scribi atque pingi.

ſic in vita Maximinorum mimus in theatro Græcos verſus pronuntiat, quem & *mimicum ſcurram* ibidem appellat Capitolinus ex noſtra correctione, atque inde monoſtichi mimi dicti, quod ſingulis verſibus ſententias & γνώμας enuntiarent. Gloſſæ Iſidori: *monoſticus, mimus.* στιχολόγοι etiam dicebantur. Gloſſæ veteres: *palliati*, στιχολόγοι. ita enim lego, & de mimis accipio. quare palliati docet Diomedes, de planipede vel mimo: *ſi quas tamen ex ſoccis fabulas fecerant, palliati pronunciabant.* βιολόγοι autem & ἠθολόγοι etiam vocati, quod ſententias ad vitam utiles dicerent in theatro. ſed hæc alibi pluribus.

GRUTERUS.

1 *Jam primum, nimia licentia.*] Palat. *jam primum, mi amice, licentia.* non male. prætulerim tamen alterum.

SALMASIUS.

1 *Jam primum nimia licentia.*] Diximus ſuperius veteres libros heic habere: *jam primum mi amice licentia.* nec aliter vetus & prima editio, quam beneficio optimi doctiſſimique Jureti nacti ſumus. ad amicum enim ſcripſit hunc libellum Vopiſcus, cujus amici nomen initio hujus vitæ corruptum

licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, ſatellites deteſtandi, eunuchi avariſſimi, aulici vel ſtulti vel deteſtabiles, & (quod negari non poteſt) rerum publicarum ignorantia. Sed ego à patre meo audivi, [1] Diocletianum principem, jam privatum, dixiſſe *nihil eſſe difficilius quam bene imperare.* Colligunt ſe quatuor vel quinque, [2] atque unum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum ſit. [3] Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit judices quos fieri non oportet, amovet à Republica quos debebat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipſe dicebat, *Bonus, cautus, optimus venditur imperator.* Hæc Diocletiani verba ſunt, quæ idcirco inſerui, ut pruden-
44 tia tua ſciret nihil eſſe difficilius bono principe. Et Aurelianum quidem multi neque inter bonos, neque inter malos principes ponunt, [4] idcirco [5] quod ei clementia, imperatorum dos prima, defuerit. Verconius Herennianus præfectus prætorio Diocletiani, teſte Aſclepiodoto, ſæpe dicebat, Diocletianum frequenter dixiſ-

ruptum ope membranarum reſtituimus. vera igitur lectio, *mi amice.* quod manifeſto arguunt verba, quæ ſequuntur paulo poſt: *hæc Diocletiani verba ſunt, quæ idcirco inſerui, ut prudentia tua ſciret nihil eſſe difficilius bono principe.* nam ad amicum hæc loquitur.

CASAUBONUS.

1 *Diocletianum principem jam privatum.*] Poſt depoſitam purpuram, cum Salonis viveret. Tum enim rogatus ab Herculio atque Galerio, ut imperium reciperet, tanquam peſtem deteſtatus eſt, inquit Victor. multa tum de felicitate ſua & infelicitate principum dixit Diocletianus: quæ referuntur ex parte ab hiſtoricis. eo videtur hoc referendum.

2 *Atque unum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt.*] Malim, *unâ.*

3 *Imperator qui domi clauſus eſt, vera non novit.*] Lampridius in ſimili diſputatione, de malis principum conſiliariis loquens: *claudentes principem ſuum, & agentes ante omnia, nequid ſciat.*

SALMASIUS.

4 *Idcirco quod ei clementia imperatorum, dos prima, defuerit.*] Carent voce *dos* libri ſcripti. clementiam vocat imperatorum primam, quæ virtus eſt omnium virtutum prima & præcipua in principe. deeſt fortaſſe nomen *virtus.* poteſt tamen & ſubaudiri. nam cum clementia ſit virtus, dicendo clementiam imperatorum eſſe primam, facile ſubintelligis virtutem.

GRUTERUS.

5 *Quod ei clementia, Imperatorum dos prima, defuerit.*] Vocula *dos,* non eſt in Palat. quæ ſi non etiam eſt auctoris, tunc ſubintelligitur, *virtus,* aut aliquid ſimile.

1 *Cum*

dixisse, [1] quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem. Nam ejus nimia ferocitas eidem displicebat. Mirabile fortasse videtur, quod compertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum [2] Gallicanas consuluisse [3] Druidas, sciscitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret: [4] tum illas respondisse dixit, Nullius clarius

CASAUBONUS.

1 *Cum Maximiani asperitatem reprehenderet.*] Hic est Maximianus Herculius, de cujus sævitia in Actis sanctorum martyrum leguntur multa. Eutropius: *Herculius propalam ferus & incivilis ingenii, asperitatem suam etiam vultus horrore significans. Hic naturæ suæ indulgens Diocletiano in omnibus est severioribus consiliis obsecutus.* ad verbum ista interpretatus est eruditus quidam scriptor, cujus fragmenta hodieque apud Suidam supersunt. Locum adscribam animi gratia: juvat enim Latina bona cum bonis Græcis componere: simul ut cognoscant studiosi quanto hujus versio melior ac fidelior fuerit Pæaniana. sic ille: *Ἑρκούλιος δίχα παντὸς προκαλύμματος, ἄγριός τι ἦν καὶ τυραννικός. τὸ δὲ οἰκείας γνώμης τραχὺ τῷ καταπληκτικῷ τοῦ προσώπου προδηλῶν. τῇ γοῦν ἑαυτοῦ φύσει παντάπασιν ἐνδιδοὺς, τῷ Διοκλητιανῷ πρὸς ἅπαν ἄτοπόν τι καὶ σκληρὸν βούλευμα ἰχύσιος ὑπουργὸς καθίστατο.*

2 *Gallicanas consuluisse Druidas f.*] Erant in Galliis fatidicæ quædam mulieres, quarum non raro in his scriptoribus mentio: has vocabant Druidas, communi cum viris illis nomine, de quibus tam multa veteres. Sed in Alexandro Severo, & infra in Numeriano, *Druias* scriptum, non Druis. Scripti & veteres editi exhibent hic, *Dryas*, & statim *Dryadibus*. ut videatur scribendum, *Druias* & *Druiadibus*. in Numeriano tamen est, *Druidibus*. sed & eo loco aliter veteres.

SALMASIUS.

2 *Gallicanas consuluisse Druidas.*] Dryadas Gallicanas libri veteres nobis semper exhibent. & paulo post: *cujus puto posteros ad eam gloriam, quæ à Dryadibus prænuntiata sit, pervenire.* unde unde nomen nactæ sint istæ Dryades Gallicanæ, Dryadas eas melius appellari censeam, quam *Druidas* vel *Druiadas*. nam sive à Druidis dicantur, & eo nomine Druidarum fœminæ accipiantur, constat recte Dryadas appellari. Δρυΐδης enim Græcum de viro: fœmininum vero non aliud queat esse quam δρυῒς aut δρυάς. atque inde nostræ Dryades, cognomines nymphis lucorum. sive mulieres quasdam fatidicas sic appellatas fuisse credamus à lucis & sylvis in quibus plurimum versabantur, quæ nihil commune cum Druidis haberent, rectum hoc illis erit nomen *Dryades*. in lucis enim & sylvis frequentes vaticinæ mulieres, & sortilegæ sagæque & incantatrices. atque inde fortasse nomen quæsivere istæ Gallicanæ Dryades. si quis tamen eas Druidarum uxores velit fuisse, & vaticinandi scientiam tenuisse, non ego nolim, quod ille vult, dum Dryadas illas dici posse non abnuat, ut sine varietate semper eas nominant libri scripti.

GRUTERUS.

3 *Druydas.*] Palat. *Dryadas.*

4 *Tum illas respondisse dixit.*] Palat. *cum.*

rius in Republica nomen quam Claudii posterorum futurum. Et est quidem jam Constantius imperator ejusdem vir sanguinis, cujus puto posteros ad eam gloriam quæ à Druidibus prænuntiata sit, pervenire. Quod idcirco ego [1] in Aureliani vita constitui, quia hæc ipsi Aureliano consulenti responsa sunt. [2] Vectigal ex

SALMASIUS.

1 *In Aureliani vita constitui.*] Id est, posui, scripsi. sic Græce *καταχωρίζειν* & *κατατάττειν* usurpant, ut nos alibi observamus. sic *constituere* pro collocare. Vopiscus supra: *in templo Solis multum auri gemmarumque constituit.*

CASAUBONUS.

2 *Vectigal ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, stupæ, atque anabolicas species æternas constituit.*] Solebant imperatores civitatibus vectigalia deputare ad proprias fabricas aut alios usus: ut de Alexandro Severo narrat Lampridius. Roma autem tempestate illa, postquam principes, non ut Augustus partem provinciarum, sed omnes sibi vindicarunt, & simul ærarium populo ademerunt, non multo meliore loco erat quam reliquæ civitates. Tunc illi à principibus vectigal assignatum, & illa arca publica instituta, quam supra dicebamus in ærarii locum successisse. porro inter Alexandrinas merces solita deferri quæ hic nominantur vitrum, chartas, linum, stupas, testatur & M. Tullius in oratione pro Rabirio Posthumo, atque alii è veteribus. propterea grammatici Αἰγυπτίαν ἐμπολὴν apud Euripidem recte interpretati sunt, τὸν ῥῶπον. sic Græci vocant minutas merces, & ut ipsi dicunt, τὸν λεπτὸν φόρτον. Scribendum autem, ut pridem monuit Hadrianus Turnebus, *embolicas species*, non *anabolicas*. quam ridiculam vocem sunt commenti qui invenerant scriptum *embolicas*. sed aliter emendare debuerant. nam qui tuentur vulgatam lectionem tum hoc loco, tum in Codice, totius Hellenismi se esse rudes atque imperitos produnt. Legant isti quantum est Græcarum legum aut constitutionum; si locum unicum reperiant, ubi sacra embola quæ dicitur in Codice, aliter quam ἐμβολὴ nuncupetur, sunto per nos quamvis magni Aristarchi. Embolam autem sacram appellarunt certum frumenti modum, quem necessario Romæ subministrabat Ægyptus. non hoc primus instituit Aurelianus, sed ipse, ut videtur, Augustus. ab ejus enim temporibus frequens apud veteres scriptores Alexandrinæ classis mentio. sed post Augustum multi principes circa hanc classem aliquid innovarunt. Et videtur Aurelianus frumentis Ægyptiacis alias species adjecisse, quæ pars embolæ sacræ censerentur: sed hoc postea puto mutatum. nam sacram embolam Græci jurisconsulti nominant, τὸν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σῖτον.

SALMASIUS.

2 *Vectigal ex Ægypto urbi Romæ, vitri, chartæ, lini, stupæ.*] Palatinus, *vitrei* pro *vitri*. chartam, linum, stupam, vitrum, & alia ejusmodi ῥωπικὰ, Αἰγυπτίαν ἐμπολὴν vocabant veteres. Hesychius: Αἰγυπτία ἐμπολή· ὁ ῥῶπος καὶ τὰ ἐκεῖθεν φορτία, ὡς Εὐριπίδης. ῥῶπος enim & ῥωπικὰ, Græcis dicuntur ejusmodi minutæ variæque merces, quales ex Ægypto advehebantur, ut unguenta, colores, vitrea, & similia. idem Hesychius, ῥῶπος, λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος. & alibi: λεπτὸς ῥῶπος ἤγουν ὁ φόρτος, μίγματα, χρώματα, ὅσα ζωγράφοις, μυρε-

ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, stupæ,

μυρεψοῖς, βαφεῦσι χρησιμωδῆ. idem ibidem: ῥωποπώλης, μυρόπωλης. Philostratus in vitis Sophistarum de mercibus Ægypti: ἰφοίζε ᾗ αὐτῷ κ̀ ἀπ᾽ Αἰγύπτε λιβανωτὸς, ἐλέφας, μύρον, βύβλ☉, βιβλία, κ̀ πᾶσα ἡ τοιάδε ἀγορά. omnem igitur ejusmodi ἀγορὰν, Αἰγυπτίαν ἐμπολὴν vocavit Euripides. quam recte ῥῶπον exposuit Hesychius, quo nomine varietatem & minutiam mercium Græci intelligunt. γέλγην etiam pro eodem dixerunt. Hesychius: γέλγη ὁ ῥῶπ☉ κ̀ βάμματα κ̀ ἀστράγαλοι κ̀ κτένες. idem alio loco γέλγια interpretatur κελάρια. ubi legendum κοράλια vel κορύλλια. sunt autem κοράλλια, quæ alio nomine κορόκοσμια vocantur, pupæ scilicet, & imagunculæ, puellarum ludibria. idem Grammaticus: γαάγια, κοράλλια. lege, γέλγια. alibi γέλγια, πήνη, ατάτη, κοράλλια, sic enim emendandum. ita accipienda κοράλλια apud Lucianum in apologia: περίχειν ἑαυτὸν ἔλατοζ κ̀ φέροιζ καθάπεζ ὑπὸ κλοιῷ τινὶ χρυσῷ τ̃ αὐχένα δεδεμένε, ἐκ ἐςὶ τ̃ τρυφώντων πλουσίων τὰ σφίγγια ἢ τὰ κοράλλια. quam vocem apud Lucianum minime quid vellet, assequuti sunt etiam in his litteris doctissimi viri, & in ipsa Græcia nati. pupæ igitur, & imagunculæ puellarum inter varias istas minutasque merces, quas qui vendebant ῥωποπῶλαι. & γελγοπῶλαι Græcis, atque etiam παντοπῶλαι dicti, quod omne genus merces promercales haberent. Latini seplasiarios dixerunt. vetus Glossarium: *seplasiarius*, παντοπώλης. ita enim ibi scriptum, quomodo & apud Vegetium, de re veterinaria lib. III. *panacem à seplasiariis comparas.* nec enim seplasiarii sunt, qui unguenta tantum vendunt, sed qui mercium omne genus minutarum, ut chartam, linum, stupam, candelas, unguenta, colotes, & alia id genus sexcenta, quæ ῥῶπον & ῥωπικὰ Græci appellant, & λεπτά. Lucilius mictirem vel mictilem mercem.

Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id genus herba,

Et jus mænarum. bene habet se, mictiris hac est

Merx.

merx mictiris vel *mictilis*, ὁ ῥῶπ☉. *pauperculam* interpretatur Nonius, haud omnino male. nam ῥωπικὸν, εὐτελὲς ἄξιον καὶ εὐτελὲς etiam Græci exponunt. minutam & variam mercem χύτλην vocavit Arrianus in maris Erythræi periplo: quam vocem temere mutavit grandis ille comment. consarcinator verba Arr. ὁλοπλῶς ᾗ τὰ εἰς γλωσσόκομα ἢ πινακίδια ἢ τοιαύτην τινὰ χύτλην κατατέμνε). ille quem dixi edendum curavit, κ̀ εἰς τοιαύτην τινὰ χρῆσιν. at χύτλην appellat Arrianus minuta id genus vascella, ut sunt catilli, arculæ, capsulæ, & similia, Latini *scruta* appellant. omnia enim minuta χύτλην Græci dicunt. sic minutos pisciculos, quos vulgo *minutiam* appellamus, ipsi χύτλην vocant. titulus est apud Cassianum Bassum in Geoponicis de escæ compositione, πρὸς πελαμίαν χύτλην. ibidem, πᾶσα λεπτὴ χύτη προσελθεῖ). sic & χύτλην dixere τὰ λεπτὰ σκεύη & τ̃ λεπτῶν φόρτον. quem παρεμπορίαν & παρενθήκην etiam dixere. Hesychius: μεταπήνιζ) ἀπὸ τ̃ παρεργαζομένων ἔνια λεπτά. ἢ ἀπὸ τ̃ πλαιζομένων. παρενθέσεις γδ κῦφα ἀπὸ τ̃ καμίνων. τοῖς γδ πίθοις πινακίσκοι παρετίθεντο ἢ λεπτά. atque ejusmodi sunt quæ χύτλην vocabat Arrianus, si per ejus enarratorem licuisset. atque hæc satis ad Αἰγυπτίαν ἐμπολὴν & miscellas merces, quæ ex Ægypto advehebantur.

stupæ, [1] atque anabolicas species æternas constituit. Ther-

GRUTERUS.

1 *Atque anabolicas species æt. const.*] Haud aliter Palatinus noster. sed forte pedibus eundum in Turnebi sententiam, reponentis *embolicas species*. ejusque opinionem egregie firmat illud Plinii lib. VII. cap. 48. Naturalis Historiæ: *Galerea Capiole Emboliaria reducta est in scenam, Cnæo Pompejo, Quinto Sulpicio Consulibus, ludis pro salute Divi Augusti votivis, annum centesimum quartum agens, &c.* videsis tamen lector, quam non frivole propugnet vulgatam noster Jac. Nicolaus Loënsis lib. IV. Epiphillidum cap. 27.

SALMASIUS.

1 *Atque anabolicas species æternas constituit.*] Hæc est lectio quam non variante scriptura veteres libri cum scripti, tum editi constanter adservant. nec commentum est correctorum, ut suspicantur doctissimi viri. tantum librorum consensum non insuper habendum esse semper existimavi, in ea præsertim voce quæ cadere non potuit in mentem correctorum. qua enim ratione moti *anabolicas* pro *embolicas* reposuissent? an quod illud isto notius? nugæ. contra enim est. videamus igitur an hoc loco stabilire possimus vocem *anabolicas*, quam tanta cum judicii securitate certatim damnant docti in his litteris viri. ἀναβολὴ & ἐμβολὴ ejusdem sunt significationis nomina. utroque enim significatur, onus navis. & de embola quidem magis certum, quia magis protritum est. anabola autem minus frequenter in ea significatione occurrit. minime tamen dubium est, quin idem significet. ἐμβάλλειν est imponere in navem. idem & ἀναβάλλειν. unde & ἀναβάλλειν, in equum imponere. quod munus qui exhibent, ἀναβολεῖς dicti. Latini *stratores* eos vocant. ἀναβάλλειν, *sternere*, & ἀναβολικὴ, *stratura*. Glossæ: *ab, à, stratura*, ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς. *sternere* etiam pro onerare positum legitur. ut sternere mulum aut asinum est quod Græcis ἐπισάττειν vel σαγματίζειν. Latini etiam *sagmare* dixerunt: & *sagma* pro sarcina jumenti, ut & *stratum*. Hesychius: σαγματίζειν, τὸ ἐπισάττειν ὄνον. hinc δίσακκος vel ἀδίσακκος vel διάσακκος, vel pro impedimentis & sarcinis recentiores Græci usurparunt. de qua voce nos alibi. ἀναβάλλειν igitur, & ἐμβάλλειν idem: & ἀναβολὴ, & ἐμβολή. sic ἀνατίθεσθαι & ἐντίθεσθαι. nam ἀνατίθεσθαι φορτίον est onus imponere, ut & ἐντίθεσθαι. unde ἐνθήκη idem quod ἐμβολή, navis nempe φορτίον, & onus. Hesychius: ἐμβολήν, πλῆθος, ὁρμήν, ἐνθήκην, ἀπόθετον χρῆμα. ἀναβάλλειν est in navem merces imponere. Hesychius: κίφινος, ἐμβολεύς, σιτῖνος κόφινος ᾧ τὸν σῖτον ἀναβάλλουσιν οἱ ναυτικοί, ἢ μέτρον. cophinum quo frumentum nautæ in naves imponebant ἐμβολέα vocat, quem & ἀναβολέα dicere liceat. nam & verbo ἀναβάλλειν in eadem re utitur pro ἐμβάλλειν. sic ἀναβολεῖς dicuntur stratores, qui dominos suos equis imponunt. sic ἀναβληθῆναι εἰς ζυγόν, in lancem imponi apud Athenæum. adeo verum est ἀναβάλλειν esse onus imponere vel onerare, ut etiam eleganti tralatione de bibulis dicatur, qui celocem onerant & vino se implent. Glossæ: *bibula*, ποτὰς ἡ ἀναβάλλουσα. inde celocem onerare pro inebriare sese, apud Comicum.

Unde onustam celocem agere te prædicem?
PE. cum tuo filio
Perpotavi modo.

hinc ἀναβάλλουσα mulier, quæ celocem libenter suburrat, bibula nempe & multibiba. *anabolica* igitur, & *embolica species*, eædem sunt. non omittam interim castigare gravissimum errorem viri undequaque doctissimi, qui

qui embolem jurisconsultorum, non *embolem* dici debere, sed *empolem* multis probare conatus est, ad Eusebium. ita & *empolicas species*, non *embolicas* dicendas affirmavit. in hac enim voce ἐμβολή, βῆτα pro πῖ vitiosa scribendi consuetudine esse positum. ut ἀμβολάκημος pro ἀμπλάκημος scriptum à Theodotione fuisse notat D. Hieronymus. ergo cum β pro π pronunciarent, hinc factum ut *embole* pro *empole* diceretur, cujus incomparabilis viri sententiam videtur adjuvare, quod in veteribus Glossis ita scriptum inveni. ἐμβολή, *captura*. & paulo post: ἐμπολή, *captura*. ubi ἐμβολὴν, & ἐμπολὴν, eamdem facit auctor illius Glossarii. non ideo tamen minus falsum est, ἐμβολὴν esse dictam pro ἐμπολήν. nam ἐμπολὴ & ἐμβολὴ duo sunt diversa vocabula, quæ etsi aliquando pro eodem accipiantur, diversæ tamen sunt significationis & originis. ἐμβολὴ, ut dixi, proprie dicitur quidquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται. onus navis, & sarcina vel merx. nam ἐμβάλλεσθαι est navem onerare, vel, ut veteres loquebantur, in navem merces onerare. sic Virgilius *vina onerare* dixit, pro in navem imponere, illo versu:

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

sic Cato apud Nonium dixit, *onerare commeatum in naves*. Orig. lib. 11. *si indu navis putidas atque sentinosas commeatum onerare volebant*. hinc explicandus locus Comici, qui exercitos habuit hactenus eruditissimos Criticos:

Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.

onerare enim zamiam, sic dictum est, ut onerare vina, onerare commeatum in naves. neque est hypallage, ut vulgo sibi persuadent. neque legendum, *onerat zamia*. *onerare zamiam*, est imponere & inferre zamiam, hoc est jacturam. nam *onerare* est ἐπιφορτίζειν καὶ ἐμβάλλειν, & *onus* ἐμβολή. Arrianus in periplo maris Erythræi: καὶ μεθ' αὐτοὺς ὅρμος ἀποδεδειγμένος, τοῦ σαχαλίτου Λιβάνου πρὸς ἐμβολὴν, Μόσχα λιμὴν λεγόμενος. id est, πρὸς ἐμβολὴν σαχαλίτου Λιβάνου. sequitur paulo post: οὔτε γὰρ λάθρα, οὔτε φανερῶς χωρὶς βασιλικῆς δόσεως εἰς πλοῖον ἐμβληθῆναι δύναται. κἂν χόνδρον τις ἄρῃ, οὐ δύναται πλεῦσαι τὸ πλοῖον ἀπὸ λιμένος, δίχα δαίμονος. sic enim ibi emendandum, ut pluribus dicemus in commentario nostro ad illum periplum, cum & alterum ejusdem Arriani Mæotidis periplum nondum editum publici juris faciemus. ἐμβληθῆναι & ἐμβολὴν de mercibus dixit quæ in naves imponuntur. hinc *sacra embole* in Codice, est onus navium Alexandrinarum. id quod infertur nempe, & imponitur in naves Alexandrinas. Petronius: *ego cum Gytone quidquid erat, inlatum compono, & adoratis sideribus, intro navigium*. *inlatum* id est ἐμβληθέν. hodie legitur apud Petronium, *in altum*. vitiose. σιθήκην vocat Hesychius, ut supra notavimus. optimæ Glossæ: *merces*, μισθὸς, σιθήκη, καὶ πραγματεῖαι. *merces mercedis* est μισθός. sed *hæ merces*, est σιθήκη. ita accipiendus ille locus. σιθήκη, & ἐμβολὴ idem, atque etiam ἀναβολή. ἐμπολὴ vero res diversa est. etsi non nesciam aliquando ἐμπολὴν sumi pro merce, vel onere navis. unde Αἰγυπτία ἐμπολὴ Euripidi, de mercibus Alexandrinis vel Ægyptiacis. immo ἐμπολὴ proprie merx est & ἐμπολᾶν mercari, & nundinari. nam ἐμπολαὶ, sunt nundinæ. hinc emendanda & exponenda lex, *cum societas*. D. *pro socio*. quæ præstantissimos hujus ætatis jurisconsultos pæne ad incitas redegit, dum quærunt quæ sint nundinariæ epulæ, quas solvere teneatur is qui societatem cum aliquo ad emendum sic coierit, ut ipse nundinas & epulas præstaret, reliqui ad negotium irent. verba Ulpiani: *cum societas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinas id est epulas præstaret, eosque à negotio dimitteret: si eas is non solverit, & pro socio*

Thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hyemales, [1] quod aquæ frigidioris copia illic deest-

& ex vendito cum eo agendum est. verba illa, *nundinas id est epulas*, negotium facesserunt omnibus jurisconf. qui legem illam explicare sunt conati, qui tamen irrito conatu usque adhuc recesserunt. tantulum mendum tantas tenebras offuderat illi loco. nam legendum erat: *nundinas, id est empulas. empulæ*, sunt ἐμπολαί. ne cui autem mirum videatur illo loci Ulpianum Latinam vocem per Græcam exponere, sciat eumdem jurisconsultum alio loco sic usum esse, ut diceret, *ratiunculas, id est λογαρίδια.* sic hoc loco nundinas, id est empolas vel ἐμπολάς: coita igitur societate ad emendum, sic convenit ut unus nundinas vel empolas præstaret, hoc est pecuniam ad emendum, reliqui vero ad negotium proficiscerentur. profecti sunt: ille nundinas non præstitit. teneatur pro socio, & ex vendito. legendum autem apud Ulpianum: *eosque ad negotium dimitteret.* perperam in Florentinis, *eosque à negotio dimitteret.* quod nullum bonum sensum efficit: immo contra mentem est Ulpiani. sic plerumque societas contrahebatur, ut alter pecuniam ad emendas merces conferret, alter vero in negotium iret. nam ut eodem titulo notat idem jurisconsultus leg. *si non fuerint*, plerumque tanta est industria socii ut plus societati conferat, quam pecunia. item si solus naviget, & peregrinetur, & terra marique subeunda pericula subeat. nundinas igitur is præstare dicitur ex sociis qui pecuniam ad emendum vel nundinandum præstat. ἐμπολᾶν est, emere. ἐμπολεῖν etiam Græci interpretantur, τὸ ἐκ τῆς πραγματείας κέρδος. sed hoc sensu accipi non debet in illa lege. vetus interpres Terentii, *nundinas concilium* exponit, unde *conciliare* pro emere. Comicus, *male conciliate.* ibi Eugraphius: *male empte. nam concilium nundinas dicimus.* sic nos eam legem, & legendam & intelligendam esse nunc primum docemus, in qua interpretanda magni jurisconsulti hactenus operam luserunt.

CASAUBONUS.

1 *Quod aquæ frigidioris copia illic deesset.*] Non *frigidioris*, sed *frigidi aeris* scriptum in omnibus libris & antiquitus editis, & manu exaratis. Josephus Scaliger ex eo emendat, *quod aquæ frigidiariis copia illic esset.* Frigidiarium, inquit, ut tepidiarium.

GRUTERUS.

1 *Quod aquæ frigidioris copia*] Palat. quoque, *quod aquæ frigidi aëris.* ut nihil sit certius emendatione Scaligeriana, *quod aquæ frigidiariis copia illic esset.*

SALMASIUS.

1 *Quod aquæ frigidioris copia illic deesset.*] Neque heic librorum consensum spernere potui, qui omnes habent: *quod aquæ frigidi aëris copia illic deesset.* aquam frigidi aëris appellat, aquam frigidam. nam aqua frigida aërem ex se frigidum remittit, ut calida calidum. hinc aërem balneorum Græci vocant, qui ex aqua remittitur, prout est temperata, modo tepidum, modo calidum. & ad illum aerem balneorum calfaciebant se, quibus domi foci parandi non erat copia. Aristophanes:

—— εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχει
Ἔπειτ' ἐκεῖ κορυφαῖος ἑστηκὼς θέρου
Κἀγὼ γὰρ εἶχον τὴν στάσιν ταύτην ποτέ.

Schol. λέγουσιν ὅτι οἱ πολλοὶ ἐλαττοῦσι τὸν ἀέρα τῶν λουτρῶν, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸν ἕλκοντες. Alexander Trallianus lib. 11. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων εἰ παραβάλλῃς λουτρά, οὐ βλάψεις, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσεις τὰ μέγιστα· περὶ δὲ τοῦ μέλλειν εἰς τὸν ἀέρα τὸν θερ-

deesset. Forum nominis sui in Hostiensi ad mare fundare cœpit. In quo postea prætorium publicum constitutum est. Amicos suos honeste ditavit & modice, ut miserias paupertatis effugerent, & divitiarum invidiam patrimonii moderatione vitarent. [1] Vestem holose-

τὸ θερμὸν εἰσιέναι, συμφέρει τούτοις ὕδατι ψυχρῷ περιρραίνειν τοὺς πόδας. & paulo post: εἶναι δὲ χρὴ καὶ τὸν ἀέρα τῶν λουτρῶν εὔκρατον. aquæ calidæ, calidum aërem emittunt, & frigidæ frigidum. inde aqua frigidi aëris, pro frigida. ideo autem Aurelianus thermas hyemales in Transtiberina regione faciendas curavit, quod illic aquæ frigidæ copia non esset. correctiones & conjecturas doctissimorum virorum prorsus heic non admittimus: minus enim probabiles sunt.

1 *Vestem holosericam, neque ipse in vestiario habuit.*] Notum est ex Spartiano Heliogabalum primum holosericam vestem usum esse, cum antea subsericæ tantum in usu essent. itaque quoties apud auctores ante Heliogabali tempora, habetur mentio sericarum vestium, semper de subsericis intelligendum est. post Heliogabalum vero passim serica pro holosericis dicuntur. unde *serica texta*, *serica scutulata*, & *serica varii coloris* in Cod. Th. sunt holosericæ vestes. subsericarum autem aliæ erant trama serica, stamine lineo, quæ *transericæ* dicebantur: aliæ vero, quarum stamen sericum, trama de lino erat; & hæ sunt quæ proprie *subsericæ* dici debent, quæ subtextum haberent sericum: nam subtexi dicebatur stamen. idem de serico non dissimulandum est, minus rectam institutam differentiam à doctissimis viris inter sericum, & bombycinum. quæ nulla alia re distant, quam gentis ratione. præstantissimum enim apud Seres provenit, & netur bombycinum, quod inde Sericum appellatum est, κατ᾽ ἐξοχήν. nec meus hic sermo est, sed omnium auctorum, quos non consuluisse miror doctum Lipsium, quum sericum & bombycinum tanto paratu distingueret apud Tacitum suum. scio quidem veteres auctores lanuginem sylvarum appellasse sericum: sed sciant tirones lanuginem illam, vermium quos Græci bombyces vocant, fuisse opus. quod multis auctorum locis comprobavimus ad Tertulliani pallium: idque nos heic minime repetendum ducimus. nunc addam Servii locum, ad illum Virgilii versum,

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

apud Indos & Seres, inquit, *sunt quidam in arboribus vermes, & bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deducunt. unde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere.* docemus etiam ibi quando primum in Græciam & Italiam genus istud vermium, qui sericum vel bombycinum liquant, invectum sit. inde est quod apud recentiores paulo, vel medii ævi scriptores, nusquam aut raro mentionem bombycini vel bombycinarum vestium reperis, sed sericarum tantum: quippe qui sericum & bombycinum non distinguerent. nimis etiam illud delicatum & subtile discrimen interpretationis apud Juvenalem, ut iste quidem versus,

Acer & indomitus libertatisque magister
Cretice pelluces. —

capiatur de veste serica. nam cur non etiam de bombycina? idem poëta alio loco:

Quarum delicias etiam bombycinus urit
Panniculus. —

Immo vero bombycina & serica vestis eadem. quod alibi probamus pluribus. nam bombycinæ quidem pri-

losericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. [1] Et quum ab eo uxor sua peteret, ut

primum vestes in insula Ceo vel Co texi cœperunt, ex nativis in Græcia bombycibus. hinc apud vetustos auctores Græcos, poëtas & pedestres scriptores Σηρικῶν nusquam fit mentio, sed βομβυκίνων· quod nondum ex Seribus notum esset νῆμα Σηρικὸν, vermibus apud Seras, ut apud Græcos eamdem materiam vestificio subministrantibus. præstantissimum autem Σηρικὸν, & tenuissimum, atque adeo pretiosissimum, quod advehebatur ex India usque, & à Seribus populis. Σηρικοῦ & Ἰνδικοῦ νήματος meminit Arrianus in periplo maris Erythræi. postea vero quam magna copia eorum vermium in Italia & Græcia ali haberique cœpta est, & ex iis fila deducta, & vestimenta confecta sunt. Sericum nominarunt, omne bombycinum νῆμα, etiam si de Seribus non veniret. & vermes etiam, qui βόμβυκες prius dicebantur, Σῆρες dixerunt. Hesychius, Σὴρ, σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος. nam falluntur, qui putant vermes sic dictos apud Seras, & inde Serum populorum appellationem manavisse. immo potius verum, ut omne bombycinum stamen, quod in Græcia nebatur, & texebatur, sericum appellitarunt, sic bombyces, Seras etiam appellasse. atque hæc hactenus.

CASAUBONUS.

1 *Et cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur.*] Alexandri Severi dictum commemorat Lampridius: matronas regias contentas esse debere unico pallio auro sparso, & cyclade quæ sex unciis auri plus non haberet. Videtur Aurelianus ad hanc normam exegisse Severinæ uxoris suæ cultum, cum ei non permittit, ut vel unicum habeat pallium holosericum, & blattea purpura infectum pallium.

SALMASIUS.

1 *Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur.*] Vetus & prima editio unica voce legit: *pallio blattoserico*. quod fortasse verum est. nam *sericoblatta*, unica voce legitur in Codice: *lotas sericoblattæ, ac metaxæ hujusmodi species*. sed & *blattoserica*, pro eodem in Cod. Theod. *de murileg. &c.* sic enim ibi legendum, *quoniam trecentas pæne libras blattosericæ clandestina furatione non sine læsæ majestatis crimine coloratas, &c.* hinc blattosericum pallium, ex blattoserica contextum. *blattoserica* autem vel *sericoblatta*, est sericum nema, purpura vel blatta tinctum: quod & *sericum* absolute dicebatur. & fallitur eruditissimus Jurisconsultus, qui inter sericum & nema sericum distinguit: & sericum esse dicit αὐτοφυὴς, neque dum in fila deductum, neque tinctum. is igitur vult metaxam & sericum idem esse, & pro rudi & nondum elaborato serico sumi. quod falsum est. nam metaxa etiam pro nemate serico accipitur. & leg. XVIII. Cod. Theod. *de murileg.* metaxa appellatur, quæ & *blattoserica* initio legis. & sane *metaxa* vel *mataxa*, ut libentius scribebant, proprie filum vel settam significat. unde lini metaxa Lucillio, pro lini filo. σηρικὸν interpretatur optimum Glossarium. & serica metaxa est filum sericum, ut linea metaxa. postea tamen proprie & absolute metaxam dixere, pro serico vel filo serico. Græci Σηρικὸν νῆμα appellant. sicut *setam* recentiores pro serico quoque dixerunt. hoc est metaxam. de cujus vocis origine plura à nobis alio loco, & opere sunt dicta. fila vocat paulo post Aurelianus: *absit ut auro fila pensentur.* πηνίον quoque recentiores Græci absolute metaxam, hoc est sericum appellarunt, cum veteres πηνίον quodvis filum vel subtemen dicerent. hinc

χρυσο-

[1] ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit, *Absit*

χρυσόπηνον vestis aureis filis contexta, & χρυσοπήνητος. & πηνίζειν fila deducere. & ἀναπηνίζειν. at recentiores, ut dixi, πῆνιν sericum nema proprie vocant. apud Paulum Silentiarium νήματα πήνης, sunt fila serica. Interpres vetus Aristophanis, κροκωτὸν ἱστὸν ἐκ πήνης interpretatur, & vestem sericam intelligit. Scholiastes Euripidis in Hecuba, αἰθεροεργοὺς πήνας exponit ποικίλας μετάξας αἰθερεῖς. ex usu scilicet sæculi sui. nam Euripidis ævo πήνη de quolibet filo vel subtemine accipiebatur. hinc πηνίον radius textorius circa quem involvebatur πήνη vel trama texendæ vesti. recentioris vero Hellenismi scriptores, ut μέταξαν, sic & πῆνιν de solo serico accipere consueverunt, quam nos *setam* vocamus. sed hæc alibi pluribus.

1 *Ut unico pallio blattoserico uteretur.*] Cur *unico*? an ut de multis palliis quæ mulieres gestarent, unicum saltem blattosericum haberet? an ut unicum quod illis erat pallium, purpureum & sericeum habere liceret? illud malo. sic in Alexandro Spartianus: *matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque inauribus, & baccato monili, & corona cum qua sacrificium facerent, & unico pallio auro sparso, & cyclade quæ sex unciis auri plus non haberet.* pallium & cyclas, habitus matronarum Romæ. quod pallium ricinium etiam dicebatur. Servius: *togas autem etiam fœminas habuisse cycladum & recini usus ostendit. recinus autem dicitur, quod post tergum rejicitur, quod vulgo maverte dicunt.* recinum vocat Servius, quod pallium Spartianus: eoque recino cum cyclade usas mulieres Romanas ostendit. quod autem ex usu recini ostendi ait matronas etiam togas habuisse, sciendum est, *ricinium*, vel, ut in melioribus libris reperio, *recinium*, togam, vel togæ genus fuisse. Festus: *Recinium, omne vestimentum quadratum ii qui duodecim interpretati sunt esse dixerunt, vel togam qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo.* ita legendum & distinguendum apud Pompejum ex veteri scriptura quæ habet, *vir togam*, de quo *virilem togam* fecerant eruditi correctores, absurde. ricinum igitur erat pro toga vel pallio mulieribus: sub quo tunicam vel cycladem gestabant. & pallium quidem dicebatur, quod esset quadratum. nam pallia erant quadrata vel quadrangula, togæ autem rotundæ. togam vero etiam appellabant ricinium, quod in modum togæ à dextro latere in lævum humerum ponebatur. & ricinium dictum vult Varro quod ejus dimidia pars retro rejiceretur. pallium & ricinium idem. unde riciniati planipedes mimi Festo, qui palliati in optimo Glossario dicuntur. *palliati*, τεχνολόγοι. ita mimos appellari paulo ante docuimus. sic Jovem palliatum uno loco dixit Arnobius, quem alio riciniatum appellavit. pallium simplex interpretatur Nonius. cujus interpretamentum cum verbis Varronis perperam confunditur etiam in ultima optimaque editione. sic igitur verba ejus distinguimus: *Ricinium, quod nunc masurtium dicitur, palliolum fœmineum breve. Varro* ταφῇ *Menippi: nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio. pallium simplex.* [b]*idem de vita pop. Rom. lib. 1. & quo mulieres in adversis rebus ac luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.* primo igitur ricinium exponebat Nonius palliolum breve fœmineum. secundo loco, simplex pallium quod gestabant mulieres in luctibus. dici non potest quam multis locis eo genere corruptus circumfertur Nonius, cum ejus interpretationes locis auctorum, quos adfert, mixtæ confusæque habentur. sed de his alias. de riciniis etiam in funere, quorum mentio apud Ciceronem de legibus, nos alibi plura notamus,

tamus, & quomodo locus ille de tribus riciniis, sit exponendus, docemus. ricinium enim veteres vertetunt, quod erat in legibus Solonis ἱμάτιον. falli etiam doctissimum Turnebum ostendemus, qui ex lege Solonis probare contendit mulieres Atticas in pompa funebri tria pallia gestavisse. non enim de pompa funebri lex illa Solonis tantum apud Plutarchum, sed generaliter παίσαις γυναικῶν ἐξόδοις complectitur, in quibus non licebat plura τριῶν ἱματίων mulierem habere. ἔξοδοι γυναικῶν quid appellentur, notum ex Græcis Comicis. *ricinium* porro dictum ait Varro à rejiciendo. immo *ricinium* παραγωγικὸν est, & deductivum à rica. nam à *rica ricinus*, ut apud Servium, & ricinium. rica autem & ricinium prope res eadem. *ricinium* omne vestimentum quadratum. rica quoque Pompejo, *vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicæ pro palliolo utebantur.* alio loco ricas & ricülas, parva ricinia interpretatur, ut palliola ad usum capitis facta. utrumque enim & ricinium, & rica, pallium erat quo mulieres caput operiebant. *rica* proprium gestamen Flaminicæ: quod & purpureum erat, & nisi fallor flammeum etiam vocabatur. Festus: *Flameo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, cui non licebat facere divortium.* vides Flaminicam perpetuo fuisse cum flameo. *rica* igitur & *flammeum* idem. adjective autem dicebatur flammeum à colore flammeo. integrum enim est, flameum pallium, vel ricinium. idem & venenatum appellabant. sic enim interpretor, quod apud Servium legitur, veteri ceremoniarum jure præceptum esse, ut Flaminica venenato operta sit. *venenatum* item substantive, & absolute dicitur pro *venenatum pallium.* addit enim Servius: *operta autem cum dicitur, pallium significatur.* pallium ergo venenatum, vel flameum, vel purpureum erat, quo Flaminica operiebat caput, & rica dicebatur. & fallitur idem doctissimus Grammaticus, qui venenatum à rica distinguit, & utrumque separatim ponit. *venenatum* est purpura infectum. Martius in mimiambis apud Agellium:

Nec tonsiles tapetes ebrii fuco
Quos concha purpura imbuens venenavit.

idem enim color flammeus, venenatus, & purpureus. rica enim purpureum vestimentum quo caput operiebat Flaminica: quod & flameum, ut dixi, & venenatum dicebatur. ricas non tantum Flaminicis, sed etiam aliis mulieribus attribuit Varro, qua sacrificium cum facerent capita velabant mulieres, ricinium, & ricam, & pallium vocarunt veteres. eoque nomine & pileos & mitras, & diademata, & sudaria, & tiaras, & capitis vincula, & tænias, & lora, & fascias, & quidquid est stringendo, alligando, tegendoque capiti, & capillis colligandis, stringendisque comis, comprehenderunt. & *pallium* quidem & *palliolum*, operimentum capitis esse muliebre, plus quam notum est. viris quoque pallium tegendo capiti fuisse multis auctorum locis potest probari. idque pluribus ostendimus ad Tertulliani pallium: quod propediem, Deo juvante, lucem videbit. Trimalcio Petronianus, *pallio adrasum incluserat caput.* apud Rutilium Lupum de figuris sententiarum libro secundo: *soleatus præ lectulo, palliolo frigus à capite defendens.* ubi palliolum vocat, quod in Græco erat πιλίδιον. hinc *palliolatus*, palliolo tectus, vel pileo, apud Suetonium in Claudio, ut erant fere valetudinarii homines: *ob hanc eandem valetudinem, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre, memoriæ patris edebat, palliolatus novo more præsedit.* sic *tutulum*, qui pileus erat lanatus, quo Pontifices & Flamines utebantur, pallium vocatur apud Fulgentium de sermone antiquo, ex Numa Pompilio: *Numa vero Pompilius, tutulum dici ait pallium, quo sacerdotes caput tutabant, quum ad sacrificium accessissent, sicut & Virgilius ait:* (*mictu.*

Et capita ante aras Phrygio velamur a-

inde

inde & *Phrygium* absolute nominatum, quod tiaram, & mitram significat. de quo nos infra. idem significabat *rica* in mulieribus. Nonius enim ricam exponit sudarium, & oraria, & mitras. Germanicus in versione Aratea ricam vocat, quod Græcis poëtis est κρήδεμνον:

— *tristique genas abscondita rica.*

sic Homerus de Penelope tristi rica operta:

Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.

κρήδεμνον ibi Eustathius esse dicit, quod μαφόριον vulgariter loquentibus diceretur. μαφόριον autem recentiores Græci ἀπὸ τοῦ μαφόρτιον dixerunt. nam *mavorte*, aut *mafortium* idem erat, quod prioribus ricinium: testibus Servio, & Nonio. Eustathius Iliad. χ. κρήδεμνον δὲ τὸ μαφόριον. *maforium* autem vel *mafortium* capitis muliebris ornamentum fuisse, & opertimentum testificantur illa verba Achmetis: ἐὰν ἴδῃ γυνὴ ὅτι μαφόριον αὐτῆς ἤρθη ἀπ' αὐτῆς βίᾳ παρά τινος, ἢ ὅτι κατεκόπη ὅλον, ἀποθανεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἢ χωρίζεται ἀπ' αὐτῆς πάλιν. ratio ejus somnii, quod mulieris caput vir est. mulier igitur quæ somniat maforium sibi tolli, aut scindi per vim ab aliquo, aut morte aut discidio virum amittit. ad quod illustrandum faciunt hæc Isidori verba de ricinio: *vocatum autem dicunt mavortem quasi martem. signum enim maritalis dignitatis, & potestatis in eo est. caput enim mulieris vir est: inde & super caput mulieris est.* hæc plane Achmetem interpretantur. præterea mafortes non tantum in usum mulierum, sed etiam monachorum, ut Cassianus ostendit lib. I. cap. VII. *post hæc angusto pallio tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretii compendiumque sectantes, colla pariter atque humeros tegunt: quod mafortes tam ipsorum quam nostro nuncupatur eloquio.* mafortes est, ὁ μαφόρτης, τοῦ μαφόρτου. cujus diminutivum τὸ μαφόρτιον, unde *mafurtium* Nonio, & extrita littera *maforium*, & ita recentiores Græci passim appellarunt. Servius, *hoc mavorte*, videtur vocare. Isidorus quoq; in Gloss. *mavorte*, vel *maforte* appellat. idem tamen in Originibus *mavortem* nominat cum Cassiano. sic *mavortes*, & *mavorte*, & *mavortium*, & *mafortium*, & *maforium* dicebatur. afferunt eruditi ex Glossis Arabicolatinis: *maforium. fascialis, id est angustum pallium quo utuntur monachi, collum pariter, atque humeros tegens.* ubi perperam pro *fascialis* corrigunt, *facialis*. nam facialis nihil est. φακιόλιον autem quid sit, infra dicemus. magis placeret legi, *fascia capitalis*: hoc est, κεφαλόδεσμος. nam κρήδεμνον, quod μαφόριον esse dicunt, κεφαλόδεσμον etiam exponunt Grammatici. ad verbum est *fascia capitalis*. *capitale* uno verbo dicebatur. Glossæ: *capitale*, κεφαλόδεσμος. *capital* Varroni dicitur. sic *ricam*, cingulum capitis interpretatur Festus, & vittam qua Flaminica caput habet redimitum, & mitram, & palliolum. quæ omnia κρηδέμνου, & κεφαλοδέσμου nomine apud Græcos intelliguntur. Hesych. κρήδεμνον ἐπιβόλαιον ὃ καὶ λέγεται κεφαλόδεσμος. *capitulum* etiam & *capitulare* Latinis, quod etiam *cappam* dixerunt. Isidorus: *capitulum, inquit, quod vulgo capitulare, vel quod duos apices, ut littera cappa habeat, vel quod sit capitis ornamentum.* hinc *cappas* hodieque palliola, quibus mulieres caput tegunt, & *cappellas* vel *cappulas*, nostros pileos, quibus ad caput tegendum utimur, vocare consuevimus. ἀπὸ τοῦ κάππα diminutivum καππάπιον. ut ἀπὸ τοῦ σῖγμα σιγμάτιον, ἀπὸ τοῦ γάμμα, γαμμάτιον. καππάπια autem Græcis dicta sunt ejusmodi muliebria pallia. Hesychius: καππάπια, γυναικεῖα ἱμάτια. pro καππάπιον etiam dixere καππάδιον, nam ut à voce σύρμα ὑποκοριστικὸν finxerunt συρμάδιον, & ἀπὸ τοῦ γάμμα γαμμάδιον: & ἀπὸ τοῦ σῆμα σημάδιον. unde apud Photium, χιτὼν πορφυροῦς πλατέσι σημαδίοις κεκοσμημένος. sic ἀπὸ τοῦ κάππα, καππάδιον. ita enim appellarunt,

larunt, tam muliebre quam virile pallium, καππάδιον, & καββάδιον, quod idem est. siquidem & κάββα dixerunt pro κάππα. atque etiam κάμβα. Achmes cap. CLVIII. ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐφόρει κάμβαν, τὸ λεγόμενον σκαραμάγγιον σπελκίον. κάμβα pro κάββα. ut ὀμφίκιον pro ὀφφίκιον· μαμπάρον pro μαππάριον, & similia. κάββα igitur pro κάππα· & καββάδιον pro καππάδιον. ut autem à *capsa*, ὁ καψάκης & καψάκιον, sic & à cappa καππάδης & καππάδιον. καππάδης & καββάδης idem. utrumque à κάππα. at inepte ineptus Tzetzes qui τὸν καββάδην dictum autumat à Cabade Persa:

> Ἔνδυμα ἐνάλλιον στρατιωτῶν τὸ εἶμα,
> Ὅπερ καββάδης λέγεται ἀπὸ Καβάδου Πέρσου.

appellatum enim κάππα, & καππάδιον vel καππάτιον, quod duos haberet in capite apices, in modum litteræ cappa, ut scribit Isidorus. *caliendrum* etiam sub hoc nomine venire, non est dubitatio. caliendrum enim & ricinium, idem facit Arnobius. hinc colligi potest quare fasciam capitalem maforium interpretatus sit auctor ille Glossarum, nisi quis malit fascialem eum pro fascia dixisse. quod ego non improbem. nam maforium, & fasciam, & mitram, & vittam tæniamque significat. quod ex his quæ diximus potest constare. caliendrum autem galerum exponit Acro. quod non est tam ineptum, quam videri volunt quidam. nam pileum & galerum, & caliendrum, & alia capiti tegendo & ornando, pallii riciniique nomine & mafortii censeri palam est. cufam etiam Latini dixerunt, & tufam. *cufa* enim, & *tufa* idem. ut *scultatores*, & *scultatores: sculca*, & *sculta*. sic *tinctorium*, & *cinctorium* pro gladio, & alia infinita. τοῦφαν tiaram vocat Nicetas. τούφιον & κούφιον idem. κουφίαν enim Eustathius ἄμπυκα significare ait, ad illud Homeri, ἄμπυκα κεκρύφαλόν τε· ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην οἷον τινὰ κουφίαν τὴν ἄμπυκα διαχαράξ. ἄμπυκα autem Græci Grammatici διάδημα & τριχόδεσμον interpretantur. sic κοῦφα vel κουφία, & τοῦφα vel τουφία idem. cufam vocat optimus auctor Glossarum: *cufa*, καμάσια. ita enim legimus, non καμάρια, ut vulgo. καμάζιον & κάμαζον Græci vocant genus pallii vel vestimenti villosi. Isidorus: *camasus*, *amphimallus*. birrum alibi idem appellat: *amphimallus; birrus, villosus*. birrum autem etiam pro galero & cucullo usurparunt. Juvenalis:

> *Tempora Santonico velas adoperta cucullo.*

ibi vetus interpres *birrum Gallicum* exponit, & *galerum fuscum*. apud Tertullianum de Pallio: *vestigia cestuum birrus occupavit*. sic ibi legendum docemus ex veteri libro, non *viria*. quomodo enim vestigia & cicatrices cestuum, quæ in ore sunt, & circa aures, unde & ὠτοκαταξίδες appellantur pugiles, viria potest occupare? *birrus* igitur, & *cufa* idem, & pro vestimento, vel pallio caput operiente accipitur. atque inde *cufiam* etiam nunc appellamus in idiomate nostro, galerum & pileum nocturnum, quem & *birretum*, diminutione à birro. sic etiam vocamus reticulum, quo mulierum crines continentur, quem ἄμπυκα Græci, & τριχόδεσμον. *gufam* autem pro *cufa* scribit Isidorus in Glossis: *Bigerra, vestis gufa, vel villata*. ubi *gufam* appellat, quæ optimo Glossario *cufa*: pallium nempe, & vestimentum spissum, & villosum. inde nos *gufum* & *cofum* appellamus, quidquid soloci filo & pingui Minerva factum est. *cufam* vestem villosam interpretatur Isidorus, Glossæ καμάσιον. recentiores Græci pro καμάσιον, καβάσιον & καπάσιον usurparunt, ut ἀμφίβαλλον, pro ἀμφίμαλλον, vel ἀμφίμαλλον. iidem καπάσιον etiam pro pileo, vel cucullo dixerunt. apud Nicetam καπάσιον est πῖλος, quod & καπάζιον appellat. non igitur ἀπὸ τοῦ κάππα, καπάσιον dictum est, sed pro καμάσιον usurpatum. sic

& ca-

¹ *Absit ut auro fila pensentur:* ² libra enim auri tunc libra

& camasus & birrus, & cucullus, & cusa, & cappa, de eodem ferme genere vestimenti ab auctoribus sunt usurpata caput humerosque contegentis. cusa autem & tusa idem. in Glossis legitur, σκόφικιον, *subricula.* sine dubio intelligitur, operimentum capitis muliebre, quod sub rica gestabant. Glossæ nomicæ συρφίκιον, τυφιακόν. scribo: Σκοφίκιον, τοφιακὸν, vel τυφιακόν. sic *tusa* & *rica* idem. tusam etiam pro genere quodam vexilli acceperunt, eodem plane modo quo flammeum, quod ricam & pallium muliebre significare dixi, pro velo quoque hoc est vexillo usurparunt. idque flammulam appellarunt. nam flammula nihil aliud est, quam flammeum vexillum. φλάμμουλον quoque recentioribus Græcis dicitur. flammeum enim & flammulum idem. Vegetius inter muta signa ponit, dracones, vexilla, flamulas, tufas, pinnas. flammulæ, inquam, sunt, quæ vexilla flammea vocat Ammianus Marcellinus, & dicta sunt à similitudine, ut & tufæ. flameus enim color in vexillis est purpureus, & sanguineus, ut in mulierum flameis, vel ricis Flaminicarum. sed hæc præter rem. Pallium muliebre quid esset, & quot modis diceretur, heic quam fieri potuit breviter, explicavimus. nam pallii appellatione plerumque sumi hæc vocabula quæ sequuntur, satis ut puto aperte monstravimus: nempe, ricinium, ricam, mafortium, pileum, galerum, birrum, cucullum, tiaram, fasciam, orarium, phrygium, cusam, tusam, flammeum, reticulum, & alia eisdem συνώνυμα quam plurima, quæ omnia capiti tegendo, vel ornando fuere, etsi non ejusdem figuræ facturæque, quæ nos alibi per partes distinctius accuratiusque tractabimus.

1 *Absit ut auro fila pensentur.*] Quæ heic *fila*, post *fericum* vocat: *libra enim auri tunc libra serici fuit:* non igitur sericum, rude & αὐτοφυὲς ἔριον significat, ut placuit magno Jurisconsulto, sed sericum nema. sciendum est enim ex filis, & staminibus sericis tinctis, pannos sericeos contexi fuisse solitos. non autem ipsi panni jam contexti tingebantur. quod ostendit lex 111. Cod. Theod. *de vestibus olov. & aur.* his verbis: *nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine solid.nda fi.a decurrant.* ex quibus apparet, & tramam, & stamen tincta jam fuisse priusquam ex his conficerentur vestimenta. non igitur simplex sericum, & nondum eruditum, auro contra carum erat, sed jam in fila deductum, & infectum. sericoblattam, vel blattosericam id appellabant, ut docuimus ante. unde *trecentæ libræ blattosericæ* in Cod. Theod. nam libra serici hoc loco, & ibi libra blattosericæ idem, vel blattæ sericæ, ut legitur in vulgatis. hinc βλάττιον recentiores Græci, non pro blatta, vel purpura, sed pro nemate serico blatteo usurparunt. & longe falluntur, qui βλάττιον in illis auctoribus interpretantur blattam, cum pannos sericos, vel peplos deberent. Nicetas: τὴν ὑφαντικὴν τέχνην τῶν βλαττίων. ubi βλάττια non sunt purpuræ, sed vestes purpureæ. nam alter codex habet, τὴν ὑφαντικὴν τέχνην ὀθονῶν, vel πέπλων ἐξύπνισεν. alio loco apud eumdem, ubi habetur in Græco codice πέπλοις χρυσύφεσι, Græcobarbarus codex habet, βλαττίων χρυσῶν. item ubi in Græco codice legitur, νήματα χρυσοῦ: pro eo Barbarogræcus legit, βλάττια διβέλια καὶ τριβέλια. ubi mihi notabis errorem principis Jurisconsulti, qui non inspecto codice Nicetæ junctim hæc ita protulit: βλάττια διβέλια καὶ τριβέλια νήματα χρυσοῦ. quod ita junctim legantur in indice quem confecit Wolfius, errore Ty-

 pogra-

pographi, qui heic non disjunxit Græcum à Græcobarbaro, ut in reliquis fecerat. sic igitur erat excudendum: βλαττία διβόλαια καὶ τετραβόλαια] νήματος χρυσοῦφῆ. idem auctor: βλαττία χρυσᾶ καὶ ἑξάμιτα καὶ ἕτερα βλαττία ποικίλα καὶ κιρτητά. ubi βλάττιον nihil aliud designat, quam vestem simpliciter. sed hæc alias. fila igitur serici, quæ auro erant ἰσόσταθμα, purpura, vel blatta tincta fuerunt. idem & sericum: idem & metaxa. nam metaxa est filum. Græci νῆμα σηρικόν. quod tinctum etiam advehebatur à Seribus usque. Arrianus in periplo: Σηρικὸν νῆμα, καὶ Ἰνδικὸν, μέλαν.

Absit, ut auro fila pensentur.] Id est, ut auro rependantur, contra aurum emantur. explicat hanc locutionem quod sequitur: *libra enim auri tunc libra serici fuit.* sic ἰσοστάσιον νῆμα σηρικὸν τοῦ χρυσοῦ tunc fuit. ἰσοστάσιον μύρον Græci στακτὴν appellabant, quod auro pensaretur. Hesychius: ἰσοστάσιον μύρον, ἡ στακτὴ ἢ σμύρνα. ἰσοστάσιος, ἴσος χρυσῷ, κατ' ὁλκὴν τίμιος. sic ἰσοστάσιον absolute dicebant, quidquid auro rependeretur. quod valde notandum. ἰσόχρυσον etiam, & ἀντίχρυσον dicebatur quod auro contra carum erat. ita & ἰσάργυρον quod contra argentum emebatur. in versu Philippi apud Athenæum lib. VIII.

Οὐκ οἶσθ' ὅτι τἀργύριόν ἐστ' ἰσάργυρον;

ita legimus cum vulgo legatur, ἐστ' εἰς ἄργυρον. male vir doctissimus ibidem corrigit, ἐστ' ἀνάργυρον. elegantissime sane illo versu parcus & avarus & aridus senex non temere prodigendam esse pecuniam, nec large faciendum esse sumptum docet, quod nihil pecunia sit carius, utpote quæ sit ἰσάργυρος & auro contra cara. de re enim valde cara dicere solebant, eam esse ἰσόχρυσον καὶ ἰσάργυρον. ἀργύριον Græcis pecunia signata, & argentum numeratum. lepide ergo dicit & vere, ἀργύριον esse ἰσάργυρον. ἐπάργυρον etiam pro eodem dicebant, quod ἐπὶ ἀργυρίῳ scilicet emeretur. hinc ἐπάργυρον balsamum quod argento rependebatur. Hesychius: ἐπάργυρον, τὸ βάλσαμον. at Plinius Alexandri Magni temporibus tradit balsamum duplo argento rependi solitum. sic igitur non ἐπάργυρον Alexandri ætate balsamum fuit, nec ἰσοστάσιον τοῦ ἀργυρίου, sed plane διστάσιον πρὸς τὸν ἄργυρον. hoc est libra balsami, duæ libræ argenti fuere. Plinius: *Alexandro magno res ibi agente toto die æstivo unam concham implere justum erat. omni vero fœcunditate è majore horto congios senos, minore singulos cum duplo rependebatur argento.* postea, ut videtur, annona ejus vilior facta est, nec duplo argento pensabatur, sed contra argentum vendi pendique solebat. hinc ἐπάργυρον Hesychio. ὑπάργυρον idem dixit eodem sensu. ὑπάργυρον, τὸ κινάμωμον. dictum enim ὑπάργυρον cinamomum, quod pretium ejus, argenti pretium exæquaret ac sub argenti exagio venum daretur. quod auro contra pretiosum est, & contra aurum væniit, Græci πρὸς χρυσίον τιμὴν εὑρίσκειν dicunt. Varro lib. I. de re Rust. *ubi poma veneunt contra aurum:* πρὸς χρυσίον τιμὴν εὑρίσκουσι. Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦν τὸ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλας. ταύτης δὲ ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν. hoc est, *contra aurum væniit, contra aurum pretium invenit præstantissima chrysocolla.* interpretes ibi nugantur. eleganti locutione apud Græcos τιμὴν εὑρίσκειν, res aut merces dicuntur, quæ pretio distrahuntur. exempli gratia, τρεῖς δραχμὰς εὑρίσκειν dicere solent, rem aut mercem aliquam, quæ tribus drachmis venditur. hinc explicandus Theophrastus περὶ χαρακτήρων, cap. περὶ αὐθαδείας. καὶ πωλῶν τι μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν τί εὑρίσκει. nihil heic vidit doctissimus & acutissimus interpres & commentator, dum sic hæc postre-

ma

bra ſerici fuit. ¹ Habuit in animo ² ut aurum neque 46
in

ma reddit, *verum ipſe potius emptorem interrogat, ecquid inveniat damnandum.* τί εὑρίσκει, non id ſignificat hoc loco, *ecquid inveniat damnandum*, ſed *quid pretii mereat hæc res, quanti valeat.* ſuperbus & contumax venditor deſignatur his notis à Theophraſto, quod merces ſuas quanti vendat indicare dedignatus, emptorem interroget, quanti valeant, & quo pretio emi dignæ ſint. atqui venditoris eſt, quanti det quod vendit, prius indicare, quam emptor pretium faciat. τί εὑρίσκει, ad verbum, quid invenit. hoc eſt, *quod pretium invenit, quo pretio digna eſt, quanti eſt.* ſic loquutus eſt Iſæus: Κίρων μὲν οὐσίαν ἐκέκτητο, ὦ ἄνδρες, ἀγρὸν μὲν Φλυῆσι καὶ ταλάντου ῥᾳδίως ἄξιον, οἰκίας δ' ἐν ἄστει δύο, τὴν μὲν μίαν μισθοφοροῦσαν παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον, δισχιλίας εὑρίσκουσαν, τὴν δ' ἑτέραν ἐν ᾗ αὐτὸς ᾤκει τριῶν καὶ δέκα μνῶν. in oratione περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. οἰκία δισχιλίας εὑρίσκουσα, quæ duobus drachmarum millibus locabatur. ſed de his alibi pluribus, hæc enim obiter dicta ſint.

CASAUBONUS.

2 *Libra enim auri libra ſerici fuit.*] Ἰσοστάσιον τὸ σηρικὸν ὑπῆρχε πρὸς χρυσίον. vel ut eſt in lege Rhodia, ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ.

SALMASIUS.

2 *Libra enim auri, tunc libra ſerici fuit.*] *Tunc*, id eſt tempore Aureliani. non ita caro væniſſe videtur ſericum temporibus illis, quibus hæc ſcribebat Vopiſcus, ut poteſt ex his verbis colligi. adhuc tamen ætate Vopiſci metaxa qua utebantur Romani ex Serum emporiis veniebat. ſub Juſtiniani demum imperio Perſa quidam vermes à Seribus allatos in Græciam intulit, eorum θρέψιν & ἐργασίαν Romanos docuit. narrat Theophanes apud Photium. eum vide. ſed de ea re nos alibi pluribus.

CASAUBONUS.

1 *Habuit in animo ut aurum neque in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur.*] Suaſor legis Tacitus: de quo in vita Vopiſcus: *Aurociavatis veſtibus idem interdixit: nam & ipſe auctor Aureliano fuiſſe perhibetur, ut aurum à veſtibus & cameris & pellibus ſubmoveret.* Per cameras intelligo privatarum ædium ac balnearum laquearia & parietes qui jam ætate Plinii tamquam vaſa inaurabantur.

SALMASIUS.

2 *Ut aurum neque in cameras, neque in pelles.*] Nollem clariſſimo viro accidiſſet hoc loco cameras interpretari, laquearia privatarum ædium, & balnearum. longe enim aliud laquear, aliud camera. nemo autem auctor balnearum cameras, vel tholos, laquearia appellavit. nam laquearia differunt à cameris, & forma & materia. cameræ, curva tecta ſunt, de quarum diſpoſitionibus videndus Vitruvius lib. VII. cap. III. nam & trulliſſabantur, & inducebantur tectorio. laquearia autem, vel laqueata tecta erant, quæ nunc *lambriſſata* vocamus. ex tabulis enim ligneis fiebant, in varias figuras, & mæandros ſectis, & cælatis. quæ tabulæ plerumque etiam verſatiles erant, ita ut & flores & unguenta deſuper ſpargerentur. Suetonius in Nerone: *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus ut flores: fiſtulatis ut unguenta deſuper ſpargerentur.* ita legendum illum locum Suetonii ex veteribus libris ad Suetonium ipſum olim dicemus. non enim tantum verſatiles fuere illæ tabulæ, quibus ea cœnatio Neronis laqueata eſt, ſed etiam fiſtulatæ. & verſatiles quidem ad hoc, ut flores deſuper ſpargerent: fiſtulatæ vero ad unguenta fundenda. id vero in camera qui fieri potuiſſet? aliter igitur camerantur cœnationes, aliter laqueantur.

tur.

tur. camerarum usum veteres ignoravisse notat alicubi Servius. laquearium igitur tantum norant. eaque ratione vela subtendebant laquearibus ad excipiendum pulverem, qui per rimas tabularum multus consueverat manare. quibus non opus erat in cameris, quæ pulverem nec admittebant, nec transmittebant. nam tectorio opere inductæ, rimis non dehiscunt, quibus pulvis concipitur, & effluit. quod necessario evenit in laqueatis tectis, quibus tabula tabulæ jungitur, & sic inter se laqueatur, ut tamen per commissuras facile viam inveniat pulvis. laqueaturas tectorum Græci vocant ὀροφώσεις, πινακώσεις, φατνώσεις, & καλαθώσεις. quas voces alibi pluribus explicabimus. ὀροφικὸν πίνακα etiam appellant lacunar, vel laquearium. vetus scholion ad epigrammatum librum: Μαίανδρος, κόσμος τις ὀροφικὸς παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσιν. Hesychius: Κυρὰς ἡ ἐν τοῖς ὀροφώμασι γραφή. ὀροφικὸς πίναξ. παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Μυρμιδόσιν ἀμφιβάλλει, ἰσχυρεῖδι. ἔστι δὲ ἰσχυρὰς ὀροφικὸς πίναξ. κυρὰς vel ἰσχυρὰς picturam, vel tabellam pictam in tecto laqueato significat. variæ enim figuræ in illis tabulis, quibus cænationes laqueabantur, exprimi cælarique solebant. ita autem distinguendus Hesychius. nam eo loci dubitat, quomodo accipiendum sit ἰσχυρεῖδι apud Æschylum. idem: ἰσχυράδες, τὰ ἐν τῷ προσώπῳ σίσματα, καὶ οἱ ἐν ταῖς ὀροφαῖς γραφικοὶ προσώπων πίνακες. ἔστι γὰρ κυρὰς ἡ κορυφὴ, καὶ ὁ γραπτὸς πίναξ. ἰσχυρὰς δὲ ὁ γεγραμμένος. Αἰσχύλος Μυρμιδόσιν. εἰ μὴ ἄρα ἰσοδυναμεῖ τῷ κότῳ. καὶ ἐοικότων παρὰ Σοφοκλεῖ. idem alio loco: κυρίας ὀροφικὸς πίναξ. vulgo, πίδαξ. perperam. lacus etiam & lacunaria Latinis à figura. Glossæ: *Lacunar*, ὀρόφωμα. ὑποδόχον. Græci quoque καλάθους & φάτνας dixerunt. *laquearios*, Glossæ nondum editæ, *tectorum tignarios* exponunt. Cameræ vero, ut diximus, longe aliud à laquearibus. non ignoro tamen quævis tecta, cameras recentioribus dici, atque inde etiam cameras cænationes ipsas appellatas, sive laqueatæ essent, sive cameratæ. Isidorus laquearia esse dicit, quæ cameram subtegunt & ornant, figuris, vel rotundis, vel quadratis, ligno seu gypso, sive colore etiam factis. ubi cameram accipit generaliter pro eo, quem Græci ὄροφον appellant. & verum quidem est laquearia de ligno cælato pictove fieri. non tamen cameris subtegebantur. sed videtur Isidorus, vel auctor unde ille sumpsit, coronas quas Vitruvius appellat, cum laquearibus confundere. coronæ autem subjiciebantur cameris, tenuis subtilisque operis, quæ aliquando ex gypso, aliquando ex creto marmore perducebantur, & modo puræ, modo cælatæ fiebant. sed hic ornatus camerarum multum distabat à laqueaibus. trullisatis enim politisque cameris subjiciebatur. tectorio igitur opere inducebantur cameræ, & picturis tectorio superinductis decorabantur, non secus atque parietes. tectorium camerarum ὑποχάρτωσιν appellabant. optimæ Glossæ: ὑποχάρτωσις, *tectorium*. in epistolis Pontificum, camaratum ὑποχάρτωσις dicitur. Epistola LXI. *de camarato autem quod est hypochartosin ad renovandum in Ecclesia Beati Petri prius nobis verum dirigite magistrum.* & paulo post: *dirigatur ipse magister in partibus Spoleti, & demandationem ibidem faciat de ipso lignamine, quod in prædicto hypochartosin, hoc est camarado necesse fuerit: quia in nostris finibus minime tale lignamen reperitur.* videtur ὑποχάρτωσις dici, coronarium opus, quod subjiciebatur cameris, à chartæ tenuitate & subtilitate, & idem esse quod ὑποπλάκωσις. nam χάρται & πλάκες idem sunt. hinc chartæ plumbeæ, chartæ aureæ pro laminis aureis, vel plumbeis. nisi quis ὑποχάρτωσιν dictam malit, quod usus chartarum fuerit in cameris intexendis & disponendis, vel etiam decorandis, sed superior sententia

mihi

mihi magis placet, quam comprobare videtur optimum Glossarium, in quo ὑποχάρτωσις tectorium explicatur. hinc hypochartosis pro cametaro apud illum Pontificem. imbracteabantur quoque cameræ, ut ex hoc Vopisci loco patet. cum enim scribat in animo habuisse Aurelianum, ut aurum in cameras non mitteretur, per bracteas id fiebat, ut ostendemus paulo post. musivo etiam opere decorabantur cameræ. de quo nobis abunde dictum est apud Spartianum. ubi docuimus musivum opus proprium fuisse camerarum, & de earum ornatu tantummodo apud auctores usurpatum. quibus addam hunc locum Procopii ex sermone primo de ædificiis Justiniani: ὑπερηώρηνται δὲ αὐτοῦ ἁψῖδες ὀκτὼ ἀνίχνουσαι τὸ ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ ὄροφον, ἐν σφαιροειδεῖ μετεωρισμῷ ἐπικυρτούμενον. ἀνακεχρωμάτισται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὀροφὴ πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακέντι τε καὶ διαχυθέντι ἐντοῦθα παγεῖσα, ἀλλ' ἐναρμοσθείσαις ψηφῖσι λιθίναις τε καὶ χρυσῷ ἀραϊσμέναις παντοδαπαῖς, αἳ δὴ τά τε ἄλλα καὶ ἀνθρώποις ἀπομεμίμηνται. notandum in Procopii verbis genus aliud fuisse cameras. ornandi pingendique cera resoluta igne, quod ad encausticen pertinet. Plinius: *tertium genus accessit resolutis igni ceris penicillo utendi, quæ pictura in navibus nec sole, nec sale, nec ventis corrumpitur. ceris igne resolutis*, est quod Procopius κηρῷ ἐντακέντι, καὶ διαχυθέντι. quo genere picturæ parietes pingebant. Etymologicum magnum: ἐγκεκαυμένη, ἐζωγραφημένη· ἐπεὶ ἐγκαυσταὶ λέγονται οἱ ζωγράφοι οἱ διαγράφοντες τοὺς τοίχους. eodem enim genere & parietes & cameræ pingebantur & ornabantur. præcedunt apud Plinium loco jam citato duo genera encaustices, cera & cestro, id est viriculo. legendum, *vericulo*. veruculus, aut veruculum, diminutivum à veru quod telum significat, & instrumentum pingendi, vel inurendi. Græci κέστρον similiter, & pro telo usurpant, & pro illo, quod dixi instrumentum. corrigendus obiter Vegetius lib. II. cap. XV. *aliud minus ferro triangulo unciarum quinque, hastili trium pedum simul, quod tunc veruculum, nunc verutum dicitur.* perperam hodie etiam in emendatissima editione *vericulum* editum est. at verriculum est σαγήνη, à verrendo: veruculum vero, ὀβελίσκος. optimæ Glossæ: *veruculi*, βαλανοι, ἐπὶ τοῦ κλείθρου. ὀβελίσκοι. hodie *vermiculi* scribitur in Glossis. veruculus igitur κλείθρου βάλανον etiam significat. quod hodieque retinemus. nam apud nos *verrouil* idem designat. *veruculum*, κέστρος. & *veruculo pingere*, κεστρῶσαι. Hesychius: κέστρωσις ἡ τὴν γραφικὴν μεμιμημένη. male apud Hesychium legitur: ἡ τὴν βαφικήν. auctor Etymologici, ἐγκαυσταὶ, qui cestro, vel cera inurunt, ἀπὸ τοῦ καῶ, quod κηλαίνω significat, dictos innuit. immo vero ἀπὸ τοῦ ἐγκαίω. sic Latinis inurere accipitur. Ausonius:

Ceris inurens januarum limina,
Et atriorum pegmata.

in veteri inscriptione, ἐγκαυστὴς θυρῶν dicitur. ubi perperam editum est, ἐλαυστὴν, vel ἐκαυστὴν. urere coloribus dixit Ovidius, cum eamdem pingendi rationem intelligeret:

—— tabulamque coloribus urit.

tot igitur modis ornabantur cameræ, coronario opere, musivario, cerographia, vel encaustice, & imbracteatione. quem postremum ornandi modum prohibere in animo habuisse Aurelianum scribit hoc loco Vopiscus. ex his omnibus respicere licet quid cameræ distent à lacunaribus. quibus firmandis addam unicum Vitruvii locum, qui neminem sinet dubitare, is est lib. VII. cap. II. *Tunc autem machinis comparatis camerarum dispositiones in conclavibus expediantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata.* hinc æstimari potest quam bene ac proprie balnearum laquearia dicantur, quæ cameræ sunt, vel tholi. Ammianus Marcellinus, lib. XXVIII.

 Tales

in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur, dicens plus auri esse in rerum natura quàm argenti: [1] sed aurum [2] per varios bractearum,

Tales ubi comitantibus singulos quinquagenta ministris tholos introierint balnearum. in epigrammate Græco de thermis, si bene memini: κοῖλον ἐρείσματι θόλυ. ubi κοῖλον vocat, quod Latini curvum. nam curva porticus est camerata apud Spartianum. curvum autem & cavum indifferenter usurpant. unde cavas ædes curvas, id est cameratas, interpretatur apud Virgilium Servius. *volutas* hodie vocamus cameras. Græci εἰλήματα. *transvoluta tecta* Gregorio Turonensi sunt εἰληματικά. hinc *volutiles columnæ* Anastasio de vitis Pontificum, quos Græci εἰληματικοὺς κίονας appellant. ita enim Constantino dicuntur de imperio. perperam *volatiles* ediderunt in Anastasio. sed & *volutiles plures* apud eumdem, quos *volubiles* fecerunt. de quibus nos alibi pluribus. volomina & subvolumina de cameris Isidoro, sunt ea quæ diximus εἰλήματα. sed modum tandem faciamus. nec omnia semel, quæ hac de re dici possunt, dicenda sunt, sed in aliud tempus & locum reservanda quædam.

1 *Sed aurum per varios bractearum, filorum, & liquationum usus perire.*] Singula singulis ordine suo reddit: bracteas cameris, fila vestibus, liquationes pellibus & argento. cameræ igitur inaurabantur per bracteas. vestes auro intexebantur per fila. pelles & argentea vasa deaurabantur per liquationes. sic bracteationibus, filationibus, & liquationibus aurum peribat, non autem argentum. nec enim bractearum argentearum quisquam meminit: nec filorum argenteorum, ad vestes texendas, vel intexendas. nec item inargentabantur pelles, aut vasa. liquatione autem, vel auro liquato deaurabantur pelles, sicut & vasa. nam ita etiam in membranas aurum mittebatur, quum scilicet litteris aureis perscribebantur. D. Hieronymus ad Eustochium de custodienda virginitate: *inficiuntur membranæ colore purpureo, aurum liquescit in litteras.* omisit heic Aurelianus aliud genus insurandi pocula argentea, quod non fiebat auro liquato, sed aureis clavis immissis in argentum, & insertis. hoc genere deaurata, *auro clusa*, & *auro vincta* dicebantur. de quibus multa in superioribus adnotavimus. an temporibus Aureliani jam exoleverat hæc inaurandi ratio? non puto. sed ejus ideo non meminit heic Aurelianus, quod aurum sic missum in argentea pocula non pereat, sed integrum, & in sua natura maneat. perit vero nec in suo usu manet, quod in bracteas extenditur, aut in fila deducitur, aut liquatur. atque hanc fuisse Aureliani mentem quivis, vel modicum harum rerum intelligens, facile poterit animadvertere. alias quam absurdum esset, vetare ne pocula deaurarentur, permittere autem, ut qui vellent vasis aureis uterentur, & poculis? sic enim longe majorem auri perditionem institueret, quam antea fuerat. sed aurum perire intellexit, quod in suam naturam non potest redire, aut etiam si posset, tamen deteritur usu, nec in aliam rem postea converti potest, aut in massam reverti. ut bracteæ, quibus inaurantur cameræ: fila quibus vestes texuntur: & aurum quo liquescente membranæ, pelles, & vasa deaurantur. usu ipso hæc omnia pereunt: emblemata vero aurea de poculis extrahi possunt, & in alium usum verti.

2 *Per varios bractearum.*] V. C. Pal. *bractearum.* atque ita sæpius reperitur in libris scriptum. Glossæ veteres: *Brassica*, κράμβη. *Brattea*, πέταλον. ordo enim litterarum ostendit

rum, [t] filorum & liquationum usus perire, argentum autem

dit auctorem ejus Glossarii, *bratteam* legisse, & scripsisse. *blatteum* quoque & *blattearius* in aliis Glossis scribitur, pro *bratteum*, & *brattearius*. sed non dubito veriorem esse scripturam, *bractea*, quæ in optimis quoque libris invenitur. non enim ἀπὸ τοῦ βράχειν, ut Grammaticorum filii volunt, dicta bractea, sed ἀπὸ τοῦ βρέχειν. βρέχω est lino, vel illino. βρεκτὴς qui linit. unde βρεκτὴ, litura, vel quod illinitur. ut χωρητὴς, χωρητική. ὑβριστὴς, ὑβριστική, injuria, & alia infinita. βρεκτικὸν Latini *bracteam* dixerunt, tenue auri folium quo linuntur pedes lectorum, cameræ, & alia. Calpurnius:

—— *atque illita porticus auro.*

sputum vocat Martialis lib. VIII. epigram. XXXIII.

Hoc linitur sputo jam caryota calendis.

sputum est, βρεκτικὸν. Latini autem *bracteam* dixerunt, eodem modo quo *embractum*, quod Græcis erat ἐμβρεκτόν. Apicius embractum Bajanum vocat lib. IX. ἔμβρεκτον Hesychius: ἔντριτον τὸ Διονυσίῳ ἐμβρέχεις ὁ Γαλάται ἔμβρεκτον φασίν. ita legendum in Hesychio, non ἔκβρεκτον. vox autem ἔμβρεκτον pura puta Græca, quam Galatæ usurparunt. ἐμβροχὴν enim Græci dicebant. optimæ Glossæ: *intritum*, ἐμβροχή. ἔντριτον autem quod apud Hesychium legitur, vox Latina est, non Græca, ut doctissimi viri videntur sibi persuasisse. ἐμβροχὴ igitur, & ἔμβρεκτον idem. & est quod Latini intritum vocant. Græci etiam ἔνθρυπτον. *intritus cibus* Phædro dicitur:

—— *intrito cibo*

Plenam laganam posuit.

intrita Celso, pro intritione, ut *remissa* pro remissione. Glossæ: ἐνθρύπτης, *intritio*. falluntur, qui in tritum, moretum, vel alliatum in suis Lexicis exponunt, & nobis imponunt. *intrita*, est proprie ἐμβροχή, intrita ex vino, ex posca, ex aqua apud Celsum est panis intritus & friatus in aquam, aut poscam aut vinum. ἔνθρυπτος ἄρτος Græcis. *intritus cibus* Phædro. ad quam intriti significationem etiam traho proverbium illud apud Comicum: *Tute intrivisti, tibimet exedendum est.* non autem ad moretum, ut voluit Donatus, aut alliatum moretarium. hæc alibi pluribus. nunc quod agere instituimus, agamus. embractum Latinos dixisse, quod Græci ἔμβρεκτον. sic *murobractarii* Plauto, qui μυροβρεκταὶ Græcis. *murobatarii*, aut *murobatrarii* legunt omnes libri. pro quibus, *malobatrarii* magis placuere doctis viris. mihi *murobractarii* magis adrident, pro myrobrectarii. ita *bractare* verbum ἀπὸ τοῦ βρεκτοῦ finxerunt, quod humectare, & madefacere significat, & idem plane, quod βρέχειν. inde *bractamentum* pro humore, vel aqua posuit. Fulgentius de Virgiliana continentia: *Nam ecce ad me etiam ipse Ascræi fontis bractamento saturior advenit.* bractamentum ibi est liquor, vel humor fontis Ascræi. neque quicquam mutandum. sic *bracteam* pro *brectea* dixere. ut *embractum*, pro *embrectum*. *myrobractarios* pro *myrobrectariis*. & *bractare* denique pro *brectare*.

t *Filorum.*] Filis aureis, & subtemine serico vestes texebantur claræ & pretiosæ. Spartianus in Pertinace: *vestis subtemine serico, filis aureis.* Virgilius:

Et picturatas auri subtemine vestes.

ubi subtemen poëta posuit pro trama, vel filis, ut ad Pertinacem Spartiani ostendimus. non enim stamen ex auro potest esse. nondum igitur ætate Aureliani inventum erat argentum in fila deducere, & filis argenteis vestimenta contexere. quod sub ultimis imperatoribus apud Græcos multum in usu fuit. quæ syrmatina dice-

autem in suo usu manere. [1] Idem dederat facultatem ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis. [2] Dedit præterea potestatem [3] ut argentatas privati carrucas haberent, quum antea ærata & eborata vehicula fuissent. [4] Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas

dicebantur à syrmate, hoc est filo argenteo. sic enim vocabant. itaque quoties legis apud Codinum συρματῖνον, argenteis textum filis, & argentatum accipe. Nicetas: ἰδὼν δὲ καὶ τὸ ἐπικεκλιμένον, ὃ ὁ Βασιλεὺς ἐπάνω τῶν ἁρμάτων αὐτοῦ ἐφόρει, ὁλόχρυσον ὂν μετὰ σύρματος καὶ ἀπὸ ἱδρῶτος καὶ κονιορτοῦ βεβαμμένον, εἶπεν. id est aureum totum cum filis argenteis. idem: καὶ τὰ ἅγια σκεπάσματα τὰ πολύτιμα, τὰ ἐκ σύρματος, καὶ χρυσοῦ ὄντα. perperam legitur in annotationibus Wolfii: ἐκ σύρματος χρυσοῦ ὄντα. ejusdem Nicetæ Græcobarbatus codex ἔπιπλα interpretatur, τὰς συρματηρὰς ποδέας καὶ χρυσᾶς. id est argenteos, & aureos tapetas. Eustathius Odyss. K. ὡς τῆς ἀργυρίας μίτου ὁ σύρμα φασὶν οἱ ἰδιωτίζοντες σφιγκτότερον πιέζοντος ἤπερ ὁ χρυσὸς καὶ βαθύτερον.

CASAUBONUS.

1 *Idem dederat facultatem, ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis.*] Ratio legis manifesta: ut tanto facilius obtineret ne divites & opum suarum ostentatores, inaurationibus & liquationibus variis aurum perderent.

3 *Ut argentatas privati carrucas haberent.*] Respectu principis omnes sunt privati, etiam summis magistratibus præditi: respectu eorum qui omni dignitate carent, magistratus non sunt privati. ita hic accipiendum esse ex Lampridii Alexandro apparet nam ibi senatoribus eadem fit potestas; hic privatis, & τοῖς ἰδιώταις.

SALMASIUS.

2 *Dedit præterea potestatem ut argentatas privati carrucas haberent, quum antea ærata, & eborata vehicula fuissent.*] Atqui Severus Alexander id jam ante senatoribus dederat, ut argentatas carrucas haberent. quis sequentium imperatorum sustulit, ut opus habuerit Aurelianus redonare? Spartianus in Alexandro: *Carrucas Romæ, & redas senatoribus omnibus, ut argentatas haberent permisit.* Heliogabalus, *contemptis argentatis & eboratis & æratis vehiculis, habuit gemmata, & aurata.* Spartianus in ejus vita. apud eumdem mentio est, sellæ muliebris eboratæ, & argentatæ. privatorum autem vocabulo Vopiscus tam senatores, quam magistratus comprehendit, hoc est omnes honoratos. argentata enim senatorum vehicula non minus, quam magistratuum. vetus epigramma Græcum carrucam argentatam præfecto urbis tribuit. εἰς τινὰ φιλόσοφον γενόμενον ὕπαρχον πόλεως ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ καὶ Βάλεντος. ita lemma conceptum est membranis. sequitur epigramma:

> Ἄντυγος ὑψηλῆς ἐπιβήμενος ἐς πόθον ἦλθες
> Ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.

ἄντυγα ἀργυρέην vocat argentatam carrucam præfecti urbis. nam frustra fuit vir doctus, qui philosophum avaritiæ insimulatum ex hoc argenteo, ut vertit, axe, suspicabatur. sed hæc nos alibi pluribus.

CASAUBONUS.

4 *Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras vestes.*] Quam varii colores in matronarum vestibus essent Romæ usitati, disci potest ex Ovidii tertio De arte. multos enim co

eo loco recenset. ibi nominatur inter cæteros colores Tyria purpura dibapha. Quare videntur multo ante purpureas vestes gestasse matronæ Romanæ: ut lege hac Aureliani opus illis non fuerit. Sed docemus ubertim alibi jam inde à Julio Cæsare & Augusto usum ejus coloris ademisse privatis imperatores. Non igitur integras è purpura vestes conficere fas fuit, sed segmenta, aut clavos purpureos, vel id genus alia, ad ornatum vestimentis adsuere. Adde quod blatta exquisitissimæ purpuræ genus fuit: quo minus mirum, jus matronis non fuisse, ut blatteas sive tunicas sive cæteras vestes induerent. de forensibus præsertim loquor: nam tricliniares balneares, & aliæ domesticæ vestes majoris luxus & licentiæ fuere quam forensia. Vetitum ergo prius colorem permisit Aurelianus: sed in vestibus, ut arbitror, è lana. nam blatteas sericas vestes adeo non fecit promiscui juris, ut ne uxori quidem concesserit.

SALMASIUS.

4 *Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent.*] Ad Ovidium nos delegant eruditissimi viri, ut ex ejus de Arte amandi libris discamus, quam varii colores in matronarum vestibus usitati fuerint. sed Ovidius in illo de arte tertio, de matronarum vestibus non loquitur, nec de matronis, sed de libertinarum, & earum mulierum, in quibus non impermissa Veneris furta. quod initio libri professus est:

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.

colores, quos ibi enumerat, hi sunt. multos enim errare video in illis coloribus exponendis: cæruleus galbineus. undulatus. croceus. myrteus. amethystinus. rhodinus, vel roseus. geminus, quem Græci γεράνιον. castaneus vel castanatus. amygdalinus. cerinus. atque hi fere colores, aliique ex variis herbis tincturæ aptis libertinarum, atque aliarum mulierum infimi loci atque ordinis, erant destinati. at matronæ purpureas vestes cum multo auro, gerebant vulgo. quem pretiosum amictum, ab illis secundi ordinis mulieribus abdicat poëta illo loci:

Quid de veste loquar? non jam segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

matronarum igitur habitus ante imperium Cæsarum purpureus & auratus. Servius III. Æneid. *Cato ait deposita veste purpurea, feminas usas cærulea cum lugerent.* Valerius lib. II. cap. I. de matronis Romanis: *ceterum, ut non tristis earum, & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multa purpura usæ sunt.* in promptu sunt alia non pauca auctorum loca, quibus id probetur, si pluribus probari opus esset. sub imperatoribus vero jam inde à Julio Cæsare purpuræ usus privatis interdictus. nam hic primus, Suetonio referente, *lecticarum usum, & conchyliatæ vestis, & margaritarum, nisi certis personis & ætatibus, perque certos dies ademit.* quibus verbis non penitus usum purpuræ ademisse Julium videmus, sed modum ejus usurpandæ statuisse, ex personarum dignitate, & ætatum qualitate, & per certos dies. at Nero prorsus sustulit, interdixitque usum amethystini & Tyrii coloris. Suetonius in ejus vita: *Quinetiam inter canendum animadversam matronam è spectaculis vetita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus suis creditur, detractamque illico non veste modo, sed & bonis exuit.* idque postea sub aliis deinceps imperatoribus tenuisse usque ad hunc Aurelianum videtur; quem permisisse heic scribit Vopiscus, ut matronæ tunicas purpureas, & ceteras vestes haberent. hinc apud Vopiscum in hac eadem vita supra legimus, vestes matronarum purpureas fuisse, quod patet ex his verbis: *mi-*

cas haberent, & cæteras vestes, [r] quum antea coloreas habuis-

minislis enim fuisse in templo Iovis Optimi Maximi Capitolini pallium breve purpureum lanestre, ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, specie cineris decolorari videbantur cetera divini comparatione fulgoris. jam tum enim purpureas vestes gerebant matronæ, Aureliani concessu. & notandum purpureas ibi vestes, vel purpuras Vopiscum dixisse, quas hoc loco blatteas vocavit: ne cum viro doctissimo censeamus, blattam exquisitissimum purpuræ genus fuisse. atque ideo minus mirum, si jus non fuit matronis blatteas tunicas, & ceteras vestes habendi. nam blattam, ut notum est, recentiores dixere, quam vetustiores purpuram. *Blatta, vel blattea proprie bullæ lusi ex itineribus,* ut ex Festo scribit Paulus: sic etiam vocarunt bullas sanguinis concreti. unde in Glossis: *blattea*, θρόμβος αἵματος. hinc *blatteum*, hoc est sanguineum pro purpureo: nam sanguineum colorem, & purpureum eumdem esse voluerunt. Servius lib. III. *sed quoniam sumptuosum erat, & crudele victimas, vel homines interficere, sanguinei coloris cepta est vestis mortuis injici, ut & ipse testatur VI. Æneid.*

Purpureasque super vestes, velamina nota.

ubi manifesto sanguineum & purpureum eumdem facit. Plinius de Tyrio colore: *Laus ei summa, color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. unde & Homero purpureus dicitur sanguis.* hoc genus purpuræ blattam vocarunt. quæ vox, ut dixi, concretum sanguinem significat, & similitudine luteæ blattæ. adde quod saniem purpuræ, sanguinem, & cruorem etiam appellarunt. Cassiodorus: *scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret horroris.* alibi *nigredinem sanguineam*, & *humorem sanguineum* appellat. optimæ Glossæ: *blattela*, θρόμβος αἵματος τῆς κογχυλίου. nam blattam, & blatteam & blatellam pro eodem dicebant. ut buccam, bucceam & buccellam, τὸ ψωμίον. male igitur doctissimi viri, qui à blattis vermiculis blatteum appellari volunt. βλαττίον recentiores Græci, non de blatta, vel purpura dicunt, sed de veste ipsa purpurea. Nicetas: νήματα σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ. pro quibus codex Græcobarbarus habet: βλαττία χρυσᾶ. vide quæ notavimus ante. falsum item est, quod ad hunc locum observat ὁ πάνυ Casaubonus, veterum prius colorem matronis, permisisse Aurelianum in vestibus tantum è lana. argumento utitur, quod Aurelianus concedere noluerit uxori, ut unico pallio blatteo serico uteretur. qui igitur aliis matronis concessisset, quod uxori negabat? sciendum est locum illum de holoserica veste accipiendum, quam nemini utendam dedisse, neque in vestiario suo habuisse Aurelianum scribit Vopiscus supra. subserica vero passim in usu pallia & tunicæ muliebres, quas ut blatteas, vel purpureas haberent, matronis concessit Aurelianus.

CASAUBONUS.

r *Cum antea coloreas habuissent, & ut multum oxypaderotinas.*] *Coloreas*, id est vario colore tinctas, modo hoc, modo illo: quod præclare docet locus Ovidii quem jam indicavimus. colorea vestis Latine, quæ in idiomate nostro, *de couleur*, sed nos coloream opponimus nigræ: hic vero opponitur blatteæ sive purpureæ. ita locuti sunt Romani. Augustus in testamento suo: *gausapes, lodices purpureas, & coloreas meas.* Cave pro eodem accipias coloreum vestimentum & versicolor: quod Græcis est ποικιλόχροον. talia vestimenta lege veteri Romanis matronis interdicta, quam T. Livius com-

commemorat initio libri XXXIV. *Oxypæderotinas* interpretamur coloris pæderotini, sed saturi & non diluti. sic dicitur *oxyblatta* in Codice, blatta exquisitioris luminis. Color autem pæderotinus non à cærefolio herba, quæ dicitur quibusdam pæderos; sed vel ab acantho herba alia, quam Græci Latinique alio nomine pæderotem nominant: vel à gemma opalio, quæ, ut Plinius auctor est, etiam pæderos propter eximiam gratiam à plerisque appellata est. Orpheus nominis rationem indicat, quod colorem habeat delicati & teneri pusionis.

Φημὶ δέ τοι τέρψιν καὶ ἐπιάλλειν ὀ-
φθαλμοῖς·
Ἀγλαὸν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα.

Sive autem ab acanthi foliis nomen invenerit hic color, sive ab opalio gemma, amœnissimus profecto est, atque aspectu gratissimus. sed de his plura alibi nobis dicenda.

SALMASIUS.

1 *Cum antea coloreas habuissent.*] *Coloreas* hoc loco interpretantur, vario colore tinctas, modo hoc, modo illo. id contra usum est Latine loquentium: qui varii coloris vestem solent vocare, non modo isto, modo illo colore tinctam, sed quæ variorum est colorum, & plures intextos habet colores. Græci *ποικίλα ἱμάτια* vocant, & *ποικιλόχροα*. sic Latinis varia vestis, & varii coloris vestis. Terentius in Eunucho:

Id visum est, quia tum varia veste ornatus fuit.

Donatus de tragœdia & comœdia: *Leno pallio varii coloris utitur.* hujusmodi igitur varii coloris vestes sunt quas heic coloreas appellat Vopiscus: quod multorum ac variorum essent colorum. hinc coloratos lenones vocat Tertullianus, coloreis palliis indutos, hoc est palliis varii coloris. de Spectaculis: *ut sacerdos coronatus, vel coloratus ut leno.* sic in testamento Augusti *colorea lodices* accipiendæ: *gausapes purpureas, & coloreas meas.* ubi manifesto *gausapa colorea* dicuntur, quæ varii coloris essent, non modo hujus, modo illius: sed quæ varios colores intextos haberent. aliter enim non video quare debuerit Augustus purpurearum gausaparum meminisse. nam coloreas dicendo, utique & purpureas complexus esset: quippe & purpura inter colores. glossamentum sustulimus ex verbis Augusti apud Charisium. male enim vulgo legitur: *gausapes lodices, purpureas.* non ibi agit Sosipater de lodicibus, & quo genere dicerentur, sed de gausapis tantum. lodices igitur ad oram nescio quis addiderat, ut interpretaretur vocem *gausapa.* quæ postea in contextum temere infulsæ sunt. coloreis igitur vestibus usæ matronæ Romanæ, cum purpurearum usus eis esset interdictus. nam post purpureas in pretio fuere colorex, quæ, vel acu, vel pectine pluribus intextæ essent coloribus. unde *vestes pingere coloribus* dixit Servius, de acupictilibus. *colorium* veteres in eo significatu usurpasse, nullum dubium est. sed ut magis id certum sit, uno aut altero testimonio comprobemus. lemniscos coronarum Festus *colorias fasciolas* interpretatur: *Lemnisci, inquit, id est fasciæ coloriæ dependentes ex coronis propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.* fasciolæ coloriæ sunt *ποικίλαι ταινίαι*, vel *ποικίλα διαδήματα* quibus coronæ ornabantur, quæque ex coronis dependebant. Græcus interpres Pindari: *μίτραις ἀντὶ τοῖς στεφάνοις καὶ ταῖς εἰκαις. μίτραις γὰρ ὑφάνθη τῶν στεφάνων καὶ διαδήματα ποικίλα εἰώθασι συνδεῖν. διαδήματα ποικίλα* illi scholiastæ, sunt quas *colorias fasciolas* vocavit Festus, lemniscos scilicet coronarum: quæ vox est Sicula. ita enim Siculi appellabant *στεπτὰς ταινίας.* antiquus auctor libelli qui *de cœna Domini* inscribitur, & Cypriano vulgo adscribitur, vestem Thamar *colorinam* appellat. Azelinus quidam

Rho-

Rhemensis Monachus, ante aliquot secula libellum illum versibus reddidit, & hunc titulum libro suo quem manuscriptum doctissimi Jureti beneficio habui, addidit: CENA AZELINI REMENSIS MONACHI QUAM CONDIDIT AD HEINRICUM IMPERATOREM IMITATUS CYPRIANUM EPISCOPUM CARTAGINENSEM. Is igitur Azelinus, vestem Thamar *coloriam* dixit, non *colorinam*, ut vulgo apud Cyprianum legitur. sed *colorium*, & *colorinum* idem, ut *coccenm* & *coccinum*. verba Cypriani: *Maria stolam, Susanna castaninam, Moyses conchylinam, Abel purpuream, Levi spartacinam, Thamar colorinam.* quam coloriam, vel colorinam vestem heic Cyprianus hypobolimæus dixit, D. Hieronymus *polymitam* & *variam* appellavit in epistola de castitate servanda: *quando adstitit regina à dextris ejus in vestitu deaurato circumdata varietate, qua veste polymita, & multarum virtutum adversitate contexta induta fuit & Joseph, & regum quondam utebantur filiæ.* locus de tunica Thamar habetur, secundo Reg. c. XIII. ubi in Hebræo est, כתנת פסים, id est, *vestis ex variis frustis & pannis contexta.* ita etiam vocatur tunica Joseph Genes. XXXVII. Græci interpretes ποικίλον χιτῶνα reddiderunt, Latinus polymitam: Hieronymus modo polymitam, modo variam appellat illam Josephi tunicam in epistolis. in paraphrasi Jonathanis nominatur *paragodai*. *paragoda* vestis dicebatur pannis & institis versicoloribus prætexta, atque ut loquitur Hieronymus loco paulo ante citato, *varietate circumdata.* sic *varia* vestis, & *polymita*, & *paragoda*, & *coloria* eadem: eaque est, quam Græci ποικίλην vocant. Notandum tamen est, quem LXX. interpretes cap. XXXVII. Genes. ποικίλον χιτῶνα reddiderant, de veste Joseph, ἀστραγαλωτὸν χιτῶνα vertisse lib. II. Reg. cap. XIII. de veste Thamar: καὶ ἐπ' αὐτῆς ἦν χιτὼν ἀστραγαλωτὸς ὅτι οὕτως ἐνεδιδύσκοντο αἱ θυγατέρες τοῦ βασιλέως αἱ παρθένοι τοὺς ἐπενδύτας αὐτῶν. quos sequutus vulgaris Latinus interpres *talarem tunicam* reddit. sed & tunicam quoque illam Josephi varietate colorum insignem, quam ποικίλον χιτῶνα LXX. nominant, & versio vulgaris polymitam, Aquila ἀστραγάλειον in sua interpretatione vocaverat. ἀστραγάλειος, & ἀστραγαλωτὸς idem. ἀστραγαλωτὸς χιτὼν Græcis dicitur *tunica talaris*, ὁ μέχρι τῶν ἀστραγάλων καθήκων. Pollux: καὶ ὁ συμμέτρως χιτὼν ἐστὶ ποδήρης ἐς τι τοὺς ἀστραγάλους καθήκων. sed operæ pretium est disquirere, quid ita septuaginta illis interpretibus placuerit eamdem vestem modo ποικίλην, modo ἀστραγαλωτὴν transferre, nam qua ratione ductos putamus eos genus illud vestis, quod Hebræi *Ketonet passim* appellant, hoc est vestem frustorum & particularum, vertisse ἀστραγαλωτὸν, id est talarem? Rationem aliam nisi hanc quam dicam, haud ullam scio. tunicis talaribus subsuebantur panni vel institæ versicolores, quæ extremam vestis oram ambiebant, & ornabant. nec unum tantum aut alterum ejusmodi pannum de diversis coloribus textum vestibus adsui moris erat, sed pluribus etiam interdum institis, ad pedes usque & talos descendentibus, in imo per circuitum prætexebantur. Græci πέζας vocant, & παραπέζια, Latini *limbos*, & *institas*, & *pannos*, Hebræi vero פַּסִּים. hinc πεζοφόρος χιτὼν Græcis, qui hujusmodi πέζας prætextas habet, quem Hebræi *Ketonet passim*, ut diximus, nuncupant. πεζοφόροι autem χιτῶνες Græcis sunt, tunicæ talares. Pollux: αἱ δὲ περὶ τοῖς ἄκραις παρυφαὶ καλοῦνται πέζαι καὶ πεζίδες καὶ παρέλπιζα τὰ οὕτως παρυφασμένα. οἱ δὲ πεζοφόροι χιτῶνες, ἢ οἱ ποδήρεις ἢ οἱ πέζας ἔχοντες. idem Pollux: τοῦτο δὲ ζῶμα ἐστὶ μὲν ἐπιτήδειον ἐνδῦναι, πέζας δὲ ἔχει ὡς Αἰσχύλος δηλοῖ πεζοφόρα ζώματα ἀποκαλῶν. πεζοφόρα alii in Æschylo talares interpretabantur.

tur. Hesychius: πεζοφόρεις ζώματα. Αἰσχύλος τοξότισι, ὥσπερ πέζας ἐχόντων τῶν χιτώνων. τινὲς δὲ ποδήρεις. ζῶμα δὲ τὸ ἔνδυμα. sic πεζοφόρος χιτὼν Græcis tunica est: quæ πέζας hoc est pannos, & institas per extremam oram subsutas habet, & quæ ad talos usque demissa est. tales erant Romanarum matronarum tunicæ, talares scilicet, & institis ornatæ. Horatius:

Quarum subsuta talos tegit instita veste.

at libertinarum vestes, & earum quæ corpore quæstum faciebant, nec institas habebant per circuitum extimum, nec talares erant. sic apud Græcos ποδήρεις στολαὶ, talares vestes limbis ferme & institis ad imum erant ornatæ. Hesychius: ποδήρης στολὴ, τὸ εἰς τὸ κάτω τοῦ ἱματίου κεκλωσμένον. ita legendum. intelligit hujusmodi fascias & ornaturas, quæ talaribus stolis adsuebantur. κλώσματα & λώματα dicebantur, & κλωστῆρες & ῥάμματα. idem Hesychius: κλωστὴρ τὸ κεκλωσμένον, ῥάμματα. idem alio loco: λῶμα, ῥαφὴ, κλωσμὸς, ἢ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου λῶμα. Attici ὀχθοιβοὺς in mulierum vestibus, pannos istos vel limbos, quibus prætexebantur, vocabant. Hesychius: ὀχθοιβοί. περιπλέκτα τινὰ ἐνώματα περὶ τοὺς χιτῶνας ἃ καλοῦσιν ὀχθοιβούς. εἰσὶ δὲ τὰ λεγόμενα λώματα. Etymologicum magnum: λῶμα τὸ γυναικεῖον, ὃ ὑπὸ Ἀττικῶν ὀχθοιβὸς λέγεται, καὶ τὸ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου ἐπίβλημα ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κόκκου. ex quo etiam discimus versicolorias istas fuisse institas, & ex diversis inter se mixtis coloribus, ut plurimum textas. diversi sane semper ab ipsa veste coloris fuere, ἐπεγχρωμα ἐπιβλήματα vocat Balsamo ad conc. VII. can. XVI. ὅτι τινὰ ἐπεγχρωμα ἐπιβλήματα περιτίθενται ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων. cum igitur talares omnes tunicæ versicoloribus limbis & pannis prætexerentur, haud mirum est si Græci Bibliorum interpretes tunicam Thamar, & tunicam Joseph colorearum institarum varietate circumdatam, partim ποικίλον χιτῶνα, partim ἀστραγαλωτὸν verterunt. utrumque enim tunicæ illæ fuere, & talares & variæ. utrumque expressit vulgaris interpres in sua translatione. nam vestem Joseph, & *talarem & polymitam* vocavit Genes. XXXVII. vers. XXXIV. Azelinus talarem tantum vocat in his rhythmicis versibus:

Joseph talari tunica
Vestitur innocentia.
Infectam capri sanguine
Tollit pro pulcro munere.

at *varia* & *polymita* semper apud D. Hieronymum appellatur. vestem porro illam Thamar coloriam, & variam, quam LXX. ἀστραγαλωτὸν transtulerunt, Symmachus χειριδωτὸν, Aquila καρπωτὸν vertisse dicuntur. χειριδωτὸς & καρπωτὸς χιτὼν idem est. nam καρπωτὸς χιτὼν dicitur, ὁ μέχρι καρπῶν χειρῖδας ἔχων. Posidonius Stoicus apud Athenæum lib. XII. ἐφ' ἧς χιτωνίσκον ἐνδεδυκὼς ποδήρη μέχρι τῶν καρπῶν χειρῖδας ἔχοντα. talares autem tunicæ, fermo erant & manicatæ, ut ex hoc loco Posidonii apparet. Cicero *cum talaribus & manicatis tunicis.* quemadmodum vero talares tunicæ circa extremitatem institis erant prætextæ, & fasciis versicoloribus, sic etiam circa manum, ubi manicæ, variis & pictuatis limbis variegatas & fimbriatas fuisse minime dubium est. Cæsar Julius, referente Suetonio, utebatur laticlavia tunica ad manus fimbriata. vestis igitur illius Hebraicæ notio ex diversis pannis consutæ in Josepho & Thamare, tam talari tunicæ quam manicatæ convenire potest. hinc interpres, & χειριδωτὸν & ἀστραγαλωτὸν de eodem vestimenti genere dixerunt, & τὸν ποικίλον χιτῶνα intellexerunt. atque hæc est tunica quam *colorium* vetus auctor vocavit. inter *colorium* porro, & *versicolorium*, hoc puto discri-

discrimen, proprie loquendo, statui posse; quod quidquid versicolor est, etiam colorium sit, at non omne colorium utique & versicolor. versicolor igitur proprie dicitur, quod colorem subinde mutat, & alio modo refulget cum aspicitur, alio cum suspicitur, atque etiam alio cum despicitur, & colores alternat. talia sunt colla columbarum. ἀλλάσσον χρῶμα Græci vocant, & nos *couleur changeant*. sic infra in epistola Hadriani: *calices tibi allassontes, id est versicolores transmisi*. vestes sericæ, in quibus trama alterius, & stamen alterius coloris est, versicolores plane exeunt. at *coloriæ* simpliciter dicuntur, quæ variis coloribus pictæ sunt, aut de variantibus liciis in figuras animalium effigiatæ, aut diversis clavis intextæ, aut limbis picturatis prætextæ. *versicoloria* tamen Jurisconsulti generaliter appellant omnia quæ tincta sunt, & colorem nativum mutaverunt. nam Ulpianus D. de fideic. & leg. III. versicolorum appellatione coccum & purpuram contineri dicit, quoniam nihil nativi coloris habeant. leg. XXX. eod. tit. *&* *ideo neque album neque naturaliter nigrum contineri, (versicolorium appellatione) nec alterius coloris naturalis: purpuram autem & coccum, quoniam nihil nativi coloris sint, contineri arbitror*. & Paulus leg. XXXVIII. eod. tit. *coccum, quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus cederet nemo dubitavit*. quidquid igitur tinctum erat, & naturalem colorem verterat, versicoloribus adnumerabatur. & hoc sensu *versicoloria* accipiunt Jurisconsulti. sic tinctam lanam, à versicoloriis non separat Paulus leg. XXXII. D. *de auro, argento. non mutat*, inquit, *substantiam non necessaria verborum multiplicatio, quia Labeo testamento lanam, deinde versicoloria scripsit, quasi desit lana tincta, lana esse*. in eadem lege mentio est *coloriæ* & *versicoloriæ vestis*. ubi *coloria vestis* est multorum & variorum colorum, non ea quæ nullo externo colore imbuta est, ut perperam accipiunt, qui colorium volunt esse τὸ αὐτοφυὲς. at *versicoloria* simpliciter tinctitia; hoc vel illo scilicet colore tincta. versicolor tamen & versicolorium Latini vocant, quod Græcis ποικιλόχρωμον, & quod colores aspectu suspectuque variat, & alternat. Glossæ: *versicoloria*, ποικιλόχροα. lege Oppia cautum erat, ne mulieres vestimento versicolore uterentur. vide Livium lib. XXXIV. ubi *vestimentum versicolor*, est ἀνθινὸν ἱμάτιον. sic Pici Martii *versicolores aves* apud poëtam. & *versicolor sagulum* Gallorum Tacito. sic *versicolor* & *colorium* plerumque confundunt. Græci χρωμάτινον, vocant coloreum. Arrianus in periplo maris Erythræi: προχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους ἱμάτια βαρβαρικὰ ἄγναφα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενα· Ἀρσινοητικαὶ στολαί, καὶ ἄβολλοι νόθοι χρωμάτινοι, καὶ λέντια, καὶ δικρόσσια. ἄβολλοι χρωμάτινοι, sunt colorei singillones. doctus vir qui abollas illo loco vertit, ignorabat quid essent ἄβολοι. meminit quidem aliis locis eodem opusculo abollarum Arrianus, sed ἀβόλλας nominat. ut paulo post: καὶ ἱματισμὸν ἀβόλλαι καὶ καυνάκαι ἁπλοῖ. item: καὶ κύπρος, καὶ ἀβόλλαι, καὶ ἀβόλλαι καὶ λώδικες οὐ πολλαί. sed ἄβολοι aliud sunt. ἀβόλλας χιτῶνας Græci vocant, quæ alio nomine ἀπλοΐδες, & ἀπλεγίδες dicuntur. ut διβόλους iidem dicunt. quæ aliter διπλοΐδες. in Græco epigr.

Καὶ δίβολον χλαῖναν περονήτιδα. —

ἄβολος igitur χιτὼν vel ἄβολον, est *singillo*. Hesychius: ἄβολον, ὄνομα στιχίου. quod, malum, heic στιχίον est? an pro littera vel elemento accipiendum? relinquam aliis quærendum, an aliqua ex Alphabeto littera sic nominetur: ego vero legerim, ὄνομα στιχίου, vel στίχου. στίχιον est tunica, quam & στιχάριον dicebant. Isidorus, *stigium* appellat, quod scriptum est pro *stichium*. sic *aristologia* scriptum apud Vegetium, de re veterinaria, pro *aristolochia*. in Glossis: *stigium, genus vestimenti. stigia, tunica*. pro *stichium* & *stichia*.

stichia. quæ & sticharia vocabantur. optimum Glossarium: *strictoria*, στιχάρια. *strictoria* Latinis erant tunicæ, quod ad corpus stringerentur. quæ Græci recentis ævi, σφιγκτώρια vel σφικτάρια appellarunt. hoc est verbum verbo, *strictoria*. atque hæc in transitu dicta sunt. ἄνθινοι igitur χρωμάτινοι, sunt coloriæ vel colorinæ tunicæ. idem Arrianus, λάκκους χρωματίνους, eodem libello dixit: ὀθόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἡ λεγομένη μοναχὴ, καὶ σαγματογήνη, καὶ περιζώματα καὶ καυνάκαι, καὶ μολόχινα, καὶ σινδόνες ὀλίγαι, καὶ λάκκος χρωμάτινος. λάκκος ibi genus vestis. sed quis λάκκον apud Græcos in eo significatu legit? puto minima mutatione scribendum λίκκος χρωμάτινος. λίκκος & λέκκη Græcis auctoribus pro lana sumitur. Hesych. λεκίς, παροψίς. λέκκη, χλαῖνα. sic *colorenm* vel *colorinm* idem est, quod χρωμάτινον & πολύχρουν significat, & multicolor. χρωματικὸν quoque Græci in eodem significatu usurparunt. stragula variis coloribus intexta, & picta fuisse nemo ignorat. hinc *polymita stragula* apud Martialem: & *stragula picta* Tibullo. Achmes, χρωματικὰ ὑποστρώματα vocat. hoc est ad verbum *coloria*, variis nempe coloribus depicta. cap. CCXXV. ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπικοιμᾶται ἐν ἁπαλοῖς ὑποστρώμασιν ἀμερίμνως, θλίψει τὴν ἰδίαν γυναῖκα καὶ ὁ φροντιστὴς τῆς ἰδίας γυναικός· ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν χρωματικοῖς, ἀποβήσεται ἡ κρίσις εἰς τὰ προκριθέντα χρώματα. notabis mihi ab Achmete distingui χρωματικὰ στρώματα & ἁπαλά. per ἁπαλὰ στρώματα absque dubio intelligit villosa: per χρωματικὰ, τὰ ψιλά. quæ de variis coloribus plumabantur, & acu pingebantur. hinc *plumarius* in Glossis ψιλοτάπος exponitur qui τὰς ψιλὰς plumat, & liciorum varietate multicoloria depingit. eædem Glossæ: *Babylonicum*, ψιλὴ, πολύμιτον. sed de his alibi. ἀνθινὸν etiam Græci eodem plane sensu dicunt, quo Latini *colorium*. ἄνθος enim illis est color. Hesychius: ἄνθη, χρώματα. Philostratus: οἴνων ἄνθη, *colorum pictura*. hinc ἀνθινὴ ἐσθὴς, *vestis coloria*, hoc est variis coloribus picta. notavimus supra ex Donato lenones in Comœdiis apud veteres palliis varii coloris indutos fuisse. *Leno*, inquit, *pallio varii coloris utitur*. Pollux ἀνθινὸν περιβόλαιον vocat, quo utebantur lenones Comici. πορνοβοσκοῖς δὲ χιτὼν βαπτὸς καὶ ἀνθινὸν περιβόλαιον ἐνδέδυται. ἀνθινὸν περιβόλαιον est pallium varii coloris, & varium: non hoc vel illo colore tinctum, ut vir doctus accipere visus est. sed quod varios simul colores intextos habet, uno verbo, *colorium*. hinc ἀνθινὰ ἐδάφη Græcis, picturata pavimenta, & lapidibus varii coloris tessellata. Athenæus lib. XII. ἀνθινά τε πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατασκευάζειν ὑπὸ τῶν δημιουργῶν διαπεποικιλμένα. longe falluntur eruditissimi viri qui ἀνθινὰ pavimenta, *florida* interpretantur, & ἀνθινὰς ἐσθῆτας *vestes floridi coloris* vertunt. aliud ἀνθινὸν, aliud ἀνθηρόν: etsi non nesciam Hesychium ἀνθινὸν & ἀνθηρὸν idem facere. sed auctorum usus repugnat. ἀνθηρὰ vestis diceretur floridi coloris, sed unius: ἀνθινὴ vero varii coloris. ἀνθηρὸν χρῶμα Græci dicunt, de intensiore colore & saturo, minimeque diluto, sed integri ac recentis verique luminis, quod ὀξὺ χρῶμα & ἀληθινὸν etiam appellant. ὀξεῖαι φοινικίδες Aristophani, ἀληθιναὶ πορφυρίδες Xenophonti, quæ sunt veri coloris, & ἐξιτήλοις, & evanidis, extinctique floris purpuris opponuntur. in Oeconomico: ἢ εἰ πειρῴμην σε ἐξαπατᾷν λέγων ὡς πλείω τῶν ὄντων εἴη μοι ἐπιδεικνύς τε ἀργύριον κίβδηλον, δηλοίην δὲ καὶ ὅρμους ὑποξύλους καὶ πορφυρίδας ἐξιτήλους φαίην ἀληθινὰς εἶναι. inde & ἀνθηραὶ πορφύραι, αἱ νεαρὸν ἄνθος καὶ πρόσφατον ἔχουσι, quæ & ὀξεῖαι dicuntur, & ἀληθιναί.

vide

habuissent, [1]& ut multùm oxypæderotinas. [2]Et ut fibu-

vide Suidam in voce *βάμμα*. *floridi colores* Plinio opponuntur austeris. floridi autem, ut minium, Armenium, Indicum, cinnabari, & sandaraca. hinc Græci ἀνθηρὸν de rubro & purpureo colore absolute usurparunt, ut & ὀξὺ & ἀληθινόν. Hippocrates ἄνθεα ἐρυθήματα vocat, & ἀνθηρὰ πλύσματα τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα. & πυῤῥαὶ ἔμπλαστροι apud Medicos, quas etiam ἀνθηρὰς vocant. & ἀνθηραὶ συνθέσεις rubri coloris. hinc ἀνθηρικὸν χρῶμα Dioscoridi de corallio: ἄριστον δ' ἐστὶ καὶ τὸ πυῤῥὸν τῇ χρόᾳ, καὶ ἐμφερὲς ἀνθηρικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι κινναβαρίζει. Hesych. ἀνθηρόν, σανδαράχινον. color autem sandarachæ, ὁ κινναβαρίνης πυῤῥός. Etymologicum magnum: κάλλαια, κάλλυνται τὰ κάτωθεν τῶν ἀλεκτρυόνων ὥσπερ γένεια, διὰ τὸ εἶναι ἀνθηρὰ καὶ πορφυρώδη. sic ὀξὺ quoque pro rubro & purpureo & coccino usurparunt. Nicetas ὀξυβαφῆ ὑποδήματα vocat, τὰ ἐρυθρὰ καὶ τὰ φοινικοβαφῆ. in codice Barbarico ὀξέα ὑποδήματα dicuntur. de oxyblatta & oxypæderotinis vestibus nos alibi. ἀληθινὸν etiam pro puniceo & purpureo apud Græcos. vide quæ supra observavimus. sic ἀνθηρὸν καὶ ὀξὺ καὶ ἀληθινὸν χρῶμα idem. at ἀνθιναὶ ἐσθῆτες non sunt ἀνθηραί, hoc est rubri vel punicei purpureive, aut alterius cujuslibet coloris floridi, sed varii mixtique. τὰ ἀνθινὰ φορεῖν solis meretricibus apud Athenienses erat permissum. Romæ quoque lege Oppia versicolorum vestium usus mulieribus erat impermissus, atque id stante republica. nam sub imperatoribus, postquam purpuræ usus mulieribus interdictus est, versicolores vestes, hoc est ἀνθινὰς ἐσθῆτας passim, ut videtur, gestare cœperunt matronæ Romanæ. inde est quod Vopiscus scribit hoc loco, Aurelianum matronis concessisse, ut blatteas tunicas habe-rent & ceteras vestes, quum antea coloreas habuissent, & ut multum oxypæderotinas. ἀνθινὰς ἐσθῆτας hoc est colorias, muliebres vestes vocat Plutarchus in capitulis Romanis: ἐτύγχανον δὲ αἱ πολλαὶ διὰ τὴν πανυχίδα καὶ τὸν πότον ἐν ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ γυναικείαις οὖσαι. sic ποικίλη & γυναικεία ἐσθὴς, apud Artemidorum jungitur lib. II. cap. III. ἐν μὲν ταῖς ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσιν οὔτε ποικίλη οὔτε γυναικεία βλάπτει τινὰ ἐσθής. idem in fine capitis ποικίλας, & ἀνθηρὰς ἐσθῆτας junctim posuit, & mulieribus utrasque attribuit, hoc est colorias, & versicolorias vestes, colorisve floridi: γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει· μάλιστα δὲ ἑταίραις καὶ πλουσίαις. ἡ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐργασίαν, ἡ δὲ διὰ τὴν τρυφὴν, ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται. τὰ δὲ ἰδιόχροα ἱμάτια πᾶσιν ἀγαθὸν σημαίνουσι. τοῖς ἀνθηροῖς opponit ἰδιοχρόοις. sic quæ nativi & sui coloris sunt, versicoloribus non adnumerantur apud jurisconsultos. purpura & coccum inter versicoloria. purpura & coccum, sunt ἀνθηρὰ χρώματα. ἀνθηρὰ ἐσθὴς Græcis floridi alicujus coloris, ut purpurei & coccinei. sic ποικίλη & ἀνθηρὰ ἐσθὴς *coloria* & *versicoloria* vestis reddi potest, immo & reddi debet. βαπτὸν quoque Græci aliquando ponunt ἀντὶ τοῦ ἀνθηροῦ, & pro eo quod aliquo colore tinctum est, & nativi ac sui coloris nihil amplius habet: aliquando etiam pro colorio & vario. sic βαπτὸς ὄρνις, ὁ ποικίλος apud Aristophanem: & βαπτὰ ἱμάτια, τὰ ποικίλα, & βαπτοὶ χιτῶνες Gallorum Diodoro, coloriæ tunicæ. Hesychius ἀνθινὸν βαπτὸν interpretatur. sed de his alibi distinctius. nunc sufficiat docuisse quo sensu *colorium* apud Latinos acciperetur, & quænam dicerentur coloriæ vestes hoc loco.

1 *Et ut multum oxypæderotinas.*] Noli heic accipere, *ut multum*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

bu. quasi frequentius matronæ, & vulgarius oxypæderotinas gestarent, quam coloreas. contra enim est. quibus plurimum permissum fuerit, facultatem eis oxypæderotinas habendi datam vult. hoc enim designat, *ut multum*, id est ad summum. sic. *ut minimum*, pro ad minimum Martiali:

Ut minimum, libras debet habere duas.

idem lib. x. ep. xi.

Et latam, ut multum, terque quaterque togam.

habuisse igitur, ut multum, pæderotinas vestes matronas Romanas, dicit Vopiscus, quasi multum fuerit, pæderotinas eis fuisse concessas. pæderotinus autem in vestibus color, non à pæderote herba, sive cærefolio, sive acantho, sed à pæderote gemma. nec enim herbæ illæ vim habent tingendi, aut ullum folio vel flore colorem præferunt, cujus nomen aut similitudo in vestes transire meruerit. acanthina quidem vestimenta ab acanthio herba fuere nota veteribus, sed non à colore acanthii sic nominata: texebantur enim ex lanugine qua folia acanthii sunt obducta. de quo Plinius lib. xxiiii. cap. xii. de his acanthinis vestibus locus Varronis apud Servium sic est corrigendus: *cum dempti sunt aculei, ex his implicitis mulieres multiplicem conficere vestem; hinc vestimenta acanthina appellata.* at Servius vestes in similitudinem acanthi ornatas & confectas accipit, & sic intelligit versum poëtæ:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

quam bene, nos infra docebimus. pæderotinæ igitur vestes, à pæderote gemma, quam alio nomine opallium dixere. Hesychius: παιδέρως ἡ σφραγίς. sic amethystinus color, ab amethysto gemma. quemadmodum autem in purpura varii sunt colorum gradus, & luminis, ut verius dicam, differentiæ: quæ prout pressior saturiorque est, vel dilutior, ita nomina invenit; unde blatta & oxyblatta. sic in pæderote gemma varii elucent colores. *est in his*, inquit Plinius, *carbunculi tenuior ignis. est amethysti fulgens purpura. est smaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.* cum igitur ex pæderoribus alii fuscioris coloris sint, alii dilutioris: meliorem illum esse colorem constat, secundum eumdem Plinium, cujus color vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua. atque hic erat, ad quem tingentium officinæ dirigebant vota, cui & oxypæderotinum videntur nomen fecisse. non magnum sane discrimen apparet fuisse inter amethystinum, & oxypæderotinum. quare non mirum est eum colorem, ut pretiosiorem, & purpuræ propiorem rarius fuisse matronis usurpatum. Nero, ut ex Suetonio didicimus, non solum Tyrii, sed etiam amethystini coloris usum privatis interdixerat. Ovidius tamen amethystinum inter pretii levioris colores enumerat, quem inter alios plures & viliores concedit mulieribus artis suæ. videntur ergo matronæ in solatium ademptæ purpuræ vel conchyliatæ vestis, aut ut tum loquebantur blatteæ, quæ erat magni pretii, amethystinas & oxypæderotinas, quæ proxime ad purpureas accederent, in usu habuisse. Sed quid faciemus illi loco qui habetur in Alexandro Spartiani? *purpuræ clarissimæ non ad usum suum, sed ad matronarum, si quæ aut possent aut vellent, certe ad vendendum gravissimus exactor fuit.* clare enim indicat hic locus, matronis vestes de purpura, etiam clarissima, fuisse frequentatas. quomodo igitur ratio constabit huic nostro Vopisco, qui ante Aurelianum negat alias vestes matronis habitas, quam coloreas; aut ad summum, oxypæderotinas? fortasse dicendum non ex hoc facto Alexandri posse argui vestes purpureas adeo promiscui fuisse usus, ut passim liceret matronis omnibus eas usurpare. ideo addidit Spartianus: *si quæ aut possent, aut vellent.* non omnes igitur potuisse, nec quæ etiam poterant, voluisse. præterea eum purpuram clarissimam vellet vendere hic censorius imperator, qua ipse non utebatur, oportuit esse qui emerent. danda igitur

fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit; quum antea argenteas habuissent. [1] Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit: [2] quum antè non-

tur fuit facultas, matronis quæ vellent, purpureas vestes habendi, ex purpura clarissima. idem ac par institutum fuit Marci philosophi, qui cum auctionem fecisset ornamentorum imperialium, vendidissetque omnia vasa regia, & vestem uxoriam & suam, permisit viris elatioribus, ut eodem cultu quo ipse, & ministeriis similibus convivia exhiberent. omnia certe baphia, in quibus purpureæ vestes tingebantur, non fuere juris privati, sed imperatorii: & omnes species ibi tinctæ in vestiarium principis inferebantur, & ad usum ejus servabantur. hinc vestes habendi non fuit copia privatis, nisi si quas ipse imperator donaret, aut venderet, ut fecit Alexander: qui clarissimam purpuram exigebat, non ad usum suum, sed matronarum, si quæ vellent, aut possent emere. quæ verba etiam magis ostendunt, non passivum fuisse usum purpureæ vestis apud matronas: quem Aurelianus vulgarem promiscuumque fecit, concedendo, ut matronæ tunicas & ceteras vestes omnes blatteas haberent.

CASAUBONUS.

2 *Et ut fibulas aureas gregales milites haberent, idem primus concessit.*] Apud veteres fibulæ aureæ inter præmia militaria donari solitæ, & simul jus iis utendi: nam neque apud Græcos neque apud Latinos publici juris eas fuisse multi auctores sunt qui testantur.

SALMASIUS.

1 *Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.*] Nolim mutari *paragaudas*, in *paragaudias*. nam *paragaudæ*, & *paragaudiæ* dictæ. certe in lege Valentiniani & Valentis, Cod. *de vest. holov. paragaudæ* sunt ipsæ vestes: *auratas ac sericas paragaudas auro intextas tam viriles quam muliebres privatis usibus contexere conficereque prohibemus.* at in alia lege Gratiani & Valentiniani, *paragaudæ*, sunt lora. Græci παραγαύδας tunicam ipsam appellant, vel potius Parthi, à quibus nomen ad Romanos manavit. rem autem ipsam jam antea Romani cognitam, & usu receptam habuere, ut alibi probamus. in vita Gallieni de paragaudia tunica hæc capienda sunt: *purpuream tunicam auratamque virilem, eamdemque manicatam habuit. paragaudam vestem* intelligit. paragaudiæ autem tunicæ præter paragaudas, hoc est lora in circuitum prætexta, vel intexta, clavis etiam aureis erant distinctæ. quod ostendit locus ex Alexandrino chronico male doctissimis viris acceptus: *Φορέσας στιχάριον ἄσπρον παραγαύδιν καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλυμία βασιλικά* intelligit illam albam tunicam non solum paragaudiam fuisse, sed etiam auroclavatam non minus, quam eam chlamydem, cujus ante meminit: *Φορέσας σίφωνον Ῥωμαῖον, καὶ χλαμύδιον ἄσπρον ὁλοσηρικὸν ἔχον ἀντὶ πορφυρᾶ, χρυσοῦν βασιλικὸν ταῦλιν.* nam *ταυλία*, & *πλυμία* in vestibus eadem esse nos ad Vopisci Carinum ostendemus. non omnes tamen paragaudæ erant auro clavatæ.

CASAUBONUS.

1 *Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.*] Malim, *paragaudias*. exposuimus ad librum superiorem.

2 *Cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent.*] Rectas purpureas dicit, quæ segmenta purpurea recta haberent. segmenta vestibus appingebant, alia recta, alia transversa, alia etiam aliter. tenuiorum vestimentis recta solum inerant, & quidem singula. Longe aliter hæc scimus accepisse magnum

magnum virum Hadrianum Turnebum: sed alibi caussas afferimus, cur expositionem ipsius probare non possimus.

SALMASIUS.

2 *Quum ante non nisi rectas purpureas accepissent.*] Vellem aliter sensisset vir doctissimus, qui rectas purpureas heic censet emendas, pro vestibus, quæ recta segmenta purpurea haberent. idem sane est, ac si quis putet virgas dici posse pro virgatis vestibus. deinde, quis audivit rectam tunicam eam appellari, quæ rectas virgas intextas haberet? non magis sane, quam curvam quæ curvas, aut circularem vel rotundam, quæ in circuitu haberet prætextas. fefellit doctissimum vox *purpureas*. non enim putavit milites purpureas habuisse tunicas, quas soli gestabant imperatores. sed purpureum heic non blatteum aut sanguine purpuræ tinctum designat, sed simpliciter rubrum, aut russum. per *rectas* igitur *purpureas* intelligit Vopiscus *russas tunicas* militum, quæ & φοινικίδες dicebantur. nam *recta* est tunica, ut paulo post dicemus. sic *russatam factionem*, purpuream vocavit Martialis:

Si tibi purpureo de grege currit equus.

ut contra *russum* pro vero purpureo dixerunt. purpureæ rectæ sunt *tunicæ russæ militares*, quarum meminit Trebellius in Divo Claudio: *tunicas russas militares annuas duas*. Martialis *de Canusinis ru*[illegible]*is*:

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris militibusque color.

Græcis color hic πυῤῥὸς dicitur. Gloss. πυῤῥὸς, *russeus*, *rubricus*, *rufus*. hinc byrri vel burri, *Canusinæ russæ*. & sciendum est, ut Græci sub nomine πυῤῥὸς plerumque etiam comprehendunt, & ξανθὸν, & φοινικοῦν & μήλινον: sic Latinos rufum vel russum vocare id omne, quod vel rubrum est, vel flavum, vel croceum, aut luteum, coccineum & purpureum. sic in epigrammate Græco vestimentum militis μήλινον dicitur:

Ἄνθεμα καὶ δάφνιν παραβαίνεται ὁ στρατιώτης
Αὖλος, ἀποσφίγξας μήλινα λωμάτια.

quæ μήλινα λωμάτια in illo milite perperam Brodæus trahit in argumentum mollitiei & deliciarum: nam μήλινον λῶμα est vestis militaris, ex colore militibus usurpato. quam russam; aut croceam vel luteam liceat interpretari. nam μήλινον & ξανθὸν eumdem esse colorem constat. sic galbinam tunicam in Tetrico viri doctissimi, ad ejus infamandam mollitiem & ignaviam, ipsi impositam interpretabantur. in quo non mediocriter errarunt. galbineum autem & luteum, & croceum, & aureum Latini de eodem colore usurpant: ut Græci ξανθὸν, μήλινον, πυῤῥὸν, & similia. sic purpureas tunicas, hoc est, russas & rutilas cum prius acciperent ab imperatore milites, Aurelianus primus eis donavit *paragaudias*, id est loris auratis vel sericis in circuitum ornatas. ita pretiosiores, quam antea solebant accipere, vestes acceperunt, & habuerunt. dubio caret hæc interpretatio.

Cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent.] Palatinus legit: *cum ante nonnisi rectis purpureis accepissent.* atque ita etiam vetus editio. non dubitem scribere: *cum antea nonnisi rectis purpureis accepti essent*. hoc est, *donati essent*. bene aut male accipi ab aliquo, & munere accipi, & cibo accipi, nemo eat inficias quin Latinæ sint loquutiones. rectæ autem heic sunt tunicæ. Hesychius: ῥεκτὸς, ἀνδρεῖος χιτών. item: ῥεκτᾶν, ἀπομακτρῶν, ἢ ἱματίων. quæ vox Latina est, non Græca. multas Latinas glossulas habet ille doctissimus Grammaticus, quas cum Græcis confundit, non admonito cui dialecto vel idiomati debeantur. quod sæpe imposuit doctissimis hominibus. *rectas* Festus esse ait *vestimenta virilia*, *quæ patres liberis suis conficienda curant ominis causa*. quantum ad nominis rationem attinet, idem esse

dictas autumat, *quod in altitudinem, & à stantibus texantur.* Isidorus vero, *quod sursum versum texantur, & à stantibus.* sic sursum versum texi, & in altitudinem, de eodem genere texendi dicitur. vetus autem fuit texturæ ratio, qua stantes mulieres texebant. Grammatici notant ad illud Homericum, ἱστὸν ἐποιχομένην. ὑφαίνουσαν. ὀρθαὶ γὰρ ὕφαινον. sic vulgo linteones stantes texebant. Servius ad illud:

Arguto conjunx percurrens pectine telas.

Aut ictu pectinis, aut manu percurrens. aut quia apud majores stantes texebant: ut hodie linteones videmus. at *in altitudinem texere*, quid sit, non omnibus opinor esse notum. igitur *sursum versum texere*, vel in altitudinem texere, est quod Græci dicunt, ἄνω ὑφαίνειν. quem texendi modum omnibus gentibus fuisse usitatum, præterquam Ægyptiis, narrat Herodotus, cujus hæc sunt verba lib. II. ὑφαίνουσι δὲ οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τὴν κρόκην ὠθέοντες· Αἰγύπτιοι δὲ κάτω. nam ἄνω τὴν κρόκην ὠθεῖν, nihil aliud est quam ἄνω ὑφαίνειν: hoc est, sursum versus texere. Ægyptii deorsum versum texebant, qui tramam in inferiorem partem trudebant. apud ceteras enim gentes cum trama, vel fila infra essent, in superioribus texebatur vestimentum: & sic trama semper pectine ad superiorem partem ducebatur & trudebatur. atque id, sursum versus texere, vel in altitudinem vocabant. contrario modo Ægyptii, ex superioribus, ubi erant fila, vel licia, ad inferiora procedebant, ubi vestimentum, vel tela quæ texebatur, inerat. insignis locus est Theophylacti in Euang. quem jam adduxit Isaacus Casaubonus in exercit. XVI. cap. LXXXIV. ad annales B. sed pace clarissimi viri dixerim, Theophylacti mentem non attendit, & verborum ejus sensum minime percepit, quæ plane in contrariam sententiam accepit. Theophylactus: ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ἐν Παλαιστίνῃ ὑφαίνουσι τοὺς ἱστοὺς οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν, ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων καὶ τοῦ στήμονος, κάτω δὲ ὑφαινομένου τοῦ πανίου, καὶ οὕτως ἀναβαίνοντος· ἀλλὰ τοὐναντίον κάτω μέν εἰσιν οἱ μίτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα. aperte distinguit Theophylactus morem Palæstinorum in texendo à more Ægyptiorum. illa enim verba, ὄντων ἄνω τῶν μίτων, κάτω δὲ ὑφαινομένου τοῦ πανίου. morem Ægyptiacum describunt. quæ sequuntur autem, ἀλλὰ τοὐναντίον κάτω μέν εἰσιν οἱ μίτοι. ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα, Palæstinorum modum texendi significat, quem illis communem fuisse cum ceteris gentibus affirmare possumus. siquidem reliquæ gentes; ut ex Herodoto notavi, ἄνω τὴν κρόκην ὤθεον. oportet igitur hunc Theophylactum Ægyptium fuisse, qui notat diversum genus texendi apud Ægyptios & Palæstinos. nam illa, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν, de Ægyptiis intelligimus. nisi velimus Græcos postea modum illum texendi Ægyptiacum usurpasse. ἀνακρούειν etiam dicebant de illo genere texturæ, quæ fit in altitudinem, vel sursum versus. & ἀνακρουστὰ vocabantur illo genere texta. Isidorus Pelusiota de Galilæis: καθ' ὃ καὶ μάλιστα τὸ τοιοῦτον φιλεῖ χιτωνίσκιον, τέχνῃ τινί, ὡς αἱ στηθοδεσμίδες, ἀνακρουστὸν ὑφαινόμενον. quæ verba item attulit Casaubonus eodem quem dixi loco, sed male vertit & accepit. ἀνακρουστὸν ipse vult esse, *arte quadam textum, pectinem retrorsum impellendo.* immo ἀνακρουστὸν, est *in altitudinem textum.* & eamdem rationem texendi innuit apud Galilæos Isidorus, quam apud Palæstinos Theophylactus. ἀνακρούειν non semper est retrahere, & retrorsum ducere. sed ἀνὰ in compositione, τὴν ἄνω χίσιν denotat aliquando, ut Grammatici loquuntur. ut in ἀναβάλλειν, ἀνατίθεσθαι, & aliis infinitis. sic in verbo, ἀνακρούειν. unde ἀνακρουστὸν quod in altitudinem est percussum & textum. & notandum quod ait de fasciis pectoralibus, quæ sic vulgo texi solerent. ita enim Festus reticula recta vocat.

vocat, quæ ſurſum verſus texta erant, non ſecus ac tunicæ rectæ. hoc eſt ad verbum, ἀνακρυστά. *Regillis tunicis albis, & reticulis luteis utriſque rectis, textis ſurſum verſum à ſtantibus pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant ominis cauſa, ut etiam in togis virilibus dandis obſervari ſolet.* reticula non ſunt faſciæ pectorales, ſed capitales: & videntur eadem ratione, qua σπιθάδισμοι, texi ſolita: Græci, κερκυφάντας, & κερκυφάντια appellant. obſervabis etiam eam texturam quæ ſurſum verſus fiebat, à ſtantibus factam. quæ fuit antiqua texendi ratio. Ægyptii qui ex diametro oppoſitam texturæ formam ſequebantur, ſedentes texebant, & ab illis inſtitutum, ut à ſedentibus tela texeretur: Grammatici: πρώτη δέ τις Αἰγυπτία γυνὴ καθεζομένη ὕφανεν. ἀφ' ἧς καὶ Αἰγύπτιοι Ἀθηνᾶς ἀγάλματα καθημένης ἱδρύσαντο. Ægyptii qui ſedentes texebant, iidem & deorſum verſus tramam impellebant. quam texendi rationem omnes poſtea Græci videntur imitati. vetus autem illa conſuetudo, & in altum texendi, & quæ à ſtantibus peragebatur, apud ſolos linteones remanſit. ſed & in Galilæa & apud Palæſtinos illo etiam genere texturæ, veſtimenta detexi moris erat, ut ex ſupra citatis Iſidori & Theophylacti poteſt cognoſci. antiquo autem illo more quo ſtantes texebant, non pectine, ſed ſpatha tela percutiebatur. inſignis ad eam rem Heſychii locus, ſed leviter corruptus, & ſic legendus: ἀναβατὸν τὸ ὄρθιον ὕφος, ἀναβη κεκρουσμένον οὐ κάτω. ubi etiam notabis ὄρθιον ὕφος Græcis dici quod ſurſum textum eſt & à ſtantibus, ut Latini *rectas tunicas* dixerunt eo modo textas. inter veterem igitur & novam texendæ telæ rationem hoc intererat, quod veteres ſtantes, & ſurſum ſubtemen impellentes, & ſpatha percutientes telam texerent: at apud recentiores à ſedentibus tela texebatur & pectine feriebatur, ac ſubtemen deorſum trudebatur. quod inventum Ægyptiorum fuit, atque inde ad Græcos Romanoſque manavit. utrumque genus eleganter deſcripſit & expreſſit Seneca epiſt. xc. cujus verba haud parcam adſcribere: *Ecce Poſidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis qui plurimum philoſophiæ contulerunt, dum vult deſcribere primum, quemadmodum alia torquentur fila, alia ex molli ſolutoque ducantur: deinde quemadmodum tela ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendat, quemadmodum ſubtemen inſertum quod duritiam utrinque comprimentis tramæ remolliat, ſpatha coire cogantur & jungi: textricum quoque artem à ſapientibus dixit inventam, oblitus poſtea repertum hoc ſubtilius genus in quo,*

Tela jugo juncta eſt, ſtamen ſecernit arundo.

Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod lato feriunt inſecti pectine dentes.

habes utrumque texendi modum, per ſpatham & per pectinem. tela quæ jugo jungebatur, quam & jugalem vocat Cato, eam ſedentes mulieres detexebant, & pectine feriebant. quæ vero ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendebat, & ipſa recta erat, & à mulieribus ſtantibus, & ambulantibus pertexi ſolebat. meminit utriuſque, rectæ ſcilicet & jugalis, Artemidorus lib. III. cap. XXXVI. ἱστὸς ὄρθιος κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνει. χρὴ γὰρ ἀποπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν. ὁ δὲ ἕτερος ἱστὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἐστι σημαντικὸς, ἐπειδὴ καθεζόμεναι ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες τὸν τοιοῦτον ἱστόν. de recta tela accipienda Homeri verba, ἱστὸν ἐποιχομένη. vide Grammaticos. ſed nos in alio opere totam hanc textoriam artem, ita fuſe detexemus, & filatim, ut ſic dicam, aperiemus, oculiſque ſubjiciemus, ut nihil adeo in illa obſcurum ſit quod non luce clarius fiat. Ut ad rectas revertamur, hac ſpecie texturæ quidam ex antiquis patribus textam fuiſſe Domini tunicam, τὴν ἄρραφον ſcripſerunt. de quo videndus Caſaubonus, loco quem ſupra dixi. Ego vero quoniam belle ſeſe heic dat occaſio, non tenebo quin moneam, tam veteres quam recentiores in illa inconſutili tunica explicanda, tota regione aberraviſſe,

& quomodo vox ἄῤῥαφος capienda esset, ignoravisse. verba Euangelistæ sunt: ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. putarunt enim omnes peculiare artificium & texturæ speciem non vulgarem in tunica Domini notari à Divo Johanne. itaque nemo non hactenus desudavit quærendo & investigando quanam ratione tale detexi potuerit vestimentum quod futuram non habuisset: non posse enim per artem in tela hujusmodi vestem fieri. sed frustra fuere. rationem tantum tangit & indicat Euangelista, quare milites divisis Domini palliis, solam ejus tunicam non diviserint. & eam quidem quod esset ἄῤῥαφος, & in totum textilis, ut sortirentur potius, quam dividerent aut scinderent, consilium inter se cepisse milites. nec vero existimandum est Dominum alterius generis tunicam gestavisse, præter vulgares & vulgo texi solitas in Palæstina, & apud Galilæos: qui an specialem texendi modum habuerint, nescio. de illo certe, quem apud eos usitatum fuisse narrant Isidorus & Theophylactus, ut nimirum in altitudinem texerent, & pectine succuterent vestimenta, jam ostendimus non eum peculiarem fuisse Palæstinorum, sed cum multis gentibus communem: siquidem & Romanis frequens & usitatus fuerit, qui rectas tunicas eo genere textas vocabant. potuerit igitur & eo modo fuisse texta Domini tunica, qui in illis tractibus & solitus & communis fuit. Nunc doceamus quæ sit ἄῤῥαφος tunica, & quo sensu sit accipienda. sciendum ex tunicis alias fuisse χιστοὺς apud veteres, quæ & ῥαπτοὶ dicebantur & συμπορπητοί: alias ἀῤῥάφους, quæ ex toto rectæ conclusæque, & nulla parte sutiles scissilesque, quemadmodmodum sunt camisiæ nostræ, & interulæ sive laneæ sint illæ, sive lineæ. χιστοὶ igitur χιτῶνες erant, qui ex utraque parte in humeris fibula stringebantur. Pollux: ὁ δὲ χιστὸς χιτὼν περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διείργετο. περόνας illas ῥαφὰς etiam dicebant, & ῥαφίδας: quod studiose velim observari. nam in eo nostræ hujus novæ interpretationis positum est fundamentum. Hesychius: συμπορπητὸν, vel σύμπορπον, τὸν ῥαφαῖς συνειλημμένον κατὰ τοὺς ὤμους χιτῶνα. hodie legitur, μὴ ῥαφαῖς, contrario sensu verbi notioni. σύμπορπον, vel συμπορπητὸν χιτῶνα vocat Hesychius, qui & χιστὸς dicebatur, & fibulis sive ῥαφαῖς altrinsecus in humeris comprehendebatur. ῥαφαὶ sunt Hesychio, quæ Polluci περόναι. idem Hes. ἑτερομάσχαλος χιτὼν δουλικὸς ἐργατικὸς, ἀπὸ τοῦ τὴν ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐῤῥαμμένην. *quod alteram manuleam sutam haberet*: hoc est fibulatam, vel nodo strictam. ita enim hæc erat operaria servorum tunica, ut una quidem parte μασχάλην haberet, in quam bracchium immitteretur, altera vero manuleam non haberet, sed in modum pallii amiciretur, & fibula necteretur. Etymologicum magnum: ἐξωμὶς χιτὼν ἀμφί τε καὶ ἱμάτιον. ἦν γὰρ ἑτερομάσχαλος. καὶ ἀνάπολιν εἶχεν ἣν ἀνίδην τοῦ κοσύμβου. sic emendamus illum Etymologi locum, in vulgatis inquinatissimum. quam Hesychius ἐῤῥαμμένην μασχάλην dixit, hic auctor fibula stringi solitam, & nodo alligari scribit. nam id significat κόσυμβος: idem nempe quod κόμβος. Eustathius autem κομβίοις συνδεῖν pro fibulis stringere, exposuit ad illud Homeri:

Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο.

ὅ ἐστι περόναις ἤγουν κομβίοις συνέδησε. κομβίον igitur vel κόμβος & κόσυμβος, idem. simile vero loquendi genus apud Latinos auctores animadverti, ut *sutum* pro *fibulatum*, & *resutum* pro *refibulatum* dicerent. videsis mihi, & tibi nota hæc Suetonii verba in Augusto: *sumenti virilem togam tunica*

laticla-

laticlavi resuta ex utraque parte ad pedes decidit. resutam ibi non est aliter exponere quam refibulatam, nodis scilicet solutis quibus tenebatur in humeris ex utraque parte. σχιστὴ enim fuit illa laticlavi tunica & ῥαπτή. nam ῥαπτοὺς & συμπορπητοὺς easdem fuisse tunicas, contra quam vir doctissimus putavit, nos alibi pluribus probamus, & heic jam non paucis ostendimus. eas scilicet, quæ fibulis hoc est ῥαφαῖς continebantur, & stringebantur. hinc ῥαφίδα περόνην exponunt Grammatici. Hesychius: ῥαφίς, ὑπόδημα. περόνη. idem: περόνη, ῥαφίς. & περονήσασθαι, πορπήσασθαι. sane cum ῥάπτειν nihil aliud sit, ut Græci interpretantur, quam τὰ διεστῶτα ἁρμόζειν συνάγειν, id scilicet præstare fibulas, quæ in unum distantia jungunt, & diversas vestimenti partes colligunt inter se colligantque: συῤῥάπτειν περόναις apud Lucianum in Dialogo Ἔρωτες. est fibulis chlamydem connectere: ὄρθριος ἀναστὰς ἐκ τῆς εὐζύγου κοίτης, τὴν ἱερὰν χλαμύδα τοῖς ἐπωμίοις περόναις συῤῥάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται. hinc ῥαφὴν Græci vocant vestis aperturam quæ fibulis committitur. Pollux: κωμικὴ δὲ ἐσθὴς ἐξωμίς. ἔστι δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων. ἐξωμὶς de qua loquitur Pollux, erat, ut omnes sciunt, vestimentum servile, ἑτερομάσχαλον, quod ab una parte μασχάλην in modum tunicæ habebat, ab altera, more pallii divisum erat & σχιστὸν, qua manus exerebatur, in humero fibula strictum. à sinistro latere dicit Pollux, id vestimenti ῥαφὴν non habuisse, hoc est ἄῤῥαφον fuisse, quod in morem tunicæ, totum ab ea parte conclusum & contectum esset, & μασχαλωτόν. à dextro vero latere, quo scissile fuit, & adapertile, palliatim infibulabatur, & in humerum rejiciebatur. hoc est, quod ait Etymologicum magnum de exomide: καὶ ἀναβολὴν οὐκ ἔχει ἣν ἀνιέναι τοῦ χο-σύμβῳ. ab ea igitur parte συῤῥαπτὸν fuit, id est συμπορπητόν. sic vestimentum illud cæcum, & nullos habens exitus, quo Clytemnæstra Agamemnonem è balneo exeuntem involvit, & involutum occidit, Lycophron scribit, nullas habuisse ῥαφάς, id est nullos exitus, aut aperturas, quibus caput emitteretur, aut bracchia exererentur:

> Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
> Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου,
> Ἐν ἀμφιβλήστρῳ σπωτιλαργανωμένος
> Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτὰς ῥαφάς.

ῥαφὰς vocat Lycophron vestis oras, quæ fibulis conseruntur & committuntur. κροσσωτὰς autem appellat, quod oræ vestium summæ, & mediæ, quæ in lateribus vel ante pectus fibulis stringebantur, & infimæ fimbriatæ essent. Pollux ὀχθοιβοὺς vocari ait τῶν ῥαφῶν συμβολὰς in tunicis, ubi ῥαφαὶ sunt id quod diximus. nec enim ῥαφαὶ ibi accipiendæ futuræ vestium filo conceptæ, sed partes & oræ tunicarum quæ fibulis inter se junguntur, & committuntur. inde χιτῶνες ἄσχιστοι, erant quoque ἄῤῥαφοι. de eo proinde genere tunicarum, quæ fibulis stringerentur ex utraque parte, non fuisse Domini tunicam, indicare voluit Johannes, cum dixit eam ἄῤῥαφον καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου. ἐκ τῶν ἄνωθεν dixit, quod in superioribus tunicæ partibus ex ῥαφαὶ vel fibulæ locum magis haberent, quibus stricta tenebatur & sedebat in humeris tunica. sed & plerasque per totum & usque ad infimam oram nodis, & fibulis fuisse ex utraque parte constrictas alibi docemus affatim. ideo dixit ὑφαντὸν δι' ὅλου, ut nulla sui parte scissutam, & ὑπόχομμα eam habuisse ostenderet, sed integram totam fuisse significaret. tunicæ autem nostræ lineæ laneæque

sunt ὑφαντοὶ δι' ὅλου. nec quominus ita sint, prohibet quod consutæ sunt ex aliqua parte, & sarcinatricis acu conceptæ. sarcinatricis enim acus idem facit, quod pecten textoris. ἀκεστικὴν veteres ὑφαντικῆς εἶδος esse dixerunt. sed & artem illam, quæ acu pingit, & varias in vestibus formas figurasque ludit, ad ὑφαντικὴν pertinere scripserunt, & ὑφαντικὴν appellarunt. unde *acu colores intexere vestimentis*. & *phrygionis arte* vestem texere dicebant. veteres autem ignoravisse artem illam qua hodie apud nos vestes confici moris est, quum ex diversis pannis sectis, & ad modulum corporis, & invicem sutis, vestis exoritur, sunt qui tradant: sunt tamen etiam qui non credant, & inter illos ego. falluntur, inquam, qui putant olim ex concisis pannis vestes minime consui solitas, ut nunc mos est. nam lineæ, quas vulgo camisias vocabant, quæ corporibus adstrictæ & membris aptæ fiebant, nullo modo tales in tela fieri poterant. manicatæ quoque tunicæ, & ἄῤῥαφοι, qualis erat Domini tunica, ex incisis partibus integrabantur, & acu consuebantur. exempli gratia in tunicis manicatis manicæ ex incisis pannis adsuebantur, nec tota tunica ullo modo cum suis manicis in tela fieri poterat. vide D. Hieronymum de veste sacerdotali, ubi talarem tunicam describit. bracæ quoque non aliter fieri poterant, quam incisione ac sutura diversorum pannorum. D. Hieronymus dicto loco: *vocaturque lingua Hebræa hoc genus vestimenti michense, Græce περισκελῆ, à nostris feminalia vel braccæ, usque ad genua pertingentes. refert Josephus hæc feminalia de bysso retorta ad fortitudinem solere contexi, & postquam incisa fuerint, acu consui, non enim posse in tela hujuscemodi fieri.* at tunicæ quas Græci χιτῶνας vocabant, & cetera id genus vestimenta, ut erant colobia Romanorum & laticlaviæ tunicæ quæ ex duabus plagulis constabant, in utroque latere per fibulas committi solitis, facile in tela totæ fiebant, nec acum sarcinatricis requirebant. de quibus nos alibi. Domini vero tunicam ἄῤῥαφον ita fuisse dictam quod nullam habuerit suturam acu factam, qui putarunt, valde erraruut. quod alibi pluribus adstruemus. ἄῤῥαφος ob eam rationem dicta est, quam posuimus: eam propterea non diviserunt milites, quia si divisissent, perdidissent. cui enim usui frusta ejus adhiberi potuissent? at pallium ejus, quod συμπορπητὸν fuit & σχιστὸν, atque etiam ῥαπτὸν, recte scindi in partes dividique potuit. vestimenta enim id genus, quæ fibulis stringebantur, ut plerumque duplicia erant. sic & chlamydes, lænæ, pallia, tunicæ, pepli muliebres & ceteræ vestes fibulatoriæ, atque ἐμπορπηταὶ, duplices erant. epigramma Græcum:

Καὶ δίβολον χλαῖναν περοναστρίδα---

item in alio;

Καὶ δίβολον πήρην καὶ στλεγγίδα.---

sic pallium Cynicorum duplex:

—— *quos duplici panno sapientia velat.*

quæ nos in nostro de re vestiaria commentario fuse tractabimus. hinc mihi fit verisimile, non unam tantum vestem à militibus fuisse divisam, sed duas. pallium nempe, & aliam vestem superariam, aut tunicam ἐπιχώμιον, ut recentiores Græci dixere: atque ex his binis vestibus, duplicibus singulis quattuor partes esse factas. ultimam autem quam tunicam proprie vocat quod esset ἄχιστος καὶ ἄῤῥαφος, non divisere milites, sed sortiti sunt, vel micavere, ut qui vicisset, integram illam auferret, quæ scissa vel divisa nullo fuit usui futura. utut sit, nam hoc in medio relinquimus, utrum plures vel una tantum vestis Domini fuerit divisa à militibus, nemo tamen possit negare nisi iniquus aut imperitus, quin nos recte exposuerimus illam ἄῤῥαφον tunicam, quæ hactenus habuit exercitos non nostri tantum temporis viros, sed ex antiquitate plerosque omnes, qui eam rem disquisiverunt. quam & nos

tè nonnisi [1] rectas purpureas accepissent, [2] & quidem aliis

nos in alio opere exquisitiore studio, operaque curatiore pertractabimus. & hæc quidem hactenus.

1 *Rectas purpureas accepissent.*] *Recta tunica* Festo & Isidoro, *quam sursum versum stantesque texebant.* recta etiam tunica dici potest quam Græci ὀρθὸν καὶ ὀρθοστάδιον χιτῶνα vocant, quæ minime cingeretur. nam ζωστὸς illi χιτῶνας ἀπὸ τῶν ὀρθοσταδίων distinguunt. στάδιας etiam appellabant. tales erant Pœnorum tunicæ, de quibus Tertullianus de Pallio: *sed nec cingulo sinus dividente expedita & quadratæ in viris stabant.* ita legendum alibi docemus. στάδιοι χιτῶνα plane expressit. at *rectas* heic accipere *purpureas* cum doctissimo viro, quæ recta purpurea segmenta haberent, nullo modo possumus.

2 *Et quidem aliis monolores, aliis dilores.*] A numero lororum dictæ. ut quæ unum lorum tantum adtextum haberet, *monoloris* diceretur; quæ duo lora, *diloris*; atque ita deinceps. Turnebus *lora* heic *fila* interpretabatur: & dilores & trilores, bilices & trilices esse volebat. doctissimus quoque Jurisconsultus pro numero filorum intextorum bilores & trilores dici opinatus est. & ad eam rem locum Nicetæ adduxit: βλαττία διβόλεα καὶ τριβόλεα νήματα χρυσοῦ ϕῆ. sed fefellit ipsum error Typographi, qui sic debuit excudere in indice Nicetæ: βλαττία διβόλεα καὶ τριβόλεα] νήματα χρυσοϕῆ. ubi διβόλεα & τριβόλεα vocat νήματα, quæ superiores melioresque auctores δίβολα & τρίβολα appellassent. sed hæc nihil ad trilores biloresque nostras pertinent. sciendum est etiam νήματα apud Nicetam non pro filis intextis accipi, sed pro ipsis vestimentis. ut hoc loco, νήματα χρυσοϕῆ vocat vestes auratas vel auro intextas. pro quibus in Græcobarbaro codice positum erat: βλαττία διβόλεα καὶ τριβόλεα. hoc est, ut superius adnotavimus, πέπλοι χρυσοϕεῖς, quemadmodum alibi idem auctor loquutus est. idem alibi: καὶ ἵππους ἱεροῖς χαλινοῖς ἀξιοῦντες, καὶ νήματα σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ. heic νήματα σηρικὰ, non sunt fila serica, ut vulgo *nema sericum* appellatur, sed vestes sericæ auro intextæ. in codice barbaro, βλαττία exponuntur. non igitur à numero filorum, nec ab intexturæ genere dilores aut trilores dictæ. nam infra ex Anastasio producemus, *vela viginti quinque lora habentia.* lora igitur in hoc genere tunicarum, sunt segmenta vestibus adtexi solita. segmenta dixi: nam Latini hac voce intelligunt lora aurata vel fascias auratas vestibus & præcipue muliebribus prætexi consuetas, & eas maxime quibus summa ora vestis prætexebatur. quod aperte docet Juvenalis lib. I. Sat. II. de veste Gracchi:

Segmenta, & longos habitus & flammea sumit.

Idem Sat. VIII. de eodem Graccho, & eadem ejus veste agens:

Credamus tunicæ de faucibus aurea cum se
Porrigit —

ubi vetus interpres nugas blatterat: in fine tamen quasi per nebulam verum vidit, cum dicit, *qui munera edebant extremas tunicæ partes ad guttur ornatas habuisse, quo famam haberent.* quæ partim vera, partim falsa sunt. verum enim est tunicam illam qua Gracchus indutus est, ad guttur ornatam fuisse, hoc est segmentatam. sed neque ipse edebat munus, qui in arena habitu retiarii pugnabat. voluit igitur dicere vel intellexit, in prætexta fuisse qui munera edebant. sed de segmentis aliud, quæ mulierum propria fuere, & ex auro. itaque segmenta, & purpuream vestem cum dicunt Latini, eodem sensu dicunt quo Græci auctores χρυσὸν καὶ πορ-

πορφύρεαν mulieres in luctu deposuisse scribunt. Ovidius de arte amandi tertio:

Quid de veste loquar? nec enim segmenta requiro,

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

segmenta & lanam purpuream, hoc est χρυσοῦν καὶ πορφύρεαν. ita accipiendus Juvenalis.

Segmenta & longos habitus. ——

quibus verbis muliebrem vestem designavit, quam Gracchus induerat, & quæ segmentis ad guttur ornata fuit. hoc est aureis fasciis. atque inde *segmentum* pro gutturis ornamento vel monili positum. Servius: *Colloque monile. ornamentum gutturis, quod & segmentum dicunt.* idem habet Isidorus. ex eo videtur segmentum pro monili usurpatum, quod partem vestis, quæ circa fauces & guttur, ornaret. quam partem vestis Græci στῆθος vocant, & περιστήθιον. inde monile quod non supra vestem quæ ad guttur, sed circa guttur ipsum poneretur, segmentum quoque appellatum. *segmenta*, σηγμέντα recentiores Græci dixerunt, ut *pigmenta* πιγμέντα. quod & supra videmur observasse. sic *pimenta* Latini quoque scripserunt in excerptis Apicii à Vinidario sic titulus inscriptus est: BREVIS. PIMENTORVM. QVÆ. IN. DOMO. ESSE. DEBENT. in veteri Calendario manuscripto, quod penes me est, ita semper exaratum habetur: AVMENTVM. DIERVM. SOLSTITIVM. partes imæ & summæ in veste muliebri segmentis erant decoratæ. corrigendus autem obiter vetus Juvenalis interpres ad illum versum,

Segmenta & longos habitus. ——

nam præpostero ordine ejus expositiones sunt positæ, quas sic restitue: *Segmenta*] *Fimbriarum sive vittatas vestes.* Et longos habitus] *Profusæ vestes.* Et flammea sumunt] *Quibus novæ nuptæ cooperiuntur.* hæc valde confusa & perturbata hodie leguntur. hæc segmenta vel aurata fasciæ, quæ prius tantum muliebribus tunicis adsuebantur, postea luxu crescente, virilibus quoque vestimentis adtexi cœpere. nam antea purpura tantum prætexebantur viriles tunicæ, ut erant prætextæ magistratuum, & nobilium puerorum. hinc *tunicarum virilium auratarum* nomen, quarum mentionem primam sub Gallieno luxuriosissimo principe invenio. quas de paragaudiis istis accipio. nam sub eodem Gallieno paragaudiarum tunicarum, non superius, mentionem fieri video. post illa tempora passim paragaudæ viriles & muliebres in usu fuere, ita ut & milites sub Aureliano paragaudias acciperent, cum antea purpureis tantum accipi solerent. quæ cum promiscui usus essent tam apud viros, quam apud mulieres, Valentinianus & Valens imperatores lege eas prohibuere, cum viriles, tum muliebres, & privatis ademere, suisque gynæciis tantum fieri voluere. Justinianus autem earum usum restituit mulieribus, non item viris, solasque viriles paragaudas contexi vetuit. lora igitur illa vel paragaudæ sunt segmenta vel fasciæ, vel vittæ vestibus adsutæ. nam lorum pro fascia passim apud auctores. nec ejus nominis notionem ex architectis petendam arbitror, qui λῶρον meminerunt. non enim à fabricis vel architectura translatæ huc sunt hæ voces. lorum vocat Balsamo vinculum capitis, vel diadema, sive fasciam imperatoriam. phrygium alii dixere, ut auctor donationis Constantinianæ. qui nuper ad eam notas scripsit, miratur quomodo λῶρον dixerit Balsamo, quod phrygium in Latino textu appellant, & putat deceptum esse ignoratione vocis Latinæ. ipse potius deceptus est, qui non vidit, *lorum*, & *phrygium* idem esse, & utrumque sumi pro vitta capitis vel mitra, & tiara imperiali. *phrygium* enim adjectivum, est absolute sine substantivo positum, ut in re vestiaria fieri amat. subintelligitur autem phrygium pileum, aut phrygium lorum, aut aliquid tale. vetustiores enim Phrygiam mitram & Phry-

Phrygiam tiaram dicebant, quod posteriores absolute Phrygium, subaudiendo, ut dixi, lorum vel pileum. Juvenalis:

— & Phrygia vestitur bucca tiara.

ibi vetus interpres: *sacerdotis habitu. tiara enim galea sacerdotis est, quæ per malas veniens, mento subligatur. tiara est Phrygium quod dicunt.* hoc verum est. lorum, & phrygium, & vitta & fascia, & mitra, & tiara sunt συνώνυμα. quæ & de vinculo capitis, & de vestium ornatura sunt usurpata. nam & *lorum* utrumque significat, & vestis prætextam, & diadema. de vitta & fascia idem dicendum. fasciæ enim & vittæ de limbis vestium dictæ. sic contra πεζίδιον, quod proprie oram vestis, vel quod oræ adsutum est, significat, ad caput translatum est, & pro diademate regio usurpatum, ut infra pluribus dicetur. lora ista, ῥάβδους Græci dixere. Pollux: αἱ μὲν ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι παρυφαὶ καλοῦνται. intellige virgas illas quæ in circuitum vestis eunt, ad oram infimam currentes. quas & ἀκάνθους appellarunt. Hesychius: ἄκανθος· περίγραμμα ὑφασμένον, καὶ ζῷον καὶ φυτὸν καὶ πτηνόν. hinc intelligitur illud Virgilii:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

acanthus enim ibi est purpura, quæ circumit extremam vestis oram. καλάμους etiam vocarunt. Hedylus in epigrammate:

Α μίτρα, τίθ' ἁλουργὶς ὑπένδυμα, τοί τε Λάκωνες
Πέπλοι, καὶ λῃρῶν οἱ χρύσεοι κάλαμοι.

sic ῥάβδοι, ἄκανθοι & κάλαμοι vestium sunt circumtexta purpurea vel aurata. σκυτάλας quoque invenio dictas. nam σκυτάλη idem est quod ῥάβδος. Latini scutulam dixerunt. *scutula* enim est σκυτάλη. & falluntur Grammatici, qui à scutis deducunt. hinc scutulatæ vestes quæ & virgatæ. Græcis ῥαβδωταί. optimæ Glossæ: σκυτάλη, *scutula*. sic autem *scutulam* à σκυτάλη Latini veteres finxerunt, *a* in *u* mutantes, ut *vitulos* fecerunt, quos ἰταλοὺς veteres Græci vocabant, sed ne quid sine bono & idoneo teste dicam, Cæsar *scutulas* appellavit phalangas illas, & virgas quæ subjiciuntur navibus, ad eas in mare deducendas & impellendas. lib. III. commentariorum de bello civili: *quatuor biremes subjectis scutulis impulsas vectibus in interiorem partem transduxit.* constanter ibi veteres omnes libri, tam quos vidi quam quos alii viderunt, *scutulis* agnoscunt. omnia tamen facit Turnebus, ut vocem illam mutandam esse nobis persuadeat, & sese in omnes partes versat, ut aliquam saltem probabilem conjecturam reperiat. frustra omnia. nam *scutulis* rectum est. & scutulas vocat, ut dixi, virgas illas quibus subjectis impelluntur naves in mare. phalangas alibi appellavit: *phalangis subjectis ad turrim hostium movent.* nunc igitur primi docemus scutulæ quid sint, & unde dictæ. à quibus scutulatæ vestes, quæ & virgatæ. quippe *scutula* & *virga* idem. sed ῥάβδοι heic sunt παρυφαί. sic & scutulæ. σκυταλώσεις sane vocat Hero vestium circumtexturas, in Isagogis περὶ διθυμελικῶν. διθυμελικὸν μὲν οὖν ἐστι πᾶν τὸ κατὰ μῆκος μόνον μετρούμενον, ὥσπερ ἐν ταῖς σκυταλώσεσιν οἱ στρόφιολοι, καὶ ἐν τοῖς ξυλικοῖς τὰ κυμάτια, καὶ ὅσων ἁπλῶς μῆκος μόνον μετρεῖται. σκυταλώσεις ibi vocat eas quas dixi vestium prætextas, voce ex Latino mutuata, potius quam Græca pura usurpata. nam potuit σκυταλώσεις dicere: sed Latina in ea notione magis protrita. sic σκυτύλατον χιτῶνα ἢ διάχρυσον dixit Arrianus in periplo maris Erythræi. σκυτλώσεις autem potius quam σκυταλώσεις dixit more Græcis usitato, quum Latinas voces usurpant. nam & τίτλον pro titulo dicunt. sed *scutlatas* quoque vestes Latini dixere pro *scutulatas*. leg. XI. Cod. Theod. de scenicis: *uti sane hisdem scutlatis, & varii coloris sericis auroque*

amicque sint gemmis, collo, bracchiis, cingulo non vetamus. στρόφιολοι Heroni sunt fasciæ vel vittæ, quibus vestium extremitates prætexuntur. στροφίολοι sunt parva strophia ut φακιόλος & φακιόλια parvæ fasciæ, apud infimæ ætatis scriptores Græcos. de quibus infra locus erit dicendi. στροφιόλους & κυμάτια jungit Hero de iis quæ in solam longitudinem mensurantur. κυμάτια quid sint, vulgo notum est. Grammatici interpretantur τὰς ὑπεροχὰς παρὰ τοῖς τοίχοις καὶ λιθοποιοῖς. Suidas: ἐπὶ μὲν αἰθρίων τὰ πτίλια, σιμαῖαι, σίφωνοι, ζῶναι. ἐπὶ δὲ ξύλων τὰ κυμάτια. ἐπὶ λίθων etiam erat addendum. tam enim in domibus è lapide structis, quam in ligneis hujuscemodi fiebant κυμάτια. ac non minus παρὰ τοῖς λιθοποιοῖς, quam παρὰ τοῖς τέκτοσι nota erant & usitata. γεῖσα aliter dicebantur. κυμάτια quoque extremæ vestium oræ appellari possunt. nam & γεῖσα vocabantur. Hesychius: γεῖσον τὸ ἐν τοῖς οἰκίαις ἢ τείχεσιν ἐξέχον κυμάτιον. οἱ δὲ περὶ τὸ ἱερῶν σίγασμα, καὶ τὰς ὤας τοῦ ἐνδύματος γεῖσα λέγουσι. virgas istas, & scutulas, & acanthos, & lota, ut Græci παρυφὰς, sic Latini prætexta vocant. Pollux: αἱ ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι, παρυφαὶ καλοῦνται. τὴν παρυφὴν, ἀπὸ τῆς ὤας distinguunt Græci. ὤαν extremam oram vestis & infimam vocant: παρυφὴν, quod ad extremam oram adsutum est, purpureum prætextum. Pollux: ὤα τὸ ἐξωτάτω τοῦ χιτῶνος ἐπιτέρμα. λέγεται δὲ τὰ ἐν τῷ ἱματίῳ ἐπιτέρμα μέρος οὐχ ὅπη ἡ ὤα. Hesychius: λέγνα τὸ παρυφαινόμενον τῇ περιστροφῇ. διὸ τὴν παχὺν περὶ τὴν ὤαν ἐν ῥάμματι. περιστροφὴν vocat extremitatem vestis in se replicatam, & cortotundatam contortamque, supra quam limbi vel fasciæ purpureæ vel clavi adsuebantur, quibus prætexebatur vestis. hinc περιπορφυρόσημος vestis, purpureis clavis prætexta. & παρυφαὶ ejusmodi clavi, & limbi quibus prætexi solebat. Pollux: αἱ δὲ παρὰ τὰς ὤας παρυφαὶ καλοῦνται πίζαι καὶ πεζίδες, καὶ τὸ εἶπεῖν τὰ οὕτω παρυφασμένα. Glossæ: παρυφή, *prætextum.* hinc *prætextum* pro ornamento Senecæ epist. LXXI. *sed Cn. Pompejus amittet exercitum: sed illud præclarum Reip. prætextum, optimates uno prælio profligabuntur.* ubi *prætextum reip.* est ornamentum reip. prætexta enim sunt ornatutæ vestium vel ornamenta. utrumque enim dixere. sic prætextum honoris dixit Valerius Maximus, pro insignibus magistratus. locus est lib. VII. cap. III. *quid illa necessitate miserius, quæ magistratum pop. Rom. abjecto honoris prætexto, alienigenæ religionis obscuratum insignibus, per urbem jussit incedere?* prætextum honoris dixit, quod in eadem re Græci τὸ ἀρχῆς σχῆμα. idem Valerius *prætextum triumphi* eleganter dixit pro triumphi insignibus. lib. VII. cap. I. *consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextum largita est.* hoc est, σχῆμα τοῦ καλλίστου θριάμβου. vulgo *prætextam* legitur. ego *prætextum* malui. sed & *prætextam* potest retineri, dum ne pro veste prætexta accipias, quæ fuit magistratuum insigne, non triumphantium. at prætexta vel prætextum Valerio nihil aliud est, quam σχῆμα triumphi, prætexta enim etiam dicebatur, purpura qua prætexebatur vestis. optimæ Glossæ: *prætexta*, παρυφή. idem Valerius lib. V. cap. V. *itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit: triumphique prætextam hujus excepit, illius tradidit.* quo etiam loco vel legendum, *prætextum*, vel *prætextam* ita accipiendum ut non de veste prætexta, sed de ornamento vel insignibus triumphi interpretemur. ut *prætextum honoris*, pro honoris insignibus idem alibi dixit. idque indubitate verum est. at doctissimus Lipsius multum olim in illis locis se torsit, qui nunquam potuit asse-

assequi quare Valerius prætextam triumphi vocaret, quam alii omnes uno ore auctores palmatam vel pictam togam dicerent. *prætextum* vel *prætexta* in iis locis est insigne. præclavium vocasse veteres illud prætextum non dubito. Afranius Homine: *Tertium diem præclavium unum texere.* idem Fratriis: *Mea nutrix surge si vis, profer purpuram, præclavium contextum.* Græci παράσημον dicunt, quod Latinis verbum verbo est *præclavium*: nam clavus est σημεῖον. ut autem παρυφὴν *prætextum* verterunt: sic *præclavium*, παράσημον. Hesychius: σίμεια τὰ ἐν ταῖς ὤαις τῶν ἱματίων παράσημα Λάκωνες. nihil fingi posse melius, aut accommodatius ad id quod volumus probandum. σίμεια Lacones dicebant, quæ cæteris Græcis σημεῖα. quo nomine significari apud illos ait Grammaticus, τὰ ἐν ταῖς ὤαις τῶν ἱματίων παράσημα. hoc est præclavia vel prætexta, quæ ad oras vestium adsui solent. hinc etiam Græci παράσημα ἀρχῆς & παράσημα βασιλικὰ vocant, quæ liceat vocare, *prætexta imperii*, & *prætexta regia*: ut Valerius *prætextum triumphi*, hoc est παράσημον τοῦ θριάμβου. nescio quid sibi voluit Nonius qui præclavium fuisse dixit partem vestis quæ ante clavum texebatur. nimirum sequutus est simpliciter verbi compositionem, quasi manu ducentem ad illam notionem. *præ* est *ante*. *præclavium* igitur, quod ante clavum. egregium interpretem. melius Glossarum auctor: παρυφὴ, *prætexta*. *præclava*, *hoc præclavium*. nam & prætexere clavis dicebant. Festus: *recinium omne vestimentum quadratum, ii qui duodecim interpretati sunt, esse dixerunt, vel togam qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo.* unica voce posset aliquis dicere, *præclavatam* vel *præclavam vestem*, ut *auroclavas* & *auroclavatas* dixere passim recentiores, τὰς χρυσοσήμους. cum igitur clavus in veste nihil sit aliud quam πορφύρα ὑφασμένη, præclavus vel præclavium merito παρυφὴ appellatur. *circumtextum* idem significabat. Varro interpretatur, *purpuram circum*. περιπόρφυρα Græcis hujusmodi vestimenta purpura circumtexta. περιπόρφυρον, ἱμάτιον ἔχον πορφύραν κύκλῳ. ita Grammatici, qui & rationem denominationis hanc adjiciunt, ὅτι πορφύρα κύκλῳ τὰ τέλη τοῦ ὑφάσματος περιέχεται νήσου σχῆμα ποιοῦσα τῇ περιῤῥοῇ τοῦ χρώματος. περιῤῥοὴν illam, hoc est circumfluxum purpuræ qui currebat in orbem ad oras vestium, περίκλυσιν etiam vocavere ab eadem imagine. hinc *periclysis* ora vel extremitas vestis & veli, & cujuslibet rei apud Anastasium in vitis pontificum. in Leone quarto: *fecit vero in eadem basilica ad splendorem sacri altaris vestem holosericam habentem periclysim de chrysoclavo.* hoc est περιῤῥοὴν, & circumtexturam. ibidem: *fecit vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis & periclysi de blattin unam.* in eadem vita: *fecit autem in basilica beatæ Rufinæ Martyris in silva candida vestem de fundato habentem in medio crucem, & periclysim in circuitu de blattin.* idem in Sergio II. *vela alia de fundato, cum periclysi de blattin.* in Gregorio IV. *præfatus vero Pontifex fecit in Ecclesia beatæ Anastasiæ Martyris vestem de fundato habentem aquilas & periclysin de olovero.* & passim apud eumdem singulis fere paginis *periclysin* eo sensu positam reperire est pro circumtexto vestis scilicet, & purpura in orbem currente, quam περιῤῥοὴν eleganter Pollux vocitavit. sic περίκλυσιν, apud Eunapium pro extremo fontis margine legere licet, sed ex nostra correctione. ita enim in vita Jamblichi legi debet: ὁ δὲ λίθος ἐπιψαύσας τοῦ ὕδατος, ἱδρύσατο δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος κατὰ τὴν περίκλυσιν καθήμενος. vulgo editum est, ὑπέρκλυσιν, vitiata scriptura. sic apud Jamblichum, ὑπερoίκους pro περιοίκους, quod interpreti fraudi fuisse non mirum est. sed hæc alias. περίκλυσιν illam in vestibus, περιήγησιν dictam invenio quasi circum-

circumvectationem. quid sit orbis περιηγητὴς norunt, Græcas litteras docti. hinc περιηγητοὶ χίτωνες, οἱ περιπόρφυροι. recentiores autem Græci μαργέλλια dixerunt hæc extrema vestium ornamenta. quam vocem non intellectam auctori lexici Græcobarbari explicabo paucis. margum & marginem, quamvis extremitatem Latini dixerunt, *margus* autem & *margum* illis usurpatum, pro margine. atque ita reperitur scriptum in optimis exemplaribus apud Valerium Maximum. Glossæ veteres: *margo & margus*, κρηπίς. *margum*, τέρμα, τοῖχος. à *margum* diminutivæ formæ, *margulum* & *margellum*. quod μαργέλλιον Græci, ut sacellum, σακέλλιον, & alia infinita. μαργέλλιον igitur est ora vel margo vestis. ita etiam Græcis κρασπεδὸς, τὸ κρηπίδωμα, & ultimum vestis ambitum significat. Hesychius: κράσπεδα τὰ κρηπιδώματα. καὶ γὰρ κρασπεδὸς ἄχρι νῦν τὰ κατώτατα τῶν ἱματίων ὁ ἐστι βίλπεον. & paulo post: κρασπεδὸς τὰ κάτω τῶν ἱματίων τὰ ῥαμματώδη. non igitur μαργέλλιον est fimbria è margella sive corallio, sed simpliciter margo vestis. quod apertissime demonstrat Moschop. his verb. λῶμα τὸ ἐπ' ἄκρῳ τινὸς ἐκπιεζόμενον καὶ οἱ ονιῦ ὀρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον. corrigendus Balsamo ad Concil. VI. Can. XXVII. ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσύφαντα ἐπιβλήματα, τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, χάμματα καὶ ἀντίπυρα. legendum: ῥάμματα καὶ ἀντίπυρα. nam μαργέλλια, ῥάμματα, & ἀντίπυρα, hæc tria idem sunt. ῥάμματα & ῥαμματώδη dicebantur illa lora, vel zonæ, vel limbi qui adsuebantur ad extremas oras vestimentorum. Hesychius: κρασπεδὸς, τὰ κάτω τῶν ἱματίων. τὰ ῥαμματώδη. idem: κράσπεδα τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα, καὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. idem alibi περίεσμα appellat: ἄκανθος, περίεσμα ὑφασμένον. emendandus eadem opera Cedrenus in una periodo, tribus locis: τό, τε γὰρ λεγόμενον στρατηγικὸν ἀκανθαλαβρεαζ ἐκέλδυσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι, μὴ διὰ ῥαμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μαργελλορράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας ἐξυφασμένων. perperam apud illum hodie vulgatur, διὰ χαμμάτων. &, διὰ μεγαλογράμμων ὀθονίων. nec minus etiam mendosum est: ἐκ βύσσου πορφυρᾶς. scribendum enim erat, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας. non enim tantum purpureæ vel auratæ hæ vestium ornaturæ fuere, sed etiam diversicoloriæ. unde ἑτερόχροα ἐπιβλήματα vocat Balsamo ad concilia, quæ ex cocco, purpura & bysso contexta erant. Etymologicum magnum: λῶμα λέγεται καὶ τὸ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου ἐπίβλημα ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κόκκου. hæc Balsamonem explicant, & nos recte Cedreni locum emendasse ostendunt. ἐπιβλήματα Græci, quas Latini *insertas* nuncupant. Publius:

Frugalitas inserta est rumoris boni.

Josephus Scaliger de emblemate *insertam* accipiebat. ego ἐπίβλημα esse malo. quod verbi significat inserram purpuram in fine vestis. Hesychius: ἐπίβλημα, λῶμα, ῥάκος. ita legendum apud Hesychium. ῥάκη enim, ut notum est, Græcis vocantur, panni qui vestibus adsuuntur, ex purpura. nec enim verisimile est, si illo versu Publii Syri inserta significasset emblema, sexaginta post annis, cum in senatu quæreretur sub Tiberio, quomodo Latina voce dicendum esset emblema, nemini venisse in mentem, notissimam illam, & omnibus, ut probabile est, decantatissimam ex Mimo sententiam, in qua *inserta*, pro emblemate diceretur. inserta igitur est ἐπίβλημα, non emblema. quo verbo *emblematis*, tanquam suo jampridem utebantur Romani. nec opus illis aliud, quo idem exprimerent, de novo cudere. hinc *inserta* pro ornamento vel

insi-

insigni, ut & prætexta. ſubintelligitur enim *purpura*. Gloſſæ : *inſertitium*, ἐσῤῥαμμένον. ſic *clavus immitti veſtibus* dicitur Nonio : *patagium aureus clavus qui pretioſis veſtibus immitti ſolet*. nam & inſui & intexi & immitti veſtibus aurum, ut & inſeri tralatitium eſt. Græci quoque ἔμβλημα de clavo purpureo vel aureo veſti immiſſo dixere. unde παρυφὴν ἐμβάλλειν apud Plutarchum de inſtitutis Laconicis: σπιχηφόρον ἀνεῖλον, διότι παρυφὴν εἰς τὸ σπίχον ἐνέβαλε. ſic omnino inſerta, ut & ἔμβλημα de veſte non minus quam de vaſe dici poteſt. *ſigna veſtium*, & *ſigna poculorum* Latini quoque dicunt. hinc *vaſa aſpera ſignis*, & *veſtes ſignis rigentes* apud poëtam. hinc ἄσημος ἄργυρος Græcis, & ἄσημος ἐσθὴς, veſtis ſine clavis, & argentum ſine ſignis, hoc eſt læve. ἧλος iidem veſtium & ἧλος poculorum appellant. unde ἔνηλος ἐσθὴς Sopatro, veſtis clavata, & σκεῦος χρυσόηλον, poculum clavis aureis illigatum. ſic plane κέγχρους & in veſtibus, & in vaſis ponunt. κεγχρωτὰ & κεγχρωτὸς vaſa cælata & ſignis aſpera. & κέγχροι in veſtibus ſunt rotundi clavi. Athenæus lib. XII. ἔτι δὲ νῦν παρακλίνειν κυφότητος καὶ ἰχύος χάλκεν. κατακέπασται δὲ χρυσοῖς κέγχροις. ita legendum apud Athenæum, non κατακέπλασται. ſigna poculorum *emblemata* dicuntur ſecundum Servium. ſigna quoque veſtium, hoc eſt clavi emblemata dicta ſunt & *inſita*. ſunt autem & aliæ non paucæ voces quibus ornaturas veſtium & circumtexturas exprimere conſueverunt Græci Latinique auctores, quas heic libenter omittimus. ſingularum enim differentias in alio libro examuſſim exponere & expendere eſt animus. aliæ enim latæ, aliæ rotundæ, aliæ ex veſtibus cirratim dependentes, quarum omnium diſcrimina alibi ſingillatim examinamus. habemus autem heic trilores, tetralores, & pentelores tunicas, quæ tribus lotis, vel zonis, & quaternis, & quinis etiam diſtinguebantur. atqui ſciendum eſt monolores tantum veteribus fuiſſe notas, aut ad ſummum dilores, quæ duas zonas in circuitum haberent prætextas, vel adtextas. Horatius :

> *Purpureus late qui ſplendeat unus & alter*
> *Adſuitur pannus.*

ubi pannus eſt faſcia vel zona qua veſtis ornatur. antepannos dictos Latine puto, idque colligo ex voce quam Græci recentiores uſurparunt, ἀντίπανον. eam certum eſt eſſe puram putam Latinam, ἀντίπανα enim *antepannos* dixerunt : ut ἀντικένσωρα, *anteceſſorem* : ἀντιμίσσιον, *antemiſſum* : Heſychius : Ἀντίπανον, πτερύγιον, κεράσπεδον. ubi πτερύγιον eſt paratura vel ornatura. ſic enim vocabant in veſtibus ultimam fimbriam. pannum autem pro faſcia poni jam ſupra notavimus Vegetius *lemniſcos & pannos* indifferenter pro eadem re uſurpat, lib. III. cap. XVIII. *contra inciſuras quattuor foraminibus cautere pertunde, & pannos vel lemniſcos ex aceto ſub cute per foramina traicies*. ſic lemniſcum coronæ regiæ, pannum vocavit Valerius Maximus, lib. VII. *ô nobilem magis, quam felicem pannum*. ubi *pannum*, diadema regium appellavit. duo panni veſti adſuti, *dilorem* eam faciunt, ut in illo Horatii verſu ſupra citato. ſic apud Virgilium chlamys præmium victori datur duplici mæandro purpureo ornata.

> *—— quam plurima circum*
> *Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit.*

à multitudine igitur pannorum, vel faſciarum, & lororum, veſtes dilores, trilores, & pentelores dictæ. quæ lora nos vulgo *bandas* vocamus in veſtibus mulierum, quas non pentelores tantum hodie geſtant, ſed uſque ad cingulum loratas, & zonis ſericis, hoc eſt paragaudis, diſtinctas. ita nulla re alia, quam luxu, veteres vicimus. λωρωτοὺς χιτῶνας hujuſmodi paragaudias veſtes vocat Achmes in oniroçri-

aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſque
47 ad pentelores, [1] quales hodie lineæ ſunt. Panibus
urbis Romæ unciam de Ægyptio vectigali auxit, ut
quadam epiſtola data ad præfectum annonæ urbis et-
iam ipſe gloriatur. *Aurelianus Auguſtus Flavio Ara-
biano præfecto annonæ. Inter cætera quibus diis faventibus
Romanam Rempub. juvimus, nihil mihi eſt magnificen-
tius quam quòd additamento unciæ omne annonarum ur-
bicarum genus juvi: quod ut eſſet perpetuum,* [2] *navicu-
larios Niliacos apud Ægyptum novos, & Romæ amnicos
poſui. Tiberinas extruxi ripas: vadum alvei tumentis
effodi, diis & perennitati vota conſtitui, almam Cere-
rem*

rocriticis, cap. cxx. περὶ λωρωτῶν χιτώνων· ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἴσασιν ἐνεχθεῖσαν λωρωτὸν ἀσυνήθως, εὑρήσει διηγήσεται καὶ χαράν. idem λωρωτοῦ ἀληθινοῦ mentionem facit, hoc eſt purpureæ veſtis loratæ. ſed & τῶν ἀπὸ μεταξῆς λωρωτῶν. nam & ſubſericæ paragaudiæ veſtes erant, ut conſtat ex Claudio Trebellii. & paragaudæ ipſæ vel lora, ex ſerico auro intexto fiebant. eum vide toto illo capite. nec multilores tantum veſtes, ſed vela quoque loris ornabant, & diſtinguebant. Anaſtaſius in Gregorio IV. *ibi ipſe fecit, & alia duo modica vela fundata, quæ pendent in circuitu altaris, habentque lora viginti quinque.* ſed de loris, & loratis veſtibus ſatis dictum. nam & erunt infra quædam de his dicenda.

Et quidem aliis monolores.] Μονολώρους. Palatinus, *monolorias* legit. nihil tamen muto: nam & in ſequentibus *dilores* & *trilores*, & cetera eadem forma extulit.

1 *Quales hodie lineæ ſunt.*] Sub Gallieno & Aureliano nondum in uſu fuiſſe lineæ loratæ videntur, ſed tunicæ tantum. poſt eorum tempora lineas & interulas etiam loris multis variegarunt, & frequentius quidem quam tunicas, ita ut & quinquelores fierent. nam tales fuiſſe lineas ſuo tempore ſcribit heic Vopiſcus. hinc idem in vita Bonoſi, in brevi munerum, quæ Hunilæ Bonoſi novæ nuptæ dantur, *dilorium interulorum* meminit, non item tunicarum. ſed Bonoſus ille ſub Aureliano vixit, & munera illa ex præcepto Aureliani data. jam tum igitur Aureliani temporibus lineæ loratæ in uſu. ſed dilores fere tantum, non etiam pentelores, quo jam uſque proceſſerunt Vopiſci temporibus. longe autem ante Aureliani imperium auro & purpura lineæ intexebantur. hæc enim verba Severi Alexandri refert Spartianus in ejus vita, querentis, quod aurum, & purpura in lineas mitteretur: *ſi lineæ idcirco ſunt*, inquiebat, *ut nihil aſperum habeant, quid opus eſt purpura? in lineas autem aurum mitti etiam dementiam judicabat, quum ad aſperitatem adderetur rigor.* ita enim legendus ille locus. hinc illa diſtinctio, ut lineæ puræ dicerentur, quibus nihil auri vel purpuræ eſſet intextum, ad differentiam earum, quæ prætextæ intextæve auro & purpura. infra: *& lineas Afras, & Ægyptias puras.* & *linteamen purum.* Spartiano, quod purpuram non haberet. ſic *mantelia pura* opponuntur *auroclavatis* apud eundem.

2 *Naviculariοs Niliacos.*] Palat. *Niliacos.*

rem consecravi. Nunc tuum est officium, Arabiane jucundissime, elaborare, ne meæ dispositiones in irritum veniant. Neque enim populo Rom. saturo quicquam potest esse lætius. Statuerat & vinum gratuitum populo Rom. dare, ut quemadmodum oleum & panis & porcina gratuita præberentur, sic etiam vinum daretur, quod perpetuum hac dispositione conceperat. Hetruriæ per Aureliam usque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, iique fertiles ac sylvosi. Statuerat igitur do- 48
minis locorum incultorum, [1] qui tamen vellent pretia dare, atque illic familias captivas constituere, vitibus montes conserere, atque ex eo opere vinum dare, ut nihil redituum fiscus acciperet, sed totum populo Rom. concederet. [2] Facta erat ratio dogæ, cuparum, navium

1 *Qui tamen vellent pretia dare.*] Idem Palat., cum vet. editione: *qui tamen vellent gratia dare.* forte: *statuerat dominis locorum incultorum, qui tamen vellent gratia, pretia dare.* id est, illis tantum quorum bona gratia id facere posset, statuerat pretia dare: neminem enim invitum suis cedere, quamvis incultis volebat. aut certe nihil mutandum est in vulgata.

CASAUBONUS.

2 *Facta erat ratio dochæ, cuparum, navium, & operum.*] Volui editum *dogæ.* ea enim vera lectio, non *dochæ*, ut recte docuit Turnebus in adversariis. Glossæ, *Doga*, βύτης. *Dogarius*, βυτλοποιός. quid esset βύτλης sive βύτλις, exposuimus ad Capitolinum in Maximinis. Glossarum auctor duo nomina ingentium vasorum buttis & cupa confundit. nam alibi ita scribit, βύτλις, *cupa*: βύτλιον *cupella.* sed nos supra ex Herone mathematico hæc vasa distinguebamus. utrumque nomen servat hodie idiotismus Francorum. nam *bouteille*, est butticula: ut à cornicula dicimus *corneille.* Putabat Jacobus Cujacius, dogam à Græco δοχὴ esse ductum vocabulum. & fortasse ita est. dubito tamen: quia memini legere in libris Hebræorum דוגה, quod plane est doga. est autem illis דוגה navis genus: unde apparet dogæ vasis amplitudo. sic cupa Hesychio navis genus esse dicitur: & alia quædam vocabula modo navigium, modo vasis grandis aliquam speciem significant. Pro *operum* malim *operarum*: etsi & alterum potest ferri.

GRUTERUS.

2 *Facta erat ratio dogæ.*] Sic etiam Pal. non *dochæ*, ut editi.

SALMASIUS.

2 *Facta erat ratio dochæ cuparum.*] Recte doctissimi viri heic *dogæ* reposuerunt, & quid esset *doga* nos docuerunt. Glossæ: *doga*, βύτλης. vetustæ membranæ ibi legunt βύτλις. & sic alibi scriptum in illis Glossis. ἡ βύτλις enim dicitur, non ὁ βύτλης. sed hoc leve est. Gregorius Turonensis *dogas* vocat canales quibus aqua ducitur. sic enim ille: *tertio vero vocata virorum multitudine fossas in circuitu fieri jussit, ne forte dogis occultis lympha deducerentur in fontem.*

navium & operum. sed multi dicunt, Aurelianum, ne id faceret, præventum, alii à præfecto prætorii sui prohibitum, qui dixisse fertur, *Si & vinum populo Rom. damus, superest ut & pullos & anseres demus.* Argumento est id verè Aurelianum cogitasse, imò etiam facere disposuisse, vel ex aliqua parte fecisse, [1] quòd in

fontem. nos etiam hodieque *dogas* vocamus fontium conceptacula. vulgo *doyes.* Græci quoque δοχὰς dixerunt. Hesychius: ὀχέτευς, δοχὰς ὑδάτων. & sane *doga* à δοχὴ. χ in g. sic χαλβάνη, *galbanum.* στίχιον, *stigum,* tunica. ζάγχη, *zanga.* & alia sexcenta. δοχὰς quoque, & δοχεῖα Græci dixerunt, alveos. Hesychius: δοχαὶ, δοχεῖα, λουτῆρες. ex voce λουτὴρ, *lunter* fecerunt Latini veteres. ita semper in melioribus libris hoc vocabulum scriptum reperitur, pro linter. *lunter* igitur pro *luter* dixerunt à λουτήρ. ut *thensaurus,* θησαυρός. hinc *lunterculus* apud Ciceronem in epist. ad Atticum. sic βούτης & βούτζιον, quod dogam significat, in martyrio Gelasini pro alveo, & embasi vel solio balnei positum est, apud auctorem Chronici Alexandrini: ἄτερος δὲ μῖμος δεύτερος ἀγῶνος. παιδίμου θεάτρου ἀγομένου καὶ πολλοῦς θεωροῦντος ἔβαλον αὐτὸν οἱ ἄλλοι μῖμοι εἰς βούτιον μεγάλην βαλανείου. γέμουσαν ὕδατος χλιαροῦ. & paulo post: ὁ δὲ αὐτὸς Γελασινὸς ὁ δεύτερος μῖμος βαπτισθεὶς καὶ ἀνελθὼν ἐκ βουτίου φορέσας ἱμάτια λευκὰ οὐκέτι ἠνέσχετο θεατρίζειν. item: εἶδον γὰρ δόξαν φοβερὰν εἰς τὸ βούτιον καὶ Χριστιανὸς ἀποθνήσκω. priore loco malim legere: εἰς βούτην μεγάλην γέμουσαν ὕδατος. scio tamen & quomodo βούτιον ibi defendi possit. nescio an inde dictum *butinum,* quod acetabulum significat. Hesychius: ὀμφοτράγον, βουτινόν, τρυβλίον. butticulam esse, ut vocamus vulgo, perperam interpretantur. hinc *butinarius* apud Cyprianum epist. xxxix. qui *butina* facit: *item abstinnimus Sophronium, & ipsum de extorribus Soliassum butinarium.* male *Budinarium* in editis legitur, quasi cognomen ipsius Soliassi, aut gentile nomen. nam ab artificio *butinarius* dicitur, ut eadem epistola, *Paulam sarcinatricem* de artificio appellatam legere est. at *butina* in legibus Ripuariorum tit. lx. aliud est. βυτίνη vocabulum etiam Tarentinorum est, & matellam, aut lagenam vel urceolum significat. vide Hesychium. apud eumdem legere est βυτίνιον, σταμνίον. βουτζία, vel βουτία etiam pro butticulis. vel butticellis leguntur apud recentiores Græcos. apud Nicetam, βούτζια οἴνων δοχεῖα ἐκ λύγων. tales hodie apud nos butticellæ vitreæ vimine texto coopertæ. βουτίον vel βούτζιον diminutivum à βούτης. sic *butica* à bute, & *buticula.* Glossæ βούτην *dogam* interpretantur: sed hoc loco aliud esse videtur. cur enim non dixit auctor, *facta erat ratio dogarum, navium & cuparum?* ita sane loqui debuit. ac fortasse ita etiam legendum. *doga* cum libris retinemus. *rationem dogæ* intelligamus necesse est, tantam vini copiam & mensuram, quanta singulis annis erat reditura ex illo opere quod instituerat Aurelianus. sic malim, quam cum Cujacio legere continuatim, *doga navium & cuparum,* & intelligere capacitatem navium & cuparum.

CASAUBONUS.

1 *Quod in porticibus templi Solis.*] Templi ejus quod Soli & Belo posuerat Aurelianus.

SALMASIUS.

1 *Quod in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur.*] *Fiscalia vina* vocat quæ

in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur, [1] non gratuita populo eroganda, sed pretio. Sciendum tamen, congiaria illum ter dedisse, donasse etiam pop. * Rom.

quæ fiscus dabat popnlo, non gratis, sed pretio. sic fiscalis panis qni populo dividebatur, gratis ille quidem non pretio, quem & civilem, & gradilem supra notare memini. veteres Glossæ ad Persium:

— *populi cribro decussa farina.*

farinam, panem non delitiosius cribro discussum, sed plebeium de populi annona, id est *fiscalem dicit*. eumdem & *dispensatorium* dicebant. vetus interpres Horatii, *secundum* & *dispensatorium* panem eumdem facit: eum enim esse scribit, de secundo pane loquens, qui non sit siligineus, non primus, non postremus, sed dispensatorius. ubi dispensatorium panem accipio, quem Fiscalem dixit interpres vetus Persii, quod populo scilicet dispensaretur. Prudentius:

— *populo gradibus dispensus ab altis.*

subit tamen mirari, cur panem illum fiscalem sive dispensatorium non de prima nota fuisse, sed secundaria notent illi interpretes, cum vel à prima ipsa institutione panium dividendorum, quam Aureliano adjudicavimus, populum Rom. siligineos panes, hoc est primos & mundos accepisse constet. sed fuisse tempus, in quo non mundos panes è fisco percipiebat populus, sed sordidos comparabat, ostendit lex v. Cod. Theod. *de pane gradili: civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses, quinquaginta uncias comparabat, triginta & sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur.* panis enim *mundus*, opponitur *secundo*, & *sordido*. mutavit igitur id Valentinianus, vel potius in antiquum statum redegit, ut populo mundi panes distribuerentur, quos ante enm sordidos, nec gratuitos, sed pretio comparabat è fisco, ut vina etiam fiscalia emebat Vopisci temporibus. quod ad gradilis appellationem attinet, diximus supra, unde diceretur, & ubi distribueretur. videtur tamen aliquis existimare posse in circo maximo distribuium plebi Romanæ panem gradilem ex verbis Ammiani Marcellini l. XXVII. de plebe minuta Romuli: *hi omnes quod vivunt vino & tesseris impendunt, & lustris, & voluptatibus & spectaculis: eisque templum & habitaculum, & concio, & copia eorum & spes omnis circus est maximus.* quod enim dicit copiam omnem & spem plebeiorum fuisse circum maximnm, jnre referas ad hanc annonarum civicarum gratuitam erogationem in circo maximo fieri solitam. loca sane & gradus in circo maximo popularibus fuere adsignati. graduum circi in urbe Constantinopolitana meminit Chronicum Marcellini: *seditio popularis in circo facta est, miles & armatus obstitit. Gradus circi septentrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt, Anastasio Cæsare in processibus commorante. fornices graduum* vocat quos Corippus *arcus*, in illis gradibus qui in foro Constantinopolitano de lignis exstructi erant. sed hæc apud Ammianum pluribus.

CASAUBONUS.

1 *Non gratuita populo eroganda, sed pretio.*] Videbatur sententia hujus loci, contrarium ejus quod his verbis dicitur, postulare: ut nimirum vina fiscalia, quæ dixit poni solita in porticibus templi ab Aureliano ædificati, non pretio, sed gratuita populo erogarentur. ita melius probaverit quod docere instituit. Sed in edita lectione consentiunt & membranæ. aliter igitur exponendum: ut intelligamus, Aurelianum dum ea parat quæ ad genus hoc largitionis erant necessaria, interiisse prius quam nova liberalitate hac uti cepisset.

1 *Tuni-*

Rom. [1] tunicas albas manicatas ex diversis provinciis, & lineas Afras atque Ægyptias puras : [2] ipsumque pri-

SALMASIUS.

1 *Tunicas albas manicatas ex diversis provinciis.*] Ut *Dalmaticas* ex Dalmatia. *Chiridotas Dalmatarum* vocavit in Pertinace Spartianus.

CASAUBONUS.

2 *Ipsumque primum donasse oraria, pop. Ro. quibus uteretur populus ad favorem.*] Erant veteribus, ut hodieque nobis, linteamina quædam parva, ad munditiem corporis usus magni & multiplicis. Ejus generis sunt sudaria, semicinctia, oraria, & quorum unus meminit Arnobius libro secundo, *muccinia :* nos & rem & nomen servavimus μικρὸν παρεσκλίναντες. *muncloria* enim vocamus in idiotismo Gallico. *Semicinctia*, ut nomen indicat, & testatur Martialis epigramma, inventa sunt, ut iis se præcingerent vel cum lavarent in balneis, aut gymnastæ operam darent, vel cum ministrarent : ministrabant enim præcincti, ut ex Suetonio atque aliis scimus. sed postea etiam ad alia semicinctiis usi sunt : quod constat etiam ex sacra historia Actorum apostolicorum, ubi hæc vox Latina usurpatur Græco scriptori, ut & *sudarium*, altera Latinorum vox. sic enim vocarunt lintea minuta quibus manantem capite sudorem tergebant. *Oraria* quid appellaverint, & ad quem usum vulgo haberentur, adeo parum vulgo notum est, ut videam viros doctissimos & veterum & nostrorum, in expositione hujus vocabuli graviter esse lapsos. Scimus etiam homines eruditissimos, cum mentem istius loci non caperent, ejus emendationem varie tentasse. Utuntur voce ORARIUM scriptores Latini, Græci ac Syri : sed origo est Romana. Auctor Etymologici, postquam docuit φάσκιον & φασκιόλιον dici linteum quoddam vel sindonem parvam, addit, ἢ προσώπου τὸ ἐκμαγεῖον. λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὁ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται ὠράριον. similiter & Balsamon Conciliorum interpres, ὠράριον τὸ τοῦ προσώπου ἐκμαγεῖον. est igitur proprie orarium linteum ori tergendo paratum. ideo Prudentius *pignus oris* vocat Περὶ στεφάνων hymno primo :

Hic sui dat pignus oris ut ferunt orarium.

Meminit orariorum Lucilius. nam apud Nonium De genere vestimentorum, ita scribitur. *Ricinium. Lucil. Satyr. lib. secundo :*

Ricini aurati, rica & oraria mitra.

sed non putamus nos adeo antiquam esse hanc vocem, ut ejus potuerit Lucilius meminisse. nam multis demum post ejus ætatem seculis eam cepisse usurpari observavimus. Suspicabamur glossam in versu Lucilii positam fuisse veræ vocis loco : poëtam autem scripsisse, *atque anademata mitra.* Lucretius libro IV.

Et bene parta patrum fiunt anademata mitra.

verum postea deprehendimus aliud hic latere. perperam enim in libris vulgatis cum poëtæ verbis Nonii interpretatio confunditur, cujus ibi nullum prorsus vestigium apparet. quare non dubitamus locum illum sic esse concipiendum. *Ricini aurati. ricæ, & oraria aut mitræ.* Lucilii sunt prima solum verba : reliqua Nonii, quibus vocem *ricini* interpretatur. Recte autem ille oraria & mitras ceu voces ejusdem notionis aut non multum diversæ usurpat. Etymologicum magnum : Μίτραι, κυρίως αἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ἀκρείων γενόμεναι στέφαναι. scribendum ὠραρίων. Eustathius in Ἰλιάδ. Δ. φασὶ δέ τινες καὶ αὐτὸ τοῦτο στεφάνους εἶναί ποτε τὰς μίτρας· φέρονται ὅτι μίτραι κυρίως αἱ

οἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ὠραρίων στέφανοι. Quod autem oraria ad modum fasciarum longiuscula fuerint, probamus Augustini testimonio De civitate Dei libro XXII. cap. VIII. ubi de eo loquens cui oculus in maxillam fusus erat: *Tunc*, ait, *sicut potuit, oculum lapsum atque pendentem, loco suo revocatum, ligavit orario.* Euagrius in simili historia libro quarto cap VII. τὸ διαῤῥυὲν πλαμαίστῳ ἀναδήσας. est igitur orarium simile quid πλαμαῖνι: quam vocem Græci interpretantur λῶρον ἢ φασκίαν. Ambrosius oratione funebri de obitu Symmachi fratris: *Divinum illud fidelium sacramentum ligari fecit in orario, & orarium involvit collo, atque ita se dejecit in mare.* Sed erant oraria, non solum longa, verum etiam lata. nam antiquus Juvenalis interpres quem habemus, flameum illud quo nubentes amiciebantur, orarium interpretatur. Optime vero quid sit orarium, declarant ecclesiastici scriptores, qui in habitu sacerdotali orarium appellarunt pannum oblongum, brachio sacerdotis solitum imponi. In Græcis liturgiis sæpe fit hujus mentio: & vocant Græci istam manualem laciniam, modo ὠράριον, modo λῶρον. quanquam alii orarium & ὠμοφόριον pro eodem accipiunt, quod non sacerdotum sed diaconorum gestamen fuisse invenio. Matthæus Blastares in Synopsi Conciliorum: Ὁ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ κβ΄, καὶ ὁ κγ΄. οὐ δεῖ, φησὶ, τὸν ὑπηρέτην ἤτοι ὑποδιάκονον ὠράριον περιβεβλῆσθαι, ἀλλὰ τὰς τῆς ἐκκλησίας θύρας ἔχειν. & post pauca: τοῖς διακόνοις δίδοται καὶ μόνοις, τῷ λαιῷ τῶν ὤμων τοῦτο περιτιθέναι. ἐκλήθη δὲ ὠράριον ἐκ τοῦ ὡρῶ τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ. οἱ γὰρ ἐξαρτῶντες τοῦτο διάκονοι, τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες ὥρας, τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τοῖς τε κατηχουμένοις καὶ τῶν πιστῶν. Vult diaconorum proprium esse orarium: quod illi lævo humero impositum gestent: ex eo autem dictum, quia teneantur qui orarium habent diaconi, stantes ad pulpitum tempus observare quando oporteat eum qui sacram paginam legit, vel fideles, vel catechumenos compellare. ὡρεῖν enim esse observare. hoc quidem verum est: sed verbi notatio inepta & falsa: quæ tamen non hujus est recentioris scriptoris; sed etiam apud eruditissimum Balsamonem legitur. Sic accipe apud Codinum curam palatii, in lib. De officiis: ὁ ἀρχιδιάκονος φορῶν τὸ σύνηθες αὐτῷ στιχάριον, φορῶν δ' ἐπ' αὐτοῦ καὶ φιλόνιον, οὐ μὴν καὶ ἐπιτραχήλιον, ἀλλ' ὠράριον. Separat ἐπιτραχήλιον quod injicitur collo, ab orario: at in libro Severi Alexandrini patriarchæ de ritibus Syrorum, amictus sacerdotalis pars nominatur אוררא, quod nostrum est sine dubio orarium: id autem ait imponi collo. quare idem videtur esse cum eo quod Græci ἐπιτραχήλιον dicunt. Habuerunt & episcopi orarium suum, velut quoddam sanctissimæ dignitatis insigne. Vita Fulgentii: *Una tantum vilissima tunica, sive per æstatem, sive per hiemem patienter indutus: orario quidem sicut omnes episcopi nunquam utebatur.* Sed hoc episcoporum orarium peculiaris formæ fuit, nec ut cetera oraria, simplex tantum fascia: quare etiam pallium est appellatum: in elegantissimo libello quo historia Synodi Remensis continetur, ita scriptum. *Arnulphus in sui promotione* (is fuerat Durocortori Remorum episcopus) *annulum & baculum acceperat, quoddamque genus orarii quod per differentiam pallium dicitur.* Orarium appellaveris apte sericeam institam, quam collo appendunt in Galliis magistratus, & alii qui doctores fuerunt renunciati. Olim ad usum tantum munditiei gestabatur: sed Aurelianus, ut docet hic Vopiscus, novum & prius incognitum orariorum usum instituit. dedit enim populo oraria, quibus ille uteretur ad favorem. Theatrorum ac Circi verba sunt *favere* & *favor*, quæ

non significant tacitam benevolentiam, sed quæ voce gestuque exprimeretur. ita accipiendum aliquot horum scriptorum locis, & non raro apud alios. Hieronymus epistola ad Pammachium: *Hæc dico, non quod de ardore mentis tuæ quicquam dubitem, sed quo currentem impellam, & acriter dimicanti fervorem favore augeam.* favor hic est διφημία, ἐπιβόησις, & adclamatio incitantis ac bene cupientis. auctor libri De vera circumcisione, quem sine caussa quidam Tertulliano ascribunt: *Mira ratio: nam vult* CHRISTUS *prædicari quod gaudet intelligi: nam mavult se inventum esse quam proditum, ut virtus sua illum non favor manifestaret alienus.* Cælius Aurelianus Tardarum pass. libro primo, capite v. *Adhibendi auditores sunt ægrotanti consueti, qui favore quodam atque laude dicta prosequentes, dicentis animum laxent.* Septimius Romanus: *Interea reliquis ducibus favorem attollentibus, gaudio lætitiaque completa omnia sunt.* πάντων μετὰ βοῆς αὐτὸν διφημούντων. Corippus l. IIII. de ludis Justini Cæsaris:

Omnia roboribus sternunt loca plana politis,
Conjungunt tabulas, & ferri nexibus arctant:
Quæ pondus strepitusque virum motusque faventis
Ferre queant populi.

& statim,

Dispesuêre gradus quis staret in ordine longo
Divisum in turmas, atque in sua corpora vulgus,
Posset & exertas ad munera tendere palmas,
Liberius spectare oculis, manibusque favere.

manifestissime declarant hi versus quid sit favere in te ludorum, & quid hoc loco favor. quam vocis hujus notionem cum ante nos viri doctissimi observassent; iidem tamen quis esset orariorum usus in favendo, sive ut loquitur Vopiscus, ad favorem, non sunt assecuti. Nam quod referunt ad modulatas adclamationes, & orarium interpretantur tegmen aliquod aut velamentum resonans, haud dubie fugit eos ratio. Enimvero favere orario, vel uti ad favorem orario, nihil aliud est nisi jactato orario dare signum favoris. ante Aurelianum toga hoc fiebat. Ovidius libro tertio Amorum universum favendi morem pulcherrime expressit his versibus.

Maxima jam vacuo Prætor spectacula circo
Quadrijuges æquo carcere misit equos.
Cui faveas video: vincet cuicumque favebis:
Quid cupias ipsi scire videntur equi.
Me miserum, metam spatioso circuit orbe:
Quid facis? admoto proximus axe subit.
Quid facis infelix? perdis bona vota puellæ:
Tende precor valida lora sinistra manu.
Favimus ignavo: sed tum revocate Quirites:
Et date jactatis undique signa togis.
En revocant: at ne turbet toga mota capillos,
In nostros abdas te licet usque sinus.

Habes hic adclamandi morem, & ipsarum adclamationum exempla: habes & quam diximus togæ jactationem: quo spectabat illa Varronis & Columellæ querela de suorum temporum patribus familias, *qui in circis potius ac theatris, quam in segetibus ac vinetis manus moverent.* Græci hoc dicunt ἀνασείειν τὴν χεῖρα καὶ τὴν ἐσθῆτα. Philostratus in imagine Arrichionis Olympionicæ: ἔστηκε μὲν τὸ στάδιον οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκλελοιπὸς χιρακεκηκίναι· βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσιν· οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα. in vita autem Heliodori sophistæ Hadrianus imperator admiratus ejus viri eloquentiam, etsi non erat in theatro, more tamen theatrorum exilit, exclamatque, ἄνδρα οἷον ὕπνω ἔγρομαι, τὸ ἱμάτιον κυμαίνων διφημίᾳ (sic scribendum:) καὶ τὰ τοιαῦτα εἰκάλε τὸ Ἡλιόδωρον,

ὤμοις, ἀνασείων τὴν χεῖρα, καὶ τὸν κόλπον τῆς χλαμύδος. idem significat καταστείειν ταῖς ὀθόναις apud Eusebium in septima historia ecclesiastica, de Paulo Samosateno hæretico: qui graviter offensus dicitur quoties publice verba faceret, τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι μηδὲ ὡς ἐν τοῖς θεάτροις καταστείουσι ταῖς ὀθόναις μὴ δ' ἐκβοῶσι τι καὶ ἀναπηδῶσι Eunapius in Juliano sophista: ἀνά τι ἐπήδησεν ὁ ἀνθύπατος ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, ἐκρότει τὸν Προαιρέσιον. sic ἀνασοβεῖν τὴν ἐσθῆτα apud Aristænetum. Quod igitur jactatione togæ ante Aurelianum non sine aliquo incommodo, ut & superior Ovidii locus declarat, fieri solitum, eo auctore mutatum est, ceperuntque loco togæ oraria jactari. Inde qui favebant, orarianı dicti, & contracta voce euphoniæ gratia, atque o in au diphthongum mutato, aurarii. Servius in illum versum,

Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris:

AURIS, ait, *favoribus: unde & aurarii dicuntur fautores.* deducit hanc vocem ab aura. idem alio loco derivat non ab aura, sed auto: transcripsitque eum Servii locum in suos libros Isidorus. nobis tamen videtur aliter. nec motamur scribendi consuetudinem contra analogiam: cujus exempla multa in Latina lingua. Quemadmodum autem isti in ludis favoris signum orariis dederunt: sic alios jactatione sudarii datesignum solitos observavimus. Nam ut in ecclesiis Christianorum diaconusqui orarium gestabat, eum qui in ambone sacram scripturam legebat, admonebat quando vel ad fideles vel ad catechumenos deberet orationem flectere: sic in Judæorum synagogis legem è pulpito recitanti aderat aliquis manu sudarium tenens, qui populo signum daret ut AMEN diceret: dabat autem signum, מניף בסודרין, ut loquuntur Rabbini, id est, *motitans sudarium.* Sic etiam in judiciis capitis cùm reus post latam sententiam ad locum supplicii ducebatur, constituebatur aliquis in prætorii foribus, qui si de ejus innocentia inter hæc constitisset, dato signo, executionem supplicii impediret, & condemnatum ad judices revocaret. id autem signum dabatur similiter jactato sudario, ut diserte iidem magistri testantur.

SALMASIUS.

2 *Ipsumque primum donasse oraria pop. Rom. quibus uteretur ad favorem.*] Oraria quid essent docuit nos ad hunc locum Casaubonus, cum vulgo ejus vocis notio etiam doctissimis esset ignorata. ego unde dicta sint, dicam. *Orarium* est vel segmentum, vel lorum quod ad oram vestis adsuitur, atque inde orario nomen. quæ vox fasciam vel institam significat. non igitur ab ore, sed ab ora vestis, cui adnectebatur. *oram* vestis Gr. πέζαν vocant. unde πεζοφόροι χιτῶνες Æschylo. fasciam autem vel zonam, quæ adponebatur, ornamenti gratia, ad illam extremam oram, πεζίδιον Græci nuncuparunt, quod ad verbum est *orarium*. ut autem orarium, pro quavis zona vel loro postea usurpatum est Latinis, sic Græcis quoque πεζίδιον pro qualibet fascia, positum est. hinc πεζίδιον fasciam imperialem illis significat vel diadema, & cingulum capitis penes mulieres. optimæ Glossæ: πεζίδιον βασιλικόν, *diadema.* πεζίδιον γυναικός, *fascia. lorum* vocat Balsamo, ut supra docuimus. nam lorum utrumque significat, & vittam quæ vestis extremitatem ambit, & fasciam coronæ regiæ. sic & πεζίδιον. πεζίτιον. Suidæ dicitur: ταινία ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ πεζίτια σίμικθα. idem alibi, πεζίτια σίμικθα. hoc & φακιόλιον dicebant. quod verbum nemini adhuc intellectum, certe apud neminem adhuc recte expositum vidi. nam qui φακιόλιον *faciale* esse volunt, ut verissime dicam, errant. φακιόλιον idem est quod πεζίδιον, & fasciam vel vittam, qua

primùm donasse oraria pop. Rom. quibus uteretur popu-

qua caput cingitur, significat. Hesych. Σιμικίνθια, φακιόλια, ζωνάρια. Ζωνάρια. ὠράρια τῶν ἱερέων. Apud Achmetem φακιόλιον ponitur pro diademate regio. Suidas in voce κίδαρις: ἔνιοι δὲ κίδαριν λέγουσι περιχρύσιον πῖλον ἢ στέφανον ἢ φακιόλιον ἢ πῖλον βασιλικὸν Περσῶν. idem: φάκελλος τὸ τῆς κεφαλῆς φόρημα, ὃ καὶ φακιόλιον λέγεται. φακιόλης Nicetæ est κυρβασία. idem Nicetas φακιόλας appellat, vincula, quibus lignorum fasces alligantur, qui φάκελοι apud antiquos & meliores Græcos dicti. at contra φάκελλον, Suidas dici ait fasciam capitis: quæ vox vulgo Græcis, vinculum quo sarmentorum manipuli ligentur, denotat. minime tamen dubito quin φακιόλιον Græci barbari dixerint pro φασκιόλιον, hoc est fasciolam. recte Nonnosus apud Photium φακιόλιον suo tempore dictum, veteribus φασκιόλην appellari notat. cujus hæc verba sunt: ὅτι τὰ σανδάλια νυνὶ λεγόμενα δρόβυλας ἔλεγον οἱ παλαιοί, καὶ τὸ φακιόλιον, φασκιόλην. ita enim emendandum. vulgo editur, φασιόλην, corruptissime. licet etiam legere, φασκιόλιν, pro φασκιόλιον. sic φακιόλιον, πεζίδιον, ὠράριον, Græcis barbaris idem significat, institam scilicet, aut lorum vel fasciam. loco igitur laciniæ vestis, quam faventes motitabant in ludis Romani, institas illis vel fascias, quas manu tenerent, & ad favorem moverent, dedit, quæ oraria dicta ab ea re, quam posui. cave tamen propterea putes *aurarios* fautores dictos ab istis orariis; quæ fuit sententia doctissimi viri. aurarii enim ab *aura* dicti, quæ ventum faventem, & favorem significat. hinc *aura popularis*, & *aura favoris popularis* apud Livium sæpe hinc *fortunæ aura* apud poëtas, favens fortuna dicitur. Falsum etiam quod heic notavit vir eruditissimus, Servium modo ab aura, modo ab auro aurarios deducere. immo nusquam ille ab auro, sed ab aura duobus locis aurarios dictos notat. imposuit doctissimo viro locus hic Servii:

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
Auri aura, splendor auri. Horatius:
——— *tua ne retardet*
Aura maritos.

id est splendor. hinc & aurum dicitur à splendore qui est in metallo. Hinc & aurarii dicti, quorum favor splendidos reddit. quo loci non *aurarios* ab auro deducit, sed ab aura, qua voce splendorem vult significari. inde *auri auram* apud poëtam interpretatur, auri splendorem. sed & aurum ipsum, ab aura hoc est splendore deducit, quod splendeat hoc metallum. à qua aura, & aurarii, quorum favor splendidos homines reddit. nam *aurarii* fautores. idem Grammaticus ad illud Virgilii:

——— *adspirat primo fortuna labori.*

adspirat, favet. ut, Adspirant auræ in noctem. unde & favor, aura dicitur. inde igitur aurarii fautores ab aura, non ab *orariis*, ut perperam existimavit vir undequaque doctissimus. si quis autem orarium, non ab ora vestis, sed ab ore potius dictum existimet, ut sit προσώπου σιμικίνθιον, hoc est sudarium, quemadmodum interpretantur Græci, non repugnabo. *sudarium* autem & *orarium* fere idem, & ad eumdem usum: linteum scilicet ad oris sudorem detergendum. mediæ apud Græcos Comœdiæ auctores καψιδρώτιον vocabant. Pollux: τὸ δὲ ἡμιτύβιον ἐστι μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον, εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν μέσῃ Κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. *orarium* vocat Etymologicum magnum, ὠράριον, quod Græcis φάσαν, & interpretatur προσώπου σιμικίνθιον, hoc est καψιδρώτιον. perperam apud Hesychium, καψιδρόκιον legitur.

3 *Milia.*

populus ad favorem. Displicebat ei quum esset 49
Romæ, habitare in Palatio, ac magis placebat in hortis Sallustii vel in Domitiæ vivere. [1] Miliarensem denique porticum in hortis Sallustii ornavit, in qua quotidie & equos & se fatigabat, quamvis esset non bonæ valetudinis. Servos & ministros peccantes coram se cædi jubebat, ut plerique dicunt, [2] causa tenendæ severitatis: ut alii, studio crudelitatis. Ancillam suam quæ adulterium cum servo suo fecerat, capite punivit. Multos servos è familia propria qui peccaverant, legibus audiendos judiciis publicis dedit. [3] Senatum, sive senaculum, matronis reddi voluerat: [4] ita ut primæ illic quæ sacerdotia senatu autore meruissent. [5] Calceos mulleos, [6] & cereos, [7] & albos, & he-

CASAUBONUS.

1 *Miliarensem denique porticum in hortis Sallustii ornavit.*] Miliarensem vocat, quam Suetonius Nerone capite XXXI. millenariam. hortorum Sallustii, qui erant Augustorum, meminerunt præter Victorem, Tacitus & Ulpianus lege XXXIX. De legatis libro primo. Aberant hi horti à Palatio longiusculè: ut colligas ex incerti auctoris panegyrico ad Constantinum.

3 *Senatum sive senatulum matronis reddi voluerat.*] Vide ad Lampridium in Heliogabalo.

4 *Ita ut primæ illic quæ sacerdotia senatu auctore meruissent.*] Excidit vocula. Scrib. *ita ut p. illic, quæ s. s. a. meruissent*, *essent. Calc.*

5 *Calceos mulleos, & cereos alb.*] Qui fuerint mullei calcei expositum est à Festo. nos de his & cæteris qui hic nominantur multa alibi scripsimus.

SALMASIUS.

1 *Miliarensem denique porticum.*] Miliarensis, est millenaria, à millenis scilicet columnis: ut centenaria porticus, quam ἑκατοντάστυλον Græci. sic *miliarense* genus nummi à millenario numero dictum, quod Græci μιλιαρήσιον appellant. de quo in nostro de re nummaria libello multa congessimus hactenus adhuc non vulgata.

2 *Causa tenendæ severitatis.*] Sic *tenere disciplinam* Cypriano. & *tenere gloriam* epist VII. *ut qui adversarium prima hac congressione vicistis, gloriam vestram forti & constanti virtute teneatis.* ibidem: *datam sibi gratiam tenere potuerunt.* sic *tenere latebram & quietem* apud eumdem qui multus in hac loquutione, quibus omnibus locis, *tenere* pro retinere positum, ut & in hoc Vopisci loco.

3 *Senatum sive senatulum.*] Lege ex vet. edit. & Palatino: *sive senaculum.* sic apud Victorem scribitur: sic in omnibus manu exaratis libris: sic etiam apud Sextum Rufum de regionibus urbis Romæ. & sic ratio scribendum quoque postulat. ita enim à *senatu* diminutivum *senaculum*, ut à *potu*, *poculum*; à *ferto ferculum*, & similia.

5 *Calceos mulleos.*] Palatinus & editio: *calceos mullos. mullos* pro *mulleos.* sic *electros nummos*, apud Spartianum notavimus pro electrinis. & *aurum* pro *aureo* in veteribus Glossis: *aurus*;

χρυσοῦς. in iisdem Gloss. *fagus pro fagineus. fagus ὀξύϊνον.* nam ὀξύϊνον ab ὀξύα. sic *marmorum* pro marmoreum, apud eundem Glossarum auctorem: *marmora, μαρμάρεα.* ita scriptum reperi in vetustissimis membranis clariss. Puteanorum. *Calcei* autem *mullei* à colore piscis mulli appellati, non à mullando, ut aperte ostendit nominis figura. sed hæc alibi loco aptiore.

6 *Et cereos.*] Cerei calcei dicti à colore cerino, qui non solum in vestibus, sed etiam in aliis rebus locum habuit. Ovidius;

Et sua velleribus nomina cera dedit.

hinc *cerinarii* vel *carinarii* Plauto qui cerino inficiunt. 'cerinum colorem etiam in gemmis agnoscit Plinius lib. XXXVII. cap. V. *quarto loco numerantur hyacinthizontes. quinto quos aëroïdes vocant: post eos autem cerinæ.* de beryllis loquitur. Cerei igitur calcei, cerini sunt coloris. nam *cereus* & *cerinus* idem, ut cocceus, coccinus. coloreus, colorinus. aureus, aurinus. orinum nos hodie dicimus. sic castaneus, castaninus. Cyprianus de cœna, vestem Susannæ tribuit *castaninam*, hoc est castanei coloris. & simul alludit ad ejus castitatem. vulgo hodie apud Cyprianum legitur, aut quisquis est auctor illius opusculi, *castalinam*. quod nihil est. ex conjectura autem olim emendavi, *castaninam*: quam nuper mihi confirmavit Azelinus quidam Rhemensis monachus qui libellum illum, ante aliquot annorum ἑκατοντάδας, versibus reddidit rhythmicis. hujus mihi fruendi copiam fecit doctissimus vir & optimus Franc. Juretus. sic igitur ille habet:

Helchiæ pulcra filia
Secura per pomeria
Susanna fert castaneam.

Castaneus color in vestibus jam supra nobis indicatus. *castanatum* dicimus.

7 *Et albos.*] Albi calcei Romæ quoque usitati, & viris & mulieribus, & elegantiorum tantum erant. Martialis:

Sordidior cæno cum sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi, Cinna, nive.

Ovidius de mulieribus:

Pes malus in nivea semper celetur aluta.

nivei etiam calcei histrionum. Phædrus:

Princeps ligato crure, nivea fascia,
Niveisque tunicis, niveis etiam calceis.

Albos calceos vel niveos, puros vocat Tertullianus de Pallio: *impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.* sic *tunicæ puræ, mantilia pura*, & cetera, quibus nihil auri, nihil purpuræ admixtum. & purum calceum ibi jungit cum puniceo vel purpureo, quales Romanæ etiam gerebant matronæ, ut ex hoc loco constat, & ex enchiridio Epicteti, in quo πορφυροῦ ὑποδήματος fit mentio. Albos calceos, meretricum fuisse gestamen scribit Pollux: λευκὸν ὑπόδημα, μάλλον ἑταιρικόν. hæc posuimus, ut ostenderemus frustra fuisse Lipsium legentem, *galbos calceos*, & exponentem, virides. mala correctio, pessimum interpretamentum. nam *galbum* vel *galbeum*, vel etiam *galbinum* colorem supra docuimus, esse aureum: idque nomen hodie retinemus. quem enim colorem *jaunum* dicimus, is est *galbinus*, vel *gaubinus*. sic enim scribebant, & pronuntiabant recentiores, ut *cauculum*, & *cauculonem*, pro *calculo* & *calculone*, ut alia sunt ejusmodi in nostra lingua infinita, quæ ex Latino mutuati sumus, & ad eamdem formam illud elementum mutavimus. sic *gaubinum* est, *geaune* vel *jaune*. falsus item est herbarius ille Turnebi qui galbineum colorem ei persuasit esse, *cæruleum dilutiorem*, inductus ex verbis Vegerii qui florem cythisi galbineum vocat, & quod ipse in cythiso talem florem agnoverat, nempe cæruleum. sic *cæruleum*, & *galbineum* eumdem volebat videri. at Dioscorides tres diversos colores floti cythisi assignat, χλωρὸν, λευκὸν καὶ κυανοῦν. hoc est, aureum, album, & cæruleum. Hoc fraudi fuit doctissimo herbario, qui in cæruleum tantum inciderat. alborum, & galbineorum cythisi florum meminit

[1] & hederacios [2] viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.

nit Marcellus de medicamentis, cap. XXV. *Latine cythisus dicitur. virgultis est subtortis vel curvis, foliis oblongis bene virentibus, floribus conclusis oblongis, albis vel etiam galbineis.* hoc est aureis, ut alicubi explicat Vegetius. sed herbariis studium stadiumque suum in quo decurrant, ne præripiamus. hoc tamen volui dictum.

1 *Et hederacios.*] Hoc est hederacii coloris, prasinos scilicet, aut virides. sic *herbosos calceos* pro viridibus Martianus Capella posuit: *calceos autem smaragdinæ fluctu viriditatis herbosos vestigiis ejus tellus annexuit.* Sed de calceis veterum, eorumque generibus & coloribus, alibi, si Deus dederit, plura libello huic rei dicato, sumus dicturi.

2 *Viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.*] Ergo ante Aurelianum viris cum mulieribus erant communes calcei mullei, cerei, albi, & hederacii. & de mulleis quidem hinc licet colligere, non ante Aurelianum, proprios eos tantum fuisse imperatorum, qui soli calceos rubros, id est mulleos gerebant, nemine præter illos, colorem eum in calceis usurpante. hinc sub aliis post Aurelianum imperatoribus, & illis præcipue qui Constantinopoli sederunt, calcei rubri & ex rubricatis pellibus, imperatoribus solis sacrari. Corippus lib. II. cap. III. de calceis Justini Imperatoris:

Purpureo suræ resonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.

Zanchas parthicas vocat Trebellius in Gallieno, de corio Parthico factas. nullum igitur antea discrimen inter imperatorum calceos, & senatorum vel patriciorum, si quidem & eodem colore fuerunt, & forma. coccineorum calceorum meminit Martialis, quos ut videtur, patriciorum & nobilium vult fuisse. lib. II. epigr. XXIX. in Rufum quemdam:

Non hesterna sedet lunata lingula planta:
Coccina non læsum pingit aluta pedem.

nigrum tamen colorem in calceis patriciorum frequentiorem fuisse video. Juvenalis:

—— hic nobilis & generosus,
Et mediam nigræ lunam subtexit alutæ.

Horatius:

—— nigris medium impediit crus
Pellibus. ——

Sed & olim patricios cum mulleis calceis fuisse, hoc est puniceis, notat Festus ex Catone: *qui magistratum curulem cepissent, calceos mulleos, alii uncinatos, ceteri peronis.* sic igitur statuendum est. libera stante repub. Patricii, & senatores calceos nigros gestabant: ex patriciis autem, qui magistratum curulem cepissent, mulleos, hoc est rubros. at postquam imperatores sibi solis puniceos illos sive mulleos calceos voluere quasi proprios relinqui, consulibus, non purpurei aut punicei, ut antea, sed aurati sunt attributi, ut constat ex Cassiodoro. ita igitur conciliandi sunt auctores, qui patriciorum nigros faciunt calceos, & qui mulleos. nam patriciorum eorum qui magistratum curulem cepissent, proprium gestamen erant mullei calcei; reliquorum qui nondum in sella curuli sedissent, vulgariter nigri. id omnino evincit locus Catonis apud Festum. ludunt operam suam, & nobis illudunt, qui, ut discidium auctorum in concilium ducant, duas in mulleis partes distinguunt. & partem illam quæ pedes tegebat nigram fuisse volunt; alteram quæ tibias, rubram & mulleam. Notat Dio Cæsarem usum esse calceis altis & rubricaris, Albanorum regum more ad quos originem referebat. mulleos Albanorum fuisse proprios observat Festus in voce *mulles*. vetus inscriptio C. Marii, puniceis eum calceis & veste triumphali ædem Honori fecisse scribit. DE. CIMBRICEIS. MANUBIEIS. ET. TEUTONICEIS. AEDEM. HONORI. VICTOR.

quit. [1] Cursores eo habitu quo ipse habebat, senatoribus

VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI. CALCEIS. PVNICEIS. quam produxit ad Suetonium vir eruditissimus. sed male puniceos calceos, à mulleis diversos facit. nam punicei calcei quorum in illa inscriptione mentio, sunt mullei calcei, vel ἐρυθρόχροοι, ut vocat Dio. qui non solum triumphantibus gestati soliti, sed etiam alio quovis tempore patriciis illis qui magistratus cepissent curules. Ab Albanis regibus ad Romanos senatores transivisse notant Pompejus & Dio. hoc notum est. illud non item. mulleos istos vel puniceos calceos quibus usi sunt Albani reges, & post eos patricii Romani, Tyrrhenorum fuisse inventum & Tyrrhenicos dictos, quod eorum factura Tuscanica esset. totius antiquitatis condus promus Virgilius Tyrrhenos calceos Euandro regi tribuit, qui in Italia regnavit ante Albanos reges lib. VIII.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

ibi audiamus Servium: *Tyrrhena vincula. Tusca calciamenta. & dicit crepidas quas primo habuere senatores, post equites Romani, nunc milites. Alii calceos senatorios volunt, quia hoc genus calciamenti à Tuscis sumptum est.* mulleos omnino calceos intelligit. quod ut verum esse constet, nunc mulleos calceos, cum Tyrrhenis comparemus. Τυῤῥηνικὸν ὑπόδημα Græci Grammatici, dicunt esse genus calciamenti, solo alto, & aureis corrigiis vinciri solito: Τυῤῥηνικῶν τὸ κάττυμα ξύλινον τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. Alter Grammaticus: Τυῤῥηνικὰ σανδάλια· κάττυμα δὲ ὑψηλὸν οὕτω καλεῖται. Dio de mulleis vel Albanorum regum calceis quibus utebatur Cæsar: τῇ τε ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρυμένῃ, καὶ τῇ ὑποδέσει κενωτικῇ, ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους. mulleos calceos vocat ὑποδέσιν ὑψηλὴν, plane juxta cum Tuscis calceis. Isidorus, in quo auctore multa sæpe bonæ notæ reperi, & alibi non reperiunda, sic mulleos describit: *mullei similes sunt cothurnorum solo alto: superiore autem parte cum ossiculis vel aeneis malleolis ad quos lora deligabantur.* omnia cum Tuscis calceamentis conveniunt, solum altum, & cothurniorum simile. corrigiæ, quos ἱμάντας vocat Pollux, *Tuscos calceos, senatorios* interpretatur Servius. mulleos autem patriciorum fuisse scribit Festus. Restat de colore. quem eumdem fuisse in Tuscis & mulleis, uno sed validissimo argumento probamus. mulleos fuisse, puniceos & à colore mulli piscis sic dictos notavimus. punicea item fuisse τὰ Τυῤῥηνικὰ ex Polluce facile probari potest, apud quem de Tyrrhenicis calceis hæc verba Sapphus leguntur: ποικίλος μάσθλης, Λυδῶν καλὸν ἔργον. Λυδοὶ sunt Tyrrheni, quos notum est à Lydis originem habere. μάσθλης autem Grammat. exponunt: δέρμα καὶ ὑπόδημα φοινικοῦν. sic constat mulleos calceos & Tuscos eosdem fuisse. lunulam quæ patriciorum calceis adsuebatur, Τυῤῥηνῶν ἀνδρῶν ἐπισφύριον γέρας vocat vetus inscriptio Græca In dedicatione statuæ Regillæ Herodis Rhetoris uxoris posita, quam nuper publicavimus:

Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύριον γέρας ἀνδρῶν.

ubi vide quæ notavimus. plura tamen etiam dicemus in commentario nostro de re vestiaria.

CASAUBONUS.

1 *Cursores eo habitu, q.*] De his aliquid ad Ælium Verum. etiam in horum amictu suorum morum dabatur specimen à principe. simile hodie in veste puerorum à pedibus, qui veterum fuere cursores.

1 *Con-*

ribus concessit. [1] Concubinas ingenuas haberi vetuit. [2] Eunuchorum modum pro senatoriis professionibus statuit, idcirco quòd ad ingentia pretia pervenissent. Vas argenti ejus nunquam triginta libras transiit. [3] Convivium de assaturis maximè fuit. [4] Vino rufo maximè delectatus est. Medicum ad se quum ægrotaret, nunquam vocavit, sed ipse se inedia præcipuè cura-

1 *Concubinas ingenuas haberi vetuit.*] At libertinas videlicet concessit: quod primus vetuit Constantinus, cujus legem refert Justinianus in quinto libro sui Codicis.

2 *Eunuchorum modum pro senat.*] Vide Lampridium in Alexandro Severo.

SALMASIUS.

3 *Convivium de assaturis maxime fuit.*] Apud veteres, ut plurimum, assa omnia in convivio, hoc est cæna adponebantur, ut etiam hodie apud nos moris est qui elixas carnes ad prandium frequentius exhibemus. *assatura* sunt ὀπτανεύσεις. *assator* in Glossis est ὀπτανεύς, & ὀπτανιάριος. Hinc *assaturarum jura* apud veterem Persii interpretem. cujus verba sic legenda & distinguenda sunt: *Tucceta apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur condimentis quibusdam crassis oblita, & macerata: & ideo toto anno durat. solet etiam porcina eodem jure condita servari. Aut assaturarum jura,* perperam hodie legitur, *aut ad saturarum jura,* & cum superioribus confunditur. duplicem expositionem vocis *tuccetum* ibi adfert Grammaticus. primam qua significare ait bubulam apud Cisalpinos conditam & maceratam: altera vero, qua *assaturarum jura* significantur. raro enim apud veteres assaturæ sine jure: quod *tuccetum* vel *tuccam* appellabant. Glossæ: *Tucca,* καταχύματα ζωμοῦ. *Tuccetum,* ζωμὸς παχύς. Hesychius: καταχύματα λέγεται ἐπὶ τοῦ ζωμοῦ. ζωμὸς dicitur magis de assis: ut ζέμα de elixis. imperite faciunt, qui confundunt. ὄρνις ἀπὸ ζέματος apud medicos, est gallina elixa. hinc *zema* olla in qua coquuntur & elixantur carnes. *Zemam* jus coquinæ esse dicit Isidorus, apud quem perperam mutant in *zomum*. veteres Latinos *brodium* τὸ ζέμα dixisse comperio. sic enim apud Gaudentium in tertio tractatu de Paschate *brodium* reperitur positum pro jure carnium. quam vocem hodie Itali retinent, & nos quoque habemus modice detortam. ζέμα igitur simplex est liquor, in quo decoctæ sunt carnes. ζωμὸς est condimentum, & ex multis speciebus gulam irritantibus compositum jus, quod assaturis superfundebatur. sed & alio genere coctis addebatur. *Assaturarum jura,* sunt ζωμοὶ τῶν ὀπτῶν κρεῶν, vel καταχύματα ζωμοῦ, ut interpretatur veteris auctor Glossarii. ζωμὸν tamen & ζέμα plerumque confundunt auctores, & ζωμὸν etiam accipiunt, in quo carnes coxerunt, & elixarum carnium jus. *Brodium* proprie est ζέμα. vox quidem vulgaris, & è medio sumpta. vetus tamen & valde bona, ut ex Græco facta. βλύδιον Græci τὸ ζέμα dicunt, ἀπὸ τοῦ βλύζειν. hinc *brodium* λ in *r*. sic γλάμα, *grama*. unde *gramosi oculi* apud Festum. Hesychius: βλύδιον τὸ ζέον ὑγρόν. sed hæc sunt alius loci.

4 *Vino rufo maxime delectatus est.*] Palatinus, *vino russo.* atque ita legendum.

GRUTERUS.

4 *Vino rufo.*] Palatinus *russo.*

1 *Uxori*

curabat. [1] Uxori & filiæ anulum sigillaricium quasi privatus instituit. [2] Servis suis vestes easdem imperator quas & privatus dedit, præter duos senes, quibus quasi libertis plurimum detulit, Antistium & Gillonem,

SALMASIUS.

1 *Uxori & filiæ annulum sigillaritium quasi privatus instituit.*] Palat. *annum sigillaricium.* *anulus* sane diminutivum ab *ano.* sed *anum* vel *annum* pro anulo an usurparint veteres, nescio, nisi ἐπὶ τῆς ἕδρας. in Glossis legitur: *Anatus*, δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς. *Anatus* ibi, qui Apulejo *anulatus*: *frontem litterati, & capillum semirasi & pedes anulati.* sic *anum* etiam dicebant pro anulo. De annulis autem sigillaritiis vel signatoriis omnia jam notissima: gratia sit doctis viris, per quos non licet nobis indoctis esse. Illud non ita tralatitium est, *chirographos annulos* apud Catullum esse signatorios, qui in Bithynia fiebant, & ex eo Thynos ab illo dici:

Remitte pallium mihi meum quod involasti,
Sudariumque setabum, chyrogaphosque Thynos.

hodie in editione etiam Scaligeri, *catagraphosque Thynos* excusum est, cum ipse fateatur se reperisse in libro suo *cyrographos.* ex quo faciebat, *Typographos.* sed libri omnes, vidi etiam aliquot, legunt, *cyrographos*: hoc est *chirographos.* sic *cyragra* in veteribus libris non raro scriptum occurrit. sic *cyras* apud Isidorum vetustissimæ etiam membranæ præferunt: *manus quas Græci cyras vocant.* ita etiam apud Adelmum in veteri codice, vel potius veteris exemplaris apographo, quem à Franc. Jureto habui, scriptum esse memini:

Pulcra comis cyrisque decens, & candida vultu.

ad oram vetus Glossa erat apposita: *cyris id est manibus.* in editione Caninii vulgarum est: *girrisque decens.* *chirographi* igitur Thyni, sunt anuli Thyni signatorii sculpturæ Bithynicæ. Ut sindones aut vestes in Bithynia texi solitas accipiamus, qua ratione possumus induci? quis veterum meminit vestium Bithynica textura nobilitatarum? At Thyni anuli ex politura Bithynica celebres & nominati. de quibus leguntur versus apud Isidorum ab omnibus fere doctis diversis temporibus, tacti tentatique, nunquam tamen recte emendati eos ponemus, ut legi emendarique debent:

Lucentes, mea vita, nec smaragdos:
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes:
Nec percandida margarita quæro:
Nec quos Thynia lima perpolivit
Anellos; nec jaspios lapillos.

chirographos olim legebam in versibus Catulli. nunc placet magis, *cirographosque* Thynos, hoc est *cerographos*, & ceram imprimentes, & signantes annulos accipi. κηρόγραφον est de cera pictum. κηρογράφον autem quod ceram pingit & signat vel charaxat; quod anulorum sigillaritiorum est proprium. certe de Thynis anulis intelligendum illum Catulli locum nemo nisi nullius rei prorsum intelligens possit infitias ire.

CASAUBONUS.

1 *Uxori & filiæ annulum sigillaricium quasi privatus instituit.*] Fero *privatus*: sed non penitus damno quod placuit aliquando, *quasi privatis.* De annulo sigillaricio omnia jam pueris nota. ejus cura proprie ad matres familias pertinuit: quod igitur ait de filia, potest intelligi de grandiore natu & in matrimonio collocata.

2 *Servis suis vestes easdem imperator, quas & privatus dedit.*] Lampridius idem in Alexandro Severo.

1 *Erat*

nem, qui post eum ex senatus sententia manumissi sunt. [1] Erat quidem rarus in voluptatibus, sed miro modo mimis delectabatur: [2] vehementissimè autem delectatus est Phagone, qui usque eo multum comedit ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, [3] vervecem & porcellum comederet: biberet

1 *Erat quidem rarus in voluptatibus.*] Spectaculis ludorum raro intererat.

SALMASIUS.

2 *Vehementissime autem delectatus est Phagone.*] Scribendum: *phagone. phago, phagonis*, est edax. Plauti fabula erat: *Phago.* Græci, φάγοι dixere. Latini ex Græco *Phagonem*. φάγος autem Græcis & cibum & edonem significat. unde in vita monachorum: φάγος ἡμερινὸς, ἄρτος καὶ τυρὸς καὶ οἶνος. sic habetur apud Isidorum, qui *phagonem* quoque pro cibo vult usurpari, in Glossis. sic iidem Græci τὸ πλάνον, & errorem & erronem appellarunt. sic τὸ ῥέμβον, & de emansore, & de emansione dixere. Hesychius: τρώκτης ὁ φάγος. Moschopulus: τρῶκται οἱ φιλοσιτότατοι οἱ πολλὰ ἐσθίοντες, ἤγουν οἱ κοινῶς φάγοι. polyphagum maluit dicere Suetonius, de simili phagone qualis hic à Vopisco narratur in deliciis Aureliano fuisse: *creditur etiam polyphago cuidam Ægyptii generis crudam carnem & quidquid daretur mandere assueto, concupisse vivos homines laniandos absumendosque objicere.* Φαγήσωροι comicis veteribus dicti homines polyphagi. Φαγύνεις apud Palladium in historia Lausiaca, quasi dicas *magistrum comedonem*. *Gemiæ* dicuntur Lucillio voce Græca. nam γέμος à γέμω, ut βλέπος à βλέπω, & similia multa quæ linguam Atticam docti non ignorant. inde γεμέλας. pro comedone, & qui celocem saburrat. Nonius: *Gemiæ, gulosi.* quæ vox temere sollicitatur à doctis. Hesychius: γέμος, γέμισμα, πλήρωμα. indé γέμιον, glomus lanæ, recentioribus Græcis: quam vocem non intellexerunt in glossario Græcobarbaro. γεμέλιον & γομάριον pro eodem dixerunt. hodierni Græci κοῦζαι dicunt, sed hæc alias. κοιλιοφαγάδες etiam dicti Græcis gulosi. Glossarium vetus: *cibicida*, κοιλιοφαγάς. ita enim ibi scribendum. alio loco κοιλιοφαγάδες, *gulatores* exponuntur. *cibicida* igitur est gulosus & comedo, à cibo cædendo; non autem scissor vel carptor ciborum, ut ad Martialem accepere. Hinc *saginam cædere* apud Plautum, quod hactenus variis expositionibus eruditorum virorum fuit obnoxium, necdum in veram incidit, ita dictum est, & eodem plane sensu, quo *cibum cædere*, à quo *cibicidæ*, pro edere scilicet, & cibum dentibus contruncare. nam *sagina* est cibus. unde *saginare* est σιτίζειν & σιτεύειν. saginæ Symphosio in ænigmatis sunt glandes quibus porci saginantur:

Setigeræ matris fœcunda natus in alvo
Desuper ex alto virides expecto saginas.

Hinc *saginicidas* liceat dicere elegantissime, qui cibicidæ Lucillio appellati: *Viginti domi an triginta, vel centum cibicidas alas.* μάκκλας etiam & μαρσίππους hujusmodi cibicidas Græci vocant, hoc est *saccos*. Hesychius: μαρσίπποι, γαστρίμαργοι, σάκκοι. plures gulosorum denominationes si quis requirit, frustra requirit. non nobis enim propositum est alias adjicere, quam quas posuimus. nam & has quoque posuisse nimium fuit.

3 *Vervecem & porcellum.*] Optimus liber;

beret autem infundibulo apposito plus orca. Habuit tempus, præter seditiones quasdam domesticas, fortunatissimum. Populus autem Romanus eum amavit: [1] senatus & timuit.

liber: *berbicem & porcellum.* sic enim scribebant, *berbicem* pro *vervece.* quod in multis calamo exaratis libris etiam antiquissimis quibusdam, & optimæ notæ reperitur.

1 *Senatus timuit.*] Idem liber: *senatus & timuit.* recte. Populus Romanus Aurelianum amavit. senatus etiam timuit.

GRUTERUS.

1 *Senatus & timuit.*] Immisi copulam, præeunte Palatino.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

[1] TACITUS.

I [2] QUOD post excessum Romuli novello adhuc Romanæ urbis imperio factum [3] pontifices, [4] penes quos

CASAUBONUS.

1 TACITUS.] Melius hic liber inscribatur, Tacitus & Florianus. nam uno libro utrumque se complexum indicat illis verbis: *Ne quid deesset cognitioni, plerasque hujusmodi epistolas in fine libri posui.*

2 *Quod post excessum Romuli nov.*] Aurelius Victor: *Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, ut ejus . . . . . necis auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cuique desiderio: nemini insolentiæ aut ostentationi esset: atque etiam soli, quasi Romulo, interregni species obvenit, longe vero gloriosior.* ubi codicis hiatum notavimus, desideratur vocabulum *mors*, aut simile aliud, sine quo ruit periodus tota.

3 *Pontifices penes quos scribendæ historiæ potestas fuit.*] M. Tullius De oratore lib. II. *Erat initio historia nihil aliud, nisi Annalium confectio: cujus rei memoriaque publicæ retinendæ caussa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum, res omnes singulorum mandabat literis pontifex maximus: referebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: iique etiam nunc Annales maximi nominantur.*

SALMASIUS.

2 *Quod post excessum Romuli.*] Nec defectus, nec vitium est in verbis Aurelii Victoris, quæ nos ita legimus: *Tantum ille vir severitate, atque incorruptis artibus potuit, ut ejus neces, auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cuique desiderio: nemini insolentiæ aut ostentationi esset.* ait necem Romuli, auctoribus exitio fuisse, pravis metui, &c. *neces* vel *necis*, ut legebatur in exemplari, pro *nex.* & multa alia sunt in illo auctore nova lectionum locutionumque exempla, de quibus alibi dicendi locus. *neces* igitur pro *nex*, ut *grues* pro *grus* apud Phædrum: *lupus & grues.* Glossæ: *Grues, γέρανος.* sic *seps* & *sepes.*

4 *Penes quos scribendæ historiæ potest. as fuit.*] Interserit vocem vetus edi

quæ

quos ſcribendæ hiſtoriæ poteſtas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum, dum poſt bonum principem bonus alius quæritur, iniretur, hoc poſt Aurelianum, habito inter ſenatum exercitumque Romanum non invido, non triſti, ſed grato religioſoque certamine [1] ſex totis menſibus factum eſt. [2] Multis tamen modis hæc ab illo negotio cauſa ſeparata eſt. Jam primum enim quum interregnum initum eſt poſt Romulum, interreges tamen facti ſunt. [3] Totuſque ille annus per quinos & quaternos dies ſive ternos centum ſenatoribus deputatus eſt, [4] ita [5] ut qui valerent, interreges eſſent ſinguli dumtaxat. [6] Quare factum eſt ut & plures

quæ neſcio an neceſſaria ſit, *penes quos ſcerim ſcribendæ hiſtoriæ poteſtas fuit.*

CASAUBONUS.

1 *Sex totis menſibus factum eſt.*] Aurelius Victor, ſex circiter menſes ait: at alter Victor, ſeptem. Vopiſcus libro ſuperiore, ut hoc loco, & iterum infra hoc libro.

2 *Multis tamen modis hæc ab illo negotio cauſſa ſeparata eſt.*] Hoc addit in honorem Aureliani: ſimillime Victor paullo ante, *longe vero glorioſior.*

3 *Totuſque ille annus per quinos & quaternos dies ſive ternos, centum ſenatoribus deputatus eſt.*] In hac de interregno poſt Romulum hiſtoria partim conſenſit Vopiſcus iis auctoribus quos hodie habemus, partim alios ſequitur, quorum hodie nihil ſupereſt. quod ait centum ſenatores fuiſſe, à Livio habet, qui eum numerum ponit. nam alii alium: ut Plutarchus qui CL. Dionyſius Halicar. qui CC. de quinis diebus imperii interregum conſentiunt Dionyſius, T. Livius, & Plutarchus. ſed cum addit, *& quaternos dies ſive ternos*, diſcedit ab iiſdem, nec quos ſequatur ſcio.

5 *Ut qui valerent interreges eſſent, ſinguli dumtaxat.*] Videtur dicere, quoſdam è patrum numero, quod parum valerent, imperii participes non fuiſſe. de quo nihil veteres.

6 *Quare factum eſt ut & plures annos interregnum iniretur.*] Hic vero prorſus contraria ſcribit Vopiſcus Livianæ hiſtoriæ: nam ille annuum intervallum fuiſſe regni auctor eſt, idem & alii. Dionyſius & Plutarchus tempus non definiunt. Zonaras varie proditam fuiſſe hanc hiſtoriam adnotat. Nullum hic mendum eſſe, neque aliter Vopiſcum ſcripſiſſe, arguunt ſequentia verba, *ne aliquis* (nempe centum illorum ſenatorum,) *ſub æquali dignitate, Romani expers remaneret imperii.* Quare non probo quod aliquando placitum, ſcribi debere: *factum eſt ut & plures eo anno interregnum inirent.*

SALMASIUS.

4 *Ita ut qui valerent, interreges eſſent.*] Id eſt, qui poſſent, qui valetudine non impedirentur.

6 *Quare factum eſt, ut & plures annos interregnum iniretur.*] Palatinus habet: *ut & plus annos interregnum iniretur.* quod non libuiſſet notare, niſi & alio loco eandem ſcripturam apud eum inveniſſem. ſic enim in vita Claudii ſcribit: *Doctiſſimi Mathematicorum centum viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neque amplius cuiquam jactitant eſſe conceſſos.* nec mihi dubium eſt quin hic fuerit peculiaris Vopiſco loquendi mo-

di modus: quem videor & apud alios observasse. sed apud quos, memoria mihi nunc negat meminisse. Suboritur tamen heic dubitatio, quid opus fuerit plures annos interregnum iniri, ut centum senatores omnes, interregnum singuli suo ordine participarent, nec aliquis ejus imperii maneret expers? sane si per ternos tantum dies singuli imperarunt, unus annus potuit sufficere ad eam omnibus dignitatem impertiendam. computentur enim dies anni, & numerus senatorum qui illud imperium participabant, & dierum qui singulis ad regnandum erant deputati, integrum annum non absolvent illi centum interreges. ipse etiam Vopiscus una tantum linea intermedia, unum annum interregni videtur agnoscere. quid enim aliud sonant hæc verba? *Totusque ille annus per quinos, & quaternos dies vel ternos centum senatoribus deputatus est.* Quid igitur heic sibi vult scribens plures annos interregnum initum? demus per quinos dies, singulos senatores potestatem regiam obtinuisse, non tamen duos integros annos interregni illi centum senatores in orbem regnando consument & complebunt. cessat igitur illa ratio, quam heic posuit, ideo plures annos interregnum initum, ne aliquis ex illis centum maneret ejus dignitatis expers. Fortasse scripserat Vopiscus: *quare factum est, ut & plus anno interregnum iniretur.* cui conjecturæ eximie favet Palatina scriptura quam supra retulimus. & hanc lectionem veram esse arbitror. nam si per quinos aut quaternos dies singuli in potestate fuerunt, & volumus omnes senatores qui centum fuerunt, potestatem illam in ordine suo singulos degustavisse, necesse est interregnum duravisse annis quidem duobus minus, sed plus anno. quod subtilius rationem ducentibus manifestum erit. Sed longe aliter Livius, cujus nemo adhuc quod sciam in ea re narranda sententiam assequutus est. certe nemo palam fecit sese ejus mentem percepisse. non enim singulorum senatorum imperium toto illo interregni tempore, quinque dierum spatio definit, sed singularum decuriarum. ita ut decem senatores, per quinos tantum dies in imperio fuerint, singulis creatis in singulas decurias, qui cum insignibus imperii essent, & lictores haberent, reliquis tamen ex eadem decuria senatoribus pariter imperantibus, & eandem potestatem obtinentibus. Hæc mens fuit Livii, nec enim aliam ejus verba possunt interpretationem admittere, cujus tamen in mentem huc usque nemini venisse miror. Eam comprobare videtur ex parte Plutarchus, qui disertim scriptum reliquit in vita Numæ singulos quoque senatores quos centum quinquaginta fuisse vult, in hac re à Livio dissentiens, non plus duodecim horis imperium tenuisse. sic enim communi consensu inter se potestatis tempora partitos esse, ut sex horas noctis, & sex diei singuli regnarent. sic duodecim horarum spatio finiebatur eorum imperium. quod plane Livii sententiæ suffragatur. hoc enim pacto decem senatorum, hoc est unius decuriæ imperium, quinque dies finiebant. verba Plutarchi sic habent, ut nos ea legenda esse putamus: ἦρξαν οἱ πατρίκιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες αὐτῶν, ἐν μέρει ἕκαστος τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενος, θύειν τε τοῖς θεοῖς τὰ νενομισμένα, καὶ χρηματίζειν, ἓξ μὲν ὥρας τῆς νυκτός, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας. vocem Κυρίνῳ expunximus, quæ sententiam turbabat, & prorsus alieno loco insidebat. quid enim est, oro te, χρηματίζειν Κυρίνῳ? an quod interpretes reddiderunt, in loco Quirini jura reddere. nihil ineptius, aut nugacius, sive rem ipsam consideres, sive Græcam loquutionem spectes. illud Κυρίνῳ intruserunt, qui legerant in vita Romuli, post ejus mortem eidem supplicatum sub Quirini nomine: sed quid esset χρηματίζειν parum attendetant. Sic autem oporter eumdem uno eodem-

res annos interregnum iniretur, ne aliquis sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperii. Huc accedit quod etiam sub consulibus tribunisque militaribus præditis imperio consulari, siquando interregnum initum est, interreges fuerunt. Nec unquam ita vacua fuit hoc nomine Romana Respub. [1] ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur. Video mihi

demque die & privatum & regem processisse: quod in sequentibus ita docet Plutarchus: καὶ γὰρ ἡ διανομὴ τῆς κρίσεως ἐκρίνετο πρὸς ἰσότητα καλῶς ἔχειν ἰδίᾳ τοῖς ἄρχουσι, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἡ μεταβολὴ τῆς ἐξουσίας ἀφαιρεῖν τὸν φθόνον, ὁρῶντα τὸν αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γενόμενον. Aliter tamen Livius, qui hæc horaria imperia non agnoscit, sed per decurias imperasse centum illos patres scribit, ita ut singulæ decuriæ quinque dierum spatio finitum imperium obtinerent, singulis in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, sic quidem ut penes unum essent imperii insignia, reliqui autem pari jure potestateque cum eo imperarent. Inanis igitur illa & supervacanea distinctio fuerit, quam instituit doctissimus Onuphrius, de mensium varietate, & interregum, qui per illud interregni spatium regnarunt, nume ›. ut si annum illo tempore dec… tantum fuisse mensium pro confesso sumamus, sexaginta interreges extitisse certum sit: si vero duodecim, tum interreges fuisse plus minus LXX. sit necesse. si Livium sequimur & Plutarchum, non solum omnes senatores, quotquot fuere, semel orbem suum confecisse, & ordine suo regnasse necesse est, sed etiam multis vicibus orbem illum regnatorium ad singulos redisse, verissimum est. idque aperte vocificat Livius, cum scribit: *quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat*. quæ verba satis indicant pluries orbem illum cucurrisse, & omnes pervasisse, quem ne semel quidem fuisse absolutum nobis persuadere conatur Onuphrius. Dionysius quem sequitur, & cujus fide non ad omnes senatores regnandi vicem devenisse scribit ille vir doctissimus, quinque dies quidem singulis patribus spatium regnandi assignat, & singulas decurias dies quinquaginta in imperio fecisse narrat, (quam diverse à Livii narratione!) totius tamen interregni tempus, non anni unius spatio, sicut Livius, finivit, sed indefinitum reliquit. Res igitur diversas diductasque una copula jungit, qui ex Livio tempus totius interregni petendum putat; ex Dionysio vero, spatium quo singuli regnarunt. cum hi duo auctores, tam varia, tamque pugnantia prodiderint. hoc etiam heic facit Vopiscus, qui diversorum auctorum diversas opiniones in unum componens & miscens, incertus ipse & ambigens, quibus magis standum esset, incertos etiam dubiosque lectores dimittit, & totam orationem suam miris modis intricat, & involvit, & modo ait, modo negat: nec heic tantum, sed in aliis locis non paucis, res breviter & incurlose narrando, ei se vitio maxime fatetur affinem, quod in Trebellio Pollione reprehensum à Tiberiano fuisse supra scribit.

CASAUBONUS.

1 *Ut nullus interrex biduo saltem triduove crearetur.*] Dixisset magis perspicue: ut non aliquis interrex ad biduum saltem triduumve crearetur.

 1 *Cu-*

mihi posse objici, [1] curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse: [2] sed erant tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est: [3] tamen non est proditum, inter-

1 *Curules magistratus apud majores nostros quadriennium in Rep. non fuisse.*] Imo per quinquennium ἀναρχία fuit Romæ, ut notatum est in Annalibus: sed & alii multi quadriennium dicunt. Adi ad Fastos Caroli Sigonii, & Onufrii in anno V.C. CCCLXXVIII.

2 *Sed erant tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est.*] Verum erat Vopisci temporibus, & sub imperatoribus semper, tribunitiam potestatem partem maximam regalis imperii esse: ea enim fuit vis ejus potestatis, ut merito inter præcipua censeri possit, quibus astruebatur principibus nova majestas illa imperatoria, ex multis antiquis dignitatibus collecta. sed hoc in illis solis verum: & quidem ex Augusti inventione, qui, ut ait Tacitus, id summi fastigii vocabulum reperit. in antiquis tribunis plebis, quorum omnis in intercedendo potestas, dignitas prope nulla, falsum est quod hic Vopiscus scribit. Ita non dubitat Diodorus Siculus quadriennium illud sive quinquennium, quo tribuni pl. rem publicam obtinuerunt, ἀναρχίαν, Titus Livius solitudinem magistratuum, nominare. & Sextus Rufus: *Sine magistratibus*, inquit, *Roma fuit annis quatuor.* Quare falsus est hoc loco Vopiscus.

3 *Tamen non est proditum, interreges eo tempore non fuisse.*] Atqui satis aperte nullos fuisse eo spatio interreges affirmant historici, cum nullos commemorant: sero enim & fere post exactum quinquennium, ut est apud Livium, *remittentibus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita.*

SALMASIUS.

2 *Sed erant Tribuni plebis cum tribunitia potestate, quæ pars maxima regalis imperii est.*] Heic probare contendit Vopiscus, etiam sub consulibus, & tribunis militaribus consulari potestate præditis, si quando interregnum initum est, fuisse interreges; & nunquam sine interregibus fuisse rempublicam, vel ad aliquot saltem dies: quin & toto illo quadriennio, quo magistratibus caruit respublica, etsi alios magistratus non habuerit: Tribunos tamen habuisse plebis, non illos quidem magistratus populi, sed plebis tamen magistratus, & qui sacrosancti essent, & ea potestate præditi, quæ postea sub imperatoribus, regalis potestatis facta est pars maxima. sub illis igitur Tribunis plebis etiam fuisse interreges. nam veteres historici memorant, creatos ab interregibus consules. ergo etiam interreges fuere illo tempore in republica, quo nulli alii magistratus præter Tribunos plebis erant. at Aureliano interfecto, sex totis mensibus interregnum fuit, nec tamen fuere interreges. quod nunquam alias in rep. acciderat. Hæc Vopiscus, qui non regalem potestatem Tribunis plebei attribuit, ut videtur existimare vir doctissimus, sed Tribunitiam, quæ potestas Tribunitia postea penes imperatores resedit, & facta est regalis potestatis pars maxima. sacrosancti enim Tribuni, ut notum est, fuere, & inviolati religione & lege facti. quam potestatem postea ideo assumpserunt imperatores, ut juxta cum Tribunis sacrosancti & inviolabiles essent: ἥτε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη δίδωσιν αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, τὸ μὴ ὑβρίζεσθαι. Dio. hæc plusquam nota sunt, repetenda heic tamen fuere, ut Vopiscum culpa liberaremus, quem falsum esse hoc loco adnotavit vir eruditus.

3 *Tamen non est proditum, interreges eo tem-*

interreges eo tempore non fuisse. [1] Quinetiam verioribus historicis referentibus declaratum est, consules ab interregibus prius creatos, qui haberent reliquorum comitia magistratuum. [2] Ergo, quod rarum & difficile fuit, S. P. Q. R. perpessus est ut imperatorem per sex menses, dum bonus quæritur, Respub. non haberet. Quæ illa concordia militum? quanta populo quies? quam gravis senatus auctoritas fuerit? Nullus usquam tyrannus emersit: sub judicio senatus & militum populique Romani totus orbis est temperatus: non illi principem quemquam, ut recte facerent, non tribunitiam potestatem formidabant, sed ([3] quod est 2

tempore non fuisse.] Bona sane & forti argumentatione uteris Vopisce: *non produnt historici interreges eo tempore non fuisse. ergo fuerunt.* atqui longe meliore & validiore uteretur, qui sic diceret: Memorant historici, per totum illud quadriennii spatium interreges fuisse. ergo fuisse, credendum est. male autem semper Vopiscus *interreges* pro *interrege* nominat. non enim comitia creandis magistratibus per *interreges* habebantur, sed per *interregem*. idem error infra: *consules ab interregibus creatos*. nam unus interrex comitia habebat, non plures.

1 *Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est consules ab interregibus prius creatos.*] Unius voculæ mutatio vide quid faciat? pervertit nempe quod rectum est, aut perversa corrigit. legendum igitur hoc loco ex vet. edit. & Palatino: *Consules ab interregibus post creatos. prius* in *post* mutatum, & culpa Vopiscum absolvit, & errore nos solvit; in quo fuimus cum rationem fugisse Vopiscum suspicaremur, quemadmodum & suspicatus est olim vir eruditissimus Casaubonus. verissimum igitur est, quod heic tradit Vopiscus ex veriorum historicorum sententia; post illud quadriennium, quo magistratibus caruit resp. consules tandem fuisse creatos ab interrege. idque scribit Livius: *renitentibus Tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita.* nimirum hoc est, quod supra scribebat Vopiscus, *nunquam ita vacuam fuisse hoc interregnum nomine remp. ut non saltem aliquis interrex biduo triduove crearetur.* qui creabatur scilicet, ad habenda comitia reliquorum magistratuum. *ab interrege creatos consules*, dicere debuit Vopiscus, non *ab interregibus*.

CASAUBONUS.

1 *Quinetiam verioribus historiis referentibus declaratum est, consules ab interregibus prius creatos, q.*] Durante Rep. hoc sæpius accidisse ex historia T. Livii & omnibus aliis potest intelligi. sed erat hic sermo de illo quinquennio quo Resp. curulibus caruit magistratibus: quo quidem tempore consules ab interregibus fuisse creatos, qui haberent reliquorum comitia magistratuum, nemo sanus ausit dicere. Quid igitur sibi hoc loco velit Vopiscus, & quos appellet veriores historicos viderint alii. Ego non dubito, quin hic eum ratio fugerit.

2 *Ergo quod rarum & difficile fuit.*] Et vulgo fieri posse jactabatur: itaque imperatores credi voluerunt. vide ad Spartiani Hadrianum.

3 *Quod est in vita optimum.*] Terentius:

Id arbitror Adprime in vita esse utile.

est in vita optimum) [1] se timebant. Dicenda est tamen causa tam felicium morarum, & speciatim monumentis publicis inserenda ea in posteros humani generis stupenda moderatio: [2] ut discant qui regna capiunt, non raptum ire imperia, sed mereri. Interfecto sane fraude Aureliano, ut superiore libro scriptum est, [3] calliditate servi nequissimi, errore militarium, [4] ut apud quoslibet commenta plurimum valent, dummodo irati audiant, plerunque temulenti, certe consiliorum prope semper expertes, reversis ad bonam mentem omnibus, [5] eisdemque ab exercitu graviter confu-

1 *Se timebant.*] Ambrosius epistola ad Constantium: *Nemo vel solus vel cum altero aliquid turpe aut improbum fecerit: & si quis solus est, se ipsum præ cæteris erubescat, quem maxime debet vereri.*

2 *Ut discant qui regna capiunt.*] Omnino scribendum ut in antiquis, *cupiunt.*

4 *Ut apud quoslibet commenta plurimum valent.*] *Apud quoslibet*, inquit: nedum apud militares viros, quorum simplicitas facilius in errorem induci potest. non displiceat scribi, *ut apud quos quorumlibet commenta plurimum valent.*

5 *Eisdemque ab exercitu graviter confutatis.*] Id est, pœna affectis: nam Mnestheus doli machinator surrectus ad stipitem bestiis objectus fuerat.

GRUTERUS.

2 *Ut discant qui regna cupiunt.*] Sic membranæ Gallicanæ. at Pall. adhærent vulgatis in quibus, *capiunt.* an fuit? *captant.*

SALMASIUS.

3 *Calliditate servi nequissimi, errore militarium.*] Hoc est militum tam bonorum, quam malorum. sic enim supra in Aureliano: *per fraudem unius hominis, & per errorem bonorum ac malorum.* quo loci nihil esse mutandum nunc placet. boni enim malique pariter erraverunt, unius hominis calliditate & fraude impulsi, qui bonos pariter malosque, hoc est tam eos qui merebantur offensam, quam qui innocentes erant, in libello quodam quasi omnes ab Aureliano occidendos descripsit. quo comperto boni malique ne prævenirentur, prævenerunt, & sic Aurelianum occiderunt. *Militares* autem heic pro militibus. Sic legendum apud Ammianum Marcellinum lib. XXI. *nihil circa administrationum augmenta præter pauca novari perpessus: nunquam erigens cornua militarium.* non tam bene *cornua militaria* in editionibus habetur.

4 *Ut apud quoslibet commenta plurimum valent.*] Non verum est, apud quoslibet commenta plurimum valere. sunt enim multi apud quos parum valent commenta. de solis militaribus loqui Vopiscum plusquam certum est. vitio igitur non carent hæc verba. Palatinus legit: *ut apud quosque libet commenta plurimum valent.* omnino scribendum: *errore militarium, ut apud quos qualibet commenta plurimum valent.* confirmant hanc correctionem sequentia de militibus, *qui irati audiunt, plerumque temulenti, consiliorum semper expertes.* apud hoc genus hominum non mirum est, qualibet commenta plurimum valere.

1 *Captum*

confutatis: [1] cœptum eſt quæri, & quis fieri deberet ex omnibus princeps. Tunc odio præſentium, exercitus qui creare imperatorem raptim ſolebat, ad ſenatum literas miſit, de quibus priore libro jam dictum eſt, petens ut ex ordine ſuo principem legerent. Verum ſenatus ſciens lectos à ſe principes militibus non placere, rem ad milites retulit. Dumque id ſæpius fit, ſextus peractus eſt menſis.
3 Intereſt tamen ut ſciatur quemadmodum Tacitus imperator ſit creatus. Die ſeptimo Cal. Octob. quum in Curiam Pompilianam ordo ampliſſimus conſediſſet, Velius Cornificius Gordianus cos. dixit, *Referimus ad vos P. C. quod ſæpe retulimus. Imperator eſt deligendus: exercitus ſine principe recte diutius ſtare non poteſt, ſimul quia cogit neceſſitas.* [2] *Nam limitem trans Rhenum Germani rupiſſe dicuntur, occupaſſe urbes validas, nobiles, divites, & potentes. Jam ſi nihil de Perſicis motibus nuntiatur, cogitate tam leves eſſe mentes Syrorum ut regnare vel fœminas cupiant potius quam noſtram perpeti ſanctimoniam. Quid Africam? Quid Illyricum? Quid Ægyptum, earumque omnium partium exercitum, quouſque ſine principe credimus poſſe conſiſtere? Quare agite P. C. & principem dicite: aut accipiet eum exercitus quem elegeritis; aut ſi refutaverit, alterum faciet.*
4 Poſt hæc quum Tacitus, qui erat primæ ſententiæ conſularis, [3] ſententiam incertum quam

1 *Cœptum eſt quæri & quis fieri deberet ex omnibus princeps.*] Scribo: *ecquis fieri deberet ex omnibus princeps.* infra tamen ſcriptum eſt: *& quis melius quam gravis imperat? & quis melius quam litteratus imperat?* Sed ibi *& quis*, eſt, ἀξὶ τις. Gloſſarium vetus: *& quis*, ἐγώ τις.

2 *Nam limitem trans Rhenum Germani rupiſſe dicuntur.*] Melius, *limitem transrhenanum.* atque ita Palatinus. ita etiam Trebellius in Poſtumio, *transrhenani limitis ducem* nominat.

3 *Sententiam incertum quam vellet dicere.*] Palatinus & editio: *incertam quam vellet dicere.* perperam.

GRUTERUS.

2 *Nam limitem trans Rhenum.*] Pal. *transrhenanum.* melius.

CASAUBONUS.

3 *Sententiam incertum quam vellet dicere.*] Diſtingue ad ſententiæ lucem, *ſententiam (incertum quam) vellet dicere.*

quam vellet dicere, omnis senatus acclamavit, *Tacite Auguste, dii te servent. te deligimus, te principem facimus, tibi curam Reipub. orbisque mandamus. Suscipe imperium ex senatus auctoritate: tui loci, tuæ vitæ, tuæ mentis est quod mereris. Princeps senatus recte Augustus creatur, primæ sententiæ vir recte imperator creatur. Et quis melius quam gravis imperat? & quis melius quam literatus imperat? Quod bonum, faustum, salutareque sit, diu privatus fuisti. Scis quemadmodum debeas imperare qui alios principes pertulisti. Scis quemadmodum debeas imperare, qui de aliis principibus judicasti.* At ille, [1] *Miror P.C. in locum Aureliani fortissimi imperatoris senem velle principem facere. En membra quæ jaculari valeant, quæ hastile torquere,* [2] *quæ clypeis intonare,* [3] *quæ* [4] *ad exemplum docendi militis frequenter equitare. Vix munia senatus implemus,* [5] *vix sententias, ad quas nos locus arctat, edicimus. Videte diligentius* [6] *quam ætatem de cubiculo atque umbra in pruinas, æstusque mittatis.* [7] *An probaturos senem imperatorem*

1 *Miror P. C. in locum Aureliani f.*] Scribe, *miror vos P. C. in l.*

5 *Vix sententias. ad quas nos locus arctat, edicimus.*] Id est, satis plene dicere, & perfecte valemus. aliud *dicere*, aliud *edicere*. sed nove hic accepit. nam ita & scripti.

GRVTERVS.

4 *Ad exemplum docendi milites.*] Pal. *militis.* nihilo pejus.

SALMASIUS.

2 *Quæ clypeis intonare.*] De genere exercitii intelligendum est, de quo in Juliani rebus Ammianus Marcellinus lib. XXI. *cum apud Parisios adhuc Cæsar Julianus scutum variis motibus quatiens exerceretur in campo. scutum jactare* idem est apud Spartianum in Cassio. *scutum rotare* aliis, *tractare scutum* Vegetio lib. I. cap. IV. idem alibi, *insurgere in clypeum tripudiantes tironet* dixit: sed nos alibi hac de re multa.

3 *Quæ ad exemplum docendi milites.*] Melius: *quæ ad exemplum docendi militis equitare.* Sic Macrianus cum eligeretur imperator, se ad exemplum equitare non posse dicebat apud Trebellium: *Senex sum. ad exemplum equitare non possum.* sic alibi, *ad exemplum fortiter facere*, apud eumdem.

5 *Vix sententias ad quas nos locus artat, edicimus*] *Edicimus* pro *dicimus*. sic apud Tertullianum *edicere* pro *dicere*. quod alibi observamus. adde quod verbum *edicere*, sententiis convenit, quæ sunt quasi edicta quædam. sic *diem edicere* pro dicere vel indicere apud eundem Tertullianum.

6 *Quam ætatem de cubiculo atque umbra.*] Pal. & editio: *ne cubiculo atque umbra.* pro *è cubiculo atque umbra.*

7 *An probaturos senem imperatorem.*] Iidem libri: *ac probaturos.*

3 Eidem

torem milites creditis? [1] *Videte ne & Reip. non eum quem velitis principem detis:* [2] *& mihi hoc ſolum obeſſe incipiat quod me unanimiter delegiſtis.* Poſt hæc acclamationes ſenatus hæc fuerunt. *Et* [3] *Trajanus ad imperium ſenex venit* (dixerunt decies) [4] *Et Adrianus ad imperium ſenex venit* (dixerunt decies) [5] *Et Antoninus ad imperium ſenex venit* (dixerunt decies) *Et tu legiſti, incanaque menta Regis Romani* (dixerunt decies.) *Et quis melius quam ſenex imperat?* (dixerunt decies) *Imperatorem te, non militem, facimus,* (dixerunt vicies) *Tu jube milites pugnent.* (dixerunt tricies) *Habes prudentiam & bonum fratrem.* (dixerunt decies) *Severus dixit, Caput imperare non pedes.* (dixerunt tricies) *Animum tuum, non corpus eligimus.* (dixerunt vicies) *Tacite Auguſte, dii te ſervent.* [6] Deinde omnes interrogati:

1 *Videte ne reip. non eum quem velitis.*] *Videte ne & reip. non eum quem velitis principem detis, & mihi hoc ſolum obeſſe incipiat, quod me unanimiter delegiſtis.*

4 *Et Adrianus ad imperium ſenex venit.*] Videtur Hadrianus non ſecus ac Trajanus de illis fuiſſe quos ἀργυροκράλους Græci vocant, & ad imperium canos attuliſſe. quod de illo teſtatur hoc Sibyllinum oraculum:

— μεθ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνὴρ, τῷ δ' ἔσσεται
ὄνομα πόντου.

CASAUBONUS.

2 *Et mihi hoc ſolum obeſſe incipiat, quod me unanimiter delegiſtis.*] Non ſine probabili ratione aliquis malit, *dilexiſtis.* nihil tamen muto, ſine libris.

3 *Trajanus ad imperium ſenex venit.*] Non ſenex, ſed ſpecie ſenili erat Trajanus, cum factus eſt imperator. Plinius in ejus Laudatione: *Jam honor capitis & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus, ad augendam majeſtatem ornata cæſaries, nonne longe lateque Principem oſtentant?* erat annorum quadraginta quatuor Dione auctore. tamen iterum Tacitus infra ſenem ait fuiſſe in oratione ad milites.

4 *Et Hadrianus ad imperium ſenex venit.*] Imo adhuc quam Trajanus biennio circiter junior. accommodate igitur ad id quod agebatur iſta dicuntur à ſenatoribus, non convenienter hiſtoriæ.

5 *Et Antoninus ad imperium ſenex venit.*] Pius nempe; qui quinquagenario major ad imperium acceſſit: nam Marcus annorum erat fere XL.

6 *Deinde omnes interrogati.*] Membranæ Puteani ſic: *Deinde omnibus interrogatis, u præterea qui poſt T.* ſed in regio optime, *deinde Omnes. Interr.* recta igitur eſt Juſti Lipſii emendatio; qui pridem ſcribendum monuit: *deinde* OMNES. *interrogatus præterea qui poſt T. ſ.* vide ad Trebellii Pollionis Valeriano. Similis & alius locus paullo poſt.

GRUTERUS.

6 *Deinde* OMNES. *Interrogatus præterea qui.*] Ita etiam Pal. niſi quod is *interrogatis.* vulgati perpera diſtin-

gati: præterea qui poſt Tacitum ſedebat ſenator conſularis ¹ Metius Falconius Nicomachus in hæc verba diſſeruit, *Semper quidem* P. C. *recte atque prudenter Reip. magnificus hic ordo conſuluit, neque à quoquam orbis terræ populo ſolidior unquam expectata ſapientia eſt:*

atta-

ctione habebant. *ſervent. Deinde omnes interrogati. præterea qui.*

SALMASIUS.

6 *Deinde omnes interrogati.*] Probet alius, non ego, Lipſii emendationem: *deinde* OMNES. *interrogatus præterea qui poſt Tacitum ſedebat ſenator.* ſcio legitimam illam eſſe & ſolemnem adclamandi formulam in Senatu, *Omnes.* ſed ea dicta, diſcedebant, nec ſententiæ amplius rogabantur. At heic ſequitur interrogatum fuiſſe ſenatorem qui poſt Tacitum ſedebat, & ſententiam dixiſſe. deinde acclamationes quæ præceſſerunt ab omnibus ſunt factæ. quid igitur opus addere: *deinde* OMNES? ſciendum eſt aliquando ſenatuſconſulta facta eſſe ſolis acclamationibus, nullis ſententiis dictis, ut illud de Valeriano ſenatuſconſultum, quod refert Pollio in Valerianis: cum enim omnes ſenatores interrupto, ut notat Trebellius, more dicendæ ſententiæ, acclamaſſent, quæ ibi habentur, addiderunt, Omnes. qua voce ſignificarunt non opus eſſe ſententiarum dictione aut rogatione, cum omnes ſentirent aſſentirentque eligendum eſſe Valerianum cenſorem. heic vero poſt illas acclamationes, quæ præceſſerunt, interrogantur etiam ſenatores, & ſententiam dicit qui poſt Tacitum ſedebat. poſt cujus ſententiam acclamatum eſt, OMNES. nam *ejus oratione*, inquit Vopiſcus, *& Tacitus ipſe vehementer eſt motus, & totus ſenatorius ordo concuſſus.* itaque omnes in ejus ſententiam diſceſſerunt, ſolenni illo more acclamandi, *Omnes, Omnes.* Aliquando autem à ſententia dicenda incipiebant; poſt ſequebantur acclamationes adprobantium ſententiam ejus qui primus ſententiam dixerat. cujus moris exemplum in Maximi & Balbini vita. cum enim Sabinus ſententiam dixiſſet, acclamatum eſt uno conſenſu: *Æquum eſt, juſtum eſt. Sabini ſententiæ omnes conſentimus.* aliquando ab acclamationibus incipiebant: tum interrogabantur Senatores, & ſententiæ dicebantur, ut hoc loco factum eſſe videmus, quo poſt acclamationes multas, Senatores interrogantur. aliquando etiam ſolis & nudis acclamationibus, nulla dicta ſententia ſenatuſconſulta condebantur, ut in Valeriano Trebellii cernere eſt. quando hic mos acclamandi in ſenatu cœperit, loco dicendæ ſententiæ, nos alibi aperiemus. nam hoc etiam in loco ſenator ille qui ſententiam dicit, videtur agnoſcere ſenatuſconſultum jam eſſe factum per eas acclamationes, quæ præceſſerant. ſic enim dicit: *attamen nulla unquam neque gravior, neque prudentior in hoc ſacrario dicta ſententia eſt, ſeniorem principem fecimus, &c.* ſi quis tamen Lipſium ſequi malit, ſequatur.

Deinde omnes interrogati.] Sic in Aureliano: *poſt hæc interrogati plerique ſenatores.* qui locus hanc lectionem confirmat. ſi quis tamen legere malit, ut à Lipſio emendatum eſt, habet adſtipulatorem doctiſſimum Caſaubonum: cui viro bonæ litteræ tantum debent, quantum nemini debituras eſſe certum eſt, dum literæ ſtabunt.

GRUTERUS.

1 *Metius Falconius Nicomachus.*] Pal. *Mæcius Falconius.*

SALMASIUS.

1 *Metius Falconius.*] Mæcius Falconius. ita Palatinus. & melius.

2 *Nihil*

attamen nulla unquam neque gravior, neque prudentior in hoc sacrario dicta sententia est. Seniorem principem fecimus, & virum qui omnibus quasi pater consulat. [1] Nihil ab hoc immaturum, nihil perperum, nihil asperum formidandum est. Omnia seria, cuncta gravia, & quasi ipsa Resp. jubeat, auguranda sunt. Scit enim qualem sibi principem semper optaverit: nec potest aliud nobis exhibere quam quod ipse desideravit & voluit. Enimvero si recolere velitis vetusta illa prodigia, Nerones dico & Heliogabalos, & Commodos, seu potius semper Incommodos, certe non hominum magis vitia illa quam ætatum fuerunt. [2] Dii avertant principes pueros, & patres patriæ dici impuberes: & quibus ad subscribendum [3] magistri literarii manus teneant: [4] quos ad consulatus dandos dulcia & circuli, & quæcunque voluptas puerilis invitet. Quæ, malum, ratio est habere imperatorem qui famam

1 *Nihil ab hoc immaturum, nihil properum, nihil asperum formidandum est.*] Non valde mihi arridet hoc loco vox *properum*. Palatinus habet, *praperum*. nullus dubito quin legi debeat, *perperum*. atque ita plane princeps editio. Glossarium vetus: *perperus*, πέρπερος, σπερπέτης. *perperam ago*, περπερεύομαι, σπερπεύομαι. Hesychius: πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. ita legendum. nam quæ sequuntur ad *perperum* non pertinent.

3 *Magistri litterarii.*] *Litteratores* eos vocant.

4 *Quos ad consulatus dandos dulcia & circuli.*] *Dulcia*, placentæ. cujus singulare *hoc dulcium*. in vita Heliogabali, *de dulciis*. vetus interpres Juvenalis ad illud:

Livida materno fervent adipata veneno.

Dulcia, placenta veneno plena. ubi *placentam* pro *placenta* usurpavit. idem ad illud,

— accipe & illud
Fermentum tibi habe. —

Dulcium malum quod stomachum indigestum præstat. ubi *malum dulcium* malam placentam appellavit. hinc dulciarium opus, & *dulciamen*, quod Græci γλύκασμα. nam γλυκίσματα Græcis placentæ. Moschopulus: πέμματα γλυκίσματα. Suidas: ἴτρεις γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρές. γλυκίδια dixit Hesychius pro eodem. ἴτρεις γλυκὺς ἐξ ἐλαίου ὑδαρής. ita scribendum. nisi quis putet legendum, γλύκασμα, ut apud Suidam. quod non puto. nam à γλυκὺς, γλυκίδιον. sic acetum appellaverunt. omnia igitur μελιτώματα, γλυκίδια & γλυκίσματα dixere. ut Latini *dulcia* & *dulciamina*. Sic enim apud D. Hieronymum in regula Pachomii vocantur. vide & quæ supra notamus.

CASAUBONUS.

2 *Dii avertant principes pueros.*] Sapientissimi Salomonis antiqua vox est: *Væ tibi ô terra, cujus rex puer est.*

5 *Dulcia & circuli.*] Etiam apud Græcos inter dulciariorum opera κύκλος.

1 Ma-

famam curare non noverit: qui quid sit Resp. nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nutricem, [1] *manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat: faciat eos consules, duces, judices,* [2] *quorum vitas, merita, ætates, familias, gesta non norit?* [3] *Sed quid diutius P. C. protrahor? magis gratulemur quod habemus principem senem, quam illa iteremus quæ plusquam lacrymanda tolerantibus extiterunt. Gratias igitur diis immortalibus ago atque habeo, & quidem pro universa Repub. teque Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans,* [4] *libere pro communis patriæ*

1 *Manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat.*] Alia lectio: *magnorum magistr.* ex quo emendabat Josephus Scaliger, *flagrorum magistr.*

GRUTERUS.

1 *Manuum magistralium ictibus.*] Pal. *magnarum magistralium ictibus.*

SALMASIUS.

1 *Manuum magistralium ictibus terrorique subjaceat.*] Lectio Palatini Codicis, *magnarum.* inde propagatum in veteres omnes editiones, *magnorum.* nec dubito, quin illæ *manus* sint correctorum. Sed quæ sunt istæ *magnæ* magistrales? an *maragnæ*? Hesychius: μάραγνα, ῥάβδος, τιμωρία μάστιξ. magis putem *magnarum* scriptum esse pro *mannarum. mannæ* sunt fasces. hinc *mannæ magistrales*, virgarum fasces quas pædagogi & magistri litterarii pueris intentant. vetus interpres Juvenalis manipulos, *mannas fœni* interpretatur. Vetus Glossarium: δέσμη, *manna, fascis.* lege, *manna, fascis.* alibi *mamma* scriptum legitur: *manna*, δράγμα. & *manna.* Glossæ: δράγμα, *manipulus, manna.* item Glossæ nondum editæ: *manna, manipulus.* quam propemodum veram esse hujus glossulæ scripturam censeo. nam inde dictum *mannare* pro furari apud Laberium. hoc est manuas colligere, & res furtivas convasare. quod & *manticulari* dicebant, & Græce σακκίζειν. *mannæ* igitur *magistrales*, sunt ferulæ. Mart.

Ferulæque tristes sceptra pædagogorum.

hinc fortasse *sceptrinum vimen*, & *sceptrinæ virgæ* apud Adelmum:

Sed mirum dictu sceptrorum flagra beatus
Ictibus argutis martyr non sensit acerba.

idem in prosa *sceptrinas virgas* dixit: *sceptrinæ virgæ quæ prius nodosa duritia rigebant, pluma molliores, & papyro effectæ sunt leviores.* idem in versu *sceptrinum vimen*:

Flammeus aspectu, niveo candore coruscus
Sceptrinum vimen dextra gestabat in alma.

ita enim in veteribus. at Canisius in editione sua correxit, sive potius corrupit, *Sceptrorum lumen.* Latini sceptra, & virgas & bacula & scipiones σκυτοτόμους dicunt. doctissimus tamen amicus noster *septrinas virgas*, & *septrina vimina* apud Adelmum malebat, ut allusio esset ad septem ternionum flagella, quibus olim martyres verberabantur, ut apud Abdiam lib. III. p. XLIII. quod non probo. *sceptrum ferulæ* etiam dicitur Ausonio.

2 *Quorum vitas, merita, ætates.*] Vet. ed. *quorum vitam, merita, ætates.*

3 *Sed quid diutius P. C. protrahor.*] Palatinus cum veteri editione: *sed quod diutius.* scribe: *sed quo diutius P. C. protrahor?*

4 *Libere pro communis patriæ legibus deposcens.*] Eadem vet. editio: *pro communi patria legibus deposcens.* forte: *pro*

comm-

patriæ legibus depoſcens, ne parvulos tuos, [1] *ſi te citius fata prævenerint, facias Romani heredes imperii:* [2] *ne ſic Remp. patreſque conſcriptos populumque Romanum, ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut ſervos tuos relinquas. Quare circumſpice, imitare Nervas, Trajanos, Adrianos. Ingens eſt gloria morientis principis Remp. magis amare quam filios.* Hac oratione & Tacitus ipſe vehementer 7
eſt motus, & totus ſenatorius ordo concuſſus: ſtatimque acclamatum eſt, *Omnes, Omnes.* Inde itum ad campum Martium: ibi comitiale tribunal aſcendit: ibi præfectus urbis Ælius Ceſetianus ſic loquutus eſt, *Vos ſanctiſſimi milites, & ſacratiſſimi vos Quirites, habetis principem quem de ſententia omnium exercituum ſenatus elegit: Tacitum dico auguſtiſſimum virum, ut* [3] *qui hactenus ſententiis ſuis Remp. juvit, nunc juvet juſſis atque conſultis.* [4] Acclamatum eſt à populo, *Feliciſſime Tacite Auguſte, dii te ſervent,* & reliqua quæ ſolent dici. Hoc loco tacendum non eſt pleroſque in literas retuliſſe, [5] Tacitum abſentem & in Campania poſitum,

communi patria & legibus depoſcens. ſed nihil mutandum.

CASAUBONUS.

1 *Si te citius facta prævenerint.*] Legebatur *pervenerint.* emendabat igitur Joſephus Scaliger, *perneverint.* & Fata majuſcula F. ſic apud Martialem:

Sic mihi cum ſeros Lacheſis perneverit annos.

ſcripti habent *prævenerint*, aut *præveniant*. quod verbum eleganter hic poſitum pro φθάνειν ἁρπάσωσι, ſive προλάβοι. *Morte præveniri* pro mori tranſlatitium eſt.

2 *Ne ſic Remp. P. Q. C. P. Q. R. ut villulam tuam, ut colonos tuos, ut ſervos tuos relinquas.*] Plinius in Panegyrico: *An Senatum populumque Ro. exercitus, provincias, ſocios, tranſmiſſurus uni ſucceſſorem è ſinu accipias? ſummæque poteſtatis heredem intra domum tuam quæras?* deinde: *Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus: non enim ſervulis tuis dominum, ut poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario herede, ſed principem civibus daturus imperator.*

GRUTERUS.

1 *Si te fata citius prævenerint.*] Ita bene Pal. non *pervenerint*, ut editi.

3 *Qui hactenus ſententiis ſuis Rempublicam juvit, nunc juvet juſſit.*] Pal. non agnoſcit illud *juvit*; & loco *juvet* habet, *dixet.*

SALMASIUS.

4 *Acclamatum eſt à populo, Feliciſſime Tacite Auguſte dii te ſervent.*] Diſtingue & lege: *acclamatum eſt à populo, feliciſſime. Tacite Auguſte dii te ſervent.*

CASAUBONUS.

5 *Tacitum abſentem & in Campania poſitum principem nuncupatum.*] Zonaras de electione Taciti, τὸ στρατιωτικὸν αὐτὸν ἀνηγόρευσε καὶ ἀπόντα. ἐν Καμ-

πανίᾳ

situm, principem nuncupatum: quod verum est, nec dissimulare possum. Nam quum rumor emersisset illum imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Bajano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus huic senatusconsulto interfuit, quasi vere privatus, &
8 qui vere recusaret imperium. [1] Ac nequis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet temere credidisse, habet bibliotheca Ulpia [2] in Armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est: cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. [3] Nam diu hæc S. C.

πάντα γὰρ τὸ τι διέγραφεν· ἵνα διδάσκόμενον τὸ ψήφισμα, εἰς Ῥώμην εἰσῆλθε μετὰ σχήματος ἰδιωτικοῦ. ubi vides magnum errorem & manifestarium, sive auctoris Zonaræ, sive librarii, qui τὸ στρατιωτικὸν perperam posuit, cum debuisset τὸ βουλευτικόν.

SALMASIUS.

1 *Ac ne quis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet credidisse.*] Vetus editio, item Palatinus liber: *ac ne quis me Græcorum alicui Latinorum ut æstimet credidisse.* facile emendatu est: *ac ne quis me Græcorum alicui, Latinorumve æstimet credidisse.*

2 *In armario sexto.*] Palatinus liber: *in sexto armerio. armerium* pro *armarium.* sic *pomerium* pro *pomario* dicebant.

CASAUBONUS.

3 *Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur.*] Desierat nempe vetus consuetudo, ut omnia S. C in æs incisa referrentur in ærarium. Exarabant vero in tabulis eboreis, non autem ligneis honorificentiæ caussa. meminit eboreorum codicum Ulpianus lege LII. De legatis tertio.

SALMASIUS.

3 *Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis scribebantur.*] *Elephantinos libros* heic Josephus Scaliger, non *eboreos*, sed ex elephantorum omentis esse vult, testimonio Isidori qui historias majore modulo scribi solitas refert, non tantum in charta aut membranis, sed etiam omentis elephantinis. quæ præstantissimi viri sententia forsasse vera est. quod ille tamen aliud Latinis *elephantinum*, aliud *eboreum*; ut aliud *ebur*, aliud *elephantum* fuisse existimat, id aliter se habere facile ostendi potest. nam Latini & elephantum pro ebore, & elephantinum pro eboreo non raro usurpant. apud Virgilium:

——— *auro gravia, sectoque elephanto.*

ibi Servius: *pro ebore posuit, Græce dixit.* item alio loco *elephantum* pro ebore dixit. sic elephantinum pro eboreo apud Martianum Capellam legere memini. Isidori Glossæ: *Ebore, elephantino osse. Elephantini* igitur *libri* sic esse possunt, ut *codices eborei* apud Ulpianum. sed ibi idem *codices roborreos* legit quem vide in tractatu de papyro adversus Guilandinum. Ego ne quid dissimulem, & *codices eboreos* apud Ulpianum retinendos censeo, & *libros elephantinos* heic apud Vopiscum, eboreos accipi debere existimo. Nam quod ille vir præstantissimus, ebur ineptam materiam scribendo esse affirmat, & eadem opera negat veteres in ebore scripsisse, & ei rei comprobandæ adjicit, sibi experienti in ebore politissimo scribere, usu venisse sæpe, ut litteræ fugerent in lubrico illius

S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur. Inde ad exercitus profectus: ibi quoque quum primum tribunal aſcendit, ¹ Meſius Gallicanus præfectus prætorio in hæc verba diſſeruit: *Dedit ſanctiſsimi commilitones, ſenatus principem quem petiiſtis: paruit præceptis & voluntati caſtrenſium ordo ille nobiliſsimus. Plura mihi apud vos præſente imperatore non licet loqui. Ipſum igitur qui tueri nos debet, loquentem dignanter audite.* Poſt hoc Tacitus Auguſtus dixit, *Et Trajanus ad imperium ſenex venit,* ² *ſed ille ab uno deductus eſt: at me, ſanctiſsimi commilitones, primum vos qui ſcitis principes approbare, deinde ampliſsimus ſenatus dignum hoc nomine judicavit: curabo, enitar, efficiam ne vobis deſint, ſi non fortia facta, at ſaltem vobis atque imperatore digna conſilia.* Poſt hoc ſti- 9
pendium & donativum ex more promiſit, & primam orationem ad ſenatum talem dedit. *Ita mihi liceat P.C. ſic imperium regere ut à vobis me conſtet electum, ut ego cuncta ex veſtra facere ſententia & poteſtate decrevi. Veſtrum eſt igitur ea jubere atque ſancire quæ digna vobis,*

digna

illius materiæ: id non miror de noſtris iſtis calamis pennacei generis, quibus hodie ſcribimus. Nam veteres alios de harundine habuere, quos etiam aliter temperabant. atramentum quoque, quo utebantur, à noſtro atramento diverſum, ebori pingendo aptius fuerit, quam quo hodie utimur. de qua re nos plura dicemus aliquando in alio opere & loco. Nunc id tantum habemus probandum, veteres in ebore ſcripſiſſe & eboreis tabulis, ut & in ligneis. quod qui negare paratus erit, eum fruſtra negare oſtendam ex hoc Martialis diſticho in apophoretis, cujus lemma: *Eborei pugillares:*

Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum littera pingat ebur.

nec eo poſſis confugere, de ceratis pugillaribus accipiendum apud Martialem. ſtat contra Martialis ipſe, & alios à ceratis eboreos pugillares facit. quin apertiſſime candidum & nudum ebur atramento pingi, perſcribique indicat. quo ego alluſum eſſe à Plauto ſuſpicor in Moſtellaria, cum dixit:

Una opera ebur atramento candefacere poſtules.

ſectiles igitur ex elephanto hoc eſt ebore tabellas, *elephantinos libros* vocat Vopiſcus. aliter dicuntur *elephantina omenta* Iſidoro, nempe quæ ſunt *elephantis*, aliter elephantini libri, ex elephanto hoc eſt ebore ſectili.

1 *Meſius Gallicanus.*] Idem liber: *Mæſius.* legendum, *Macius Gallicanus.*

GRUTERUS.

2 *Sed ille ab uno deductus eſt.*] Non male. ſed nec male Pal. *delectus eſt.*

1 *Ut*

digna modesto exercitu, digna populo Romano esse videantur. In eadem oratione Aureliano statuam auream ponendam in Capitolio decrevit: item statuam argenteam in Curia, item in templo Solis, item in foro divi Trajani. Sed aurea non est posita: dedicatæ autem sunt solæ argenteæ. In eadem oratione cavit, [1] ut si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, [2] capital esset cum bonorum proscriptione. In eadem oratione [3] cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa majestatis quidem. addidit, ut Aurelia-

SALMASIUS.

1 *Ut si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum.*] Ergo aurum argento, argentum ære, æs plumbo adulterabatur. inde aurum ad obrusam exigebatur, in quo ignis excoxisset & purgasset, si quid erat sequioris metalli, hoc est argenti admixtum. argentum autem pusulatum, hoc est candidissimum quod æris admixtione non ruberet. Martialis:

Et niveum candens pusula vincit ebur.

Juvenalis de argento ære mixto:

— tenue argentum venæque secundæ.

Vetus interpres: *modicum aut leve, ærosum.* sic æs plumbo miscebatur etiam publice. inde *plumbeos nummos* per contemptum Martialis appellat æream monetam cui plurimum plumbi admixtum lib.x.epigr.LXXIV.

Centum merebor plumbeos die toto.

quadrantes æreos intelligit. sic alibi nigram monetam dixit.

Nigræ sordibus explices monetæ.

& in fine ejusdem epigrammatis *plumbeam selibram* vocat sex sestertios nummos æreos, ut ad vetus Rationale Imperii dicturi sumus: ubi eos falli docemus qui plumbeos apud Martialem accipiunt nummos ex plumbo, & discrimen faciunt quadrantis ex ære fusi, & plumbei cusi. quasi non aurei, argentei æreique nummi funderentur simul, & cuderentur. unde illa, *ære, argento, auro, flato, feriundo.* hæc inepta sunt. has igitur metallorum mixturas publice privatimque prohibuit Tacitus, pœna capitis proposita, & bonorum proscriptione. Hinc cognoscimus stellionatus pœnam capitalem fuisse. nam heic proprie crimen stellionatus obtinet, in adulterandis scilicet metallis & miscendis. veteres Grammatici: *Imponere pro fraudem facere aliquando dicitur. unde impostura vocatur cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur, & qui hoc facit impostor vocatur. impostura* & *stellionatus* idem. vide quæ supra notavimus.

2 *Capitale esset.*] Recte in Palatino, *capital esset.* sic *capital facere* apud Plautum & alios antiquos & bonos Latinitatis auctores.

CASAUBONUS.

3 *Cavit ut servi in dominorum capita non interrogarentur, ne in caussa majestatis quidem.*] Regula juris est, servum in caput domini non posse interrogari. sed excepta sunt constitutione Severi aliquot crimina: adulterii, fraudati census, & majestatis. hanc igitur constitutionem antiquavit lege sua Tacitus. sed non obtinuisse jus ab eo introductum, testis est titulus Codicis De quæstionibus.

1 *Quod*

relianum omnes pictum haberent. Divorum templum fieri jussit, in quo essent statuæ principum bonorum, ita ut iisdem natalibus suis, & parilibus, & Calend. Januariis & Votis, libamina ponerentur. In eadem oratione fratri suo Floriano consulatum petiit, & non impetravit, idcirco [1] quod jam [2] senatus omnia

SALMASIUS.

1 *Quod jam senatus omnia nundina suffector. &c.*] In eodem libro & prima editione, *nundinia*. & ita ubique scriptum. aliquot locis apud hos auctores nundinorum vel nundiniorum consularium habetur mentio. quot numero illa nundina fuerint, & quæ fuerint vel quare sic dicta, ambigi vel potius nesciri video. notum est sub imperatoribus jam inde à Claudio bimestres consules fuisse, ita ut duodecim in annum ordinarentur. Et si variatum aliquando pro libidine principum quorundam, & plures ordinati, hunc tamen numerum, & ordinandi modum tenuerunt plures, & meliores imperatores. sex igitur nundinia vel collegia consulum suffectorum erant. primum nundinium ordinariorum consulum à Kalendis Januariis usque ad Martias. secundum nundinium suffectorum à Kalendis Martiis ad Majas. tertium à Majis ad Julias. quartum à Juliis ad Novembres. quintum à Septembribus Kalendis ad Novembres. sextum & ultimum in reliquos duos anni menses. atque hæc sunt omnia suffectorum consulum nundinia quæ sic vocat Vopiscus, quæ jam clauserat Senatus, hoc est omnes consules totius anni designarat & ordinaverat, cum consulatum fratri suo petiit Tacitus. ideoque non impetravit, quod minime vacuus locus esset relictus. Hinc legimus in vita Alexandri Severi, eum principem *consulatum iniisse ter tantum ordinarium, ac primo nundinio sibi alios semper suffecisse*. nam primum nundinum fuit, ut dixi, consulum ordinariorum, qui Kalendis Januariis consulatum inibant, & nomen fastis dabant. quo primo nundino semper alios sibi sufficiebat Alexander, nec consulatum gerebat totos illos duos integros menses primi nundinii. Refert Spartianus eumdem Severum Consules & ordinarios & suffectos ex sententia Senatus nominavisse, & *vetera nundinia* (ita semper scripti) *ex ordine instituisse*. hoc est eum ordinem & modum consulum ordinandorum revocasse, quem supra descripsimus. cum enim multi ante Alexandrum Imperatores, jam inde à Commodo, sub quo viginti quinque consules uno anno facti sunt, adeo parum observabant, ut alium ejus rei morem agnoscerent nullum, nisi quem sua libido statuisset. Alexander vetera nundina ex ordine instituit, & in pristinum statum & formam reduxit. Quare autem appellata nundina vices istæ & ordines suffectorum consulum, puto rationem arcessi posse ex veteri more creandorum consulum, cum penes populum comitiorum & campi jus erat. tribus enim nundinis, vel in trinundinum indicebantur comitia, creandis consulibus. sed & candidati ipsi nundinis in comitium veniebant, & populo sese ostendebant, & singulos prensabant: quod & ipsum internundino etiam faciebant. ad eam rem igitur trinundini tempus dabatur petituris consulatum. Cicero de Cæsare: *neque jam velle absentis rationem haberi sui: se præsentem trinundinum petiturum*. mutato more & jure designandorum consulum à populo in principem translato, mos tamen idem videtur remansisse, ut candidati nundinis in comi-

[1] omnia nundina suffectorum consulum clauserat. Dicitur autem multum lætatus senatus libertate, quod ei negatus est consulatus quem fratri petierat. Fertur denique dixisse, *Scit senatus quem principem fecerit.* [2] Patrimonium suum publicavit [3] quod habuit in reditibus,

tium venirent, & ab omnibus viderentur. hinc *nundinum* vel *nundininum* pro consulum ordinatione usurpatum est. si quis aliam rationem afferri posse arbitratur, quam ego me nescire fateor, magnam à nobis, & omnibus humaniore litteratura tinctis inverit gratiam, si eam non malit penes se retinere, quam in medium producere.

CASAUBONUS.

2 *Senatus omnia nundina suffectorum consulum clauserat.*] Exposuimus ad Alexandrum Lampridii.

GRUTERUS.

1 *Omnia nundina suffectorum.*] Pal. *nundinia.*

CASAUBONUS.

2 *Patrimonium suum publicavit, quod habuit in redditibus H. S. bis millies octingenties.*] Nullam in numero hic positio varietatem scripti libri exhibent. Itaque licet per illos credamus, quod haut scio an ipsa Pitho multis hodie sit persuasura, hominem privatum in imperio Romano tantum possedisse, ut haberet in redditibus aureorum nostratium octo circiter milliones. opes etiam regum nonnullis hodie invidendæ. Adde nunc præsentem pecuniam, cujus vim maximam habuisse Tacitum domi collectam, sequentibus verbis docet Vopiscus.

SALMASIUS.

3 *Quod habuit in reditibus H-S bis millies octingenties.*] Ita plenis & planis litteris omnibus disertè scriptum habent Palatinus liber & editio vetus: *sestertium bis millies octingenties.* nec mendum igitur in hac lectione, nec suspicio mendi potest esse. hæc summa facit septem milliones aureorum nostrorum: quam summam Senecæ census superabat totis quingentis millibus coronatorum. is enim ter millies sestertium rem habuit. Census etiam Lentuli Auguris, Augusti temporibus quinque millionum fuit. quod ut minus miremur, faciliusque æstimare liceat magnitudinem divitiarum Romanarum, Olympiodorus apud Photium scribit, ætate sua, longe minus florentibus & minus opulentis temporibus, & labente jam rep. multas Romæ familias collegisse ex annuo reditu sexcenta quadraginta millia aureorum nostrorum, hoc est paulo minus duo milliones librarum. sic enim ejus verba interpretati sumus, non valde subtili ratione, quam alibi pressius, & sollicitis magis atticulis subducemus. ita autem se habent: ὅτι πολλοὶ οἶκοι Ῥωμαϊκῶν προσόδους κατ' ἐνιαυτὸν ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν κτημάτων αὐτῶν ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσοῦ κεντηνάρια, χωρὶς τοῦ σίτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰδῶν ἃ εἰς τρίτον συνετίθει εἰ ἐπιπράσκοιτο τοῦ εἰσφερομένου χρυσίου. in qua supputatione quadraginta octo aureos in libram auri incurrere fecimus. tot enim aurei in libram auri computabantur etiam Vopisci tempore. sed quia Olympiodori historici temporibus, qui sub Theodosio vixit, septuaginta duobus aureis auri libra æstimabatur, ad hanc rationem melius est exigere Olympiodori verba. sic quinquaginta quattuor auri centenaria efficiunt monetæ nostræ plus minus

tibus, [1] H-S. bis millies octingenties. Pecuniam quam domi collegerat, in stipendium militum vertit. Togis & tunicis iisdem est usus quibus privatus. [2] Meritoria

nus sexcenta millia coronatorum, ut numerum rotundum faciamus. atque hunc fuisse censum primariorum divitum sua ætate scribit auctor. mediocres autem in reditu habuisse quindecim & decem auri centenaria. *Centenarium*, centum libras auri significat. cujus vocis frequens mentio apud Græcos Latinosque auctores recentioris ævi. mirum tamen doctissimum Photii interpretem ita fœdo lapsu erravisse in illa voce vertenda, ut εἴκοσι κεντηνάρια reddiderit, *duo millia denariorum*. χρυσίου μὲν γὰρ ἤδη μέχρι κεντηναρίων εἴκοσι ἀριθμεῖ. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἴσα καὶ αὐτὸς εἰς δεκάδας λίτρας συνετίθει. atqui sciendum est, bis mille libras, & viginti centenaria eamdem summam esse, & efficere aureorum Justiniani centum quadraginta quattuor millia ex supputatione vetusti Rationalis Imperii: quam summam in præturam filii impendisse refert idem Olympiodorus Symmachum, qui ex mediocribus erat senatoribus. Maximum enim unum ex opulentis, alterum tantum sumptuum fecisse in filii præturam. Hæc nos pluribus ad ipsum imperii Rationale, cujus editionem adornamus.

GRUTERUS.

1 *Sestertium bis millies octingenties.*] Ita Pal. nisi quod is *sestertii*.

CASAUBONUS.

2 *Meritoria intra urbem stare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit.*] Lupas quæ corpore quæstum faciunt *meritoria scorta* vocant Latini, ut in Claudio Suetonius, cap. xx. potest ita exponi vox ista. potest & de loco accipi, ac meretriciis cellis. Severus in epistola ad Rogonium Celsum: *Tui milites pro tricliniis popinas habent*; *pro cubilibus meritoria*. In libris juris frequens hæc vox, sed notione paullulum diversa: neque enim sedem prostitutarum illis significat: verum idem fere ac πανδοχεῖον, & caupona, vel stabulum. quo sensu in Glossis exponitur ξενοδοχεῖον, *meritorium*.

SALMASIUS.

2 *Meritoria intra urbem stare vetuit.*] *Meritoria* ne de meretricibus, aut quæstuariis mulieribus accipienda censerem, impediebat me quod scirem nunquam fere Latinos *meritorium* absolute dicere pro scorto, sed *meritorium scortum*, *meritorium puerum*. idque te docebit verum esse, frequens auctorum usus. pro loco igitur accipiebam, in quo meritorii pueri genium sexus sui venderent, vel etiam lupæ & publicæ, æra corpore suo mererent. ita accipitur hoc vocabulum apud Aurelium Victorem in Philippis: *id frustratum iri existimans imperator Philippus, cum quia forte prætereiens filium similem pro meritorio ephebum conspexerat, usum virilis scorti removendum honestissime consultavit*. Rursus ut non de loco, sed de his qui in loco sunt intelligam, facit verbum *stare*, quod heic habetur. quod proprium est eorum earumve, qui se corporis sui merce tuentur. nam *stare* & *prostare* dicuntur. Juvenalis:

—— mamillis
Prostitit auratis titulum mentita Lyciscæ.

Ovidius:

Stat. meretrix parvo cuivis mercabilis ære.

plurium locorum testiumve congerie non est opus. sic *meritoria* erant pro meritoriis scortis, vel meritoriis pueris. sic *prostibulum* pro scorto. veteres autem, ut diximus, nunquam aliter hoc vocabulo nisi adjective usi sunt, & dicebant, *meritoriam tabernam* pro cau-

toria intra urbem ſtare vetuit: quod quidem diu tenere non potuit. [1] Thermas omnes ante lucernam claudi juſſit, nequid per noctem ſeditionis oriretur. CORNELIUM TACITUM, ſcriptorem hiſtoriæ Auguſtæ, quod parentem ſuum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari juſſit: & ne lectorum incuria deperiret, [2] librum per annos ſingulos [3] decies [4] ſcribi publicitus in * evicis archiis juſſit, & in bibliothecis poni. Holoſericam veſtem viris omnibus interdixit. Domum ſuam deſtrui præcepit, atque in eo loco thermas publicas fieri privato ſumptu juſſit: columnas centum Numidicas pedum vicenûm ternûm Hoſtienſibus donavit. [5] De proprio poſſeſſiones quas in Mauritania habuit, [6] ſartis tectis Capitolii deputavit.

caupona. recentiores *meritorium* dixerunt. & *meritoriam redam*, quæ mercede conduceretur, & *meritorias puellas & pueros*, qui corpore quæſtum facerent, & ſimilia ſexcenta.

CASAUBONUS.

1 *Thermas omnes ante lucernam claudi juſſit.*] Vide Lampridium in Alexandro Severo.

2 *Librum per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in * evicis archiis juſſit.*] Minima mutatione poteſt emendari hic locus, ut ſcribatur *in cunctis archiis.* vel ut placebat præſtantiſſimo Scaligero, *in æviciis arch.* aut *cevicis.* ſed ne penitus iſtis emendationibus aſſentiamur facit ſcripta lectio, quæ aliud neſcio quid in ſe continere depravatum videtur. Eam apponam, ut doctis exercendi ingenii ſit locus. habent igitur omnes membranæ vel *in enconſarchis*, ut regiæ: vel ut Puteani, *enicoſarchis.*

5 *De proprio poſſeſſiones q.*] Prima verba ad ſuperiorem periodum pertinent. ſcribe igitur: *Columnas centum N. p. v. t. H. donavit de proprio. Poſſeſſiones q.*

GRUTERUS.

4 *Scribi publice in * evicis archiis juſſit.*] Adponam & ſcripturam Palatini: *in evicos archis.* videtur autem mihi in illo *ᵹos* latere vox *Conſulum.*

SALMASIUS.

3 *Decies ſcribi publicitus in evicis archiis juſſit.*] Non melius erit hunc locum tetigiſſe, illi præſertim qui dubioſa & incerta nolit pronuntiare. nos igitur eum hominibus & ingenio & otio paratioribus ventilandum & excutiendum libenter relinquimus, propoſita prius ſcriptura antiquitus excuſorum ſcriptorumque librorum, ut habeant in qua ſe exerceant & ingenii ſui tentamenta capiant. ea eſt: *decies ſcribi publicitus in evicoſarchis juſſit.* cui non valde diſſimilem propoſuit ex libris ſuis Caſaubonus. quod facit ad probandam illius in mendo fortaſſe, ſcripturæ conſtantiam.

6 *Sartis tectis Capitolii deputavit.*] In v. ed. *architectis* legitur. vitioſe. idem mendum ſupra corrigere memini in Aureliano, ubi *architectis* perperam pro *ſartis tectis* ſcriptum erat: *templum*

Solis

vit. Argentum menſale quod privatus habuerat, miniſteriis conviviorum, quæ in templis fierent, dedicavit. Servos urbanos omnes manumiſit utriuſque ſexus, intra centum tamen, [1] ne Caniniam tranſire videretur. Ipſe fuit vitæ parciſſimæ, ita ut ſextarium vini tota die nunquam potaverit, ſæpe intra heminam. Convivium vero unius gallinacei, ita ut ſinciput adderet & ova. Præ omnibus oleribus affatim miniſtratis, lactucis impatienter indulſit: [2] ſomnum enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat. Amariores cibos appetivit. [3] Balneis raro uſus eſt, atque validior fuit in ſenectute. [4] Vitreorum diverſitate atque operoſita-

Solis fundavit, & pontifices roboravit. decrevit etiam emolumenta sartis tectis & miniſtris ſartis tecti, ſcilicet templi Solis. ſic hoc loco Tacitus poſſeſſiones quas in Mauritania habebat. dicitur ſartis rectis Capitolii deputaſſe.

CASAUBONUS.

1 *Ne Caniniam tranſire videretur.*] Legem Fuſiam Caniniam, quæ ab Auguſto ad Juſtinianum uſque obtinuit. ille primus ſuſtulit, ut libertates impedientem, & quodammodo invidam.

2 *Somnum enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat.*] In membranis hæc mire perturbata. Lactucam ſativam frigidam eſſe atque ὑπνωτικὴν ſcribit Dioſcorides. ſed fortaſſe ſylveſtrem intelligit auctor, quia addit ſtatim: *amariores cibos appetiit*. lactuca autem ſylveſtris, & ſomnum conciliat, & πικρά ἐστι πρὸς τὴν γεῦσιν, inquit idem. ſed quæro, in lactucarum paratu quam appellet auctor ſumptus effuſionem.

3 *Balneis raro uſus eſt, atque validior fuit in ſenectute.*] Melius ſcripti, *atque ideo validior fuit*. ſic Suetonius in Auguſto laudat lavandi raritatem.

4 *Vitreorum diverſitate atque operoſitate vehementer eſt delectatus.*] In fingendis vitreis magna & arte & induſtria uſi veteres, præſertim Ægyptii. de quorum vitris hæc capio.

SALMASIUS.

2 *Somnum enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat.*] Tacitus alia parcus & ſobrius, & qui convivia parco ſumtu inſtituere amaret, oleribus tamen & lactucis largiter indulgebat, & liberali & laxa admodum ratione ea miniſtrari ſibi volebat. quo genere edulium tantum, copioſum & ſumptuoſum ejus erat convivium. quam profuſionem in hoc genere, ut excuſaret, qui in aliis cibis adponendis largitatem & copiam averſabatur, ſomnum ſe mercari illo prolubio, & ſumptus effuſione dicebat. quod vero quærunt eruditi viri quam appellet Vopiſcus in lactucarum & olerum apparatu ſumptus effuſionem, ſciendum eſt, nihil aliud ea locutione intelligi, quam eorum copiam & abundantiam, quam nimis ſumptuoſam videri volebat parcus & aridus ſenex, cujus convivium non lautiore apparatu ſumptuque conſtabat, quam unius gallinacei. quod mecum mirteris licet, non in imperatore dico Romano, ſed in eo qui privatus ſeptem aureorum milliones ex bonis ſuis annuos colligebat.

3 *Balneis raro uſus eſt, atque validior fuit in ſenectute.*] Scribe: *eoque validior fuit in ſenectute.*

rositate vehementer est delectatus. [t] Panem nisi siccum

t *Panem nisi siccum nunquam comedit.*] Videndum quæ sit horum verborum sententia, *panem nisi siccum numquam comedisse Tacitum.* quo sensu enim heic panem siccum accipiemus? an molli & recenti opponi dicemus, durum & non recens coctum panem, eoque sicciorem? an siccum pro biscocto, ut hodie vocamus, sumemus? sic ξηρὸν ἄρτον Græci interpretantur *buccellatum*, qui est panis nauticus, & nobis hodie *biscoctus* dicitur, ut Græcis δίπυρος. *biscoctum* etiam appellamus genus panis melliti, qui inter bellaria nobis adponitur, saccaro & aliis rebus conditi. nos heic panem siccum pro pane solo capiendum putamus, & ita hunc locum interpretamur; Tacitum nunquam nisi panem solum in jentaculis, vel etiam prandiis comedisse. *panem comedere*, & *panem gustare*, hoc erat jentare veteribus. pierique autem non solum eum comedebant, sed palmulas, uvas passas, nucleos, mel Atticum crudum aut coctum, aut aliquid melliti. operisve dulciarii. salsi etiam aliquid aliquando cum pane sumebant. Alii panem solum comedebant, ut heic Tacitus. sic de se Seneca scribit epist. LXXXIII. *non multum mihi ad balneum superest. panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lavandæ manus.* non meliorem poteramus interpretem Vopisco dare, quam hunc Senecam. nunquam igitur jentaculum sine pane, immo panis caput erat jentaculi, aliquando siccus & solus, interdum cum aliis rebus, ut supra dixi. hinc Græci βυκκισμὸν appellarunt à Latina voce *bucca* vel *buccea*, quæ frustum panis vel panem significat. nam inde *buccella* & *buccellatum* panis sex unciarum: de quo sunt à nobis ante notata quædam. vetus Glossarium: *Iantat*, βυκκίζει. *Gustare*, βυκκίσαι. hinc *bucca* & *buccellarii*, qui aliena buccea hoc est quadra vivunt, parasiti scilicet, & adseclæ. Juvenalis,

— *Curtius, & Matho buccæ.*

item:

— *notæque per oppida buccæ.*

buccæ non sunt jactanticuli, ut vocat vetus ibi interpres, & qui buccas inflant, sed scurræ & parasiti, quos Græci βυκκίωνας ab eadem voce vocant. Latini *buccones*, & *buccellarios*. Optimæ glossæ: *buccones*, παράσιτοι, βυκκίωνες. *Bucceas panis* Suetonius in Augusto vocat, quos Græci βλωμοὺς, unde βλωμιαῖοι ἄρτοι, quadrati panes apud Athenæum. vulgo βλωμίλιοι legitur, manifesto errore. quem tamen hactenus omnes retinuere. sic δραχμίδιον pro δραχμιαῖον multis auctorum locis vitiose scriptum animadvertimus, & emendavimus. δίσμαστα recentiores Græci dixerunt, panis quadras vel bucceas. Tzetzes ad illud Hesiodi:

— τετράτρυφον ὀκτάβλωμον.

ὀκτάβλωμον, ὀκτὼ δίσμαστα ἔχοντα. sic *tridacna ostrea* Plinio, quæ ita magna essent, ut tres bucceas possent facere, & ter mordenda essent. sic nos hodieque morsum panis pro frusto & buccella dicimus. hinc fortasse *immorsus* Horatio, qui adhuc jejunus est, & nondum jentavit, nec jejunium poluit, quod faciebant gustata una aut altera panis buccea. Augustus in epistolis: *nos in essedo panem & palmulas gustavimus.* Et iterum: *dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.* & paulo post: *qui in balineo demum post horam primam noctis duas bucceas panis manducavi prius, quam ungui inciperem.* sic panem comedere, gustare, & jentare, res eadem. Galenus tractatu secundo ὑγιεινῶν· ἐν δὲ τῷ κατὰ τὴν ἀγορὰν χωρίῳ περὶ τρίτην ὥραν ἢ τὸ μακρότερον περὶ τετάρτην ἤσθιον ἄρτον μετὰ μέλιτος ἀττικοῦ. de jentaculo loquitur. quod non semper domi sumebant, sed in foro, in lectica, ubicunque essent, ut ex illo Galeni loco facile

cum

cile intelligitur, & ex Augusti verbis quæ supra adduximus. Hora jenta culi tertia aut quarta. unde Martialis eum qui ad quintam venerat pransurus, sero venire dixit, ut jentaret: nimis tempori, ut prandeiet.

Mane venis potius. nam cur te quinta moretur?

Ut jentes, sero Cæciliane venis.

idem Galenus de Telepho Grammatico eodem lib. ἐν αἷς δ' ἡμέραις οὐκ ἐλοῦτο, περὶ τρίτην ὥραν ἠλείφετο μετὰ βραχείας ἀνατρίψεως. εἶτα χόνδρον ἡψημένον ἐν ὕδατι μέλι μιξοὺς ἄρτον ὅτι κάλλιστον, ἤσθιε, καὶ τοῦτ' ἤρκει μόνον αὐτῷ τὴν γε πρωΐαν. hæc de jentaculo. sequitur enim de prandio: ἄριστα δὲ καὶ οὕτως ἑβδόμης ὥρας ἢ βραχὺ ἢν θᾶττον. tertia igitur hora ungebantur, & gustabant, septima prandebant. Gustare enim id dicebant. Plinius epist. xvi. lib. vi. *usus ille sole, mox frigida, gustaverat: jacens studebatque.* ita legendum apud Plinium. vulgo est: *mox frigidam gustaverat.* absurdissime. utebantur sole, frigida lavabantur, gustabant, deinde prandebant: alii vero impransi totum diem durabant. confirmat nostram emendationem Plinius alio loco. epist. v. lib. iii. *Post solem plerumque frigida lavabatur, deinde gustabat dormiebatque minimum, mox quasi alio die studebat in cænæ tempus.* *Gustum* igitur & *gustationem* pro jentaculo dicebant. Glossarium vetus: *gustus*, γεῦμα. γαρέσμα. *gustare*, βουκκίσαι. *gustarium*, βούκκισμα. Fulgentius: *Jantaculum, gustatio.* scio *gustum* & gustationem etiam primam partem cœnæ dictam. veteres Glossæ γαρέσμα exponunt, quod garum vel oxygarum & alia salsamenta in illa cænæ initiatione adponerentur. Martialis:

—— adfertur protinus ingens

Inter lactucas oxygarumque liber.

nam lactucæ & oxygarum in gustu apponebantur. Glossæ: *gustatio*, γαρέσμα. ἐνάλισμα ab eadem ratione *jantaculum* interpretantur: *Jantaculum*, ἀκράτισμα, ἐνάλισμα. legitur hodie, ἐνάχισμα. corrigunt eruditi viri, καὶ γεῦσμα. sed nostra correctio certissima est. *Gustarium* etiam hodie dicimus antecænam vel merendam, hoc est cibum illum quem sumimus inter cænam & prandium. raro autem prandebant veteres, & jentaculum cum prandio multi confundebant. *prandium* sane meridianum cibum appellabant, quem leviter & dicis tantum gratia sumebant. hinc illud apud Senecam quod supra rettulimus: *panis siccus, & prandium sine mensa.* hinc recentiores Græci γεῦμα prandium appellarunt, cum veteres sic *jantaculum* vocarent. Nicetæ γεῦμα est ἄριστον. Eustathius aperte explicat: δῆλον δὲ καὶ ὅτι δεῖπνον μὲν οἱ πλείους τὸ πρωϊνὸν φασὶν ἐμβρωμα. μεθ' ὃ πάντως δεῖ. ἄριστον δὲ τὸ κοινῶς λεγόμενον γεῦμα, οὐ παρὰ τὴν ἀρίω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀρίστως ἔχειν κατ' ἐξοχήν. δόρπον δ' οὐδεὶς ὃς ἀμφιβάλλει μὴ ἀποτετάχθαι τῇ ἑσπέρᾳ. *Jantaculum*, πρωϊνὸν ἔμβρωμα Eustathio. cui sumendo hora nona dedicata erat. hodierni Græci προγεύμα vocant, quod ante prandium, quod ipsi γεῦμα dicunt, sumatur. Nos *dejejunare* dicimus pro jentare, quod est *jejunium solvere.* jejunat enim qui totum diem immorsus & jejunus perstat. at qui mane cibum sumit, is non potest amplius dici jejunus. jejunium igitur solvit, hoc est uno verbo *dejejunat.* Græci porro aliter διανηστίζεσθαι jentare dicunt. qui jejunus cibum sumit, διανηστίζεται. & primus cibus qui à jejuno sumitur, est διανηστισμός, hoc est *jantaculum.* ἀπονηστίζεσθαι etiam pro eodem dicebant, quod ad verbum est, *dejejunare.* Hesychius: ἀπονηστίσασθαι, ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρωΐαν ἐλθεῖν. omnino legendum est, ἀπὸ νηστείας ἐπὶ βρωτὸν ἐλθεῖν. vel ἐπὶ βρῶσιν. idem: βρωτὸς, βρῶσις, τροφή. non placet mihi viri doctissimi interpretatio, qui πρωΐαν retinet, & ad ritus refert veteris Ecclesiæ. ἀπόνηστις Græcis dicitur qui non est jejunus.

cum nunquam comedit, eundemque sale atque aliis rebus conditum. Fabricarum peritissimus fuit, marmorum cupidus, nitoris senatorii, venationum studiosus. Mensam denique suam nunquam nisi agrestibus opimavit. [1] Fasianam avem, nisi suo & suorum natali [2] & diebus festissimis, non posuit. [3] Hostias suas

hinc ἀκρατίζεσθαι jejunium solvere, & jentare. Sic jejunium solvisse Proserpinam dixit Ovidius, quæ apud inferos septem grana mali punici contigerat. lib. v. Metam.

Non ita fata volunt, quoniam jejunia virgo
Solverat.

hinc *jejunium jantaculo pollucere.* Nigidius dixit: *nos ipsi jejunia jantaculis levibus polluimus.* id est ad verbum, *dejejunavimus* vel jantavimus. sic *famem pollucere* dixit eleganter Symmachus epist. 7. lib. I. *Sed mihi honestæ multitudinis nulla vitatio est. & si his tanto plures quam scribis affuerint, bonam frugem feceris: nec deerit, quo famem polluant. nam comitibus vestris utpote sobriis saginæ cædendæ cura posterior est.* ita mihi scriptum repertum est in antiquissimis schedis Palatinæ Bibliothecæ, quarum ope multas mendas, etiam post doctissimorum virorum laboriosam & eruditam operam, in politissimo scriptore sustulimus. *pollucere famem* eleganter dictum, ut Nigidio *pollucere jejunia:* hoc est, *famem imminuere, & non integram servare.* inde *fames integra* Ciceroni: *integram famem ad cœnam afferam.* id est *non imminutam nec pollutam, sed intactam & intemeratam.* Quod autem in loco supra scripto Glossar. ἐνάλισμα pro ἐνάγισμα corrigebamus, etsi de illa correctione vix dubitamus, mihi tamen modo in mentem venit, lectionem Glossarii stare posse. nam ἐνάγισμα est libamentum, quod diis manibus infertur. quod jantaculum dictum esse nullus dubito. sic *jantaculum* vetus Callimachi interpres verterat, ἀκροδλω vel ἀκρατίζω· *Jantaclum proferre Jovi.* sic legendum est apud Fulgentium, qui citat ex Callimachi Ætiis illud hemistichium. δεῖπνον Ἑκάτης proverbio notum est. Sed hæc alibi fusius, quæ nos heic strictim tetigimus, & libavimus tantum, jentantium more, & opimo opiparoque convivio se servantium.

Panem nisi siccum nunquam comedit.] *Panem comedere* est jantare: quod in jantaculo panem fere siccum comedebant. inde βυκκίζειν, hoc est bucceas vel buccas panis comedere pro jantare. in Lexiphane Luciani ἀκροθωρακίζειν est jantare: εἶτα διανηστισάμενοι, ἤδη δ' ὡς ὁ Καλλικλῆς, εἶτα τὸ δειλινὸν ἀκροθωρακισάμεθα ἐν Λυκείῳ. νῦν δὲ ἤδη καιρὸς ἐπὶ χελιδόνια τὰ λιπαρὰ, καὶ αὐτὸς τὴν εἵλην θέρεσθαι, καὶ λουσάμενος ἀκροθωρακίζειν. vide quæ notamus ad vitam Antonini Pii.

2 *Et diebus festissimis.*] Mallet vir doctissimus, *diebus festivissimis*, hac ratione quod poëticum magis illud *festissimis.* atqui non aliter auctores isti loqui consuerunt. Spartianus in Alexandro: *Jovis epulo & Saturnalibus, & hujusmodi festis diebus fasianus.* idem alio loco: *erant & gallinacii duo, adhibebatur & anser diebus festis.* & sic alibi passim, aliique etiam scriptores.

CASAUBONUS.

1 *Fasianam avem, nisi suo & suorum natali & diebus festissimis non posuit.*] Vide potius num scribendum *festivissimis.* nam illa altera vox magis sit poëtarum. de fasianæ avis raritate in conviviis veterum imperatorum, supra ad Pertinacis vitam.

3 *Hostias suas semper domum revocavit.*] Non sine aliqua, ut videtur,

ſuas ſemper domum revocavit, iiſdemque ſuos veſci juſſit. Uxorem gemmis uti non eſt paſſus. Auroclavatis veſtibus idem interdixit. Nam & ipſe auctor Aureliano fuiſſe perhibetur ut aurum à veſtibus & cameris & pellibus ſubmoveret. Multa hujus feruntur, ſed longum eſt ea in literas mittere. Quod ſi quis omnia de hoc viro cupit ſcire, [1] legat Suetonium Optatianum qui ejus vitam affatim ſcripſit. [2] Legit ſane ſenex minutulas literas ad ſtuporem: nec unquam noctem intermiſit [3] qua non aliquid vel ſcriberet vel legeret, [4] præter poſterum calendarum diem. [5] Nec 12
tacen-

ἀνελευθερίας aut ſordium nota hæc dicuntur. nam moris erat ut poſt rem divinam factam, in templo cum ſacerdotibus epularentur. ſed qui ad rem erant attentiores, victimæ portiunculam aliquam ſacerdotibus relinquebant, ac reliquas carnes domum revocabant, ut inter ſuos illis ibi veſcerentur, vel etiam divenderent. inde illa εἰδωλόθυτα quorum meminit Apoſtolus. Tangit hoc μικρολογίας genus Theophraſtus in ejus charactere. ἐκδιδοὺς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, τοῦ ἱερείου, πλὴν τῶν ἱερῶν τὰ κρέα ἀποδόσθαι. *Solet*, inquit, *filiam ſuam nuptum collocans, victimæ carnes, iis exceptis quæ adolentur, vendere.* ita capimus nunc illum locum, paullo aliter quam olim.

1 *Legat Suetonium Optatianum.*] Regius codex hunc obſcurum hodie ſcriptorem nominat, *Suetonium Actacianum.* alii libri cum vulgatis.

2 *Legit ſane ſenex minutulas literas ad ſtuporem.*] Regius, *minuſculas literas.*

4 *Præter poſterum Calendarum diem.*] De hac veterum religione notatum aliquid ad Suetonii librum ſecundum, cap. XCII.

5 *Nec tacendum eſt, & frequenter imitandum.*] Emendabam, *ſed freq. intimandum.* verum aliter omnes membranæ, in quibus eſt, *mirandum.* quod tamen minus probo.

GRUTERUS.

1 *Legat Suetonium Optatianum.*] Conſentit in hanc vulgatorum ſcripturam Pal.

SALMASIUS.

3 *Qua non aliquid vel ſcriberet, vel legeret.*] *Qua non aliquis vel ſcriberet ille vel legeret.* ita Palatinus.

4 *Præter poſterum Kalendarum diem.*] Poſteri dies Kalendarum, Nonarum, Iduum, veteribus infauſti atque atri habebantur. poſterum diem nundinarum etiam quidam obſervabant, ut de Auguſto ſcribit Suetonius. hinc *poſteri dies* pro atris & infauſtis. Nonius: *Atri dies dicuntur quos nunc nefaſtos, vel poſteros vocant.* ubi male *improſperos* viri docti corrigunt. Macrobius: *Dies autem omnes poſtridianos ad omnia majores noſtri cavendos putarunt. quos etiam atros velut infauſta appellatione damnarunt. eaſdem tamen nonnulli communes velut ad emendationem nominis vocitaverunt.* communes autem dixerunt, quaſi neque bonos neque malos, ad vitandam nominis δυσφημίαν, cum tamen eos malos eſſe intelligerent. ſic communes dii qui utriſque partibus favent. ut contra *proprii* qui nobis ſolis faventes propitiique ſunt. quos & noſtros dicimus:

Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

tacendum eſt, & frequenter intimandum, tantam ſenatus lætitiam fuiſſe quod eligendi principis cura ad ordinem ampliſſimum revertiſſet, ut & ſupplicationes decernerentur, [1]& hecatombe promitteretur à ſingulis: denique ſenatores ad ſuos ſcriberent, nec ad ſuos tantum, ſed etiam ad externos. Mitterentur præterea literæ ad provincias, [2]ut ſcirent omnes ſocii omneſque nationes in antiquum ſtatum rediſſe Rempub. ac ſenatum principes legere, imo ipſum ſenatum principem factum: leges à ſenatu petendas, reges Barbaros ſenatui ſupplicaturos: pacem ac bella ſenatu auctore tractanda. Nequid denique deeſſet cognitioni, pleraſque hujuſmodi epiſtolas in fine libri poſui, & cum cupiditate & ſine faſtidio, ut exiſtimo, per-
13 legendas. [3] Et prima quidem illi cura imperatoris facti

hinc diis ſuis aliquid facere diceba-tur ille, qui faventibus & propitiis diis faciebat. Ovidius in epiſtola Medeæ:

Sed mihi tam faciles unde, meoſque Deos?

ita enim legendum auctoribus membranis. id eſt, unde tam faciles, & tam meos Deos, mihi tam proprios propirioſque? Quidam tamen communes deos, beneficos & humanos interpretati ſunt. Servius ad illud:

Communemque vocate deum. —

alii communem, humanum, beneficum, φιλάνθρωπον· unde & communes homines dicimus.

5 *Nec tacendum eſt, & frequenter imitandum.*] Omnino ſcribendum: *nec tacendum eſt, & frequenter intimandum.* nam Palatinus liber, & editio vetus *imitandum* retinent, manifeſto errore, pro *intimandum. non tacere* autem iſtis auctoribus familiaris locutio, pro *dicere* vel loqui. Sic igitur accipi debet, quaſi ſcripſiſſet: *& dicendum eſt, & frequenter intimandum.* ſic apud Spartianum, *ut priorem Verum intimatum legentibus darent.*

CASAUBONUS.

1 *Et hecatombe promitteretur à ſingulis.*] Legendum ex regio & Puteani codicibus: *& hecatombæ promitterentur. ſinguli denique ſenatores ad ſuos ſcr.*

3 *Et prima quidem illi cura imperatoris facti hæc fuit, v.*] Scribe, *illius.* niſi malis, *illi cura imperatori facto.*

GRUTERUS.

1 *Et hecatombæ promitterentur: ſinguli denique Senatores, &c.*] Obſequutus ſum membranis Gallicanis, cum eſſet in vulgg. *& hecatombe promitteretur à ſingulis. denique &c.* Palatinus abit ab utriſque; haberque, *& acatomben promitteretur ſingulis. denique, &c.*

2 *Ut ſcirent omnes ſocii.*] Dictiuncula *ut*, non eſt in Palat. & poteſt abeſſe, tanquam initium fuerit verborum formalium quibus uſi Senatores.

3 *Et prima quidem illi cura Imperatoris facti hæc fuit.*] Sic & Pal. forte *illi* mutandum in *illico.*

SALMASIUS.

3 *Et prima quidem illi cura imperatoris facti fuit.*] Nihil mutamus. eſt enim poſ-

facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosve, [1] quum jam ille vindicatus esset. [2] Et quoniam à Mæotide multi barbari eruperant, [3] hos eosdem consilio atque [4] viribus, ut eo redirent, compulit. [5] Ipsi autem Mæotidæ [6] ita congregabantur, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum convenissent, auxilium daturi nostris, si necessitas postularet. [7] Quum Tullius dicat, [8] magnificentius esse

positum pro, *& prima illi cura imperatori facta fuit*. non dissimilis loquendi ratio apud Ciceronem illa est: *ut suam virtutem cognitam domi togati, armati foris*. qua & alii auctores affatim usi sunt Græci Latinique.

CASAUBONUS.

1 *Cum ille jam vindicatus esset.*] Occiso Mnestheo, qui statim ab ipsis auctoribus cædis errore cognito fetis objectus. sed Tacitus pœnitentia Mucaporis sive Mucaperis, qui manu sua cædem patraverat, non contentus, & ipsum & alios necis auctores excruciavit. Aurelius Victor.

2 *Et quoniam à Mæotide multi Barbari eruperant h.*] Eadem Zosimus. qui ea tempestate Barbaros à Mæotide profectos in Ciliciam usque penetrasse scribit.

7 *Cum Tullius dicat m.*] Pendet sententia imperfecta: quam fulcit regia lectio: *M. Tullius dicit, magn.* sic & Puteani.

8 *Magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consulatum.*] Non est plena sententia, quæ hujusmodi videtur fuisse: *magnificentius esse dicere quemadmodum ceperit consulatum; quam quod factus sit consul.*

GRUTERUS.

4 *Viribus ut eo redirent, compulit.*] Pal. *viri ut eo comperisset.*

6 *Ita congregabantur quasi accitu.*] Pal. *ita se gregabant quasi accitu.*

7 *Cum Tullius dicat, magnificentius.*] Pal. omisso *cum* habet, *Marcus Tullius dicit, magnific.*

SALMASIUS.

3 *Hos eosdem consilio atque viribus, ut eo redirent compulit.*] Pal. *hos eosdem consilio atque viri ut eo comperisset.* sub cujus lectionis integumentis quid boni lateat, non video. non aliter legit editio prima. locus hic mihi dubiæ sanitatis videtur. sed melioris certiorisque ut fit, à me nunc non debet expectari.

5 *Ipsi autem Mæotidæ.*] Sic supra nisi fallor *Maeotidas* appellavit populos Mæotim paludem accolentes. *Μαιῶται* Stephano dicuntur, atque aliis, ut equidem arbitror, scriptoribus Græcis.

7 *Quum Tullius dicat.*] Lege ex veteri editione, item Palatino codice: *M. Tullius dicit.* sequentia vero ipso auctore Cicerone sic legenda, & supplenda sunt: *magnificentius esse dicere, quemadmodum gesseris consulatum, quam quemadmodum ceperis.* Locus Ciceronis habetur in oratione in L. Pisonem his verbis: *Sed omitto ut sit factus uterque nostrum. sit sane fors domina campi: magnificentius est dicere quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus.* at Vopiscus magnificum quidem Tacito fuisse ait, quod tanta gloria ceperit imperium: gessisse vero nihil magnum propter brevitatem temporis quo in imperio fuit.

1 At

esse dicere quemadmodum ceperit consulatum: [1]at in isto viro magnificum fuit quod tanta gloria cepit imperium. Gessit autem propter brevitatem temporum nihil magnum. [2]Interemptus est enim insidiis militaribus, ut alii dicunt, sexto mense: [3]ut alii, morbo interiit. Tamen constat, factionibus eum oppressum, mente atque animo defecisse. Hic idem mensem Septembrem TACITUM appellari jussit, [4]idcirco [5]quod eo in mense & natus & factus est imperator. [6]Huic frater FLORIANUS imperio successit, de quo pauca ponenda sunt.

1 *At in isto viro magnificum fuit.*] Vet. editio: *At isto viro magnificum fuit.* quod non prætulerim vulgatæ, non tamen prorsus etiam improbaverim.

5 *Idcirco quod eo in mense.*] *Quod eo mense.*

6 *Huic frater Florianus imperio successit.*] *In Imperio successit.* lege mox uno tenore: *de quo pauca ponenda sunt. Hic frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium.* ita libri, itaque etiam hæc continuanda jam observarunt viri docti.

CASAUBONUS.

2 *Interemtus est insidiis militaribus.*] Occasionem cædis narrant Zosimus & Zonaras.

3 *Ut alii, morbo interiit.*] Victor vulgaris, *Tacitus ducentesimo imperii die apud Tarsum febri moritur.* in numero dierum consentit Eutropius, qui in imperio ait fuisse menses duos & dies xx.

GRUTERUS.

5 *Quod eo mense.*] Sic Palatinus. alii editi, *quod eo in mense.*

[1]FLAVII VOPISCI SYRACUSII

FLORIANUS.

[2]HIc frater Taciti germanus fuit, qui post fratrem arripuit imperium, [3]non senatus auctoritate, sed

CASAUBONUS.

1 FLAVII VOPISCI SYRACUSII FLORIANUS.] Inducendus hic titulus, & sequentia superioribus connectenda: est enim unicus liber, ut initio diximus.

2 *Hic frater Taciti germanus fuit, q.*] Scribendum, *non germanus.* nisi alios hic sequitur auctores, alios infra, ubi, *diversis patribus*, ait, *nati ferebantur.* apparet ex ipsis nominibus: nam Tacitus dicitur in nummis, CLAUDIUS TACITUS. at Florianus nominatur, M. ANNIUS FLORIANUS.

3 *Non senatus auctoritate.*] Adde, neque militum suffragiis. Aurelius Victor: *nullo senatus seu militum consulto imperium invaserat.*

sed suo motu, quasi hereditarium esset imperium: quum sciret [1] adjuratum esse in senatu Tacitum, ut quum mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret. Denique vix duobus mensibus imperium tenuit, & [2] occisus est Tarsi à militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat [3] Tantus autem Probus fuit in re militari, ut illum senatus optaret, miles eligeret, ipse populus Rom. acclamationibus peteret. Fuit etiam Florianus morum fratris imitator, nec tamen usquequaque. [4] Nam effusionem in eo frater frugi reprehendebat: & hæc ipsa imperandi cupiditas aliis eum moribus ostendit fuisse quam fratrem. Duo igitur principes una extiterunt domo: quorum alter sex mensibus, alter vix duobus imperaverunt, [5] quasi quidam inter-

1 *Adjuratum esse in senatu Tacitum.*] Superiora illa verba respicit ex oratione Metii Falconii, *te Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans, &c.* nam *te convenio* eo loco idem ac, te adjuro. ut sæpe apud mediæ Latinitatis scriptores.

2 *Occisus est Tarsi à militibus, q.*] Unus est Zosimus qui memoriam rerum inter Probum & Florianum gestarum conservarit. eum lege. De Floriani morte eadem Aurelius Victor Schotti ac Vopiscus: sed alter Victor sic tradit: *Florianus dierum sexaginta quasi per ludum imperio usus, incisis à semetipso venis, effuso sanguine consumtus est.* tribuit Floriano quod alii Quintillo Claudii fratri, cujus in simili caussa simile exitium: nam de eo Zosimus: fertur, ait, Quintillum simulac intellexit factum imperatorem Aurelianum, consilium à suis accepisse, ut se ipse interimeret, ac longe potiori cederet imperio: ὃ δὴ καὶ πεποιηκέναι λέγεται τῶν ἰατρῶν τινὸς φλέβα τεμόντος αὐτοῦ, καὶ ἐνδόντος ῥεῦσαι τὸ αἷμα, μέχρις αὐτὸς ἐξέλιπε. eadem & Zonaras.

SALMASIUS.

3 *Tantus autem Probus fuit in re militari.*] Palatini scriptura: *intero militare.* an legemus, *inter militares?* non melius fuerit aliquid mutasse.

4 *Nam effusionem in eo frater frugi reprehendebat.*] Effusionem heic vocat quam alii profusionem. sic supra, *sumptus effusione* dixit. sed & *effundere* apud Ciceronem multis locis est profundere & prodigere. ut apud Comicum, *Effundite, emite, facite. fundere* etiam pro eodem usurpabant. Sammonicus:

— pretiosa tamen cum veneris emptum,
Falleris frustraque immensa nomismata fundes.

unde *fusiones* dictæ sunt illationes tributorum. *fusio*, εἰσφορὰ δημοσίων. *fusiones*, εἰσφοραί. hinc *refundere*. quid sit sciunt, qui Latine sciunt.

5 *Quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum. post interregnum principes nuncupati.*] Locum hunc esse vitiatum nemo non sentit. quo vero vitii genere laboret, nemo adhuc animadvertit. exploratum plane mihi est, illa verba subdititia esse, *post interregnum*

interreges inter Aurelianum & Probum, [1] post inter-
2 regnum principes nuncupati. [2] Horum statuæ fuerunt Interamnæ duæ pedum tricenûm ex marmore, quod illic eorum cenotaphia constituta sunt in solo proprio: sed dejectæ fulmine, ita contritæ sunt ut membratim jaceant dissipatæ, quo tempore responsum est ab aruspicibus, quandoque ex eorum familia imperatorem Romanum futurum, seu per fœminam, seu per virum, qui det judices Parthis ac Persis: qui Francos & Alemanos sub Romanis legibus habeat: qui per omnem Africam Barbarum non relinquat: qui Taprobanis præsidem imponat: [3] qui ad Romanam insu-

regnum principes nuncupati. quæ à nescio quo sciolo sunt adjecta, qui legerat in vita Taciti, de interregno quod sequutum est mortem Aureliani per sex menses integros, post quod interregnum electus est Tacitus imperator. atqui non heic agit Vopiscus de illo interregno; sed respectu brevitatis imperii horum duorum imperatorum, quasi quosdam interreges fuisse videri ait inter Aurelianum & Probum. vix enim octo menses in imperio fuerunt hi duo principes. quod temporis spatium, propter brevitatem, interregni magis quam regni videri possit. legendum igitur, illis quæ diximus resectis & expunctis: *Duo igitur principes una extiterunt domo: quorum alter sex mensibus, alter vix duobus imperaverunt, quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum. Horum statuæ fuerunt Interamnæ.*

CASAUBONUS.

1 *Post interregnum principes nuncupati.*] Suspecta hæc mihi. caussam & tacente me lector acutus facile conjiciet.

2 *Horum statuæ fuerunt Interamnæ d.*] Non dissimulabo inventam in regio lectionem, etsi parum mihi probam: *H. st. fuerunt in via Romana d.*

3 *Qui ad Romanam insulam proconsulem mittat.*] Lego, *ad Britanniam insulam*, nam de ea hæc debere intelligi ne ambigendum quidem censeo. quare sive emendationem admittas, quam putamus necessariam, sive vulgatam probes, Britannia omnino intelligitur: quam insulam Procopius nominat τὴν ἐκτὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλείων νήσων ἁπασῶν μεγίστην παρὰ πολὺ οὖσαν. Græci auctor. sæpe non alio nomine Britanniam nuncupant, quam magnæ insulæ. Aristides in Ægyptia oratione: τῶν ἐκ ἴσω ἀκούσας τῆς εἰς τὴν μεγάλην νῆσον πεπλευκότων, τὴν ἀντιπέρας Ἰβήρων. & panegyrica in Romam: ὅσον Αἰθιοπίας τὸ ἐπικείμενον, καὶ Φᾶσις ἐνδόθεν, καὶ Εὐφράτης ἄνω, καὶ ἐκτὸς ἐσωτέρω ἡ μεγάλη καὶ τελευταία νῆσος ἐκτὸς ἀποκλείεται.

SALMASIUS.

3 *Qui ad Romanam insulam proconsulem mittat.*] Indubitata emendatio est ad *magnam insulam*. *Britannia* dicta καθ᾽ ἐξοχὴν magna insula, quod omnium insularum sit longe maxima. sic Græci μεγάλην νῆσον eam appellant. ut Oceanum ipsum, μεγάλην θάλασσαν, ad distinctionem Maris Mediterranei. Eustathius, τὴν δὲ μεγίστην Βρεττανικὴν νῆσον οἱ παλαιοὶ τρίγω-

insulam proconsulem mittat: [1] qui Sarmatis omnibus judicet: [2] qui terram omnem quam Oceanus ambit, captis omnibus gentibus, suam faciat: postea tamen senatui reddat imperium, & antiquis legibus vivat ipse victurus annis cxx. & sine herede moriturus. Futurum autem eum dixerunt [3] à die fulmine præcipitatis statuisque confractis post annos mille. Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, [4] qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt? quia si [5] post cen-

τρίζωνον ἰσομῆκον εἶναι τῷ χλίματι. Dionysius Periegetes:

Τόσσον τοι μέγεθος περιώσιον. οὐδέ τις ἄλλη
Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρεττανίσιν ἰσοφαρίζει.

1 *Qui Sarmatis omnibus judicet.*] Hoc est, *judicem imponat.* idem enim volunt omnes istæ loquutiones: *Taprobanis præsidem imponere: ad magnam insulam proconsulem mittere: Sarmatis judicare.* sic Ἰλλυριοῖσι δικάζειν dixit Christodorus in epigrammate, cum de proconsule illuc misso loqueretur. lib. 11. Antholog.

Εἰς ὑπάτους δ' ἀνέλαμψε, καὶ Ἰλλυριοῖσι δικάζων
Μούσας καὶ καθαρὴν ἰσοφάρισεν δίκην.

CASAUBONUS.

2 *Qui terram omnem quam Oceanus ambit.*] Membranæ, *qua Oceano ambitur.*

3 *A die fulmine præcipitatis statuisque.*] *Fulminis præcipitati, statuisque conf.*

GRUTERUS.

2 *Qui terram omnem qua Oceano ambitur.*] Sic & Pal. & aliorum mss. nam vulgg. *quam Oceanus ambit.*

5 *Post centum annos prædicerent fore, possent eorum.*] Pal. *prædiceret, forte possent.* uterque non male.

SALMASIUS.

4 *Qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt.*] Duplici malo laborat hic locus; trajectione verborum, & defectu. transpositionem nos ipsi odorati sumus. defectum vero unius vocabuli in quo totius sententiæ integritas erat posita, nobis prodidit liber Palatinus, & supplevit: nam post illa verba, *possent eorum deprehendi mendacia,* idem addit, *pollicentes cum vix talis remanere possit historia.* quod verbum etiam in veteri & prima editione comparet. quare omiserint recentiores editiones, nescio. certe absque eo non constat sententiæ sinceritas. sed trajectione, ut diximus, non leviter imputatus est hic locus. quam sic ordine restituto, persanabis: *Non magna hæc urbanitas aruspicum fuit, qui principem talem post mille annos futurum esse dixerunt, pollicentes, cum vix remanere talis posset historia. quia si post centum annos prædicerent fore, possent eorum deprehendi mendacia.* pro *fore*, *forte* legunt Pal. & ed. sed vulgatam malim. de hujus loci restitutione, quin recta sit & vera, nemo, opinor, dubitabit. quis enim non animadvertebat illa verba, *quum vix remanere talis possit historia*, & manca esse, & non suo loco posita? hanc enim urbanitatem aruspicum lepide tangit heic Vopiscus, qui principem qualem antea descripsit, post mille annos futurum polliciti sint, cum eorum prædictionis, & totius ejus rei memoria vix posset extare. quia si post centum annos eum futurum prædixissent, memoria adhuc recenti, potuisset eorum

centum annos prædicerent fore, poſſent eorum deprehendi mendacia, quum vix remanere talis poſſit hiſtoria. Ego tamen idcirco hæc inſerenda volumini
3 credidi ne quis me legens legiſſe non crederet. Tacitus congiarium populo Romano intra ſex menſes vix dedit. Imago ejus poſita eſt in Quintiliorum [1] in una tabula quincuplex, in qua ſemel togatus, ſemel chlamydatus, ſemel armatus, ſemel palliatus, ſemel venatorio habitu. De qua quidam epigrammatarius ita luſit, ut diceret, *Non agnoſco ſenem armatum*, [2] *non chlamydatum inter cætera*, *ſed agnoſco togatum*. Et Floriani liberi & Taciti multi extiterunt: quorum ſunt poſteri credo milleſimum annum expectantes. [3] In quos multa epigrammata ſcripta, quo jocati ſunt aruſpices imperium pollicentes. Hæc ſunt quæ de vita Taciti atque Floriani digna memoratu comperiſſe memini. Nunc nobis aggrediendus eſt PROBUS, vir domi foriſque conſpicuus: vir Aureliano, Trajano, Adriano, Antoninis, Alexandro, Claudioque præferendus: [4] niſi quia in illis varia, in hoc omnia præcipua tunc fuere: qui poſt Tacitum omnium judicio bonorum imperator eſt factus, orbemque terrarum pacatiſſi-

rum reſponſum mendacii revinci. caverunt igitur ſibi, prædictionum ſuarum eventum, poſt tam longum tempus pollicentes.

1 *In una tabula quincuplex.*] Pal. *quinquiplex.* ſic *quinquiplices tabellæ*, in lemmate epigrammatis apud Martialem in veteribus libris.

CASAUBONUS.

2 *Non chlamydatum inter cætera.*] Aliter volui editum: nam illa *inter cætera* non ſunt poëtæ epigrammatarii, ut præcedentia & ſequentia verba; ſed ipſius Vopiſci. ponit autem principium epigrammatis, & finem. Totius carminis facile ex iſtis ſenſus patet. Paſſim in Vopiſci libellis leges illa verba, *inter cætera*, cum alicujus ſcripti partem ſolum ponit. ſic alii quoque.

3 *In quos multa epigrammata ſcripta, quo jocati ſunt aruſp.*] Scribendum, *queis*, ſive *quibus*. verbum *jocari* paſſive accepit.

4 *Niſi quia in illis varia, in hoc omnia præcipua tunc fuere.*] Vix fero illud *tunc*. quod tamen retinent membranæ, ſed alio loco: *in hoc omnia tunc præcipua fuêre.*

GRUTERUS.

3 *In quos multa Epigrammata, quo jocati.*] Sic & Pal. ſine eo *ſcripta*, quod in vulgg.

1 *De*

tissimum gubernavit, deletis Barbaris gentibus, deletis etiam plurimis tyrannorum, qui ejus temporibus extiterunt: [1] de quo dictum est ut Probus diceretur, etiamsi Probus nomine non fuisset. [2] Quem quidem multi ferunt [3] Sibyllinis libris fore promissum: qui si diutius fuisset, orbis terræ Barbaros non haberet. [4] Hæc ego in aliorum vita de Probo idcirco indidi, [5] ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret, [6] ne fatali

CASAUBONUS.

1 *De quo dictum est, ut Probus diceretur, c.*] Clarum est omissum aliquid. Lege, *de quo dictum est, dignum esse, ut Probus diceretur, etiamsi Probus nomine non fuisset.* hæc certe sententia est: sed adscripseritne auctor verba necessaria, an supplenda lectori omiserit, non possum affirmare. alludit autem ad Valeriani verba de Probo, *vere probo*, inquit: *quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen.*

3 *Sibyllinis libris fore promissum.*] Fore dixit pro fuisse. similes temporum ἐναλλαγὰς ante notabamus.

4 *Hæc ego in aliorum vita de Probo indidi, n.*] Unde illa, *idcirco indidi*? nam omnes membranæ, *credidi prælibanda.*

5 *Ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret, n.*] Lego, *ne si dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret in me, fatali necessitate absumptus, Probo indicto perirem.*

SALMASIUS.

1 *De quo dictum est, ut Probus diceretur, etiam si Probus nomine non fuisset.*] Ut pro *quod*: & *diceretur*, pro *dictus esset.* usitata temporum enallage istis auctoribus. valet igitur: *de quo dictum est, quod Probus diceretur*, (vel *dictus esset*,) *si Probus nomine non fuisset.* placet tamen eruditissimo Casaubono heic aliquid deesse. mihi non placet.

5 *Ne dies, hora, momentum, aliquid sibi vindicaret, ne fatali necessitate absumptus Probo indicto deperirem.*] Repone scripturam Palatini codicis, & vet. edit. *Hæc ego in aliorum vita de Probo indidi, ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret in me necessitate fatali, ac Probo indicto deperirem.* nulla enim littera minus aut amplius sic legunt. mirum est quantum, & heic & alibi toto hoc passim libello, & sequentibus, correctorum natio sibi licere voluerit, qua truncando, qua amplificando, & quibus non modis corrumpendo, pervertendoque veterem scripturam.

GRUTERUS.

1 *De quo dictum est ut Probus diceretur, etiamsi, &c.*] Hoc est, cui uno consensu populus imposuisset Probi nomen, si illud non prætulisset nomine.

2 *Quem quidem multi ferunt, etiam Sibyllinis libris promissum.*] Ita recte Pal. nam vulgg. *quem quidem multi ferunt Sibyllinis libris fore promissum.* quod ineptit.

4 *Hæc ego in aliorum vita de Probo credidi prælibanda.*] Est à scriptis universis: pro quo obtruserant nobis typographi: *De Probo idcirco indidi.*

5 *Ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret, ne fatali necessitate absumptus, Probo indicto deperirem.*] Nihil in his sani; nec multum saniora in Palat. *ne dies ora momentum aliquis sibi vindicaret in me, necessitate fatali, ac Probo indicto deperirem.* apparet tamen legendum: *ne si dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret in me necessitate fatali, Probo indicto deperirem.*

tali neceſſitate abſumptus Probo indicto deperirem.
[1] Nunc claudam volumen, ſatisfactum arbitrans ſtudio
4 & cupiditati meæ. Omina imperii Tacito hæc fuerunt: Fanaticus quidam in templo Sylvani tenſis membris exclamavit, [2] *Tacita purpura, tacita purpura.* ([3] idque ſeptimo) Quod quidem poſtea omini deputatum eſt. Vinum quo libaturus Tacitus fuerat [4] in templo Hercu-

SALMASIUS.

1 *Nunc claudam volumen ſatisfactum arbitrans,*] Unde hæc lectio emanarit, non poſſum dicere. ſed unde putamus, niſi ex correctorum officina? Palatin. in hac parte corruptiſſimus, ſcriptum præfert: *nunc qui interim ſtudio meo ſatisfactum arbitrans ſtudio ac cupiditati meæ.* prima editio, cujus auctorem ubique veſtigiis inhæſiſſe veteris lectionis perſpexi, ſic habet: *nunc quo Claudium volumen ſatisfactum arbitrans.* nec dubium eſt, quin illa præiverit recentioribus editoribus ad hanc, quæ nunc libros omnes occupat, lectionem: quam ne veram putare poſſimus, multa faciunt: ſed illud maxime, quod cum heic volumen claudere ſe dicat, minime tamen claudat, ſed multa ſubjiciat de ominibus & imperii & mortis quæ Tacito acciderunt, & alia quædam. deinde quod interjectis illis omnibus, poſtremo addit: *& quoniam me promiſi aliquas epiſtolas eſſe poſiturum quæ creato Tacito principe gaudia ſonatus oſtenderent, his additis finem ſcribendi faciam.* cum igitur ibi demum polliceatur ſe finem volumini clauſulamque facturum, cur heic alieniore loco idem promittit, & præ ſe fert? Quod ad verba ipſa Vopiſci attinet, non poſſum ea integra ex illis ruderibus Palatinæ ſcripturæ excitare: ſententiam ſane ipſius mentemque hanc apparet fuiſſe: *Hæc ego in alterum vita de Probo idcirco indidi, ne dies, hora, momentum, aliquid in me ſibi vindicarent neceſſitate fatali, ac Probo indicto deperirem. Nunc quando moriar, nihil curo, ſatisfactum arbitrans ſtudio & cupiditati meæ.* his aut ſimilibus verbis uſus erat hoc loco Vopiſcus. nam de ſententia, quin hæc ipſiſſima ejus fuerit, attentius conſideranti nihil dubitationis relinquetur.

3 *Idque ſeptimo.*] Ita conſtanter veteres omnes. quo magis miror Caſaubonum ex ſuis produxiſſe, *idque ſepties. Septimo* pro *ſepties* his auctoribus familiare eſt. Trebellius in Gallieno: *lavit ad diem ſeptimo: æſtate vel ſexto: hyeme ſecundo vel tertio.*

4 *In templo Herculis Fundani, ſubito purpureum factum eſt.*] Hinc colligas Fundana vina, quorum apud Plinium mentio, alba fuiſſe. nam vinum quo libaturus erat Tacitus in templo Herculis Fundani, ſubito purpureum factum eſt, hoc eſt ſanguineum. vulgo dicimus in idiomate noſtro, *clairet.* nam & clara purpura eſt, quam Græci ὀξεῖαν appellant. purpureus & ſanguineus color idem. Plinius inter vini colores, *ſanguineum* recenſet, atque is eſt quem diximus.

CASAUBONUS.

2 *Tacita purpura, tacita purpura: idque ſeptimo.*] Scripti: *Taciti purpuram: Taciti purpuram: idque ſepties.*

GRUTERUS.

2 *Taciti purpuram, Taciti purpuram.*] Sic bene mſſ Gallicani. nam Pal. accedit vulgatis, *Tacita purpura, tacita purpura:* in quo forſan idem ſenſus, ſed non tam evelatus.

1 *Viis*

Herculis Fundani, ſubito purpureum factum eſt. [1] Vitis quæ uvas Amineas albas ferebat, eo anno quo ille imperium meruit, [2] purpuraſcere plurima purpura cœpit. Mortis omina hæc fuerunt: Patris ſepulcrum diſruptis januis ſe aperuit: matris umbra ſe per diem & Tacito & Floriano velut viventis obtulit; nam diverſis patribus nati ferebantur: in larario dii omnes ſeu terræ motu, ſeu caſu aliquo conciderunt. [3] Imago Apollinis quæ ab his colebatur, [4] ex ſummo faſtigio

SALMASIUS.

1 *Vitis quæ uvas Amineas albas.*] Vetus ſcriptura: *Aminnias.* ita Græci A'μμίνειον οἶνον dicunt. Servius quoque ad locum poëtæ,

Sunt & Aminiæ vites ——

duplicem eam litteram agnoſcit: *Sane Aminnium dici verſus probat qui ſtare non poteſt, ſi Amineum dixerimus.* ita enim legenda Servii verba. *Aminnium* autem potius quam *Amineum* veteres ſcripſiſſe teſtes Grammatici, qui vinum illud dictum Aminium cenſent, quaſi ſine minio, hoc eſt rubore, quod album eſſet. hoc quidem verum eſt de Aminia alba. ſed in nigra qui poteſt verum eſſe? ſunt enim Aminniæ uvæ nigræ & albæ. ſic eluditur acumen Grammaticorum. & recte Vopiſcus hoc loco: *vitis quæ uvas Aminnias albas ferebat.* nam ſi Aminniæ nullæ niſi albæ, quid opus erat *albas* addere? ſic autem aliud genus vitis Taminiam dictam putabat Verrius, *quod tam rubra eſſet quam minium.* ſic enim apud Feſtum emendandum. quod neſcio an alii viderint.

2 *Purpuraſcere plurima purpura cæpit.*] Nonne ſatis erat dixiſſe, *purpuraſcere cæpit*, vel *purpureas attulit*? ſed correctores heic operam navarunt non bonam. ſic enim ſcriptum fuit in veteri libro, & prima editione: *purpuraſcere plurima purpurea facta ſunt.* quam diverſa ſcriptura? patet vel cæco aliquid deeſſe, præter vitium lectionis, quod emendare conati, vitio majore affecerunt. nos totum hunc locum ſic putamus ab auctore fuiſſe conceptum: *Vitis quæ uvas Aminias albas ferebat, eo anno quo ille imperium meruit, purpureas tulit: ſed & alia plurima purpurea facta ſunt.* Habes multa aliarum rerum exempla quæ purpureæ ſunt factæ & omini imperii reputatæ, in ſuperiorum imperatorum vitis.

CASAUBONUS.

3 *Imago Apollinis quæ ab his colebatur, ex ſ.*] Recte, *ab his*: & ita ſcripti: id eſt, à Tacito & Floriano: qui privata religione Apollinis hanc imaginem venerabantur. Referendum autem iſtud ad cubiculares imagines, de quibus notabamus ad ſecundum Suetonii, capite VII. eum igitur in cubiculo poſita eſſet hæc imago loco aliquo ſublimi ac celſo; reperta eſt poſtea in lecto collocata, ſine cujuſquam manu.

SALMASIUS.

4 *Ex ſummo faſtigio in lectulo poſita ſine cujuſpiam manu deprehenſa eſt.*] *Summum* heic *faſtigium*, locum aliquem celſum in cubiculo intelligi volunt, in quo illa imago poſita eſſet. ego de faſtigio potius domus intellexerim, in quo Deorum imagines & ſtatuas collocari moris erat, quemadmodum & in faſtigiis templorum locabantur. Spartianus in Peſcennio: *domus ejus hodie Romæ viſitur in qua ſimulacrum ejus in trichoro conſtituit.* ad

gio in lectulo posita [1] sine cujuspiam manu deprehensa est. [2] Sed hæc sunt quæ à plerisque dicuntur. Nos ad Probum & ad Probi gesta insignia revertemur. Et quoniam me promisi aliquas epistolas esse positurum quæ creato Tacito principe gaudia senatus ostenderent, his additis, finem scribendi faciam. Epistolæ publicæ. *Senatus amplissimus curiæ Carthaginensi S. D. Quod bonum, faustum, felix salutareque sit Reipublicæ or-*

quem locum vide quæ notamus. Victoriæ enim & Deorum imagines, & alia simulacra in fastigio domus ponebantur. quod abunde testatur hoc epigramma Antipatri, quod placet subjicere, ut & explicemus, & aliquot mendis, quibus scatet, purgemus. sic autem habet:

Τέσσαρες αἰωρεῦσι πανυπτερύγων ἐπὶ νώτων
Νίκαι ἰσηρίθμους υἱέας ἀθανάτων.
Ἁ μὲν Ἀθηναίαν πολεμαδόκον, ἁ δ᾽ Ἀφροδίταν,
Ἁ δὲ τὸν Ἀλκείδαν, ἁ δ᾽ ἀφόβητον Ἄρη.
Σεῖο κατ᾽ ἀστέροφον χαλκὸν τέγος, ἐς δὲ νέον
Οὐρανόν. ὦ Ῥώμας Γαῖε πάτρας ἔρυμα.
Θείη ἀνίκητον μὲν ὁ Βουφάγος, ἁ δέ γε Κύπρις
Εὔγαμον, ὠκύπτερον Παλλὰς, ἄτρεστον Ἄρης.

In fastigio domus illius Gaji quatuor Victoriæ privatæ, & quasi in cælum ascensuræ erant positæ. singulæ ferentes unum ex Diis illis qui in epigrammate memorantur. non igitur pictæ illæ Victoriæ in camera vel lacunari cubiculi, sed in fastigio domus ex gypso vel ære factæ. & perperam legunt & accipiunt interpretes ea verba, Σεῖο κατ᾽ ἀστέροφον χαλκὸν τέγος. quæ manifesto ita sunt disjungenda ut posuimus. χαλκὸν autem τέγος vocat, quod cælaturis & sculpturis domuum fastigia ornarentur, atque etiam auro pingerentur, sicut & templorum: ut videre est apud Plinium lib. xxxv cap. xii. Victorias vero & alia deorum simulacra, in fastigiis constitui solita, ita notum est ut pluribus probari non mereatur. Pausanias: τὰ δ᾽ ἐν τοῖς αἰετοῖς Ἡρακλῆς καὶ νίκαι ἐπὶ τοῖς πέρασιν εἰσιν. sic hæc imago Apollinis, quæ colebatur à Tacito & Floriano, in fastigio domus ipsorum erat constituta, & sine alicujus opera reperta est in lectulo posita. Sane ut omnia facias, non possis aliter *summum* hoc loco *fastigium* interpretari, quam de fastigio domus. de quo nos ad vitam Pescennii plura.

1 *Sine cujuspiam manu.*] Addit Palatinus: *sine hominis cujuspiam manu.*

2 *Sed hæc sunt quæ à plerisque dicuntur.*] Cur displicuit nasutis istis verus lectio quæ ita habebat: *sed quousque ultra progredimur? sunt à quibus ista dicuntur. Nos ad Probum & Probi gesta insignia referemur.* Profecto nihil habet, quod merito illos debuerit offendere. immo verissima est, & hoc loco reponenda. eamque etiam agnoscit editio prima, ne scripta tantum auctoritate niti videamur. illud vero *referemur* pro *revertemur*, eidem illi editioni debemus, etsi ut verum fateat, non plane damnandum sit, *revertemur*. nam de Probo jam aliquid supra prælibavit. quod forsasse non cogitabat, qui *referemur* nobis supposuit.

1 *Omnis*

ta orbique Rom. dandi jus imperii, appellandi principis,
nuncupandi Augusti, ad nos revertit. Ad nos igitur re-
ferte quæ magna sunt. [1] *Omnis provocatio præfecti urbis*
erit: quæ tamen à proconsulibus & ab ordinariis judici-
bus emerserit, in quo quidem etiam vestram in antiquum
statum redisse credimus dignitatem, siquidem primus
hic ordo est qui recipiendo vim suam, jus suum cæteris
servat. Alia epistola. *Senatus amplissimus curiæ Tre-*
virorum. Ut estis liberi & semper fuistis, lætari vos cre-
dimus. Creandi principis judicium ad senatum redit, si-
mul etiam præfecturæ urbanæ appellatio universa decreta
est. Eodem modo scriptum est Antiochensibus, Aqui-
leiensibus, Mediolanensibus, Alexandrinis, Thes-
salonicensibus, Corinthiis & Atheniensibus. Pri- 6
vatæ autem epistolæ hæ fuerunt. [2] *Autronio, justo*
patri, [3] *Autronius Tiberianus salutem.* [4] *Nunc te pater*
sancte interesse decuit senatui amplissimo, nunc senten-
tiam

1 *Omnis provocatio præfecti urbis erit.*] Corruptissime idem liber: *omnis provocatio quæ urbis erit.*

CASAUBONUS.

2 *Autronio, justo patri, A.*] Scribendum, *Autronio Justo patri, A.*

4 *Nunc te pater sancte int.*] Sic iterum mox, etiam in compellatione patrui: neque aliter membranæ. etsi videtur mirum. nam *sanctus pater* apud Virgilium manifestam caussam habet.

GRUTERUS.

3 *Autronius Tiberianus.*] Palat. *Tyrianus.*

SALMASIUS.

4 *Nunc te pater sancte.*] *Patrem & patruum sanctos* heic appellari non magis mihi mirum videtur, quam *virum sanctum* dici, pro viro probo & integro, & *sanctos mores*, & *sanctitudinem morum*. quæ loquendi genera passim apud scriptores etiam non Christianos reperire est. ac de imperatoribus quidem minus mirum est, quos *sanctos* & *sanctissimos* dominos multis horum auctorum locis videmus appellari. quis vero non miretur ita compellari milites ab imperatore? sic enim in concione Taciti ad milites: *At me, sanctissimi milites, primum vos qui scitis principes adprobare, &c.* sic infra in Firmo: *sanctissimi Quirites.* sic vitæ sanctimoniæ apud Capitolinum: *alter ita clarus nobilitate est, ut & morum lenitate reip. sit necessarius & vitæ sanctimonia, quam à prima ætate in studiis semper ac litteris tenuit.* Adde quod pater hoc nomine compellatur à filio. sanctam autem & reverendam patris personam filiis debere esse Jurisconsultus dicit. hinc *sancti principes*, qui populi patres, & patriæ. sic *sanctissimis parentibus, sanctissimo patrono, sanctissimo patri, sanctissimæ matri, sanctissimo socero, sanctissimæ socrui*, passim in veteribus inscriptionibus occurrunt.

tiam dicere, [1] quum tantum auctoritatis amplissimo ordini creverit ut revertat in antiquum statum Resp. & nos principes demus, [2] nos faciamus imperatores, nos denique nuncupemus Augustos. Fac igitur ut convalescas, Curiæ interfuturus antiquæ. [3] Nos recepimus jus proconsulare, redierunt ad præfectum urbis appellationes omnium potestatum & omnium dignitatum. Item alia. *[4] Claudius Capellianus [5] Cereio Metiano patruo S. [6] Obtinuimus pater sancte quod semper optavimus: in antiquum statum senatus revertit. Nos principes facimus, nostri ordinis sunt potestates. Gratias exercitui Romano & vere Romano: [7] reddidit nobis quam semper habuimus potestatem.*

Abji-

1 *Quum. tantum auctoritatis amplissimo ordini creverit.*] Non deterius Palatinus & edit. vet. *quum tantum auctoritas amplissimi ordinis creverit.* sequitur in iisdem libris: *ut revera in antiquum statum reip. nos principes demus.* cui lectioni possem suam & aptam expositionem reddere, nisi magis placeret vulgata.

2 *Nos faciamus imperatores, nos denique nuncupemus.*] Lege ex iisdem membranis: *Nos facimus imperatores, nos denique nuncupamus.* sic infra: *Nos principes facimus, nostri sunt ordinis potestates.* &, *imperatores damus. principes facimus.*

3 *Nos recepimus jus proconsulare.*] Habebat jus proconsulare senatus, quoties penes ipsum erat proconsules creandi potestas, & proconsulares provincias ordinandi. quam potestatem multi sibi vindicavere imperatores, qui populi provincias, haud minus quam suas ordinabant, & proconsules qui populi erant magistratus creabant. at boni principes hoc non fecere, qui jus illud proconsulare senatui remiserunt: inter quos Tacitus, ut ex hoc loco cognoscimus. & Probus, ut scribit Vopiscus infra: *Accepto igitur hoc S. C. secunda oratione, permisit patribus ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent, Proconsules crearent, legatos proconsulibus darent.* sic ex sententia senatus provincias proconsulares ordinavisse Alexandrum Severum narrat in ejus vita Spartianus.

4 *Claudius Capellianus.*] *Claudius Sapelianus.* ita vet. ed cum Palatino.

5 *Cereio Metiano.*] Idem: *Maciano.*

6 *Obtinuimus pater sancte.*] Mira constantia librorum legentium: *Optimus pater sancte.* aut valde fallor, aut legendum est: *obtinemus pater sancte quod dudum optavimus.*

CASAUBONUS.

4 *Claudius Capellianus Cereio Metiano p.*] Capellianus iste filius forrasse illius fuit, de quo in Gordianis Cerejam gentem Romanam hic solum legi. Cerelliam saepe. at regius eam vocem hic non agnoscit.

7 *Reddidit nobis quam semper habuimus potestatem.*] Probus Imperator in oratione prima ad senatum: *Vos estis mundi principes & semper fuistis & in vestris posteris eritis.*

GRUTERUS.

5 *Cereio Metiano patruo.*] Haud aliter Palatinus, nisi quod is *Meciano.*

1 *Con-*

Abjice Bajanos Puteolanosque secessus. Da te urbi, da te curiæ. Floret Roma, floret tota Resp. Imperatores damus, principes facimus: possumus & prohibere, qui cœpimus facere. Dictum sapienti sat est. Longum est omnes epistolas connectere, quas reperi, quas legi. Tantum illud dico, senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias cæderent, imagines frequenter aperirent, albati sederent, [1] convivia sum-

CASAUBONUS.

1 *Convivia sumptuosiora prævenirent.*] Sic lectio vetus: cum tamen postulare sententia videatur, vel *instruerent*, vel *præberent*, vel tale quid. Sed magis est, ut nihil mutemus, & aliis exemplis novæ dictionis, quæ in his auctoribus multa, istud adjiciamus. nam *convivia prævenire* dixit, pro ἀπαντᾶν πρὸ ὥρας, solito maturius adire. hæc sunt quæ vocabant tempestiva convivia, quod temporius adirentur, passim à scriptoribus reprehensa: sed cum voluptatis solum gratia celebratentur; non cum in festi diei honorem, aut ex occasione tanti gaudii quantum hoc fuit.

GRUTERUS.

1 *Convivia sumptuosiora prævenirent.*] Ita & Pal.

SALMASIUS.

1 *Convivia sumptuosiora prævenirent.*] Eleganter Vopiscus *convivia prævenire* dicit, ad quæ venitur hora solita matutius. ut fere moris erat in conviviis sumptuosioribus. Catullus:

Vos convivia sumptuosa lautè
De die facitis. —

ea enim tempestivius, & de die inibantur. de die autem fieri convivia dicebantur, quæ de meridie fiebant. tunc enim dies κατ' ἐξοχὴν sumitur pro meridie. ut *de mane* aliquid fieri dicebant, quod mane fiebat: sic *de die*, quod meridie. hinc Ciceronis dictum in homines gulæ & ventri deditos, *de die & in diem eos vivere.* corrigendus in hac re & loquutione Livius lib. xxv. *inde ubi id temporis visum, quo die epulatis jam, vinoque satiatis principium somni esset, signi unius milites ferre scalas jussit.* nihil illis corruptius. emenda: *inde ubi id temporis visum, quo de die epulatis, vini satias, principiumque somni esset.* quam lectionem partim conjecturæ nostræ, partim veteri libro qui Puteanorum est, acceptam refero. Sciendum est autem eos quos ibi de die epulatos scribit Livius, diem festum Dianæ egisse, & epulas tempestivas, ut festo die moris erat, celebravisse. quatum epularum tempori horam quintam, constitutam ferme fuisse video. Cicero in Pisonem: *Meministin cænum, cum ad te quinta ferme hora cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire involuto capite, soleatum?* inde est quod Cæcilianus quidam apud Martialem, ab ipso invitatus, ad quintam venerit, quæ stata erat hora convivii festi sumptuosique. Juvenalis:

— *jam nunc in balnea salva*
Fronte licet vadas, quamquam solida hora supersit
Ad sextam. —

Hora igitur quinta vel sexta epulari, hoc *de die epulari* vocabant, & convivia illud horæ agitata, tempestiva dicebantur, ut jam notum fecere pluribus eruditi viri. quorum nihil non est probandum præter illud, quod convivia *tempestiva* & *intempestiva* sic distinxerunt, ut tempestiva diurna fuerint, intempestiva autem nocturna. Atqui nunc doceo intempestiva convi-

convivia nulla extare in veterum libris, nisi vitio librariorum. ubicumque enim mentio fit intempestivorum, eam intempestive fieri putandum est, & tempestiva reponi debere. quid enim? an non tempestiva convivia, ut temporius iniri, sic & serius finiri de more fuit? adeo quidem, ut etiam in multam noctem protraherentur, & usque ad galli cantum. ita mos enim in istis festorum hominum dierumque epulis, & temporius discumbendi, & nonnisi multa jam nocte de convivio surgendi. & inde illis nomen à tempestiva commissione. locus Livii supra nobis allatus & emendatus: *inde ubi id temporis visum quo de die epulatis, vini satias principiumque somni esset.* quod tempus multum provectæ jam noctis fuisse colligi potest ex Livio. quo tempore, ut apud eumdem sequitur, *magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant aut semigraves potabant.* Silius de Campanis:

— medioque dierum
Regales epulæ, atque ortu convivia solis
Deprehensa. —

vides de die eos epulatos, oriente sole in eodem statu bonos propugnatores deprehensos. Cicero in Pisonem: *ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat, mensam tolli jubet.* à medio die, ad mediam noctem tracta, ea dicuntur tempestiva convivia. Suetonius de Nerone: *epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat.* falsa igitur viri doctissimi sententia existimantis convivium tempestivum, de diurno tantum debere intelligi. quod si verum esset, idem sane convivium & tempestivum & intempestivum simul recte diceretur. tempestivum quidem, quod temporius iniretur: intempestivum vero, quod in noctis intempestæ tempus protraheretur. nec dubium est, quin si ita acceperimus, convivium tempestivum & intempestivum idem sit. nam ex his quæ diximus satis constat dici noctem conjunxisse veteres in illis suis tempestivis epulis. sed tempestivum convivium dicendo, satis intelligitur intemperantes epulas eo nomine significari. non enim aliter agitabantur illa convivia quæ tempestiva dixere. *intemperantes epulas, & intemperantes perpotationes* apud Ciceronem sæpe dicuntur. utrumque igitur, & intemperantia & intempestiva etiam fuere illa tempestiva convivia. sed intempestiva nunquam dicta. quare emendandus Suetonius in Caligula: *Senatum populumque objurgavit edicto, quod Cæsare præliante intempestiva convivia, circum & theatra & amœnos secessus celebrarent.* nam *tempestiva convivia* ibi reponenda. sic apud Ciceronem pro Muræna, *tempestivi convivii* non *intempestivi* scribendum. & apud alios auctores quibuscunque locis habentur illa intempestiva, semper in convivia tempestiva mutanda sunt. si luberet argutias dicere de hac voce *intempestivum*, ostenderem inepte & improprie & plane intempestive conviviis eam adplicari, quantumvis nocturnis, & intempesta nocte agitari solitis. intempestive fieri, & intempestivum id esse dicitur quod importunum est & molestum. intempestiva convivia quomodo interpretaberis? an molesta & importuna? quibus? non opinor convivis qui illa agitant. utrum quod intempesta nocte celebrantur, & non sua hora fiant? quare non potius ea sic appellata sunt, quæ medio die celebrantur? non enim hæc erat hora solita conviviis. *intempestivum* autem id omne dici puto, quod non suo tempore agatur, sive citius sive serius id aggrediaris, sive noctu, sive interdiu. Ulterius progrederer, sed hæc non tanti sunt. jam tamen, ut puto, satis intelligis ex his quæ diximus, nullam nisi in vitio & intempestivam, usquam extare convivii intempestivi mentionem. imperiti enim librarii & correctores non peritiores cum in convivii tempestivi mentione viderent etiam memorari perpotationes in noctem usque productas, & per-

& pervigilandi libidinem, convenientius esse duxerunt convivia id genus, & illud horæ usurpata, intempestiva appellari quam tempestiva. cujus vocabuli rationem notionemque minime percipere poterant. Fallitur etiam idem vir doctissimus, cum scribit labente imperio moribusque nonam cœnæ haberi cœptam, quæ prius erat decima. nam illo ipso tempore, quo dixit, inclinantis reip. decima tantum hora vel etiam serius cœnabant homines actiosi, & in re sua vel publica occupati. Martialis lib. x. epigr. LXX.

Balnea post decimam lasso, centumque petuntur

Quadrantes. quando fiet amice liber?

& lib. VII. epigr. L.

Hanc licet à decima, neque enim satis ante vacabit,

Sollicites; capiet cœnula parva duos.

& lib. III. epigr. XXXVI.

Lassus ut in thermas decima vel serius hora

Te sequar Agrippæ, cum laver ipse Titi.

alia quamlibet multa possem exempla congerere hora decima lavantium cœnantiumque, hominum præsertim in officiis aliisve negotiis occupatorum. at Ciceronis etiam tempore, non minus quàm Martialis plerique omnes, & præcipue non valde negotiosi ab hora nona cœnam inibant. Philodemus quodam epigrammate nondum edito, Pisonem invitans ab hora nona eum adesse jubet.

Αὔριον εἰς λιτλὼ σε καλιάδα, φίλτατε Πείσων,

Ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφιλὴς ἕταρος,

Εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον —

ad quem locum nos plura, cum editionem illorum epigrammatum dabimus, jam diu promissam, & pridem paratam. Non prætermittendus autem error ejusdem illius viri, qui priscos illos Romanos sole occaso cibum sumpsisse observat. an quod ad vesperam eos cœnare consuevisse scribunt auctores? ita est. sic enim *vesperum* pro cœna positum Plauto legere est: & *de suo vesperi cœnare*. sic passim Grammatici cœnam, *vespertinum cibum* exponunt. veteres tamen illi cascique Romani non alia hora cœnabant, quam recentiores isti, quibus hora convivii sollemnis & legitima decima fuit. nec enim pro temporum diversitate, sed pro hominum conditione varia fuit hora cœnandi. stata quidem & legitima fuit decima, sed eam anticipabant, & præveniebant homines otiosi, & gulæ deditis at negotiosi actiosique καὶ ἀσχολοι vel in ipsa vel post eam, cœnam inibant, ad vesperam scilicet inclinato die. quod *labente die* dixit Virgilius:

Atque eadem labente die convivia quærit.

ubi notat Servius veteres prandiorum usum ignoravisse, & ad vesperam cœnavisse. non hoc ille voluit, quasi veteres ad vesperam cœnaverint, non etiam sui seculi homines: sed significat, veteres cum usum prandiorum ignorarent, & minime pranderent, nihilominus tamen ad vesperam usque impransos mansisse, nec maturius ac temporius cœnavisse, quam recentiores, qui prandebant. Statius horam cœnæ suo tempore *moriente die* fuisse indicat.

Ac moriente die rapuit me cœna beati

Vindicis.

quis vero ignorat Statii ætate horam cœnæ decimam fuisse legitimam? Horatii ævo non alia fuit. sic tamen ille scribit:

— vespertinumque pererro

Sæpe forum, assisto divinis, inde domum me

Ad porri & ciceris refero, laganique catinum

Cœna ministratur pueris tribus.

idem epist. VI. lib. I.

Gnavus mane forum, vespertinus pete tectum.

idem alibi:

Si vespertinus subito te oppresserit hospes.

nemo autem ignorat ætate Horatii horam

sumptuosiora prævenirent, antiquitatem sibi redditam crederent.

horam convivii nonam & decimam fuisse. Festus: *cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium; vesperna, quam nunc cœnam appellamus.* quæ vesperna veteribus, ea recentioribus cœna fuit. eadem autem utriusque hora, nempe vespera. Ex his omnibus satis constat frustraneam & nihili esse distinctionem quæ tempus cœnæ apud veteres, pro temporum diversitate diversum fuisse statuit, & primo quidem priscos Romanos ad vesperam cœnitavisse, postea ad decimam cœnari cœptum, deinde labentibus moribus ad nonam. nos unam eamdemque horam cœnæ semper fuisse Romanis, satis aperte, ut puto, demonstravimus, eamque non longe ab occasu solis. Sol enim post undecimam occidebat, & ante duodecimam, quæ ultima hora diei veteribus erat, postquam incipiebat prima noctis. nunquam autem in horologiis solariis ultra undecimam notatæ horæ. nam sol ad duodecimam non perveniebat. igitur qui post decimam cœnabant, una hora fere solis occasum præcipiebant. hinc Antoninus Philosophus, qui studiosissimus corporis curandi erat, & diligens horarum observator, longis diebus quidem occidente sole circa corporis curam versabatur, ungendo, lavando & cœnando; longissimis vero, nona aut decima. Narrat Galenus lib. VI. ὑγιεινῶν: ὁ γοῦν ὧν ἴσμεν αὐτοκρατόρων ἐποίησατο τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἀφικόμενος Ἀντωνῖνος ἐν ταῖς μακραῖς ἡμέραις ἡλίου δυόντος εἰς τὴν παλαίστραν παραγίνεται· κατὰ δὲ τὰς μικρὰς ὥρας θ', ἢ τὸ πλεῖστον ι'. at Martialis legitimam palæstræ horam facit octavam:

— *nitidis octava palæstris.*

eadem & hora balnei: sed quam pro libidine sua, aut negotiorum necessitate modo anticipabant veteres, modo, ut cum Mamertino loquar, postcipabant. de quo nos alibi accurate. sed priusquam hinc abeo, non omittam monere, de errore doctissimi viri, qui *de die potare* apud Plautum interpretatur, *à prima luce potare.* quod confirmat testimonio Horatii:

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

scilicet ut tunc temporis surgant latrones ad homines jugulandos, quo nondum homines dormiunt. quod est ridiculum. *de die*, est *de medio die*, ut supra explicavimus. sic *de nocte*, pro, *de media nocte* dicebant. tunc enim maxime nox aut dies esse intelligitur, quum media sunt.

FLAVII

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

[1] PROBUS.

CERTUM est quod Sallustius Crispus, [2] quod- 1
que [3] M. Cato & Gellius historici sententiæ modo in literas retulerunt, *Omnes omnium virtutes tantas esse quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuscujusque facta descripserint.* Inde esse quod Alexander Magnus Macedo, quum ad Achillis sepulcrum venisset, graviter ingemiscens, *Felicem te*, inquit, *juve-*

CASAUBONUS.

1 PROBVS.] Infra nominatur, Aurelius Valerius Probus: in nummis, AVRELIVS PROBVS. apud Lampridium in Alexandro Severo mentio fit de Aurelio Probo baphiis præposito: qui ex eadem gente, ut puto, erat onus.

3 *M. Cato & Gellius historicæ sententiæ modo in literas retulerunt.*] Noli quærere *historica sententia* quid sit: nam scribendum, *historici.* ὅπερ *N.* οἱ ἱςορικοὶ γνωμικῶς ἀπεφθέγξαντο. Liber regius hoc principium ita exhibet: *Certum est quod Sallustius Crispus, M. Cato, Agellius quoque sententiæ modo in litteras retulerunt.* extatque etiam in uno Puteani nomen *Agellius*: quod vix probo tamen. nam Cneum Gellium arbitror intelligi à Vopisco, veterem historicum, cujus Annales laudant passim veteres.

SALMASIUS.

1 PROBVS.] Putant doctissimi viri hunc Probum imperatorem ex gente fuisse illius Aurelii Probi, cujus meminit Spartianus, in Alexandro Severo, quem baphiis præpositum fuisse dicit. ego vero non puto. nam Vopiscus infra scribit, patrem imperatoris Probi ignobilem fuisse, nomine Maximum, è Pannonia oriundum, & usque ad tribunatum pervenisse. non gente igitur aliqua magna, aut affinitate fuit Probus, ut idem Vopiscus dicit, qui non omisisset id inter Probi decora numerare, si ex vetere familia eum scivisset esse, aut Romana. Nec quemquam debet inducere illud Aurelii nomen. scimus enim plerosque novos homines, qui ad imperium conscenderunt, nomina & prænomina nobilium Romanorum libenter & licenter adsumpsisse: quorum multos video in hoc Aurelii nomine adsciscendo fuisse propensiores. sic Claudius, secundum quosdam, Aurelius Claudius dictus est. sic Aurelius Carus. Aurelius Carinus. Aurelius Numerianus. Aurelius Diocletianus. Aurelius Maximianus. denique in illis mediis imperatoribus plures Aurelios & Valerios reperias appellatos, quam alio quovis nomine. sed & utroque nomine appellabantur, Aurelii Valerii.

2 *Quodque M. Cato & Gellius historicæ sententia modo.*] Recte *Historici* repositum Casaubono. sic enim vet. ed. & Palatinus.

GRUTERUS.

2 *Quodque Marcus Cato, & Gellius historici, sententia, &c.*] Ita Pal. noster, editi, *historicæ sententiæ.*

3 *Quæ-*

juvenis, qui talem præconem tuarum virtutum reperisti: Homerum intelligi volens, qui Achillem tantum in virtutum studio finxit, quantum ipse valebat ingenio. [1]Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras. Probum principem, cujus imperio Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio, [2]omnesque orbis partes[3] in totam securitatem redactæ sunt, scriptorum inopia jam pene nescimus. Occidit, prô pudor! tanti viri & talis historia qualem non habent bella Punica, non terror Gallicus, non motus Pontici, non Hispaniensis astutia. Sed non patiar ego ille, à quo dudum solus

CASAUBONUS.

1 *Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortaßis requiras, Prob.*] Ante ista verba collocandæ sunt aliquot periodi, quæ paullo post alieno loco habentur. sunt autem hæ:

CN. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum majestate sublimem, quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius, & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem Africanum, imo Scipiones omnes, seu Lucios seu Nasicas, nonne tenebræ possiderent, ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Longum est omnia persequi, quæ ad exemplum hujuscemodi etiam nobis tacentibus usurpanda sunt. hæc verba omnino subjicienda erant iis quæ de Alexandro M. dicit auctor. quare necessario retrahenda sunt in hunc locum: nam ineptissime & nullo prorsus judicio eo translata sunt ubi hodie habentur. quod quia per se confidimus esse clarissimum, pluribus demonstrare supersedebimus: neque enim verbis opus, cum res clamet ipsa. Porro quos hic Scipiones Lucios appellet nescio: ac mihi hæc vox de menda vehementer suspecta Scipiones enim multos scimus prænomine sic dictos: at pro cognomine hic videtur ab auctore poni. qui error absurdior est, quam ut videatur potuisse in tam elegantem scriptorem cadere. sic tamen omnes scripti itaque de hoc loco ad doctorum senatum referimus.

2 *Omnesque orbis partes in totam securitatem redactæ sunt.*] *Tota securitas*, ut *tota libertas*, apud Hieronymum sæpe. ut in Ezechielem libro quarto: *qui tota frontis libertate delinquit.* & in proœmio libri XII. *illud in explanatione templi tota libertate denuntio.* sic, *tota libertate blasphemare* in invectiva adversus Vigilantium. ubi perperam editum *liberalitate.* nam ita passim doctissimus ille pater.

SALMASIUS.

1 *Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortaßis requiras*] Pal. *mi Celsi ne fortassis requieis.* scribe: *mi Celsine fortaßis requiris.* Clodius Celsinus memoratur Spartiano in Severo. Vopiscus quoque supra in Aureliano Celsini cujusdam meminit, qui Diocletiani consiliarius fuisse perhibetur.

3 *In totam securitatem redactæ sunt.*] Ammianum Marcellinum in hoc loquendi genere corrigo lib. XV. *& perlato nuncio repentino, docente rem insperatam & arduam, ad sententiam tota facilitate complectam.* vulgo leg.. *ad sententiam totam.* corrupte. sic *tota maturitate aliquid fieri.* Cod. Theod. *Doctores Apollinariorum tota maturitate præcipimus ex ædibus cara nobis abscedere civitatis.*

1 Neque

solus Aurelianus est expetitus, cujus vitam quantum potui persequutus, Tacito Florianoque jam scriptis, non me ad Probi facta conscendere: si vita suppetet, omnes qui supersunt usque ad Maximianum Diocletianumque dicturus. [1] Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor, sed res gestas, quas perire non patior. Usus autem sum, ne in aliquo fallam 2
charissimam mihi familiaritatem tuam, præcipue [2] libris ex bibliotheca Ulpia [3] ætate mea thermis Diocletianis, [4] item ex domo Tiberiana. [5] Usus etiam ex regestis scribarum porticus Porphyreticæ, actis etiam senatus ac populi. Et quoniam me ad colligenda talis

viri

1 *Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor.*] *Facultas* heic pro dicendi facultate, ut apud Spartianum in Hadriano: *fuit memoriæ ingentis, facultatis immensæ: nam & ipse orationes dictavit, & ad omnia respondit.* ubi vide quæ notavimus.

3 *Ætate mea thermis Diocletianis.*] Doctissimo viro magis placet legi: *Thermis Diocletiani* sed cur displicuit *Diocletianis*? sic enim passim eas appellant omnes auctores, *thermas Diocletianas* pro Diocletiani. Græcis quoque Διοκλητιανάς. ut in excerptis Olympiodori: αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ ἴσχυς δὲ πλάσιους. & sic etiam in veteribus inscriptionibus vocantur. *Diocletianæ*, inquam, pro *Diocletianinæ*. sic *argenteos Valerianos* supra habemus. & infra: *argenteos Aurelianos*.

5 *Usus etiam ex regestis.*] Invasit *ex* in hunc locum ex frequenti repetitione superiorum locorum *ex Bibliotheca Ulpia, ex domo Tiberiana. Regestis* autem, non *registris*, heic nostri libri agnoscunt, qui hac etiam in parte meliores, quam quibus usus est Casaubonus. de regestis & digestis nos alibi. Glossæ nomicæ: ῥεγεστά, ἀπογραφή.

CASAUBONUS.

2 *Libris ex bibliotheca Ulpia ætate mea thermis Diocletianis.*] Melius, *Diocletiani*. ita regius. eo fuerant libri bibliothecæ Ulpiæ sive Trajani translati ab ambitioso principe, ut thermarum suarum operi novo celebritatem conciliaret. ubi prius fuerit non docent veteres: sed erat sine dubio annexa alicui nobiliorum Trajani operum.

4 *Item ex domo Tiberiana.*] Scripti, *Numeriana*. vitiose. nam eo nomine bibliotheca fuit nulla, cujus quidem extet hodie memoria de Tiberianæ vero domus bibliotheca mentionem facit A. Gellius lib. XIII. cap. XVIII. Scimus tamen plurium & nomina & memoriam intercidisse, cum XXIX. fuisse scribit Victor.

5 *Usus etiam ex regestis scribarum porticus porphyreticæ.*] Scripti, *ex registris*. sed τὸ *ex* inducendum. deinde non ferenda vox barbara *registrum*. nam & analogia & usus *regestum* dici postulant. ita recte scriptum hoc nomen aliquot locis utriusque Codicis Theodosii ac Justiniani. Anastasius de vitis pontificum in Nicolao primo: *sicut in epistolis regesto ipsius præsulis continentur insertis*.

GRUTERUS.

5 *Usus etiam ex regestis.*] Sic & Pal. vacare tamen illud *ex*, cuilibet apparet.

6 Cu.

viri gesta ephemeris Turduli Gallicani plurimum juvit, viri honestissimi ac sincerissimi, beneficium amici senis tacere non debui. [1] Cn. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum gestarum majestate sublimem, quis tandem nosset nisi eum M. Tullius & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem Africanum, [2] imo Scipiones omnes, seu Lucios, seu Nasicas, nonne tenebræ possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Longum est omnia persequi quæ ad exemplum hujuscemodi etiam nobis tacentibus usurpanda sunt. [3] Illud tantum contestatum volo, me & rem scripsisse, [4] quam siquis voluerit honestius, [5] eloquio

SALMASIUS.

1 *Cn. Pompejum tribus fulgentem triumphis.*] Sequentes periodos aliquot hoc loco tanquam non suo deturbat vir doctus, & ante illa verba collocat quæ superius habentur: *Quorsum hæc pertineant mi Celse fortassis requiris.* ego non negem melius & commodius ibi legi posse. sed libri omnes contra stant, & eas isto loco tuentur. præterea quis non novit negligentiam & supinitatem istorum in scribendo auctorum: qui non præter solitum leves, huc & illuc incerti vagantur & volitant, & eo importune redeundo unde sunt digressi, omnia miscent & perturbant? nihil igitur mutamus.

GRUTERUS.

1 *Cnæum Pompejum, &c.*] Isthæc cum sequentibus non sunt posita suo loco. debebant collocari capite primo. sed aliter visum fuit manuscriptis codicibus, à quibus seorsim ire, etiamsi libeat, nescio an liceat.

2 *Immo Scipiones omnes seu Lucios seu Nasicas.*] Nihil variat Pal. quam quod habeat, *Lucius*.

3 *Illud tantum contestatum volo.*] Ita quoque Pal. non *tamen* ut alii mss.

CASAUBONUS.

3 *Illud tantum contestatum volo, me & rem scripsisse, q.*] Regius non *tantum* sed *tamen*: quod sæpissime παρέλκειν in hoc auctore constat. Dele *&* ante *rem*: ac distingue: *me rem scripsisse, quam, si quis voluerit, honestius eloquio celsiore demonstret.* Pollio in extremo libro de triginta tyrannis: *neque ego eloquentiam videor pollicitus esse, sed rem.* vide extremo Carino.

SALMASIUS.

4 *Quam si quis voluerit honestius.*] *Honeste scribere*, est eleganter, & diserte scribere. hinc apud Grammaticos, *honesta elocutio*, est καλὴ φράσις, vel καλὴ λέξις. Nonii Marcelli liber est, *De honestis & nove veterum dictis.* hoc est περὶ τῶν κεκαλλιγραφημένων καὶ καινοτομημένων παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέξεων. vel potius: περὶ καλῶν καὶ καινῶν λέξεων. apud eumdem Marcellum, *honesta vestis* opponitur squallidæ, & obsoletæ. *honestus vir* est pulcher. hinc *honestum caput*, & *pectus honestum* apud poëtam pro decoro: & *honor* pro pulchritudine.

5 *Eloquio celsiore demonstret.*] Celsum & honestum eloquium junctim heic ponit.

quio celsiore demonstret. Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum & temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, [1] Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæterosque qui hæc & talia non tam diserte quam vere memoriæ tradiderunt. [2] Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non pos-

ponit. utrumque opponitur sermoni pedestri & humili apud hos auctores. sic apud Longinum τὸ κάλλος καὶ τὸ ὕψος junctim ponuntur. ὅθεν ἐπιφορὸν εἰς συνθέσεως κατέστη (ἐν τῷ τι κάλλη τῆς ἑρμηνείας καὶ τὰ ὕψη, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί. *altus sermo* dicitur Servio in primum Æneid. *est autem stilus grandiloquus qui constat alto sermone, magnisque sententiis.* vulgo, *altero.* perperam. vide quæ supra nobis notata sunt.

1 *Julium Capitolinum, Ælium Lampridium.*] Operæ pretium est heic quærere cur in hac auctorum recensione Ælium Spartianum prætererit Vopiscus? sane non debuit omitti. unus enim est de nobilissimis scriptoribus historiæ Augustæ. quid igitur dicendum? an Lampridium & Spartianum eumdem fuisse? fere vincor ut hoc ita esse credam. nam in superioribus animadversionibus demonstravimus, omnes vitas Augustorum ab Hadriano usque ad Maximinos unius esse Spartiani; contra librorum vulgarium consensum, qui partem Ælio Lampridio adscribunt, partem Ælio Spartiano. videndum ergo num Ælius Lampridius Spartianus, hic auctor dictus fuerit. nec novum est, ut in pluribus & diversis auctorum nominibus, modo hoc, modo illo citentur.

GRVTERVS.

2 *Sum enim unus ex curiosis quod infinita scire non possum.*] Nihil divertit ab hac lectione Palatinus. & bene habet. Curiosi enim omnia scire volunt, sed non etiam est qui eos omnia doceat. videatur Spartiani Hadrianus cap. 16. circa finem.

CASAUBONUS.

2 *Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non possum, &c.*] Absurda lectio. scribendum enim *nescire.* caussam affert cur ad has vitas scribendas accesserit, cum fateatur se parum à dicendi facultate instructum: ait vero se ut hoc opus susciperet, & proprio studio historiæ noscendæ fuisse impulsum; & hortatu amicorum, ejus maxime cui hunc librum mittit: nam illi cum essent viri doctissimi, cupiditate plura sciendi, auctores videntur fuisse Vopisco, ut Aureliani vitæ quam solam initio susceperat, reliquas adjiceret. Vox *curiosus* non semper in malam partem accipitur. infra in extremo Carino: *habe mi amice meum munus: quod ego, ut sæpe dixi, non eloquentiæ caussa, sed curiositatis in lumen edidi.* nihil aliud hic *curiosus* nisi φιλομαθὴς, & *curiositas*, φιλομάθεια, ac sitis addiscendi semper aliquid. sic initio elegantissimi libri Tertulliani De testimonio animæ: *Magna curiositate & majore longe memoria opus est ad studendum.* Iterum Vopiscus in Aureliano: *Frivola hæc fortassis cuipiam & nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat.* Sic accipiunt & Græci interdum vocem [...]ειργίαν. ut Aristeas scriptor antiquissi-

possum, incendentibus vobis, qui quum multa sciatis, scire multo plura cupitis. & ne diutius ea quæ ad meum consilium pertinent loquar, [1] magnum & præclarum principem & qualem historia nostra non novit, arripiam.

3 PROBUS oriundus è Pannonia, civitate Sirmiensi, nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, [2] tam privatus quam

quissimus, extremo libello compellans suum Philocratem. τέρπειν οἴομαί σε τοιοῦτα, ἢ τὰ τῶν μυθολόγων βιβλία. νενόμικας γὰρ αὐτὸς περιεργίαν, καὶ ἐν τούτοις τὸ πλεῖστα χρόνον διατελεῖς. Martianus Capella Philologiæ pedissequam facit Periergiam. Si quis vulgatam lectionem velit tueri, sic erit exponenda, ut ideo se dicat curiosum ac φιλομαθῆ, quia infinita nesciat. priorem sententiam malo.

SALMASIUS.

2 *Sum enim unus ex curiosis, quod infinita nescire non possum.*] Suspectam hanc lectionem habuerunt viri docti: ego suspectiorem habeo ab ipsis repositam, atque etiam falsiorem: *sum enim unus ex curiosis, quod infinita nescire non possunt.* nam qui etiam minime curiosi sunt, tamen infinita nescire non possunt. si quid mutandum, mallem: *sum enim unus ex curiosis, quod infinita sciri non possunt, incendentibus vobis, qui dum multa sciatis, scire multo plura cupitis.* hoc sensu: infinita sunt in hominum vita quæ nesciuntur, & ignota sunt; de rebus gestis præsertim magnorum principum. vos qui multa cum sciatis, plura tamen scire cupitis, ad ea curiose & diligenter conscribenda me estis hortati. quod nunc facio scilicet, qui unus sum ex curiosis, ut infinita quæ de imperatoribus eorumque rebus gestis ignorantur, afferam memoriæ, & in medium producam. *Curiosus* autem is est apud hos auctores, qui res fideliter, & cum magna diligentia litteris commendat, & minima maximaque describit, ut nihil eorum possint ignorare homines, quæ ad principum vitam & res gestas pertinent. hac mente dixit in fine Carini, sese *curiositatis causa*, non eloquentiæ, hoc opus in lucem edidisse. sic in fine Bonosi: *hæc me legisse teneo de Bonoso, & potui quidem horum vitam præterire quos nemo quærebat. attamen ne quid fidei deesset, etiam de iis quæ didiceram intimanda curavi. Curiosus* igitur scriptor est πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ, qui omnia quæ novit diligenter perscribit. sic πολυπραγμοσύνη, Græcis aliquando accipitur. & πολυπράγμων pro multiscio, & diligenti rerum indagatore. Interpres Theocriti: ὁ μὲν Θεόκριτός φησι φυτὸν εἶναι τὸ ἱππομανές· οἱ δὲ περιττοὶ καὶ πολυπράγμονες οὔ φασι φυτὸν εἶναι, ἀλλὰ τοὺς ἀπογεννωμένους πώλους ἔχειν τι σαρκίον φυόμενον ἐπὶ τοῦ μετώπου γλοιῶδες. sic patrum nostrorum ævo *curiosus* pro multarum rerum perito dicebatur. ita enim habet vetus quædam præfatio Romanensi, ut vocant, lingua conscripta, & versioni Aristotelici cujusdam operis præfixa: *ices[t] livre compassa Aristotes qui li plus sust soutiex des Philosophes, & ce fist a la requeste le Roi Alixandre.* sed & aliis locis *soicieux*, hoc est *curiosum*, pro docto & litterarum studioso usurpat.

CASAUBONUS.

1 *Magnum & præclarum principem arripiam*] Infra in Firmo: *Livius & Sallustius tacent res leves de iis quorum vitas scribendas arripuerint.* sic alii.

SALMASIUS.

2 *Tam privatus quam imperator nobilissimis virtutibus claruit.*] Minus mihi pla-

quam imperator nobilissimis virtutibus claruit. Probo, ut quidam in literas retulerunt, pater nomine Maximus fuit: qui quum ordines honestissime duxisset, tribunatum adeptus, apud Ægyptum vita functus est, uxore ac filio & filia derelictis. Multi dicunt Probum Claudii propinquum fuisse, optimi & sanctissimi principis: quod quia per unum tantum Græcorum relatum est, nos in medio relinquemus. Unum tamen dico quod in ephemeride legisse me memini, à Claudia sorore Probum sepultum. Adolescens Probus corporis moribus tam clarus est factus, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet. Extat epistola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adolescentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem unquam pervenisse ad virtutum summam jam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset. Epistola Valeriani. 4

Valerianus pater Gallieno filio, Augustus Augusto. Et meum sequutus judicium, quod semper de Probo adolescente primo habui, & omnium bonorum qui eundem sui nominis virum dicunt, tribunatum in eum contuli, datis sex cohortibus Saracenis, creditis etiam auxiliaribus Gallis cum ea Persarum manu [1] quam nobis Artabasses Syrus mancipavit. Te quæso, fili charissime, ut

placent hoc loco istæ *nobilissimæ virtutes*. itaque malim quod in vetere libro est: *tam privatus quam imperator nobilissimus virtutibus claruit.* qui genere non sunt, plerumque virtutibus sunt nobiles & clari. sic infra de eodem: *Adolescens Probus corporis moribus tam clarus factus est, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet.* & paulo post: *ex quo apparet neminem unquam pervenisse ad virtutum summam, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset.* hinc ergo dicit Probum & privatum & imperatorem virtutibus nobilissimum & clarissimum extitisse.

1 *Quam nobis Artabasses Syrus mancipavit.*] *Artabassis Syrius.* Pal. *Syrius* pro *Syrus.* quod & alibi notavimus. *Artabassis* est Ἀρταβάσσης. sic enim scribebant. sic *lyristis* apud Sidonium Apollinarem;

Alcæo melior lyristis ipso.

hoc est λυριστής. perperam vulgo, *lyristes*. & in vetere Epigrammate:

Hunc ludum inventor nimium Palamedis amavit.

Παλαμήδης. sed hæc alias.

[1] *eum juvenem quem imitari pueris omnibus volo, in tanto habeas honore* [2] *quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.* Alia epistola de eodem ad præf. præt. cum salario *Valerianus Augustus Mulvio Gallicano præfecto prætorii.* [3] *Miraris fortassis,* *quod ego imberbem tribunum fecerim* [4] *contra constitutum divi Adriani. Sed non multum miraberis* [5] *si Probum cogitas* [6] *adolescentem vere probum.* [7] *Nunquam enim aliud mihi, quum eum cogito, nomen occurrit.* [8] *Quod nisi nomen*

CASAUBONUS.

1 *Eum juvenem quem imitari pueris omnibus volo.*] *Imitari* παθητικῶς, pro ad imitandum propositum esse omnibus.

2 *Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.*] Quid appellat *mentis splendorem?* viderint alii quomodo ista sint interpretaturi. ego *mentis* pro *meritis* suspicor esse scriptum: ac totum illud *pro debito meritis splendore*, interpretamentum esse eorum verborum quibus sunt inserta.

GRUTERUS.

3 *Miraris fortassis.*] Palat. *Mireris.*

4 *Contra constitutum Divi Hadriani.*] Palat. *constantiam divi.* forte *contra sententiam.*

6 *Adolescentem vere probum.*] Pal. *& adolescens vere Probus.* an fuit? *est adolescens vere probus.*

7 *Nunquam enim aliud mihi, cum eum cogito, nisi nomen occurrit.*] Restitui huic sententiæ suum decus; additâ è Pal. vocula *nisi*, quæ pessime aberat vulgatis.

SALMASIUS.

2 *Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.*] Hæc verba, *pro debito mentis splendore*, glossamenti vicem insulta putat Casaubonus. cui libens assentirer, si modo veteres adstipularentur libri: vel nisi scirem alias multas & magis ξενιζούσας locutiones in his auctoribus reperiri, & illo tempore usitatas fuisse, quo linguæ puritas retro sublapsa referri incipiebat, & in barbariem jam inclinabat. *mentis* igitur *splendorem* heic vocat, animi generositatem & virtutem, qua splendebat Probus. idem Valerianus de eodem Probo in epistola quadam infra: *sed ego in te non expecto ætatem, quum & virtutibus fulgeas & moribus polleas.* sic splendorem usurpavit in Macriano Juniore Trebell. *matre nobili, patre tantum forti, & ad bellum parato, atque ab ultima militia in ultimum perveniente ducatum, splendore sublimi.* obstare tamen videtur huic interpretationi vox *debito.* nam si ita legeretur, *pro mentis splendore*, minus esset dubitationis. ita enim sæpe loquitur, ut infra: *te manet pro virtutibus tuis palmata.* nihil tamen mutandum puto.

4 *Contra constitutum Divi Hadriani.*] Palat. habet, *constantiam divi Hadriani.* an legendum, *contra sententiam?* sic sane suadet illa scriptura.

5 *Si Probum cogitas adolescentem vere Probus.*] Nonnihil etiam heic dissentit ab edita, Palatini scriptura sic legens: *si Probum cogitas & adolescens vero probus.* ex qua pronum est facere: *sed non multum miraberis si Probum cogitas. est adolescens vere probus.* non tamen damno vulgatam.

8 *Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen.*] Commendabatur hic Probus à probitate. nam sic supra de eo loquitur: *Adolescens Probus corporis moribus tam clarus est factus, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet.*

nomen haberet, potuit habere cognomen. Huic igitur dari jubebis (quoniam mediocris fortuna est) ut ejus dignitas incrementis juvetur, [1] tunicas russulas duas, [2] pallia Gallica duo fibulata, [3] interulas paragaudias duas, [4] patinam

ret. respiciebat nempe Vopiscus, cum illa scriberet, ad hæc verba epistolæ Valeriani, quibus Probo imberbi tribunatum defert, & eum maxime à probitate commendat. nullam enim aliam quam hanc causam adfert Valerianus, quare ei Tribunatum imberbi detulerit. sed dignum quæri est, cur *corporis moribus* eum clarum factum dixerit Vopiscus? aliæ sunt corporis, aliæ dotes animi. mores sunt animi non corporis. quid appellat igitur, mores corporis? legendum: *Adolescens Probus probis moribus tam clarus factus est*. quod sine dubio verum est. sic enim semper de Probo in hac vita leges. *Probus vere probus. Probus adolescens nominis sui*. quod miror non vidisse doctissimum virum.

CASAUBONUS.

1 *Tunicas rufulas duas*.] Scripti, *russulas*, ut alibi.

4 *Patinam argenteam librarum decem specillatam*.] Hæc valde sunt depravata in regio. nam pro *specillatam* certa sunt vestigia vocis *tessellatam*. sciunt omnes quid sit tessellatio: sed in cælatura tessellationem nullam apud veteres invenio. nihil igitur muto. quemadmodum filicata opera quæ ad filicis herbæ speciem essent celata, dixerunt: sic ab eadem mente corymbiata, specillata, & alia id genus.

GRUTERUS.

1 *Tunicas rufulas duas*.] Pal. *russulas*, ut & alibi.

3 *Interulas paragaudias duas*.] Palat. *integrulas*.

4 *Patinam specillatam*.] Sic & Palat. nisi quod is *specellatam*.

SALMASIUS.

1 *Tunicas rufulas duas*.] Scribe, *russulas*, ex libris. nam *russum*, *russeum*, & *russulum* dicebant, ut supra notabamus.

2 *Pallia Gallica duo fibulata*.] Pallia fibulata Vopisco sunt, vel Valeriano potius, quas sagochlamydes idem vocavit in vita Claudii, epistola ad Zosimionem. nam ibidem Valerianus Claudio Tribuno dandas mandat, *tunicas russas, militares annuas duas, & sagochlamydes duas*. sic hoc loco idem dari vult Probo itidem Tribuno à se facto, *tunicas russulas duas, & pallia Gallica duo fibulata*. & hoc videtur legitimum fuisse vestiarium quod dabatur Tribunis. *sagochlamys* igitur & *pallium fibulatum* res eadem. sagochlamys enim dicta est, chlamys ad sagi Gallici modum facta, vel potius ex utroque composita, sago nempe & chlamyde. chlamys erat quidem undantior & profusior sago, & fibula stringebatur. sagum autem adstrictius & brevius. temperatum igitur ex utraque forma vestimentum, sagochlamys quæ dicitur. pallium fibulatum dixit pro eodem hoc loco Valerianus. pallium non simpliciter dixit, sed pallium fibulatum, quod pallia vulgo non essent fibulata, ut nec saga. unde in Regilliano Claudius ita scribit, *arcus Sarmaticos, & duo saga nobis ad me mittas, sed fibulatoria*. Varro virgula divina: *Quum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret*. pallia etiam laxiora & longiora sagis, unde pallia fibulata sagochlamydes istæ vocabantur, sed & pallia pro chlamydibus dixit idem Valerianus ad Aurelianum: *tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo*. nam ibi *pallia proconsularia*, sunt proconsulares chlamydes. Verum hæc alibi fusius & enucleatius. satis hic nobis ostendisse, pallia fibulata, & sagochlamydes eamdem fuisse vestem.

4 *Patinam argenteam librarum decem specillatam*.] Melius scripseris ex libro

tinam argenteam librarum decem specillatam, [1] *aureos Anto-*

Palat, & vetere item editione, *specellatam.* nec aliter videntur habuisse libri Casauboni. *specellum* ἐνωπικοειδὲς à speculo. parvum nempe speculum. sic *vascellum* à vasculo. *locellus* à loculo, & similia. *specellata* autem *patina* à genere celaturæ dicta, quod intus habeset crebra exsculpta specula vel specella. Plinius lib. XXXIII. cap IX. *quinetiam pocula ita figurantur excalptis intus crebris ceu speculis, ut vel uno intuente populus totidem imaginum fiat.* hinc non dubium est patinam appellari *specellatam*, vel *speculatam*, quæ ad eum modum figurata esset, ut specula varia cælo expressa haberet intus ad reddendas plures imagines. in Claudio varia argumenta cælaturæ argenti notavimus, *corymbiata*, *pampinata*, *hederata* & *halieutica*. halieuticum scilicet boletar, in quo piscatio insculpta sic Plinius meminit scyphorum in quibus venatio à Mentore fuit cælata, quos scyphos thereuticos dici nihil vetat. Sed hæc alias pluribus.

1 *Aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia.*] Hoc annuum videtur fuisse ac legitimum tribunorum stipendium. Hoc est ducenti & quadraginta aurei, vel quod idem est, viginti aurei menstrui. nam hanc summam efficiunt, aurei centum, argentei mille, & ærei decem millia. per æreos autem intelligit sestertios; per argenteos, denarios. centum vero ærei unum aureum reddebant, centum argentei quattuor aureos. sciendum sane est illa tempestate æreos denarios dictos fuisse pro sestertiis, cum superioribus temporibus denarii de argenteis tantum dicerentur. ideo quos heic *æreos* vocat, supra denarios dixit Valerianus in Aureliani vita: *ipsi autem ad sumptus, aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum.* nam æris denarii ibi sunt, qui vocantur heic ærei simpliciter, quique in epistola Aureliani ad Gallonium infra in vita Bonosi, *æris sestertii* appellantur. quod alibi pluribus firmabimus in nostro de re nummaria ducenti igitur & quadraginta aurei Romani, stipendium Tribuni. idque probatur epistola ejusdem Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriæ de Claudio Tribuno, in qua eidem de privato ærario dari vult, *aureos Philippeos centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem & trientes centum sexaginta*, quæ omnia si in unam summam redigas, efficres ducentos quinquaginta aureos: qui numerus hunc nostrum superat aureis decem. quincuplum autem dabatur Duci, ejus quod accipiebat Tribunus, tam in salario quam in stipendio: unde centum aurei menstrui pro stipendio Duci numerabantur. Valerianus ad sumptus dari jubet Aureliano Duci aureos diurnos bines, argenteos quinquagenos, & denarios centum, hoc est εἰς κορυφὴν aureos diurnos quinos. erunt in annum mille octingenti viginti quinque aurei. at quincuplum ejus quod dari diximus Tribuno, habet tantum mille ducentos & quinquaginta aureos In salario quidem omnia fere conveniunt, ut infra docebimus: in summa vero aureorum ad sumptus præbitorum Aureliano, non quincuplum, sed septuplum, & paulo plus reperitur. quod extra ordinem illi decretum fuisse putamus quamdiu Romæ foret. idque testatus est in fine epistolæ Valerianus. *Sane quoniam aliquid ei præcipue decernendum est: quamdiu Romæ fuerit, pabula extra ordinem decernes. Ipsi autem ad sumptus aureos Antoninianos diurnos binos, &c.* præcipue igitur hoc illi datum & extra ordinem credimus, quod non quincuplex acceperit, sed septuplum. etsi initio epistolæ dixerat *rigorem publicum facere, ut accipere de provinciarum oblationibus extra ordinis sui gradum nemo plus possit.* quod tamen non

Antonianos centum, [1] *argenteos Aurelianos mille*, *æreos Philippeos decem millia. Item in ſalario diurno*, [2] *bubulæ pondo*

non rigide ſemper obſervarunt imperatores: nam & compendia majora plerumque deferebant Tribunis & Ducibus, quam dignitas eorum poſtulabat, ut eſſet aliquod meritorum pretium ſupra dignitatis & ordinis gradum. quod in Aureliani ducis perſona non tantum ſtatuit Valerianus, cui extra ordinem & præcipue pabula decerni voluit, ſed etiam in Claudio Tribuno, cui non tanquam tribuno, ſed tanquam duci ſpecialiter illa omnia, quæ in ejus epiſtola habentur detuliſſe profeſſus eſt, quod vir eſſet talis cui etiam plura deferenda eſſent. Habemus legitimum Tribuni & Ducis ſtipendium: gregarii militis quod fuerit, videamus. & diu quidem eſt cum viri docti nos docuerunt, aureos quaternos in menſem, juſtum fuiſſe militis ſtipendium ex illo Suetonii loco in Domitiano: *addidit & quartum ſtipendium militi aureos ternos*. quem locum corruptiſſimum vulgo ſic emendant: *addidit & quartum ſtipendium militi ad aureos ternos*. & vere quidem quod ad ſententiam. nam certum eſt Domitianum, ad aureos ternos, quos accipiebant prius milites ſtipendii nomine, aureum unum addidiſſe, & ſic militaris ſtipendii modum quaternis in menſem aureis ſtatuiſſe. ſed verba ipſa quomodo ſtabunt? *quartum ſtipendium addidiſſe ad aureos ternos*. mira ſane locutio, pro, quartum aureum addidiſſe ad ternos. quod enim dicunt ſtipendium vocari aureum unum, quem menſtruum merebant ſub Auguſto milites, alterum porro ſtipendium adjeciſſe Caligulam, alium deinde principem tertium, poſtremo quartum ſtipendium addidiſſe ad tria priora Domitianum: quis rogo te, quis unquam ſic locutus eſt? hoc indignum docto viro nec mihi ſit veriſimile ſic ſcripſiſſe Suetonium. ex numero quidem annorum ſtipendia ſua numerabant milites: unde *ſena & vicena ſtipendia emeruiſſe* quidam leguntur in veteribus monumentis. ſed ex aureorum numero plane novum & inauditum. hoc enim modo quadraginta & octo ſtipendia anno uno meruiſſe poterat miles, tot enim aureos accipiebat. quod quam ridiculum ſit, nemo non videt. legendum in Suetonio puto: *addidit quartum ſtipendii militi in aureos ternos*. hoc eſt, addidit militi quartum aureum in ternos aureos ſtipendii. quod ſcilicet prius accipiebant. *addere quartum aureum in aureos ternos* proba & Latina locutio. ſic enim *oleum in ignem addere*, & *aquam in mare* dixit Ovidius. poſſumus tamen etiam *ſtipendium* retinere, cum hac diſtinctione: *addidit & quartum, ſtipendium militi, in aureos ternos*. id eſt, quartum, ſubaudi aureum, addidit in aureos ternos, militi ſtipendium. atque vera omnino eſt lectio, ſtatuamus igitur quaternos aureos meruiſſe militem menſtruos; duplum, centuriones, hoc eſt octonos: triplex equiti, nempe duodenos; quincuplum Tribunis datum, aureos ſcilicet vicenos; quincuplum Ducibus, ejus ſcilicet quod accipiebant Tribuni, id eſt aureos in menſem centenos. quæ nos alio loco latius exponemus & confirmabimus.

1 *Argenteos Aurelianos mille.*] Sic ſupra, *aureos Valerianos*, & *thermæ Diocletianæ*. nihil igitur mutandum, vide quæ ibi notamus.

CASAUBONUS.

1 *Argenteos Aurelianos mille.*] Malim, *Aurelianeos*. ut Philippeos.

2 *Bubulæ pondo.*] Deeſt numerus.

SALMASIUS.

2 *Bubulæ pondo.*] Deeſt numerus, ſed facile ex conjectura reſtitui poteſt, & ex aliorum locorum comparatione. Tribunus Probus in diurno ſa-

pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum ſextarium unum, [1]*vini veteris diurnos ſextarios decem,* [2] *cum larido bubalino: ſalis, olerum, lignorum, quantum ſatis eſt.* [3] *Hoſpitia*

lario accepiſſe dicitur porcinæ pondo ſex. Duces quincuplex ſalarium accipiebant, ut ſuperiori animadverſione docuimus. Tacitus infra in epiſtola ad Probum Ducem orientis factum: *nos tibi decreto totius orientis ducatu ſalarium quincuplex fecimus.* neceſſe eſt igitur Ducem in diurno ſalario habuiſſe porcinæ vel laridi pondo triginta idque verum eſſe liquebit ex Valeriani epiſtola qua ſalarium Aureliano duci decernit: in quo ſalario hæc ſunt: *porcinæ pondo triginta, bubulæ pondo quadraginta.* hac ratione legendum hoc loco fuerit: *bubulæ pondo octo, porcinæ pondo ſex.* nam quadraginta pondo quincupla ſunt ad octo, ut triginta ad ſex. poſſumus tamen etiam legere: *bubulæ pondo ſex.* nam multa in alio Aureliani ſalario non quincuplicata ſunt, ſed quadruplicata. ut ecce, Probo Tribuno dantur heic vini veteris ſextarii deni, Aureliano autem Duci in illa Valeriani epiſtola, ſextarii quadraginta, quod eſt quadruplum. Tribuno datur gallinaceus per biduum: ibi vero duo gallinacei per diem Duci præbentur. ſed magis probo ut *pondo octo* legamus.

1 *Vini veteris diurnos ſextarios decem.*] Hæc legitima & ſollemnis vini menſura Tribuno præberi ſolita. ſic Claudio Tribuno Valerianus in ſalario annuo dabat, *vini veteris ſextarios tria millia quingentos.* Decem autem diurni ſextarii efficiunt ſextarios annuos tria millia ſexcentos quinquaginta. ſic in larido, ſex pondo quæ ad diem dabantur Probo, ſi comparentur cum annuis duobus millibus, quæ Claudius accipiebat, non magnum invenietur in utroque ſalario diſcrimen. ita de oleo & ceteris quæ nos alibi enucleatius perpendemus.

2 *Cum larido bubalino.*] Bubalinum laridum non aliunde niſi ex hoc loco novi. atqui putabam laridum de carne tantum ſuilla uſurpari. nequid mentiar, ſuſpectum ſemper habui hoc bubalinum lardum, & quis non mecum habeat? vetus lectio tam Pal. codicis, quam editionis priſcæ, vitium prodit. nam legit, *larido bubulaci.* in præſentia nihil venit in mentem aptius quam legere: *cum larido, bubula, ſalis, olerum, lignorum quantum ſatis eſt.* atqui, dixeris, meminit jam ſupra bubulæ: meminit ſane & porcinæ, niſi quis putet porcinam & laridum diverſe accipi. quod non puto. nam in ſalario Claudii laridi tantum mentio. & Cod. Theod. leg. II. laridum vocat & porcinam pro eodem. & leg. VI. eod tit. *laridam carnem* pro porcina: ſic enim legendum. *ſed & laridam carnem & vervecinam etiam milites noſtros ſolere percipere.* idem alibi tit. de cohortalibus, &c. leg. XVII. *id eſt pro octogenta libris laridæ carnis, pro octogenis etiam libris olei, & pro duodenis modiis ſalis ſinguli ſolidi perſolvantur.* Sed & summopere notandum in Cod. Theod. tit. de erogat. milit. laridum opponi carni recenti. l. II. tit eod. *cum militibus per Africam conſtitutis laridum vel recens ſuoſitam caro erogabitur.* larida igitur caro, eſt ſalita, quæ opponitur recenti & nondum ſalitæ. hinc in optimo Gloſſario *laridus* exponitur ξηρός. *Laridum*, ξηρός. inde *larida caro* apud Theodoſium ἡ ξηρὰ καὶ ταριχευτή. Nimis porro bonæ longæque patientiæ fuerunt doctiſſimi viri, qui heic tandiu tulere laridum bubalinum.

3 *Hoſpitia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.*] Hoſpitia huic Probo præberi vult Valerianus, ut tribunis legionum præbebantur, non autem reliquum ſalarium. nam duplex

tia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis. [1] Et hæc quidem epiſtolæ declarant. Nunc quantum ex ephemeride colligi potuit, quum bello Sarmatico jam tribunus, [2] tranſmiſſo Danubio, multa fortiter feciſſet, publice in concione donatus eſt [3] haſtis puris quatuor, coronis vallaribus duabus, corona civica una, [4] vexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torque

plex accipiebant legionum ttibuni. erant autem, ut notum eſt, tribuni cohortium, & tribuni legionum: hos majores tribunos vocat Vegetius, illos minores. & minores quidem ex labore provenire, majores per ſacram epiſtolam creari. ſed hæc non ſunt hujus loci.

GRUTERUS.

1 *Et hac quidem epiſtola declarant.*] Pal. *epiſtolis declarantur.*

CASAUBONUS.

3 *Haſtis puris q.*] Sine ferro. Lege Servium ad illa,

Pura juvenis qui nititur haſta.

4 *Vexillis puris q.*] Sine purpura. purpuræ vexillorum mentio apud Capitolinum in Gordianis. Supra Aureliano donabat Valerianus, vexilla bicolora quatuor, non autem pura.

SALMASIUS.

1 *Et hac quidem epiſtolæ declarant.*] Verus editio: *Et hac quidem epiſtolis declarantur.*

2 *Tranſmiſſo Danubio.*] *Tramiſſo.* P.

4 *Vexillis puris.*] Vexilla pura interpretantur, ſine purpura. ſed interpretamentum non placet. nam vexilla illa militaria tota purpurea vel ruſſea. ideo *flammulæ* dicebantur, quod colore flammeo eſſent. nam flammeum & flammulum, ut ruſſeum & ruſſulum. Vegetius: *vexillationes vocantur ab eo, quod velis, hoc eſt flammulis utuntur.* quod & alibi obſervare memini. ſed & in Gordianis in concione Mauritii: *ſublata de vexillis purpura imperatores eos dicemus.* cum ſcilicet in promptu non eſſet alia purpura quam vexillorum. atque hinc patet tota ex purpura fuiſſe vexilla. nam ſi ad ornatum tantum aliquid purpuræ habuiſſent intextum, qui ſufficere id potuiſſet velandis humeris imperatoris? ſi igitur pura heic vexilla interpretabimur, ſine purpura, quo colore illa fuiſſe dicemus? ſed nimium argutamur. *vexilla pura* heic accipimus ſine argento, vel auro. in ſignis autem & vexillis militaribus aurum & argentum intexi ſolitum, notius eſt quam ut indicare debeam. Plin. lib. XXXIII. cap. III. *accipiam gratiam huic materiæ fuiſſe arbitror, non colore qui in argento clarior eſt, magiſque diei ſimilis & ideo militaribus ſignis familiarior.* Argento igitur magis uſitatum erat vexilla inſigniri. nam & ſic inſignita pro præmio dabantur militibus, ut patet ex hac veteri inſcriptione.

> CVI
> OB VIRTVTEM SVAM SACRA
> TISSIMI. IMPER. CORONAM
> MVRALEM. HASTAM PVRAM
> ET VEXILLVM ARGENTO
> INSIGNE DEDERVNT.

perperam vir clariſſimus, qui indicem laborioſiſſimum confecit, recenſet inter dona militaria, *argenteum inſigne.* debuit enim, *vexillum argento inſigne.* pura igitur vexilla ad differentiam argentatorum dicuntur. ſic *pura mantelia* opponit auratis Spartianus in Alexandro. & *pura ſcuta* Servius depictis, quem vide.

torque aureo uno, patera ſacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore [1] Valerium Flaccum, adoleſcentem nobilem, [2] parentem Valeriani, è Quadorum liberavit manu: unde illi Valerianus coronam civicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: *Suſcipe Probe præmia pro Rep. ſuſcipe coronam civicam pro parente.* Quo quidem tempore legionem tertiam eidem addidit ſub teſtimonio ejuſmodi. Epiſtola de legione tertia. *Res geſtæ tuæ Probe chariſſime faciunt ut & ſerius tibi tradere majores exercitus videar, & cito tamen tradam. Recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli niſi provecto jam credidi: mihi autem eo tempore credita eſt quo & me canoſum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non expecto ætatem, quum & virtutibus fulgeas, & moribus polleas. [3] Veſtes tibi triplices dari juſſi, ſalarium duplex*
6 *feci, [4] vexillarium deputavi.* Longum eſt, ſi per res geſtas

1 *Valerium Flaccum.*] Hunc *Flaccinum* vocat Pal. codex.

GRUTERUS.

1 *Valerium Flaccum.*] Palat. *Flaccinum.*

CASAUBONUS.

2 *Parentem Valeriani.*] Non γονέα. apage. adoleſcens enim erat. ſed συγγενῆ, ut ſæpe diximus.

SALMASIUS.

3 *Veſtes tibi triplices dari juſſi, ſalarium duplex feci.*] Veſtes à ſalario ſeparat. ſic ſupra veſtes & ſalarium ſeorſim enumeravit. ſic infra quoque *nos tibi decreto totius orientis ducatu, ſalarium quincuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus.* ſic in Cod. Theod. diverſi habentur tituli *de erogatione militaris annonæ*, & *de veſte militari.* ſic epiſtola Valeriani in vita Claudii hæc quattuor diſtincte poſuit; ſalarium, veſtem, argentum, & miniſterium: *ſane ſcias tantum à nobis ei decretum ſalarii quantum Ægypti præfecturæ: tantum veſtium quantum proconſulatui Africano: tantum argenti quantum accipit curator Illyrici: tantum miniſteriorum quantum nos ipſi nobis per ſingulas quaſque decernimus civitates.* Et hunc ordinem fere ſervat idem Valerianus in alia epiſtola de ſalariis Claudio decernendis. nam priore loco quæ ſalarii ſunt enumerat, deinde argentum, poſtea veſtem & ultimo loco miniſteria. In Cod. Theod. titulus *de veſte militari* ponitur poſt tit. *de erogatione militaris annonæ.* ſed hæc non tanti ſunt, nam aliis locis turbatus hic ordo reperitur.

4 *Vexillarium deputavi.*] Non dubium quin hic vexillarius ad miniſterium vel obſequium deputatus Probo tribuno fuerit à Valeriano. ſed quomodo vexillarium heic accipiemus, quærendum eſt an vexilliferum intelligemus? ſane vexillarii, imaginiferi, draconarii inter principales milites, ut & cornicularii, ducenarii, beneficiarii, quorum tamen pleroſque in obſequio tribunorum

& du-

& ducum fuisse repetio. in antiquis monumentis sæpe occurrit, *beneficiarius* tribuni, proconsulis, legati sed & *cornicularius* tribuni. in alia item inscriptione *ducenarius tribuni* repeiitur, si credimus magno indicis concinnatori: sed in ipsa inscriptione, quam norat, nihil tale. nam ibi legendum: *vir ducenarius, Tribunus militaris legionis tertiæ.* ita huic Probo legato legionis tertiæ deputatur vexillarius ad obsequium. Accensi, ut plurimum, deputabantur ad obsequium Tribunorum, de quibus vide Vegetium, & alios. unde & vulgo *deputati* dicebantur, ut apud Nonium, qua de re pluribus alibi. erant & vexillarii, non vexilliferi illi quidem, sed sub vexillo veterani. quorum mentio apud Tacitum multis locis. quod genus militum essent illi vexillarii, dubitarunt, immo plane ignorarunt doctissimi Taciti commentatores. & Lipsius quidem exauctoratos milites fuisse tradit, & nondum plane missos, qui à legionibus discreti sub vexillo retinebantur, donec deducerentur. nuperus corrector, non fuisse veteranos vexillarios, sed partem legionariorum, qui à legione sua aberant nugæ. ut in pauca conferam, vexillarii erant, quos triarios vocabant veteres, iique fere ex veteranis qui sub vexillo retinebantur, aliorum omnium munerum immunes præterquam propulsandi hostis. nulla autem erat legio quæ non haberet hoc veteranorum vexillum. ideo cum vexillum legionis, aut vexilla legionum audis, de istis veteranis intelligere debes. sexcenti autem in unaquaque legione, nunquam plus aut minus. Livius lib. VIII. *primum vexillum triarios ducebat veteranum militem spectatæ virtutis.* idem paulo post *vexilla* vocat, istos triarios. *Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis, alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem: nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, sibi concurrendum esse sciebat.* Hastatos principes & triarios in legionibus Romanis fuisse notum est. heic autem videmus vexilla vocari Livio *triarios.* sic *vexilla legionum* apud Tacitum sæpe legere est. de numero videamus. Polybius sexcentos triarios habuisse legionem tradit. καὶ τριαρίους ἀπογεγραμμένους ἑξακοσίους. nunquam minuebatur aut augebatur hic numerus. idem: ἐὰν δὲ πλείους τῶν τετρακισχιλίων ὦσι, κατὰ λόγον ποιοῦνται τὴν διαίρεσιν, πλὴν τῶν τριαρίων· τούτους ἀεὶ τοὺς ἴσους. tot numero fuere in legione vexillarii. Hyginus in Gromatico: *vexillarii legionum eamdem pedaturam debent accipere, quam cohortes legionariæ, quod ad sexcentenos homines computentur.* si tres itaque legiones, vexillarii erant mille octingenti. idem Gromaticus: *Legiones III. vexillarii ∞ DCCC. cohortes Prætoriæ quatuor.* hi vexillarii omnium erant immunes, nisi propulsandi hostis. Tacitus annali primo: *missionem dari vicena stipendia, exauctorari qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes nisi propulsandi hostis.* eamdem immunitatem tribuit triariis Polybius: κοινῶν δὲ σημαιῶν ἑκάστῳ χιλιάρχῳ τελῶν, ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν, χωρὶς τῶν τριαρίων καὶ γροσφομάχων, οὗτοι γὰρ οὐ λειτουργοῦσι, τὸ μὲν ἔργον γίνεται κοῦφον διὰ τὸ παρὰ τετάρτην ἡμέραν ἑκάστῃ σημαίᾳ καθήκειν τὴν λειτουργίαν. idem triarios ex veteranis fuisse scribit: τοὺς δ' ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις εἰς τοὺς πρίγκιπας. τοὺς δὲ πρεσβυτάτους εἰς τριαρίους. idem paulo post; ὥστ' εἶναι τοὺς μὲν πρεσβυτάτους καὶ τριαρίους ἀπογεγραμμένους ἑξακοσίους. falsum igitur quod putabat ὁ μακαρίτης Lipsius, seorsum egisse istos veteranos signis aquilaque ademptis. nihil falsius. nam quod aliquod vexillum separatum vult fuisse

gestas tanti percurram viri, quæ ille sub Valeriano, quæ sub Gallieno, quæ sub Aureliano & Claudio privatus fecerit, quoties murum conscenderit, vallum diripuerit, hostem cominus interemerit, dona principum emeruerit, rempublicam in antiquum statum sua virtute reddiderit. Docet Gallieni epistola ad tribunos data, qui fuerit Probus. *Gallienus Augustus tribunis exercituum Illyricianorum. Etiamsi patrem meum fatalis belli Persici necessitas tenuit, habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante possim esse securus. qui si affuisset, nunquam ille ne nominandus quidem tyrannus, sibi usurpasset imperium. Quare omnes vos consiliis ejus cupio parere, qui & patris judicio probatus est & senatus.* Non magnum fortassis judicium Gallieni esse videatur, principis mollioris, sed quod negari non

in exercitu, sub quo isti retenti, valde fallitur. vexillum hoc legionis fuit, quod proprium triariorum sive vexillariorum, nam ita dicebantur ætate Taciti. atque ita hujus auctoris verba accipienda sunt è primo Annali: *ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos, alio vocabulo eosdem labores perferre. alio vocabulo* interpretantur *veteranorum*: ego vero *vexillariorum*. sed de his omnibus nos alibi plenius in nostro ad Gromaticum Hygini commentario, ubi de istis vexillariis, & vexillationibus, & subsignario milite, quem perperam cum vexillariis confundunt, dicam μίχεα κόρυ. *vexillariorum scholæ* meminit vetus inscriptio. deputatum hunc Probo vexillarium fortassean possit aliquis esse putare ex hoc vexillariorum numero. apparitores sane milites, & Tribunis, & ducibus dabantur. quod sustulerat Severus; qui tamen quattuor milites ante Tribunum ambulare voluit, ante ducem sex, ante legatum decem. vide in ejus vita Spartianum. idem Valerianus Claudio tribuno deputaverat venatores duo qui obsequerentur. Vexillarius igitur hic Probo deputatur ad obsequium. quid si *vexillarium* interpretemur vexilliferum? ita sane melius. sed quod obsequii genus præstitisse tribuno dicemus vexilliferum? fortassean ut ante tribunum ambularet cum vexillo, honoris & obsequii gratia. inter dona militaria, vexilla etiam fuisse notum est. hinc deputari etiam fortasse Tribunis & ducibus vexillarii, qui vexilla illa quæ in bello meruissent, præferrent, quoties aliquo procederent. de quo more nihil adhuc mihi lectum est. certum quidem est imperatoribus Romanis præferri solita vexilla, quocunque irent, & quotiescunque procederent de quo nos supra. quibus addendus Justini locus: *κὴ τὰ τρόπαια δι' ὧν αἴ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται), τῆς ἀρχῆς κὴ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες.* sic Beda lib. II. Hist. cap. XVI. narrat de Eduino rege: *Nec non & incedente illo ubilibet per plateas illud genus vexilli quod Romani tufam, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri solebat.* Sed de his alibi plura.

non poteſt: ne diſſolutus quidem quiſpiam ſe, niſi in ejus fidem tradit cujus ſibi virtutes exiſtimat profuturas. Sed eſto, Gallieni epiſtola ſequeſtretur. Quid Aureliani judicium? qui Probo decimanos, fortiſſimos exercitus ſui, & cum quibus ipſe ingentia geſſerat, tradidit ſub hujuſmodi teſtimonio: *Aurelianus Auguſtus Probo S. D. Ut ſcias quanti te faciam, decimanos meos ſume, quos Claudius mihi credidit. Iſti enim ſunt qui quadam felicitatis prærogativa præſules niſi futuros principes habere non norunt.* Ex quo intellectum eſt [1] Aurelianum in animo habuiſſe [2] ut ſi quid ſibi ſcienti prudentique eveniret, Probum principem faceret. Jam Claudii, jam Taciti judicia de Probo longum eſt 7
innectere: quamvis feratur in ſenatu Tacitus dixiſſe, quum eidem offerretur imperium, debere Probum principem fieri. [3] Sed ego S. C. ipſum non inveni. Ipſe autem Tacitus imperator primam talem ad Probum epiſtolam dedit: *Tacitus Auguſtus Probo. Me quidem ſenatus principem fecit de prudentis exercitus voluntate. Attamen ſciendum tibi eſt, tuis nunc humeris magis incubuiſſe Remp. qui & quantus ſis omnes novimus, ſcit ſenatus.* [4] *Adeſto igitur noſtris neceſſitatibus:* [5] *tuæ familiæ*

1 *Aurelianum in animo habuiſſe.*] Vet. ed. *in animo hic habuiſſe.* forte: *in animo ſic habuiſſe*, vel, *animo hoc habuiſſe.*

CASAUBONUS.

2 *Ut ſi quid ſibi ſcienti prudentique eveniret, P.*] Hoc eſt, ſi ſibi morte ſua mori contingeret, ita ut certus de obitu, ſuprema ſua poſſet ordinare. non vulgare genus loquendi.

3 *Sed ego S. C. ipſum invenni.*] Omnino deeſt negatio: quam in regio libro invenimus & addi voluimus. Scribe, *S. C. ipſum non inv.* extat & in veteribus Italicis ut Cl. Puteanus adnotaverat.

GRVTERVS.

3 *Sed ego Senatuſconſultum ipſum non inveni.*] Ita & Pal. noſter. nam negativa perperam aberat libris impreſſis.

5 *Tuæ familiæ adſere; ut ſoles Remp.*] Sic omnibus literis Pal.

CASAUBONUS.

4 *Adeſto igitur noſtris neceſſitatibus, tuæ familiæ aſſere ut ſoles Remp.*] Non nego modeſtiſſimum principem Tacitum fuiſſe, & qui fortaſſe cum factus eſt imperator, ἄρχεσθαι quam ἄρχειν præoptaſſet: ſed iſtud tamen non concoquo, quod ita expreſſis verbis Probum hortatur, ut ſuæ familiæ Remp. aſſerat. tolerabilius eſſet, ſi de communicando cum Probo imperio, aut de eo deſignando ad ſucceſſionem, aliquid diceret: at ut auctor cuiquam Tacitus fuerit non ſibi ſolum,

miliæ assere, ut soles, Rempub. Nos tibi decreto totius Orientis ducatu, [1] *salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus, consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* Ferunt quidam Probo id pro imperii omine fuisse quod Tacitus scripsit, *Te manet Capitolina*

solum, verum & familiæ suæ asserendi Remp. id vero nunquam factum. Nam qui à senatu imperium accepisset, jus faciendi principem senatui, pro ac debuit, conservatum voluit. Sed de menda hujus loci ne dubitandum quidem est. in regio offendimus, *tuæ famæ adesto.* ab eodem abest verbum *assere.* quo tamen retento, locum ita concipio: *meæ famæ adesto: assere, ut soles, Remp.* sic paullo post acclamatur Probo à senatoribus: *Assertor senatus felix imperes.*

SALMASIUS.

5 *Tuæ familiæ assere, ut soles, remp.*] Multa ad hunc locum dixere viri eruditissimi, ut eum corruptum ostenderent. quas vero varietates ex suis libris protulerunt, eas nullas in nostris offendimus, quos tamen bonitate & antiquitate præcipuos fuisse satis constat. nihil etiam diversum præ se ferebat editio vetus. Sane si quæ præcedunt de Probo judicia Taciti consideremus, & in hac ipsa epistola cetera ejus verba ad eumdem Probum, minus mirum nobis videatur, quod eum hic hortetur ad remp. familiæ suæ asserendam. nam cum in senatu offerretur Tacito imperium, dixit Probum magis sibi videri dignum cui deferretur. in hac autem epistola jam princeps factus dicit Probi humeris magis incubuisse remp. hinc eum hortatur, ut necessitatibus publicis adsit, & familiæ suæ remp. asserat. hoc est, sic remp. administret, ut familiæ suæ principatum inferret. nam qui vel eo tempore, quo Tacito delatum est imperium, ipsius etiam Taciti judicio dignus erat imperio, adeo ut & eum imperatorem fieri debere dixerit in Senatu: non mirandum est nunc ad eum scribere Tacitum, ut remp. familiæ suæ assereret, ut solebat scilicet, qui se jam ita gesserat, ut vel judice Tacito qui princeps factus est, princeps fieri mereretur. Per hæc igitur verba Tacitus spem facere videtur Probo imperii post se jure meritoque capiendi, utpote quem hortetur ita remp. administrare & ejus necessitatibus adesse, quod jam antea facere solitus erat scilicet, ut omnium ordinum suffragiis, ad imperium posset viam adfectare. non inquam mirum hæc dicere Tacitum, qui jam antequam imperium acciperet, illud offerri deferrique Probo debere in senatu censebat. Atque hæc pro lectionis vulgatæ defensione dicta sunto. cujus mutandæ rationem nullam video nec ex libris veteribus, nec ex conjectura.

1 *Salarium quintuplex fecimus.*] Lege ex vet. edit. *salarium quincuplex.* sic in Tacito supra: *imago ejus posita in Quintilianorum in una tabula quincuplex.* sic *quincuplices* apud Martialem in lemmate:

> *Quincuplici cera cum datur altus honor.*

in veteribus Glossis: *Quincuplum*, πενταπλοῦν. ita enim ibi legendum. item alibi in eisdem: *Quinqueplum*, πενταπλοῦν. sic *quincuplex*, ut *septemplex* in libris antiquis video scriptum observasse.

1 *Sed*

pitolina palmata. [1] Sed in hanc ſententiam omnibus
ſemper coss. ſcribebatur. [2] Amor militum erga Pro- 8
bum ingens ſemper fuit. [3] Neque enim unquam ille
paſſus eſt peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum
ſæpe à gravi crudelitate deduxit. Ille ſingulos mani-
pulos adiit, veſtes & calceamenta perſpexit: ſiquid
prædæ fuit, ita diviſit, ut ſibi nihil præter tela & ar-
ma ſervaret. [4] Quinetiam [5] quum de prædato, ſive ex
Alanis

CASAUBONUS.

1 *Sed in hanc ſententiam omnibus ſemper Coss. ſcribebatur.*] A regio abſunt illa, *ſemper Coss.* Non poteſt ſane verum eſſe quod hic dicitur, niſi exponas commode, & Coss. intelligas deſignatos: nam hos conſules manebat toga palmata, de Capitolio petenda, ut ſcribit Capitolinus in Gordianis. quare de conſulibus qui inierant non vere dixeris Capitolinam eos manere.

3 *Neque enim unquam ille paſſus eſt peccare militem*] Beatum Probum! ſi militum peccata dum coërcet, eorum in ſe amorem accendit. hoc ſane ſignificat τὸ *enim* iſto loco. ſed aliter Vopiſcum ſcripſiſſe cenſeo. Lego, *peccari in militem.* ſic alibi ſæpe magni duces in hac hiſtoria laudantur, quod milites à tribunorum ſuorum vexatione redemerint. hanc auctoris eſſe mentem probant ſequentia: *ille quinetiam Aurelianum ſæpe à gravi crudelitate deduxit.* quaſi dicat: non ſolum tribunos & ductores ordinum molliores erga milites reddidit; ſed ipſum etiam imperatorem Aurelianum ab ingenita ſibi crudelitate deduxit.

GRUTERUS.

5 *Cum de prædato ſive ex Alanis.*] Pal. *prædato hic ex Alanis.*

SALMASIUS.

2 *Amor militum erga Probum ingens fuit. neque enim ille unquam paſſus eſt peccare militem.*] An ideo amatus Probus à militibus quod eos peccare non ſineret? res mira. contra enim ſolet evenire; & odium magis inde militum, quam amorem alius incurriſſet. ſuccurrebat itaque legi poſſe: *neque enim unquam ille paſſus eſt peccari in militem.* quod & Caſaubono in mentem videbam veniſſe. ſed aliter libri veteres, qui omnes cum vulgato conſentiunt. editam igitur lectionem, qua licet, interpretemur. peccare milites non ſinebat Probus, ne utique poſt peccatum, eos puniret. qui peccare permittit, cum poſſit prohibere, & tamen poſt peccatum, caſtigat, merito odio habetur. at non ita Probus. quomodo vero ille, ne milites peccarent, curabat? in officio eos & diſciplina retinendo, non vi aut ingratiis, ſed amore & benevolentia. cum igitur amaret milites, viciſſim quoque ab illis amabatur, qui & amore ejus & reverentia peccare timebant. ſic in Gordiano tertio Capitolinus: *Tribuni eum & duces uſque adeo timuerunt, & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ex ulla parte peccarent.* qui locus haud modice confirmat, & hanc vulgatam lectionem, & hanc ejus interpretationem noſtram. ſi quis tamen malit cum Caſaubono legere, *peccari in militem*, quod mavult, ſequatur.

4 *Quinetiam quum de prædato ſive ex Alanis, ſive ex aliqua alia gente incertum eſt.*] Palatinus cum veteri editione: *quum de prædato hic ex Alanis, ſive ex aliqua alia gente.* quid ſit neſcio. pro illis autem, *ſive ex Alanis, ſive ex aliqua alia gente incertum eſt*, repertus

eſſet

Alanis ſive ex aliqua alia gente incertum eſt, repertus eſſet equus non decorus, neque ingens, qui, quantum captivi loquebantur, [1] centum ad diem milliaria currere diceretur, ita ut per dies octo vel decem continuaret, & omnes crederent Probum tale animal ſibimet ſervaturum, jam primum dixit, *Fugitivo militi potius quam forti hic equus convenit.* [2] Deinde in urnam [3] militares juſſit nomen ſuum mittere, ut aliquis eum ſorte ductus acciperet. Et quum eſſent in exercitu quidam nomine Probi alii quatuor milites, caſu evenit [4] ut primum emergeret cui Probo nomen exiſteret, quum ipſius Probi ducis nomen miſſum non eſſet. Sed quum quatuor illi milites inter ſe contenderent, ac ſortem ſibi quiſque defenderet, juſſit iterum agitari urnam: ſed & iterum Probi nomen emerſit: quumque tertio & quarto feciſſet, quarto Probi nomen effuſum eſt. Tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipſis etiam militibus quorum no-
9 mina exierant, id volentibus. Pugnavit & contra Marmaridas in Africa fortiſſime, eos denique vicit, atque ex Libya Carthaginem tranſiit, eandemque à rebellionibus vindicavit. Pugnavit & ſingulari certamine contra quendam Aradionem in Africa, eundemque proſtravit: & quia fortiſſimum ac pertinaciſſimum virum viderat, ſepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat [5] tumulo uſque ad ducentos pedes terræ lato per

eſſet equus non decorus, bonus & antiquus aliquis auctor dixiſſet, *ex Alanis, an ex aliqua alia gente incertum eſt, repertus eſſet.*

GRUTERUS.

1 *Centum ac decem milliaria currere.*] Pal. *millia.*

3 *Militares juſſit nomen ſuum mittere.*] Palat. tantum habet, *milites juſſit mittere.*

4 *Ut primum emergeret cui Probo nomen exſiſteret, &c.*] Pal. *ut qui primum Probo nomen exiſteret.*

SALMASIUS.

2 *Deinde in urnam militares juſſit.*] Vet. ed. *milites.* infra etiam *milites* ſemper vocat: *quum eſſent in exercitu quidam nomine Probi alii quatuor milites.* & paulo inferius: *ipſis etiam militibus, quorum nomina exierant, id volentibus.* de *militibus*, & *militaribus* diximus ſupra.

CASAUBONUS.

5 *Tumulo uſque ad ducentos pedes terræ lato p.*] Legebam *alto*: ſed propter vocem *terræ* nihil cenſeo mutandum. nam

per milites quos otiosos esse nunquam est passus. [1] Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus. In Nilo autem tam multa fecit ut vectigal frumentarium solus adjuverit: pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit: ora fluminum multa patefecit, paludes plerasque siccavit, atque in his segetes agrosque constituit. Pugnavit etiam [2] contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes, primo feliciter, postea temere, ut pene caperetur: sed postea refectis viribus, Ægyptum & Orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegit. [3] Quum igitur tot & tantis

nam omnino verum est *lato.* quo latior agri modus sepulcro assignabatur, eo magis crescebat honos. constat hoc ex antiquis inscriptionibus, & Horatii interpretibus ad illum versum in octava libri primi Satyrarum:

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat.

SALMASIUS.

5 *Tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato per milites.*] Magna & mira hallucinatio magni viri, qui ducentos istos pedes terræ, de modo agri accipit, qui vulgo apud veteres sepulcris assignabatur. qua de re frequens in vetustis inscriptionibus mentio, & apud veteres auctores. sed quæro quid opus opera militum in assignando hoc tam lato agri modo qui usque ad ducentos pedes pateret? At dicit heic auctor, Probum per milites ideo tam latum tumulum curavisse extruendum, quod eos otiosos esse nunquam pati posset. præterea *tumulus*, est *agger* sepulcri, καὶ τὸ χῶμα. atqui omne illud spatium, quod monumentis adscribebatur, tumulus non occupabat. falsa igitur lectio, *lato.* legendum enim, *alto*: aut quod verius, & propius est, *elato*, hoc modo: *sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat, tumulo usque ad ducentos pedes terra elato.* minimum nobis in hac emendatione indulsimus, quæ tamen verissima est. ex *terra lato*, fecimus, *terra elato.* oportet ingens hoc sepulcrum fuisse, quod tumulum terra elatum haberet, usque ad ducentos pedes.

CASAUBONUS.

1 *Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus.*] Non in Ægypto solum, sed etiam in aliis plerisque provinciis, ut Africa, Gallia, Pannonia, Mœsia. vide Aurelium Victorem Erat hic mos ducum & Imp. Rom. cujus multa in historia exempla.

SALMASIUS.

2 *Contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes.*] Vetus editio non habet illud *pro.* legendum: *pugnavit contra Palmyrenos, Odenati & Cleopatræ partibus Ægyptum defendentes.* elegans & Latina loquutio, nemo neget, *defendere rem aliquam alicui.* sic paulo supra: *sed quum quattuor illi milites inter se contenderent, ac sortem sibi quisque defenderent.* nihil tritius hoc loquendi genere.

3 *Quum his igitur tot & tantis virtutibus.*] *Quum igitur his tot & tantis virtutibus enueret.* ita vet. ed.

1 Non

tis virtutibus eniteret, Tacito absumto fataliter, ac Floriano imperium arripiente, omnes Orientales exercitus eundem imperatorem fecerunt. Non inepta neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumpserit. Quum ad exercitus nuntius venisset, tum primum animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. sed quum inter milites sermo esset quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum: idque per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur, quasi divino nutu undique ab omnibus acclamatum est, *Probe Auguste, dii te servent.* [2] deinde concursus, & cespititium tribunal: appellatusque imperator, ornatus etiam pallio purpureo quod de statua templi oblatum est: atque inde ad Palatium reductus, invitus & retrectans, & sæpe dicens, [3] *Non enim vobis expedit, milites,* [4] *non mecum bene agetis. Ego enim vobis blandiri non possum.* Prima ejus epistola data ad Capitonem præfectum prætorio talis fuit: *Imperium nunquam optavi, & invitus accepi. Deponere mihi rem invidiosissimam non licet. Agenda est persona quam mihi miles imposuit.* [5] *Te quæso, Capito,* ita

1 *Non inepta neque inelegans fabula est.*] Palatinus mirificam lectionem exhibet, ita legendo: *non in Ægyptum neque inelegans fabula est.* scio genus quoddam fabularum Ægyptium esse dictum. sed quid illæ ad hunc locum? vulgatam lectionem retinemus. nihil enim in vetere boni est.

4 *Non mecum bene agitis.*] Melius ex Palatino legas: *non mecum bene agetis.*

GRUTERUS.

3 *Non vobis expedit milites.*] Sic Pal. excluso *enim*, quod infarctum erat editis, non necessario.

CASAUBONUS.

2 *Deinde concursus & cespititium tribunal.*] Erectio tribunalis certissimum creati imperatoris erat argumentum. & ratio est, quia alloquendi principem uni ac soli imperatori jus fuit, sicut observabamus ad Capitolini divum Verum.

5 *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris. Ann.*] Distingue melius: *Te quæso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, ann.* Egregia vero obtestatio illa Probi. *ita mecum salva Rep. perfruaris*, iis similis, de quibus notamus ad lib.II. Suetonii, cap. XXVIII.

1 *Ita-*

ita mecum salva Repub *perfruaris, annonam & commeatus & quicquid necessarium est ubique militi pares: ego, quantum in me est, si recte omnia gubernaveris, praefectum alterum non habebo.* [1] Itaque milites cognito quod imperaret Probus, Florianum qui quasi hereditarium imperium arripuerat, interemerunt, scientes [2] neminem dignius imperare quam Probum. Ita ei sine ulla molestia totius orbis imperium & militum & senatus
judicio delatum est. Et quoniam mentionem senatus 11
fecimus, sciendum est quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo rescripserit. Oratio Probi prima ad senatum. *Recte atque ordine P. C.* [3] *proximo superiore anno factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. atque utinam id Florianus expectare voluisset, nec velut hereditarium sibi vindicasset imperium, vel illum vel alium quempiam majestas vestra fecisset. Nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis à militibus delatum est nomen Augustum, vindicatum quinetiam in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat usurpatum.* [4] *Quaeso* [5] *ut de meis meritis faciatis quicquid jusserit vestra clementia.* Item S. C. Die tertio nonas Februarias in aede Concordiae: inter caetera. Aelius Scorpianus cos. dixit, *Audistis P. C. literas Aurelii Valerii Probi: de his quid videtur?* Tunc acclamatum est, *Probe Auguste, dii te servent. Olim dignus, & fortis, & justus, bonus ductor,*

SALMASIUS.

1 *Itaque milites cognito quod imperaret Probus.*] V. ed. hoc ordine habet: *Cognito itaque quod imperaret Probus, milites Florianum, &c.*

2 *Neminem dignius imperare quam Probum.*] Pal. & editio vetus addunt: *neminem dignius imperare posse quam Probum.*

5 *Ut de meis meritis faciatis.*] Eadem editio, *facturus.* perperam.

CASAUBONUS.

3 *Proximo superiore anno f.*] Ex his verbis intelligi potest Tacitum, qui sex tantum menses imperium tenuit, sub anni finem creatum fuisse imperatorem, & sequentis anni principio interemtum.

4 *Quaeso ut de meis meritis f.*] Pone ante ista minorem distinctionem loco majoris, & superioribus connecte,

ctor, bonus imperator. Exemplum militiæ, exemplum imperii, dii te servent. Assertor Reipubl. felix imperes: magister militiæ, felix imperes: te cum tuis dii custodiant. Et senatus antea te delegit. Ætate Tacito posterior, cæteris prior. Quod imperium suscepisti, gratias agimus. Tuere nos, tuere Rempubl. bene tibi committimus quos ante servasti. Tu Francicus, tu Gotthicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia, & prius fuisti semper dignus impe-
12 *rio, dignus triumphis: felix agas, feliciter imperes.* Post hæc Manlius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita loquutus est: *Diis immortalibus gratias, & præ cæteris P. C. Jovi Optimo, qui nobis principem talem qualem semper optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, non Trajanus, non Claudius requirendi sunt: omnia in uno principe constituta sunt: rei militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ reipublicæ, atque omnium prærogativa virtutum. enimvero quæ mundi pars est quam ille non vincendo didicerit? Testes sunt Marmaridæ in Africæ solo victi, [1] testes Franci inviis strati paludibus, testes Germani & Alemanni longè à Rheni submoti litoribus. Jam vero quid Sarmatas loquar, quid Gotthos, quid Parthos, ac Persas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis insignia. Longum est dicere quot reges magnarum gentium fugaverit, quos duces manu sua occiderit, quantum armorum sit quæ ipse cepit privatus. Superiores principes, quas illi gratias egerint, testes sunt literæ publicis insertæ monumentis. Dii boni, quoties ille donis militaribus est donatus? quas militum laudes emeruit? [2] Adolescens tribunatum, non longe post adolescentiam regendas legiones accepit. Jupiter* OPT. MAX. *Juno regina, tuque virtutum præsul Minerva, tu orbis Concordia, & tu Romana Victoria, date hoc senatui*

P. Q. R.

SALMASIUS.

1 *Testes Franci inviis strati paludibus.*] Forte legend. *in suis strati paludibus.*

2 *Adolescens Tribunatum.*] Pal. *tribunatus.*

1 Nomen

P. Q. R. *date militibus, date sociis, atque exteris nationibus. Imperet quemadmodum militavit. Decerno igitur* P. C. *votis omnium concinentibus* [1] *nomen Cæsareum, nomen Augustum, addo proconsulare imperium, patris patriæ reverentiam, pontificatum maximum, jus tertiæ relationis, tribunitiam potestatem.* Post hæc acclamatum 13 est, *Omnes omnes.* [2] Accepto igitur hoc S. C. [3] secundum orationem [4] permisit patribus [5] ut ex magnorum judi-

1 *Nomen Cæsareum.*] Idem, *Cæsareanum.*

2 *Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus.*] Aliquid deest, & vitiosa hæc lectio est. forte an scribendum: *accepto igitur hoc S. C. secundam orationem habuit, qua permisit patribus.* supra habuimus primam orationem Probi ad senatum, at heic secundæ mentionem facit. fortasse etiam scribendum minima mutatione: *secunda oratione permisit patribus.*

CASAUBONUS.

2 *Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus, v.*] Regius, *secundam orationem promisit patribus.* ex parte vulgatam emendans, ex parte corrumpens. Nam scribendum, *per secundam orationem.* dixit supra: *Oratio Probi prima ad senatum.*

4 *Permisit patribus ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.*] Magni judices sunt majores magistratus qua urbani, qua provinciales, ut sæpe exposuimus. post Aureliani mortem, quo tempore summam Reip. & vim ipsam imperii sibi patres vindicarunt, institutum fuerat, ut non ad patres, verum ad Urbis præfectum provocaretur à proconsulibus, & omnibus judicibus ordinariis: à præfecto Urbis postea ad senatum appellatio restabat, velut anchora quædam sacra. sed hos circuitus sustulit hac oratione Probus, sanciens, ut à proconsulibus & aliis judicibus majoribus, rectà senatus appellaretur. Pro *magnorum judicum* censebat Petrus Faber melius scriptum iri *majorum jud.* sane in libris juris *majores judices* legere est; *magnos*, quod meminerim, nunquam.

GRUTERUS.

3 *Secundum orationem.*] Cum sit in codice Regio, *secundam*, vix dubium sit legendum detracta littera, *secundâ oratione.* supra enim fuit; *Oratio Probi prima ad Senatum.*

SALMASIUS.

5 *Ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.*] Quod ad rem ipsam attinet, sic sæpe factum à bonis principibus, ut multum senatui deferrent, & appellationes ex majoribus judicibus qua urbanis qua provincialibus, ad senatum ire juberent. sic Marcus Antoninus, *appellationibus à consule factis senatum judicem dabat*, referente Capitolino in ejus vita. Nero quoque decreverat, *ut omnes appellationes à judicibus ad senatum fierent.* sed de his nos alibi. *magnos* porro *judices*, quorum heic mentio, in *majores* male mutant magni viri. rationem si quæris, hanc afferunt. *majores judices* in libris juris sæpe legere est, *magnos* nunquam. ridicule. quasi major & magnus judex non idem sit. qui *magni judices* huic Vopisco dicuntur, Ammianus *celsos judices* eos appellat, & *celsiores potestates*, & *celsas.* de quibus ad ipsum plura.

judicum appellationibus ipsi cognoscerent, [1] proconsules crearent, legatos consulibus darent, [2] jus prætorium

rium

CASAUBONUS.

1 *Proconsules crearent, legatos consulibus darent.*] Scribendum, *proconsulibus.* de his enim hic sermo est, non de consulibus. Nihil autem in hoc novi juris, sed veteris tantum juris ac consuetudinis instauratio.

2 *Jus prætorium præsidibus darent.*] Ut præsides provinciarum ex administratione sua reversi sederent in senatu inter prætorios. hoc vocat *jus prætorium,* sive *prætorum.* in regio deest *jus.*

SALMASIUS.

1 *Proconsules crearent, legatos consulibus darent.*] Corrigunt, *legatos proconsulibus darent.* sed mihi non placent cum hac correctione. proconsules non legatos ipsi sibi, quos vellent, sumebant, sed eos à senatu accipiebant. igitur non magnum aut mirum, ut qui proconsules crearent, iidem legatos proconsulibus darent. nec necessum habuit Probus, postquam permisit senatui Proconsules creandi potestatem, iisdem quoque ut proconsulibus legatos darent, permittere. legend. omnino puto: *proconsules crearent, legatos ex consulibus darent. legati ex consulibus*, sunt *legati consulares*, qui provincias consulares, jure ac potestate consulari administrabant. sic *ex consulibus viros* supra notavimus, pro *viros Consulares.* Provinciæ per illa tempora erant proconsulares, erant legatoriæ, erant & præsidales. de quibus in multis hujus historiæ locis mentio est. & nos de his in superioribus multa diximus. alibi etiam apud hos auctores dividuntur in proconsulares, consulares, & præsidales. legatoriæ autem regebantur partim à legatis consularibus, partim à legatis prætoriis, sive proprætore. utriusque generis legatorum meminit heic Vopiscus, consularium & prætoriarum: qui quum dicit Probum senatui permisisse ut Proconsules crearent, nihil in eo novi à Probo statutum est, sed jus vetus senatui restitutum. nam constat jam inde ab Augusto ex divisione provinciarum per eum facta provincias proconsulares in potestate populi fuisse, easque à senatu ordinari consuesse. multi tamen post Augustum principes jus earumdem ordinandarum ad se revocarunt, populo ereptum. quod semper ab optimis quibusque principibus senatui restitutum. sic Alexandrum Severum narrat Lampridius non nisi de Senatus sententia provincias proconsulares ordinasse. sic alii boni imperatores fecerunt. sed in eo Probus præter ceteros principes insigniter fuit probus, quod non solum quæ populi erant provinciæ populo restituit, senatuique permisit ordinandas; verum etiam quæ Cæsaris semper fuere propriæ, eidem senatui, ut in eas legatos mitteret, concesserit. legatos enim tam consulares quam prætorios in suas provincias mittere solebat Cæsar, non senatus, aut populus. *legati* igitur *ex Consulibus* hoc loco sunt legati consulares. atque ita omnimodis emendandum.

2 *Jus Prætorium præsidibus darent.*] *Jus prætorium præsidibus dare*, non est, quod esse somniarunt hoc loco viri doctissimi. *jus prætorium* interpretantur, quo præsides reversi ex administratione suarum provinciarum, sedebant in senatu inter prætorios. cave hoc esse censeas. *præsidibus jus prætorium dare*, aliud nihil est, quam præsides cum jure prætorio in provincias mittere. qui cum jure consulari provincias administrabant Cæsarianas, consulares dicebantur, etsi nunquam consules fuissent. sic quos Cæsar idem provinciis suis præficiebat cum jure prætorio regendis, prætorii legati, & legati proprætorii audie-

rium præſidibus darent; [1] leges quas Probus ederet, ſenatuſconſultis propriis conſecrarent. [2] Statim deinde, ſiqui de interfectoribus Aureliani ſuperfuerant, vario genere vindicavit. Mollius tamen moderatiuſque quam prius exercitus & poſtea Tacitus vindicaverant. Deinde animadvertit etiam in eos qui Tacito inſidias fecerant. Floriani ſociis pepercit, quod non tyrannum aliquem videbantur ſequuti, ſed ſui principis fratrem. Recepit deinde omnes Europenſes exercitus, qui Florianum & imperatorem fecerant & occiderant. His geſtis, cum ingenti exercitu Gallias petit: [3] quæ omnes, [4] occiſo Poſthumio, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis poſſeſſæ. tanta autem illic prælia feliciter geſſit, [5] ut à Barbaris ſexaginta per Gallias, nobiliſſimas reciperet civitates: [6] prædam deinde omnem, [7] qua illi præter divitias etiam

audiebant. ſic alibi apud hos auctores, *jus proconſulare alicui decernere*, eſt proconſulem facere. nam qui proconſulari poteſtate & imperio provincias regebant, proconſules erant, tametſi nunquam conſules fuiſſent.

CASAUBONUS.

1 *Leges quas Probus ederet ſenatuſconſultis propriis conſecrarent.*] Ne hoc quidem novum videtur: nam & veteres imperatores ſoliti de rebus quas lege vellent comprehendi differere in ſenatu, aut ſententiam ſuam ſcripto complexi orationem ad ſenatum mittere. Sed fortaſſe inſtitutum à Probo, ut quicquid edicto principis ſancitum fuiſſet, patrum decreto confirmaretur.

2 *Statim deinde ſi qui de interfectoribus Aureliani ſuperfuerant, vario genere vindicavit.*] Cur dicat *ſtatim*, declarat Zoſimus, qui Probum firmato imperio ſuam Reipubl. adminiſtrationem ab iſtorum ſupplicio ſcribit exorſum. cum lege de tota hac hiſtoria.

3 *Quæ omnes occiſo Poſthumio turbatæ fuerant.*] Poſthumium intelligo, qui inter xxx. tyrannos dictus Pollioni. hic dum vixit, Barbaros omnes è Galliis ſua virtute ſummovit: eo extincto irrupere undique in Gallias limite fracto variæ gentes: quas neque Claudius neque Aurelianus loco pellere potuerunt.

5 *Ut à Barbaris ſexaginta per Gallias nobiliſſimas reciperet civitates.*] Probus ipſe mox in epiſtolis ad ſenatum: *ſeptuaginta urbes nobiliſſimæ captivitate hoſtium vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ.* aut igitur *ſeptuaginta* hic ſcribi debuit, aut ibi *ſexaginta*.

SALMASIUS.

4 *Occiſo Poſthumio.*] *Poſtumo* vet. ed. ita ſemper, atque ita etiam nummi.

7 *Qua illi præter divitias efferebantur ad gloriam.*] Palatinus cum veteri editione: *qua illi præter divinas efferabantur ad gloriam. divinas* male ſcriptum pro *divitias*. ſed illud *efferabantur* fortaſſe retinendum. convenit id enim feris & barbaris nationibus.

CASAUBONUS.

6 *Prædam deinde omnem, qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam.*]

iam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in noſtra ripa, imo per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis prope quadringentis millibus qui Romanum occupaverant ſolum, [1] reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit, tantum his prædæ Barbaricæ tulit, quantum ipſi Romanis abſtulerant: [2] contra urbes Romanas & caſtra in ſolo Barbarico poſuit: atque il-
14 lic milites collocavit. [3] Agros, & horrea, & domos, annonam Tranſrhenanis omnibus fecit, iis videlicet, quos in excubiis collocavit: nec ceſſatum eſt unquam

Non aſſentior viris doctis qui ſollicitant hujus loci ſcripturam: eſt enim plana ſententia: non ſolum civitates, inquit, verum & prædam omnem recepit, coactis Barbaris, ut eam ipſi redderent: cum quidem, ut ſtatim ſequitur, in eos vindicatum eſt, qui prædam fideliter non reddidiſſent. moverat autem Romanis animos, quod Barbari non ſolum ditati abacta præda; verum & inſolentia fuerant inflati. ideo auctor ait, præter divitias.

1 *Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.*] Scripti. *Albem.* melius *Albim.* notiſſimum flumen: etiam Nicer, qui hodieque Neccarus. ad hunc fluvium ſæpius pugnarunt Romani cum gentibus, quæ ſe agentibus fatis è ſeptentrione in orbem Romanum effuderunt.

2 *Contra urbes Romanas & caſtra in ſolo Barbarico poſuit.*] Malim, *contra hos urbes R.*

3 *Agros & horrea & domos & annonam Tranſrhenanis omnibus fecit.*] Cogitemus de hoc loco: nam *agros & annonam facere alicui*, duriuſcule dictum, & fortaſſe οὐκ ἀκίβδηλον.

GRUTERUS.

1 *Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.*] Pal. *Nigrum.* male. *Nicrum* enim retinemus, *Albimque* etiam malimus, quam *Albam.*

SALMASIUS.

2 *Contra urbes Romanas, & caſtra in ſolo barbarico poſuit.*] Dele &, ac lege: *contra urbes Romanas caſtra in ſolo barbarico poſuit, atque illic milites collocavit.* ſic Idatius in Faſtis conſularibus notat ſub Diocletiano caſtra facta in Sarmatia contra Acincum & Bononiam. *His conſulibus*, hoc eſt Conſtantio & Maximiano, *caſtra facta in Sarmatia contra Acinco & Bononia.* falſa igitur lectio, quam reponit vir magnus, *contra hos urbes Romanas, & caſtra in ſolo barbarico poſuit.* hic videtur hujus loci mentem minime intellexiſſe. caſtra in ſolo barbarico fiebant, ad extendendum limitem, militeſque in his collocabantur ad defendendas urbes limitaneas Romanas. de his caſtris, & militibus caſtrianis, nos plura ad Hygini Gromaticum.

3 *Agros & horrea, & domos & annonam Tranſrhenanis omnibus fecit.*] De hoc loco cogitandum ait Caſaubonus. ſed ſatis cogitatum eſt. quod enim dicit duriuſcule dictum videri, *agros & annonam Tranſrhenanis facere*, ideoque ſuſpectum habet, fruſtra eſt. *annonam facere*, non durius eſt, quam *ſalarium facere*, quod habuimus ſupra in epiſtola Taciti ad Probum: *nos tibi decreto totius orientis ducatu ſalarium quincuplex fecimus.* *facere annonam alicui*, & *facere ſalarium* idem eſt, pro conſtituere ac decernere. ſic etiam *facere agros*, pro dare vel aſſignare.

1 Si

quam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quandiu reguli novem ex diversis gentibus venirent, atque ad pedes Probi jacerent: quibus ille primum obsides imperavit, qui statim dati sunt; deinde frumentum, postremo etiam vaccas atque oves. Dicitur jussisse his acrius, ut gladiis non uterentur, Romanam expectaturi defensionem, [1] si essent ab aliquibus vindicandi. Sed visum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota provincia. Maxime tamen, ipsis regibus consentientibus, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea sedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias sparsit, [2] ita ut numeris,

CASAUBONUS.

1 *Si essent ab aliquibus vindicandi.*] Si qui hostes existerent, qui ipsos bello premerent, dum suas injurias ulciscuntur. ita videtur exponendus hic locus.

SALMASIUS.

2 *Ita ut numeris vel limitaneis militibus.*] Id est, *numeris & limitaneis militibus.* sic multis locis positum hoc *vel* apud hos auctores observavimus. ita sumitur in Cod. Theod. *quibus equorum usus.* leg. ult. *Pastores Valeriæ provinciæ vel Piceni.* & Frontinus de Coloniis: *Aureliam vel Campaniam:* pro Aureliam & Campaniam. *numeros* autem hoc loco Vopiscus, à *limitaneis militibus* distinguit, hoc est, legionarios milites à limitaneis vel ripensibus. numeri enim sunt legiones. legionarii milites, per provincias dispositi in castris, & sedibus, ut tunc vocabantur, degebant. limitanei vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque constituti, limitem tuebantur. ut heic numeri à limitaneis militibus distinguuntur, sic in Codice Theodosio multis locis *comitatenses numeri*, & *ripenses*: & *militia comitatensis*, & *ripensis*: & alibi, *comitatenses*, & *limitanei.* nam limitanei & ripenses iidem. comitatenses enim tunc legiones dicebantur, & *comitatenses numeri*, quos heic simpliciter *numeros* vocat Vopiscus. Cod. Theod. de Tironibus leg. VIII. *completis quinque annorum stipendiis, qui comitatensibus numeris fuerit sociatus, patris quoque & matris, nec non & uxoris suæ capitationem meritis suffragantibus, excusabit. ii vero qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum proprio capite uxorem suam tantum post quinque annos, ut dictum est, præstet immunem.* ripenses intelligit, hoc est limitaneos. *Comitatensium legionum* mentio in Notitia imperii; & erant sub dispositione magistrorum utriusque militiæ. eod. Cod. de veteranis, leg. IV. *Comitatenses & ripenses milites atque protectores, suum caput patris & matris, & uxoris, si tamen eos superstites habeant, omnes excusent, si tamen censibus inditi habeantur.* & leg. XVII. tit. de cohortalibus, *comitatenses & limitanei. cum ante placuisset, ut à primipilaribus secundum dispositionem divi Gratiani species horreis erogandæ comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis vero pretia darentur.*

meris, vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos interfereret, [1] dicens sentiendum esse non videndum

& in Cod. Just. *de efficio præf. præt. Africæ*: leg. II. *pro limitaneis vero ordinandis necessarium nobis esse videtur, ut extra comitatenses milites, qui per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui possint & castra & civitates limitis defendere.* Comitatenses igitur milites in castris erant, limitanei vero & ripenses in ripa per cuneos constituebantur. ad ripensem porro militiam non eadem in milite statura exigebatur, nec idem corporis robur, quod in comitatensi vel legionaria. lex VIII. Cod. Theod. *de filiis militarium apparit. Etenim hi, quibus vel corporis robur, vel statura defuerit, qua comitatensi digni possint esse militia, ripensi poterunt copulari.* ita enim legendus ille locus in vulgatis editionibus corruptissimus. numeri igitur hoc loco sunt comitatenses, limitanei vero milites, ripenses. de quibus ad Hyginum plura.

CASAUBONUS.

1 *Dicens sentiendum esse, non videndum cum auxiliaribus Barbaris Romanus juvatur*]Veteri instituto res sacra fuit militia Romana: ad quam solis patuit aditus civibus, & quidem iis qui essent pleno jure cives. postea, ut mutant res cunctæ hominum, & libertini, & servi etiam sunt admissi: tandem etiam Barbari: quam inter amissi imperii caussas unam & Zosimus & alii statuunt vere: ideo Probus quantum potuit dissimulare dedecus hoc est conatus. sed post Constantinum pudor hic perierat. Marcellinus lib. XXXI. de legatis loquens arctoarum gentium, qui ad Valentem venerant, petentes ut cis Istrum reciperentur daturi auxilia, quoties opus esset: *negotium hoc*, ait, *lætitiæ potius fuit quam timori: eruditis adulatoribus in majus fortunam principis extollentibus, quod ex ultimis terris tot tirocinia Thracenses necopinanti offerrent: ut collatis in unum suis & alienigenis viribus, invictum haberet exercitum, & pro militari supplemento quod provinciatim annuum pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus.* multa Synesius in oratione ad Arcadium de magnitudine & periculo hujus mali prudenter differit.

SALMASIUS.

1 *Dicens sentiendum esse non videndum, quum auxiliaribus barbaris Romanus juvatur.*] Quæ ad hunc locum vir doctissimus, nihil ad rem, imo contra rem qua de heic agitur. quod ut facilius intelligatur, sciendum est Romanam temp. auxiliis sociorum, & alienigenarum gentium fere semper usam esse, etiam vetustissimam. Et primis quidem temporibus, priusquam Italia subacta esset, aut in provinciam saltem redacta, legiones ex civibus Romanis conscribebantur, auxilia vero ex Italicis sociis petebantur: & hæc auxilia numerum legionum semper aut æquabant, aut certe superabant. post Italiam civitate donatam legiones tam ex Italicis quam ex Romanis, utrique enim jam cives, conscribi cœptæ sunt: auxilia vero ex aliis gentibus petita partim fœderatis, partim etiam mercede conductis. At postquam totus Romanus orbis civitate Romana donatus est, quod Antonini Pii lege factum, delectus passim habitus ex omnibus orbis Romani provinciis ad legiones scribendas de novo, aut veteres supplendas, auxilia vero ex barbaris sumpta, ut Germanis, Batavis, Mauris, Armeniis, Osroenis, Palmyrenis, Getis, Dacis, aliisque exteris gentibus, quæ extra limites Romanos summovebantur, & imperii jugum nondum subierant. hinc *miles provincialis* apud Hyginum, pro legionario. legiones enim Romanæ ex milite provinciali constabant nam provinciæ omnes Romanæ tirones ad

dum quum auxiliaribus Barbaris Romanus juvatur. Compositis igitur rebus in Gallia, tales ad senatum literas dedit. *Ago diis immortalibus gratias P. C. quia vestra in me judicia comprobarunt. Subacta est omnis qua tenditur latè Germania: novem reges gentium diversarum ad meos pedes, imo ad vestros, supplices stratique jacuerunt. Omnes jam Barbari vobis arant,*[1] *vobis jam serunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. Nam & quadringenta millia hostium cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindi-*

ad supplementa legionum præbebant: auxiliares vero milites barbari subministrabant. verba Hygini: *Omnis miles provincialis accipit pedaturam pedem adjecta quinta per totam latitudinem semistrigii: eques autem duo semis adjecta quinta.* ita illum locum legimus. per *militem* autem *provincialem*, legionarium intellige. idem in eodem libro: *legiones quoniam sunt militis provincialis fidelissimi, ad vallum tendere debent, ut opus valli tueantur, & exercitum gentium suo numero corporali ceu muro teneant.* & hic mos ante Probum semper in Romana militia renuit, ut legiones ex provincialibus, hoc est civibus Romanis scriberentur, auxilia ex barbaris suppeditarentur. barbaræ nationes inter auxilia tantum militabant, nec illis unquam ad legionariam militiam patuit aditus. Primus igitur Probus, ut heic habetur, cum diceret, *sentiendum esse non videndum, quoties auxiliaribus barbaris Romanus juvatur*, sedecim tironum millia ex barbaris accepta, per diversas Romani imperii provincias spargit, & legionibus immiscuit, militibusque limitaneis. quo facto & instituto utriusque militiæ sacramenta confudit, legionariæ & auxiliaris, quæ ante id tempus erant distincta ac diversa, & illi fortasse confusioni fenestram aperuit quæ post Constantinum invasit, qua passim & sine ullo discrimine barbaris ad Romanam militiam ingressus datus est, ipsique non ad militares tantum dignitates, sed etiam ad civiles admissi. qua de re graviter conquestus est Synesius in illa pulcherrima de regno ad Arcadium oratione. tanta autem erat illis temporibus, quod ad militiam attinet, confusio, ut non solum barbari legionariæ militiæ nomen darent passim, sed etiam vice versa Romani in auxiliis, quæ barbarorum olim tantum fuerant, sacramento dicerent, quod in his minor esset labor, & majora maturioraque præmia. Vegetius lib. II. cap. III. *est & alia causa cur attenuatæ sint legiones. magnus in illis labor est militandi, graviora arma, plura munia, severior disciplina. quod vitantes plerique, in auxiliis festinant sacramenta percipere, ubi & minor sudor, & maturiora sunt præmia.* tantum ergo abest ut Probus hac in parte Romanum dedecus dissimulare conatus sit ac celare, quæ magni viri sententia est, ut primus illi dedecori ansam præbuerit, dum auctor illius instituti fuit, quo passim exteris & barbaris nationibus, ad militiam Romanam aditus patefactus est. qua de re nos alibi pluribus ad Hygini Gromaticum.

1 *Vobis jam serunt.*] Vet. ed. *vobis jam serviunt.* perperam.

vindicatæ, & omnes penitus Galliæ liberatæ. Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ civitates aureas, vestræ P. C. clementiæ dedicavi. Et has Jovi OPT. MAX. *cæterisque diis deabusque immortalibus vestris manibus consecrate. Præda omnis recepta est, capta etiam alia & quidem major quam fuerat ante direpta. Arantur Gallicana rura Barbaris bobus, & juga Germanica captiva præbent nostris colla cultoribus: pascuntur* [1] *ad nostram alimoniam gentium pecora diversarum: equinum pecus nostro jam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena sunt horrea.* [2] *Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus. Volueramus P. C. Germaniæ novum præsidem facere, sed hoc ad pleniora vota distulimus. Quod quidem credimus conferre, quum divina pro-*
16 *videntia nostros uberiùs fœcundarit exercitus.* Posthæc Illyricum petiit: & prius quàm veniret, Rhetias sic pacatas reliquit ut illic ne suspicionem quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas cæterasque gentes ita contudit, ut prope sine bello cuncta reciperet quæ illi diripuerant. Tetendit deinde per Thracias, atque omnes Geticos populos fama rerum territos, & antiqui nominis potentia pressos, aut in deditionem aut in amicitiam recepit. His gestis Orientem petiit, atque in itinere potentissimo quodam latrone [3] Palfurio capto & interfecto, [4] omnem Isauriam liberavit:

GRUTERUS.

1 *Ad nostram alimoniam*] Palat. *nostrorum.*

SALMASIUS.

2 *Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus.*] Legebatur olim in membranis Palat. ut ex vestigiis lituræ colligere potuimus: *illis sola relinquimus sola nos eorum nomina possidemus.* atque etiam ferme vetus editio exhibet Mediolani cusa. nam *sole* habet scriptum, non *sola.* forte scribendum: *illis solum relinquimus, in solo eorum nos omnia possidemus.* alias quid de illa vetere lectione faciam non video. & optima est sententia ex emendatione nostra. hos, inquit, solum illis relinquimus, nec enim eripi potest, sed omnia quæ in solo eorum sunt, aut ex solo nascuntur, possidemus, ut pecora, armenta, frumentum, & cetera. divinent alii melius, & palmam auferant.

3 *Palfurio capto.*] Palat. *Palfuerio.* editio prima: *Falfuerio.* utrum verius in homine nomineque barbaro frustra id quæras.

CASAUBONUS.

4 *Omnem Isauriam liberavit: populis atque urbibus Romanis legibus restitutis.*]

Sed

vit: populis atque urbibus Romanis legibus reſtitutis. Barbarorum qui apud Iſauros ſunt, [1] vel per terrorem vel per voluntatem, loca ingreſſus eſt: quæ quum peragraſſet, hoc dixit, *Facilius eſt ab iſtis locis latrones arceri quam tolli.* Veteranis [2] omnia illa quæ anguſte adeuntur loca privata donavit, addens ut eorum filii ab anno octavodecimo [3] mares duntaxat ad militiam mitterentur, [4] ne ante latrocinari quam militare diſcerent. Pacatis denique omnibus Pamphyliæ partibus, 17
cæterarumque provinciarum quæ ſunt Iſauriæ vicinæ, ad Orientem iter flexit. [5] Blemyas etiam ſubegit, quorum captivos Romam tranſmiſit, [6] qui mirabilem ſui

Sed non diu obtinuerunt Romani. vide librum de XXX. tyrannis in Trebelliano.

SALMASIUS.

1 *Vel per terrorem vel per voluntatem loca ingreſſus eſt.*] Idem Pal. legit: *vel per urbanitatem.* & ſic etiam editio princeps. per urbanitatem barbarorum loca illa ingreſſum eſſe Probum dicit, qui non invitis barbaris ea ingreſſus eſt, ſed cum bona eorum gratia. hoc eſt quod vulgo diceremus in noſtro idiomate: *de gré & de courtoiſie.* nam hoc ipſum eſt, *urbanitas.* ſic ſupra *urbane adjuvare*, pro comiter & benigne. ubi vide quæ notamus. nam & ibi hunc locum tetigimus.

3 *Mares duntaxat.*] Οἱ ἄῤῥενες δηλαδή. *mares ſcilicet.* id ſignificat hoc loco iſtud verbi *duntaxat.* Gloſſæ: *duntaxat.* μόνον, καὶ μέχρι τούτου. δηλαδή.

4 *Ne ante latrocinari quam militare diſcerent.*] Palatinus habet tantum: *ne latrocinare quam diſcerent.* ſcribe meo periculo: *ne latrocinari condiſcerent.* ab octavodecimo anno volebat eos ad militiam mitti Probus, ne latrocinari condiſcerent. vulgata lectio correctorum eſt.

5 *Blemyas etiam ſubegit.*] In Palatino: *Blemmeas.* ſcribe *Blemmyas.* nam ita Græci cum duobus μμ, Βλέμμυες. ita apud Zoſimum ſcribitur, & alios. nec deſunt tamen qui & Βλέμυας ſcribant.

6 *Qui mirabilem ſui viſum, ſtupente P. R. præbuerunt.*] Scribe: *qui mirabilem ſui viſum ſtupenti pop. Rom. præbuerunt.*

GRUTERUS.

4 *Ne ante latrocinari quam militare diſcerent.*] Tantum habet Pal. *ne latrocinare quam diſcerent*, & ex illo *quam* deinde factum *numquam.*

CASAUBONUS.

2 *Omnia illa quæ anguſte adeuntur loca.*] Id eſt, omnes Iſauriæ aditus anguſtiores, & loca ubi fauces ſunt montium. Græci πύλας, poſterior ætas cluſuras vel cluſas dixit, etiam Græci κλεισούρας.

6 *Qui mirabilem ſui viſum ſtupente populo Ro. præbuerunt.*] Non dicit auctor, quid mirati ſint Romani in Blemmyis cum eos præſentes ſpectarent: de iiſdem fama ſolum notis, quid crediderint, habes apud Plinium libro quinto, capite octavo. tales nempe vulgo fingebantur, ſine capite, ore, & oculis pectori affixis.

1 *Copten*

ſui viſum, ſtupente pop. Rom. præbuerunt. [7] Copton præterea & Ptolemaidem urbes, ereptas Barbarico ſervitio, Romano addidit juri. Ex quo tantum profecit ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem pacemque poſcentes: quos ille ſuperbius acceptos,

1 *Copton præterea.*] Pal. *Copte*, ut & infra *Copten*.

CASAUBONUS.

1 *Copton præterea & Ptolemaidem urbes.*] Copton nrbem & nomum Coptiten in ſuperiote Ægypro Ptolemæus recenſet. Ammianus Thebaidi, quæ una fuit è quinque provinciis Ægypti, adtribuit. erat Thebais duplex, prima & ſecunda. Copton atque Ptolemaidem in ſecunda collocant Excerpta geopraphica bibliothecæ regiæ, ex qnibus didici urbem Copton poſtea Juſtinianopolim eſſe appellatam. verba apponam quæ ibi leguntur. ἐπαρχία Θηβαΐδος β. Πτολεμαῒς μητρόπολις, Κοπτὼ ἤτοι Ἰουστινιανόπολις. non dubitamus quin Conto ſecutus ſui ſeculi uſum appellet Coptnm. jam ante diximus multarum Ægypti urbium nomina ſic extuliſſe recentiores, ſecus quam priores. ſic Ἀνταιὼ, Λυκώ, & aliæ. De hoc autem bello ſic Zoſimus ſcribit: τῆς κατὰ Θηβαΐδα Πτολεμαΐδος ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ πρὸς κόπτιτας ἐπὶ χρόνον βραχὺν ἀραμένης, αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλέμμυας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων. Ptolemaïdos ſolius meminir, non etiam Copti. præterea quid appellat πόλεμον πρὸς κόπτιτας ἐπὶ χρόνον βραχύν? nam interpretis non placet ſententia. Suſpicor menda inquinatum eſſe locum: neque invitus legam, πόλεμον πρὸς Κοπτίτας ἀραμένης. videntur enim Ptolemaenſes cum à Romanis defecerunt, bellum contra finitimos Coptitas geſſiſſe, eorumque urbem in poteſtatem ſuam redegiſſe: ut poſtea duplex Probo fuerit labor, recipiendæ Copti, & ſubjugandæ Ptolemaidis: quod minus diſtinctè & paullo aliter à Vopiſco expoſitum eſt. ſed impeditum me verba illa tenent, ἐπὶ χρόνον βραχύν: quæ eſſe inducenda affirmare non auſim.

SALMASIUS.

1 *Copton præterea & Ptolemaidem urbes.*] Pal. *Copte præterea, & Ptolemaide urbes ereptas barbarico ſervitio*. ſcribe: *Copto præterea, & Ptolemaide urbes ereptas, &c. Copto & Ptolemaide*, pro *Copton & Ptolemaidem*. ſic enim tunc temporis enuntiabant urbium nomina. nam in ſexto caſu ea proferebant, & indeclinabilia faciebant. ſic ſupra in vita, niſi fallor, Gallieni: *Anchialo vaſtavit*. Idatius in faſtis conſularibus: *His Coſſ. caſtra facta in Sarmatia contra Acinco, & Bononia.* ſic Fronto ad Hadrianum: *Durocorte Athenæ noſtræ*. ita ſcribebantur, & in hoc ut plurimum caſu ponebantur urbium nomina in vetuſtis itinerariis. ut conſtat ex itinerario Antonini, & antiqua Peutingerorum tabula. qua de re nos alibi. quod ad rem autem ipſam, quæ heic narratur, attinet, verba Zoſimi quæ ad hunc locum emendare conatus eſt vir doctiſſimus, ita ſunt emendanda: τῆς κατὰ Θηβαΐδα Πτολεμαΐδος ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ πρὸς Κόπτον ἀραμένης, ἐπὶ βραχὺν χρόνον αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλέμμυας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων. tranſpoſita verba hæc erant, & mendoſa. pro ἐπὶ βραχὺν χρόνον melius etiam fortaſſe legeris: ἐν βραχεῖ χρόνῳ. at vir magnus inducenda cenſebat, non rectè.

1 *Fro-*

ceptos, magis timentes domum remisit. [1] Fertur etiam epistola illius, repudiatis donis quæ rex Parthorum miserat, ad Narseum talis fuisse: *Miror te de omnibus quæ nostra futura sunt, tam pauca misisse. Habeto interim omnia illa quibus gaudes: quæ si nos habere cupiamus, scimus quemadmodum possidere debeamus.* His acceptis literis Narseus maxime territus, & eo præcipue quod Copton & Ptolemaidem comperit à Blemyis qui eas tenuerant vindicatas, cæsosque ad internecionem eos qui gentibus fuerant ante terrori. Facta igitur pace cum Persis, 18
ad Thracias rediit, & [2] centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit, [3] qui omnes fidem servaverunt. Sed quum & ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset, id est, [4] ex Gepidis, [5] Gautunnis, & [6] Vandalis,

CASAUBONUS.

1 *Fertur etiam epistola illius ad Narseum talis fuisse.*] Hic Narseus regulus Armenus fuit, jussus à rege Persarum, (nam ii sunt quos auctor Parthos nominat) hæc ad Rom. principem deferre munera. mentionem de hoc facit Aurelius Victor in Diocletiano.

2 *Centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit.*] Zosimus: Βαστέρνας Σκυθικὸν ἔθνος ὑποπεσόντας αὐτῷ προσιέμενος, κατῴκισε Θρᾳκίοις χωρίοις.

3 *Qui omnes fidem servaverunt.*] Hoc vult & Zosimus cum subjicit hæc verba superioribus: καὶ διετέλεσαν τοῖς Ῥωμαίων βιοτεύοντες νόμοις. propterea autem adeo studiose notatum Græcis & Latinis historicis fidem à Basternis servatam: quod ceteræ gentes Barbaræ quas vel hic imperator, vel alii, variis partibus Romani orbis collocarant, pro hostibus mox se gesserunt, & bellis intestinis remp. Rom. dilacerarunt. Eunapius elegantissime, in iis quæ publicavit Hæschelius: οἱ μὲν παλαιοὶ μῦθοι λέγουσι περὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὴν Κολχίδα δρακοντείων ὀδόντων κατασπαρέντων, ἐν ὅπλοις ἅμα τῷ σπόρῳ τοὺς ἄνδρας ἀναπαλλάξαι· ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνος τὸν μῦθον τοῦτον εἰς φῶς καὶ ἔργον συνήγαγε, καὶ ἐφθῆναι κατεσκεύασεν. οὐ γὰρ ἔφθασαν τοῦ Σκυθικοῦ γένους εἰς τὴν ἐπικράτειαν τὴν Ῥωμαϊκὴν οἱ παῖδες, ὥσπερ ὀδόντες διασπαρέντες, καὶ πάντα ἦν μεστὰ θυμοῦ, καὶ μανίας, καὶ φόνων.

SALMASIUS.

2 *Centum millia Bastarnarum.*] Pal. *Basternarum.* Græci semper hunc populum nominant Βαστέρνας, sed Latini *Basternas.* atque ita in multis libris manu exaratis scriptum legere memini. sic *Alemannos* sæpe Latini scribunt, qui semper Græcis Ἀλαμάννοι.

GRUTERUS.

4 *Ex Gepidis, Gautunnis, & Vandalis.*] Pal. *ex Gipedis, Granthungis & Blandalis.*

CASAUBONUS.

4 *Ex Gepidis, Gautunnis & Vandalis.*] Hæc nomina in membranis putidissime erant corrupta. *Gautunni* vel sunt qui Trutungi, vel qui Virtingui in Claudio nominabantur. Ego putem

Juthun-

dalis, illi omnes fidem fregerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum pene orbem pedibus & navigando vagati sunt, nec parum molestiæ Rom. gloriæ intulerunt. quos quidem ille diversis vicibus, variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quod Probi evasissent manus. Hæc Probus cum Barbaris gessit. Sed habuit etiam non leves tyrannicos motus. Nam & SATURNINUM, qui Orientis

Juthungos intelligi, de quibus oppido suavem historiam narrat Dexippus in rebus Aureliani, ubi etiam de Vandalis loquitur, gente alioquin satis nota.

SALMASIUS.

4 *Ex Gepidis.*] Idem liber: *ex Gipedis. Gypedes* & *Gipedes* libri ferme semper eos scribunt, non *Gepidas.* poëtæ Latini duas priores syllabas corripiunt. Corippus: — *Gypedaque feroces.* at Græci Γήπαιδας eos vocant. ita enim solent barbarica nomina, & fera, ad Græcum sonum, formationemque Græcæ propiorem inflectere. hinc Γήπαιδας eorum Grammatici ἐτυμολογοῦσι quasi Γετῶν παῖδας: quidam quasi γῆς παῖδας. sic *Erulos*, Ἐλούρους appellant, & ἀπὸ τῶν ἑλῶν, hoc est paludibus in quibus habitant hoc nomen deducunt. Etymologicum magnum: Ἔλουρος ὀιθεῖα. ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κέκληνται. Δέξιππος ἐν δωδεκάτῳ χρονικῶν. καὶ γράφεται διὰ τοῦ Ε ψιλοῦ. τὸ δὲ δίζωον διὰ διφθόγγου. Ἔλουροι ibi omnino sunt Eruli. & ita, nisi fallit me memoria, vocat etiam eos Zosimus.

5 *Gautunnis.*] Palat. *Grauthungis.* atque ita omnino legendum. *Grauthungi* & *Grothungi*, & *Gruthungi* vocantur passim apud auctores isti populi. Ammiano *Gruthungi.* lib. XXVII. *Gruthungos bellicosam gentem.* perperam apud Zosimum Προθίγγοι. nam scribendum: Γροθίγγοι. atque ita etiam apud Claudianum scribimus:

Ausi Danubium quondam transnare Grothungi
In lintres fregere nemus. —

male hodie legitur, *Gothunni.* Idatio Episcopo in fastis consulatibus *Greothingi* nominantur: *His Coss. victi atque expugnati, & in Romaniam captivi adducti gens Greothingorum à nostris.* male apud Trebellium in vita Claudii *Trutungi* pro *Grutungi.* nam iidem sunt. *Trutungi* tamen etiam dicuntur apud Æthicum in vetustissimo exemplari quod penes me est: *Varni, Langiones, Langobardi, Trutungi.* perperam vero hos *Gruthungos* viri doctissimi cum *Juthungis* confundunt. Juthungorum meminit Ammianus lib. XVII. & Alemannorum eos esse partem scribit. Dexippus Ἰουθούγγους Σκύθας appellat. hi sunt qui Vithingi dicuntur apud Trebellium, eosque à *Trutungis*, quos cum *Gruthungis* eosdem esse ostendimus, separat. *Vithungi* etiam dicuntur Sidonio Apollinari.

6 *Vandalis.*] Vetus editio cum Pal. habet, *Blandalis.* nimirum scribendum: *Bandalis*, aut *Vandulis.* ita enim sæpe in libris veteribus vocantur, qui vulgo *Vandali.* Græci quoque nunquam Βανδάλους, sed Βανδίλους scribunt. in veteri Peutingerorum tabula, *Vanduli* nominantur. *Armalausi, Marcomanni, Vanduli.* atque ita etiam in nostro Æthico manuscripto: *Armilausi, Marcomanni, Hyruli, Quadi, Sarmatæ, Vasternæ, Carpi, Vanduli, Cuppei, Langiones.*

1 *Omnesq-*

tis imperium arripuerat, variis præliorum generibus & nota virtute superavit. Quo victo, tanta in Oriente quies fuit, ut (quemadmodum vulgo loquebantur) mures rebelles nullus audiret. Deinde quum PROCULUS & BONOSUS apud Agrippinam in Gallia imperium arripuissent: [1] omnesque sibi Britannias, Hispanias, & braccatæ Galliæ provincias vindicarent, Barbaris semet juvantibus, vicit. Ac ne requiras plura vel de Saturnino, vel de Proculo, vel de Bonoso, suo eosdem inseram libro, pauca de iisdem, ut decet, imo ut poscit necessitas, loquuturus. Unum sane sciendum est, quod Germani omnes, quum ad auxilium essent rogati à Proculo, [2] Probo potius perservire maluerunt quam cum Bonoso & Proculo esse. [3] Gallis omnibus [4] & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent vinumque conficerent. [5] Ipse Almam montem in Illyrico

1 *Omnesque sibi Britannias.*] *Omnesque sibi jam Britannias, Hispanias.* ita Pal. nec secus ed. vet.

2 *Probo potius perservire maluerunt.*] Pro istis omnibus habet tantum Pal. *proservire maluerunt.* scribe: *quum ad auxilium essent rogati à Proculo, Probo servire maluerunt, quam cum Bonoso & Proculo esse.* vulgata lectio correctorum est. illud *perservire* Latinum non est. nec illud item rectum: *potius maluerunt.*

GRVTERVS.

1 *Omnesque sibi jam Britannias.*] Addidi *jam* è Palatino.

4 *Et Hispanis ac Britannis.*] Pal. *& Hispaniis & Britannis.*

CASAUBONUS.

3 *Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent, v.*] *Hinc*, id est, post ista, & ut loquitur Aurelius Victor in hujus rei narratione, *postea sane quam Barbarorum attritæ gentes sunt.* aut scribe *hic.* ut fere in manu exaratis. Vites instituendi aut colendi quantum quis vellet, neque in Italia, neque in provinciis jus fuit. coërcebatur enim ejus rei libertas lege Domitiani quam refert Suetonius cap. VII. meminerunt & Græci scriptores ejus legis, ut ibi notabamus. Britanni quare hoc loco nominentur à Vopisco non video. nam eorum terram ad vineta non esse aptam omnes sciunt: neque alia olim atque nunc est vel soli vel cœli fuit conditio. itaque cæteri historici qui legem hanc Probi commemorant, non Britannos in hoc albo sed Pannonios ponunt. neque aliter hic censeam legendum, nisi est auctoris ex incogitantia peccatum: quod non existimo. Aurelius Victor: *eodem modo hic Gallias Pannoniasque & Mæsorum colles vinetis replevit.* sic & alter Victor & Eutropius.

5 *Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum, lecta vite consevit.*] Victor vulgaris: *Opere militari Almam montem apud Sirmium, & Aureum apud Mæsiam superiorem vineis conseruit.* eadem & Eutropius.

1 *Lecta*

rico circa Sirmium militari manu fossum, [1] lecta vite
19 consevit. Dedit Rom. etiam voluptates, & quidem
insignes: delatis etiam congiariis. Triumphavit de
Germanis & Blemyis: [2] omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit. [3] Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus

SALMASIUS.

1 *Lecta vite consevit.*] Idem liber: *conseruit.*

CASAUBONUS.

2 *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.*] Quem vocat Pollio in triumphis Gallieni gregem & globum, Vopiscus hic voce Barbara drungum. sed ibi triumphatorum populorum singuli globi erant ducenorum hominum; hic tantum L. in Tacticis Græcorum libris omnis adunatio militum appellatur δροῦγγος sive plurium, sive etiam paucissimorum: nam & tres aut quatuor drungum faciunt. inde est δρουγγιστὶ τάττεσθαι, quod Mauricius imperator lib. i v. opponit τῇ μακρᾷ τάξει, & continuæ atque in longum porrectæ aciei: cum per globos ternorum aut quaternorum militum divisa est acies, sive agmen potius: nam τῇ κατ' εὐθείας παρατάξει opponit Mauricius τὸ κατὰ δρούγγους, τουτέστι τρεῖς ἢ τέσσαρας ψιλοὺς ἀκροβολιστὰς, ἐπιφερομένους καὶ τὰ σκευάρια αὐτῶν.

3 *Venationem in Circo amplissimam dedit.*] Pancarpum & direptionis venationem, de quibus ad Gallienos. Vocarunt & sylvam hoc spectaculum. in quinto Athenæi, arbores ad pompam transvehuntur.

SALMASIUS.

2 *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines.*] Vocem *drungus* quod putant esse barbaram, non est. origine enim Græca est, sed barbarefacta à Græcis recentioribus. ῥύγχος est rostrum. hoc vulgares Græci jam olim dixere δροῦγγον. sic λόγχην, λοῦγγον vel λόγγον dicebant. Epiphanius: δροῦγγος μυκτὴρ, ἤγουν ῥύγχος καλεῖται. pro ῥύγχος igitur ῥοῦγγος & δροῦγγος dicebant. militum multitudinem cuneatim rostratimque pugnantium, fronte scilicet in angustum desinente, videntur δροῦγγον, id est ῥύγχος vel rostrum appellasse: nam & *capita porcina* hujuscemodi cuneos vocabant. de quo videndus Vegetius & Ammianus. non ignoro tamen apud eumdem Vegetium *drungum* sive *globum*, à *cuneo* sive *porcino capite* separari. qui autem heic *drungi* vocantur, in superioribus dicuntur *globi*. & sane Vegetius ubique *drungos* globos interpretatur. lib. III. cap. XIX. *aut à vagantibus globis quos vocant drungos.* & ita alibi. proprium vero & consuetum barbaris κατὰ συστροφὰς pugnare, hoc est per globos & drungos. hinc *drungos barbarorum* passim auctores dicunt.

3 *Venationem in circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet.*] De venatione direptionis, sive sylva, deque pancarpo diximus supra ad Gordiani vitam, ubi viros doctos errare docuimus, qui sylvam & pancarpum confundunt. errant etiam illi qui putant à Gordiano primo exhibitum hoc genus ludicræ venationis, quo à populo omnia diripiebantur. jam ante Gordianum Alagabalus in consulatu hoc genus dederat. hunc refert Lampridius, *cum consulatum inisset, misisse in populum non nummos vel argenteos vel aureos, vel bellaria vel minuta animalia, sed boves opimos & camelos*

melos & asinos, & cervos populo diripiendos objecisse, imperatorium id esse dictitantem. videtur auctor innuere, cum antea consules in populum mitterent nummos aureos, argenteos, æreos, bellaria, minuta animalia & cetera id genus missilia, primum Halagabalum in consulatu suo boves opimos, cervos, camelos, asinos, & cetera herbatica animalia populo objecisse diripienda. atqui jam olim id Neronem fecisse ludis suis tradit Suetonius lib. VI. verba ejus hæc sunt: *sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia. avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ, novissime naves, insulæ, agri.* En mancipia, en jumenta, en mansuetæ feræ in populum missæ! non igitur primus Alagabalus hoc genus missilium in populum dedit. Hæc tamen differentia inter missilia Neronis & Alagabali, quod Alagabalus res ipsas diripiendas populo objiciebar, & inde videtur venatio direptionis, quam & sequentes, qua privati consules, qua imperatores, in editione ludorum suorum usurparunt, initium & originem sumpsisse. at in Neronis missilibus tesseræ tantum spargebantur, non res ipsæ; hoc est animalia ipsa diripienda dabantur. spectandæ quidem feræ populo exhibebantur. mox tesseræ jaciebantur in populum earum ferarum nominibus inscriptæ, quæ in spectaculo exhibitæ fuerant. à popularibus rapiebantur illæ tesseræ, quas poterat quisque, & quomodocumque poterat. deinde singulis dabatur in manum, quod tessera cuique rapta adsignabat, sive illud animal esset, sive mancipium, sive vestis, sive aliud quid. Martialis:

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis:
Nunc dat spectatas tessera larga feras.

idem alio loco:

— absent
Sortitur dominos nec laceratur avis.

Dio sive potius Xiphilinus de Nerone: πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα ἃ οἱ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην, ἐδίδου διὰ συμβόλων· σφαιρία γὰρ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα εἰς τὸν ὅμιλον ἐῤῥίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅ, τι τις δι' ἐκείνων ἥρπασεν. At Lampridius narrat Alagabalum, *boves, camelos, asinos, & cervos populo diripiendos objecisse.* nulla igitur in re differentia, sed in modo. Nero aliique ante Alagabalum principes per tesseras illa omnia dabant populo, quæ narrat Suetonius cum Dione & Martiali. at Alagabalus boves ipsos & asinos & mulos, & cervos, cæteraque id genus animalia populo objiciebat diripienda. quod & ipsum tamen ante Alagabalum videtur usitatum, ut ex his Martialis constat:

Nunc implere sinus securos gaudet, & absens
Sortitur dominos, nec laceratur avis.

quod enim per tesseras dabatur, illæsum & integrum domino tesseræ, id est ei qui tesseram rapuerat, conservabatur. cum vero ipsa animalia diripienda objiciebantur, multa ex his in ipsa direptione à popularibus lacerari discerpique consuesse verisimile est, dum quisque rapere satagit, quod optimum opimumque putat. Inde igitur manavit hæc venatio direptionis, cujus heic mentio: quam & *sylvam* vocarunt, ab ea causa quam narrat hoc loco Vopiscus. Sciendum autem est sub novis imperatoribus, hoc est à Constantini magni temporibus usque ad Justinianum, & alios sequentes, nulla alia in usu ac more fuisse missilia aut sparsiones consulares, quam aureorum, argenteorum, & æreorum numismatum. nullus enim tunc direptionis usus, nulla mentio venationis istiusmodi ludicræ, quæ populo diripiendas man-

pulus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ connexis late longeque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ consitus speciem, [1] gratia novi viroris effronduit. [2] Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, [3] & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt vel inveniri. Immissi deinde populares, rapuit quisque quod voluit. [4] Addidit alia die in Amphitheatro una missione centum jubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant: [5] qui omnes contificiis interempti sunt, [6] non magnum præ-

suetas feras & herbatica animalia præbebat. Nam qui scribunt *παισκαρφων* cujus meminit Novella cv. idem fuisse cum hac venatione direptionis, & sylva, misere falluntur. quos & satis multis supra confutavimus. itaque verbum non addam jam ad hanc rem unum, quo confirmatior esse possit, ac certior.

1 *Gratia novi viroris effronduit.*] Vetus editio: *gratiam nobis viroris obtulit.* legendum esset: *gratiam novi viroris obtulit.* sed nihil mutem.

2 *Immissi deinde.*] *Missi deinde*, Pal. illud rectius.

3 *Et cetera herbatica animalia.*] Ab *herba*, *herbaticus*: ut à *pompa*, *pompaticus*: à *scena*, *scenaticus* Varroni apud Nonium: à *lympha lymphaticus*, & similia. *Herbatica* etiam animalia vocat Solinus quæ Græcis *ποηφάγα*. in errore igitur illi qui *erratica* heic animalia pro *herbaticis* reponebant.

CASAUBONUS.

3 *Et cætera herbatica animalia, q.*] In animalium genere quod auctore Varrone pecoris appellatione Latini complectuntur; Græcis *βοτὰ* dicuntur; sunt & *καρποφάγα*, & *ποηφάγα*, & *ῥιζοφάγα*, ut docet Aristoteles. Vopiscus *herbatica* appellat quæ philosophus *ποηφάγα*. errat nimis eorum sententia, qui *erratica animalia* scribendum hoc loco censuerant.

4 *Addidit alia die in amphith.*] Lege ex scriptis manu *Edidit a.*

5 *Qui omnes contificiis interemti sunt.*] Arenæ vox *contificium*, sive *contifigium*. Lampridius in Commodo: *virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret.* Alibi docemus pugnatum in arena cum feris multifariam, venabulis, excipiis, cultis venatoriis, pilis, contis, hastis, copidibus, sybinis, sagittis.

GRUTERUS.

3 *Et cetera herbatica animalia.*] Sic etiam bene Pal.

4 *Edidit alia die.*] Non *Addidit*, ut editi.

5 *Qui omnes contificiis interempti sunt.*] Palat. *qui omnes posticis interempti sunt.*

SALMASIUS.

5 *Qui omnes contificiis interempti sunt.*] Ajunt arenæ vocem esse *contificium*, an *contifigium*? dubitatur enim inter doctos utrum sit verius. ego non ambigo quin utrumque sit falsum. nobis imponebat ille qui in notis suis ad Amphitheatrum Martialis, ex Glossis veteribus citavit: *contificer*, συγόβολοι. nihil est ferme Glossarum veterum, sive illæ editæ sint, sive nondum editæ, quod ego

ego non viderim. nusquam in illis illi mihi reperti *contifices*. & sane nusquam possunt extare eo sensu quem sibi fingunt. volunt enim *contifices* esse qui contis feras occidunt. at *contifex* si diceretur, non alius esse posset, quam qui contos facit, ὁ κοντοποιός. ridicula itaque hæc lectio in hac significatione. ut falsam etiam putem facit optimus Palatinus liber in quo expressis litteris scriptum legitur, *qui omnes posticis interempti sunt*. Quærendum ecquem locum habuerint in amphitheatro istæ posticæ. habuisse vero aliquem testis erit Ammianus Marcellinus his verbis ex lib. XXVIII. *accepta igitur nocendi materia Maximinus effudit geminam ferociam, pectori crudo affixam: ut sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis.* nunc vestigandum quænam illæ *postica* amphitheatrales. *postica* notum quid sit, & *posticum*. Glossæ παραθύρων κοιτῶνι οἴκῳ interpretantur. *Postica* παράθυρα κοιτῶνος τῆς οἰκίας. item: *Posticum*, παράθυρον, παραθύριον. aliæ Glossæ: παραθύρια, *posticum*. non tamen semper *postica*, portam quæ in aversa parte ædium est, significat, quam Græci ὀπισθόθυρον vocant, sed etiam quamlibet parvam portulam. sic in urbibus portulas, quæ juxta portas positæ sunt, vulgo *guicheta* vocamus, Latini *posticas* & *posterulas* appellarunt: Græci θυρίδας, & παραθύρας, hoc est ad verbum, portulas quæ magnis portis adjacent. portulæ eo sensu Livio dicuntur. hinc παραθύρας *posticam* Glossæ exponunt. *posterulæ* etiam dicebantur. Cassianus lib. V. cap. XI. *quamlibet urbis sublimitate murorum, & clausarum portarum firmitate muniatur, posterulæ unius quamvis parvissimæ proditione vastabitur.* Sed *postica* in amphitheatro quid sunt? sciendum subterraneos multos cavos in amphitheatro fuisse asservandis bestiis. ab illis cavis portulas quæ in arenam ferebant, & è quibus in arenam feræ solebant emitti, *posticas* vocat Ammianus, & heic Vopiscus. nihil clarius illis Ammiani verbis: *amphitheatrales feræ diffractis tandem solutæ posticis.* quin de illis posticis accipiendum sit hoc loco apud Vopiscum nullus dubito. sed fortasse ita legendum: *qui omnes è posticis interempti sunt.* valde autem notandum est ex his Vopisci verbis differentiam statui inter cavos illos subterraneos amphitheatrales, è quibus per posticas bestiæ in arenam inducebantur, & caveas in quibus feræ detinebantur: sic enim scribit: *qui omnes è posticis interempti sunt, non magnum prabentes spectaculum cum occidebantur: neque enim erat bestiarum impetus qui esse è caveis egredientibus solet.* dicit, atque id quidem aperte dicit, ideo non magnum nec gratum fuisse spectaculum eorum leonum qui è posticis occidendi in arenam immittebantur, quod non tanto impetu egrederentur ex illis cavis ac specubus subterraneis, ut ex caveis solent. non solum igitur caveæ ferreæ continendis ac concludendis feris in amphitheatro habebantur, sed etiam cavi speluncæque hypogæ ad hanc rem factæ. Et caveæ quidem ex regulis ferreis contextæ erant, & ad lucem expositæ in medio, ut patet, amphitheatro: cavi autem & specus illi subterranei tenebrosi plane erant, ut qui nulla vel minima luce irradiarentur. non mirum est igitur si feræ in illis specubus detentæ, minore inde eum impetu exirent exilirentque, quam quæ in caveis habebantur. tenebris enim ac pædore domitæ, languidiores, & quasi mansueriores efficiebantur. nihil est autem quod æque faciat domandis feris, ac tenebræ. at è caveis exeuntium major vis & impetus erat, nam & major feritas erat. luce enim ipsa efferabantur, & bestiarii ipsius fortasse conspectu adversus quem emittebantur: fortasse etiam priusquam inde exirent, irritabantur, ut majore cum ferocia & impetu exilirent. quod haud facile fieri poterat in cavis & hypogæis illis. Hæc de posticis hoc loco habuimus quæ diceremus.

præbentes ſpectaculum quum occidebantur. [1] Neque enim erat [2] beſtiarum impetus ille [3] qui eſſe è caveis egre-

qui aliud habebit quod dicat, id nos doceat, & gratiam inibit.

6 *Non magnum præbentes ſpectaculum, quum occidebantur.*] Palat. *quo occ debantur.* quod non improbandum eſt.

CASAUBONUS.

1 *Neque enim erat beſtiarum impetus, qui eſſe ab eis egredientibus ſolet.*] Regius ita exhibet, *qui eſſe & ab eis egr. ſ.* non magna mutatione opus ut veram lectionem reſtituas, *qui eſſe è caveis eg. ſ.* quomodo olim è conjectura emendabat Petrus Faber vir omni eruditione inſtructiſſimus.

GRUTERUS.

2 *Beſtiarum impetus qui eſſe ab eis egredientibus ſolet.*] Pal. *qui eſſe hæc ab eis egredientibus ſolent*, ut omnino legendum ſit, *qui eſſe è caveis egr.* uti conjecit Petrus Faber vir litteraturæ ſummæ.

SALMASIUS.

3 *Qui eſſe ab eis egredientibus ſolet.*] Recte emendatum eſt à doctis viris: *qui eſſe è caveis egredientibus ſolet.* Palatinus codex habebat: *qui eſſe hæc abeis*, pro, *qui eſſe è cabeis.* nam ita ſcribebant, *cabeam* vel *cabiam* pro *cavea.* hinc diminutivum, *cabiola* & *gabiola.* unde noſtrum *geole* pro carcere: & *gabiolarius* carceris cuſtos, *geolier.* ſic *albium* pro *alveo* dicebant ſcribebantque. hinc *albiolum* pro *alveolum* in veteri inſtrumento plenariæ ſecuritatis quod in Bibliotheca Regia deſcriptum in cortice ſervatur: *mortaria marmorea duo valente ſiliqua aurea una, Albiolo ligneo uno valente nummos aureos quadraginta. albium*, *augium* vulgo dicimus, ut *cabiam*, *cagiam.* caveæ autem illæ in quibus feræ detinebantur, ex ferreis repagulis ſive regulis conſtabant verſatilibus. Ammianus Marcellinus lib. XIX. *Utque detentæ in caveis beſtiæ, tetro pædore acerbius efferatæ, evadendi ſpe repagulis verſatilibus illiduntur.* ideo autem verſatilia fiebant cavearum repagula, ut vertendo beſtias adſilientes excuterent. totum etiam podium in circuitu repagulis hujuſcemodi verſatilibus erat munitum ad excutiendum, ſubita vertigine, ferarum impetum & adſultum. *rutulos* hæc repagula vocat Calpurnius. ita enim apud eum legendum eſt:

— nec non ubi finis arenæ
Proxima, marmoreo peragit ſpectacula muro,
Sternitur adjunctis ebur, admirabile, truncis,
Et coit in rutulum tereti qui lubricus axe
Impoſitis ſubita vertigine falleret ungues
Excuteretque feras.

vulgo legitur:

Et coit in rutilum tereti qua lubricus axem.

rutulum, ut dixi, vocavit verſatile repagulum. ſic cardinem caveæ *rutulum* vel *rutlum* vocatum eſſe oſtendit optimus auctor Gloſſarum, qui ita ſcribit: *rutlus*, στροφεὺς γαλεάγρας, καὶ ἀποψήκτιον. vulgo *ruplus* legitur, mendoſe. *rutlus* autem pro *rutulus*: ut *circlus* pro *circulus*: & *vitlus*, pro *vitulus* in iiſdem Gloſſis: *vitlus marinus*, φώκη. ſcribitur hodie: *biclus.* ſic *catlum* pro *catulum.* unde *catlaſter* pro *catulaſter.* ita enim ſcriptum legi in antiquis libris Vitruvii, *transmarinos catlaſtros formoſos. ruplus* igitur perperam ſcriptum in illis Gloſſis pro *rutlus.* nam *p* & *t* ſæpe invicem mutantur. hinc *pipita* in iiſdem Gloſſis pro *pitita* vel *pituita.* Quod autem auctor ille pervetus Gloſſarii *ruplum* etiam interpretatus eſt ἀποψήκτιον, hoc nobis ad veram lectionem divinandam præivit, quæ eſt *rutlus.* nam ἀποψήκτιον ſignificat regulam ligneam qua cumulum menſuræ frumentarii ruebant vel deruebant, & exæquabant Latini veteres *rutrum* & *rutellum*

egredientibus solet. [1] Occisi sunt praeterea multi qui diri-

rutellum dixerunt. ἀποψήκτρον autem ἀπὸ τοῦ ἀποψήχειν, quod deradere & explanare significat. hinc ψηκτὸς, modius rasus exponitur in Glossis, ubi perperam viri docti ψηστὸς legunt. nam ψηκτὸς à ψήχω quod est rado. sic rutrum Nonius à radendo dictum esse scripsit. sic non solum ψηστὸς, sed & ψηκτὸς modius dicebatur, cujus cumulus erat derutus. inde ἀποψήκτρον instrumentum quo cumulus deruebatur. ἀπομάκτρον Graeci etiam vocant & ῥύχανον, & σκυτάλην & σκυταλίδα, & ἀποξυστήριον. at Graeci recentiores ῥίγλαν, hoc est regulam. unde ἀπορριγλᾶν apud Hesychium regula mensurae cumulum deruere, & modio adaequare. ῥύχανον, σκυταλίδα, ἀποξυστήριον, ἢ ἀπορριγλίζει τὸ μέτρον. vulgo ἀπορριχίζει perperam. Moschopulus: σκυτάλη ἡ ἀπομάκτρα ἣν οἱ κοινοὶ ῥίγλαν καλοῦσι. Latini ut supra dictum est, rutrum & rutellum dixere. Lucillius:

Frumentarius hic modium secum atque
rutellum
Adfert.

Ruter autem & *rutrum* dicebatur, ut *arater* & *aratrum*. à *ruter* diminutiva *rutulus*, & *rutellus*. hinc *rutlus* in Glossis pro *rutulus*. ut *fitlus* pro *fitulus*: & *fitlones* pro *fitulones*. quod frequenter occurrit in veteribus libris. *rutlus* igitur est ἀποψήκτρον. & ita recte exponitur in veteri Glossario. ad similitudinem autem earum regularum quibus modii radebantur, repagula quoque versatilia, & cardines cavearum *rutlos* vel *rutulos* appellarunt. quod ex illis Glossis constat & Calpurnii loco, ut à nobis emendatus est.

GRUTERUS.

[1] *Occisi sunt praeterea multi qui diripere nolebant, sagittis.*] Pal. *qui dirigere nolebant.*

SALMASIUS.

[1] *Occisi sunt praeterea multi, qui diripere volebant sagittis.*] Qui? quinam illi fuerunt, qui sagittis occisi sunt, dum leonos diripere volunt? an quisquam tanta audacia aut tantis viribus fuit, ut leonem diripere posset? an leones tales bestiae, ut à quovis facile diriperentur? praeterea cur occisi sagittis qui diripere leones volebant? de venatione direptionis diximus paulo ante. sed illa nihil ad leones: & leonibus nihil cum illa. nam herbatica tantum animalia populo dari mos erat diripienda. male sit illis vervecibus qui hunc locum ita mutarunt, ut nunc habetur excusus, cum veteres membranae sic eum scriptum habeant: *occisi sunt praeterea multi qui dirigere nolebant, sagittis.* vetus etiam editio habet, *dirigere.* quod insulsi correctores mutarunt in *diripere*. de leonibus autem intelligi debere plusquam manifestum est, quorum multos sagittis occisos in illo spectaculo esse dicit, qui dirigere nolebant. *Dirigere* heic absolute usurpatum est pro in medium procedere. dicit Vopiscus à Probo editos esse una missione centum leones, qui omnes è posticis intetempti sunt: multos autem ex illis, *qui dirigere nolebant*. hoc est qui prodite in medium amphitheatrum, & ex cavis suis exire nolebant, sagittis occisos esse, in ipsis scilicet posticis, & aditibus speluncarum. nam qui in medium veniebant, à bestiariis occidebantur, non sagittis, sed pede collato, & illis telis quibus bestias à confectoribus confici moris est. qui vero dirigere nolebant, in ipsis cavis suis interficiebantur sagittis. nam ad hoc tantum edebantur, ut occiderentur, occidendique spectarentur. de qua re nos alibi plura. *dirigere* igitur hoc loco absolute positum. sic apud Tertullianum multis locis sumitur, in Scorpiaco: *nam & rursus ad apostolos dirigit: Ecce ego mitto vos, &c. dirigere*

etiam

diripere volebant, sagittis. [1] Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, [2] centum leænæ, & ursi simul trecenti: quarum omnium ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam gratum. Edita præterea gladiatorum paria trecenta, Blemyis

etiam pro ambulare, & procedere, & recta ire. quo sensu hoc loco apud Vopiscum ponitur. sic etiam apud Apulejum: *in aspectum dirigere*, pro in aspectum venire. nec multo secus apud Manilium lib. I.

In cujus caudam contento dirigit arcu
Mixtus equo volucrem missurus jamque sagittam.

idem alio loco:

Cancer in adversum Capricorni dirigit astrum.

atque inde *directarii* dicti qui in alienas ædes dirigebant furandi gratia. Glossæ: *derectarius*, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας. quam interpretationem habet ab Ulpiano, qui lib. IX. de offic proc. *directarios* ita exponebat, *hoc est hos qui in aliena cœnacula se dirigunt, furandi animo.* vide leg VII. D. de extraord. crim dicere etiam potuisset Jurisconsultus, *qui in aliena cœnacula dirigunt.* nam *dirigere* absolutum pro ire, & penetrare se. in iisdem Glossis *derectariis* exponuntur εἰσπηδήσαντες, & εἰσπηδηταὶ & θυρεπανοῖκται derectarii, εἰσπηδήσαντες, LIBS DE OFFIC PROCONSULIS. ita legendum ex manuscripto Puteani: hoc est, *libris de officio proconsulis.* Ulpianum intelligit qui plures libros scripserat de officio Proconsulis. & libro nono *derectariorum* fecerat mentionem, ut constat ex dicta leg. VII. D. *de extraord. crim.* item libro octavo, ut liquet ex leg. I. D. *de effractorib. & exp. derectarii* autem dicuntur non *directarii*, tam in illis Glossis quam in Pandectis Florentinis. sic *derigere* pro *dirigere* in iisdem Glossis scriptum: *derigit*, ἀπευθύνει, *derigere*, ἐξαποστεῖλαι. *derigenda*, ἐξαποσταλτέα. sed de his alibi.

1 *Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ.*] Nescio quid heic turbat vet. liber: sic enim legit: *editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syria ditæ centum leænæ.* fallor, aut legendum: *editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syri: editæ centum leænæ, & ursi simul trecenti.* ex *Syria ditæ*, fecimus, *Syri: editæ.* nihil verius.

2 *Centum leænæ.*] Palatinus: *centum lanæ*: prima editio: *centum lamea.* haud dubium tamen est, quin legi debeat, *centum leænæ.* nec est quod aliquis dicat leonum nomine quos in iisdem ludis ediderat Probus, leænas etiam comprehensas. nam jubatos tantum ediderat. at leænæ juba carent. præterea separatim edi solebant leones & leænæ. hinc in vitis imperatorum Græcis Latinisque sæpe legere est, centum leones una missione editos, & centum leænas. illud vero magnificum magnanimumque in editione ludorum Probi, non solum quod centum leones dederit, sed quod centum jubatos. nec enim omnes jubati leones. tunc autem maxime generosi cum colla armosque vestiunt jubæ. nam ut Plinius scribit, *id ætate contingit è leone conceptis. quos vero pardi generavere, semper insigni hoc carent. simili modo fœminæ.* idem narrat leonum quidem pugnam Romæ principem dedisse Q. Scævolam in curuli ædilitate. at primum omnium L. Syllam, qui dictator postea fuit, centum jubatos leones dedisse in prætura. post eum Pompejum magnum in circo DC. ac in iis jubatos CCCXV. Cæsarem dictatorem CCCC. vide illum lib VIII. cap. XVI.

1 *His*

myis plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris. Quibus peractis, bellum Persicum parans, quum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est. Causæ occidendi ejus hæ fuere. Primum, quod nunquam militem otiosum esse perpessus est. Siquidem multa opera militari manu perfecit; dicens *annonam gratuitam militem comedere non debere.* [1] His addidit dictum ejus grave, Si unquam eveniat salutare, Reip. brevi milites necessarios non futuros. Quid ille conceperat animo qui hoc dicebat? nonne omnes barbaras nationes subjecerat pedibus? [2] quia totum mundum fecerat jam Romanum: *Brevi (*inquit*) milites necessarios non habebimus.* Quid est aliud dicere? Romanus jam miles erit nullus, [3] ubique regnabit, omnia possidebimus, secura Resp. orbis

CASAUBONUS.

1 *His addidit dictum ejus grave, Si unq.*] Scribend. *eis.* sed totus locus perperam conceptus, ita reformandus: *His addidit dictum eis grave, si unquam eveniat salutare Reip.* BREVI MILITES NECESSARIOS NON FUTUROS. Aurelius Victor: *receptis omnibus, pacatisque dixisse proditur, Brevi milites frustra fore.*

3 *Ubique regnabit.*] Scribe, *regnabimus*, emendante Jacobo Lectio.

SALMASIUS.

1 *His addidit dictum ejus grave.*] Legebam: *his adde dictum ejus grave.* duas causas occidendi Probi adfert. primum, inquit, quod nunquam militem otiosum esse perpessus est. his adde dictum ejus grave, quo dicebat scilicet, si unquam eveniat salutare reip. brevi milites non futuros necessarios. at Casaubonus legebat: *His addidit dictum ejus grave.* quod minime placet. quo referemus enim istud, *his addidit?* vera igitur nostra conjectura, *his adde.* sic infra loquutus est auctor: *studiis incumberet, eruditetur artibus, navigaret. adde quod nullus occideretur in bello.*

2 *Quia totum mundum fecerat jam Romanum.*] *Totus mundus*, loquutio vulgaris, & è medio petita. sic apud Salisberiensem ex Petronio: *totus mundus agit histrioniam.* talis & illa quam refert Donatus in Comicum: *nesciebam eum in mundo esse*, pro *nesciebam eum natum esse*, aut *in rerum esse natura.* Sic vulgo dicimus, *Ie ne scavois pas qu'il fust au monde.* antiqui poëtæ Latini *mundum* pro cælo fere tantum usurparunt. sed hæc nota non nemini sunt.

3 *Ubique regnabit, omnia possidebimus.*] Casaubonus ex conjectura Lectii emendabat, *ubique regnabimus.* ego malim legere, *possidebit*, pro *possidebimus*, atque ita totum locum constituere: *Romanus jam miles erit nullus: ubique regnabit, omnia possidebit secura resp. orbis terrarum; non arma fabricabit, non annonam præbebit.* vel etiam sic: *Romanus jam miles erit nullus: ubique regnabit, omnia possidebit secura respublica: orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit.* quod verum est.

orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit: [1] boves habebuntur aratro, equus naſcetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captivitas. ubique
21 pax, ubique Rom. leges, ubique judices noſtri. Longius amore imperatoris optimi progredior quam pedeſtris ſermo deſiderat. Quare addam illud quod præcipue [2] tanto viro fatalem properavit neceſſitatem. Nam quum Sirmium veniſſet, ac ſolum patrium effœcundari cuperet & dilatari, ad ſiccandam quandam paludem multa ſimul millia militum poſuit, [3] ingentem

1 *Vibis habebuntur aratra.*] Ineptiſſima lectio. edendum curavimus: *boves habebuntur aratro, equus naſcetur ad pacem.* incidi nuper in conjecturam viri cujuſdam docti, qui hoc loco legendum conjiciebat: *bobus habebuntur aratra.* non tam bene. rationem poteſt quilibet videre. at *boves habebuntur aratro*, ideo dixit, quod boves non ad aratrum tantum habebantur, ſed ad plauſtra ducenda quibus annona militaris vehebatur & ſpecies fiſcales. boum enim multus uſus in angariis & publico curſu. vide Cod. Theod. *de curſu publico.* at ſi milites nulli forent, non arma fabricarentur, annonam provinciales non darent: boves aratro tantum haberentur, & nulli rei ſervirent, niſi arandæ terræ. hoc dicit Vopiſcus.

2 *Tanto viro fatalem properavit neceſſitatem.*] *Fatalis neceſſitas.* ſic ſupra in Tacito: *ne dies, hora, momentum, aliquid ſibi vindicaret in me, ac fatali neceſſitate abſumptus indicto Probo deperirem.* ſic Græci μοιρῶν ἀνάγκην, & μοιρίδιον ἀνάγκην dicunt. *fatalis hora* ſic dicitur in antiquo epigrammate:

Properavit hora triſtis fatalis mea.

3 *Ingentem parans foſſam, qua dejectis in altum navibus, loca Sirmienſibus profutura ſiccaret.*] Mirum quid iſtæ facere potuerint naves paludi ſiccandæ, in altum ſic dejectæ? *pro molibus*, inquiunt, *objectæ aquæ reſtagnanti* ſed quis unquam legit naves in mare dejectas, & pro molibus objectas? concedamus ſic fieri ſolitum. nihil ad rem pertinere poteſt hæc navium in mare dejectio, moliumque objectio hoc loco. paludem ſiccare volebat Probus. ingentem foſſam ducendam ad hoc curaverat, ut aquam ſtagnantem omnem educeret. ad quam rem nunc, aut quem uſum naves illæ in mare dejectæ? cum de hujus loci ſinceritate dubitarem & in vera lectione reperiunda æſtuarem, explicuit æſtum meum Palatinus liber in quo ita ſcriptum reperi: *dejectis in ſaltum naribus.* vide una litterula quid facit? *naribus* vera lectio pro *n.ruibus.* & hæc emendatio auro contra cara non eſt. ſic igitur totum locum hunc conſtituo: *ad ſiccandam quandam paludem multa ſimul millia militum poſuit, ingentem parans foſſam, quæ dejectis in ſalum naribus, loca Sirmienſibus profutura ſiccaret.* *in ſalum* repoſuimus pro *in altum*, ex Palatini codicis ſcriptura qui habebat, *in ſaltum.* ſenſus facilis & expeditus. hoc enim vult: Probum ad ſiccandam paludem multa millia militum poſuiſſe, foſſamque ingentem paraſſe quæ in mare exoneraret & egereret, quidquid aquæ reſtagnaret in illa palude. loquutione autem longe elegantiſſima id expreſſit Vopiſcus: *foſſam parans ingentem, quæ dejectis in ſalum naribus, paludem ſiccaret.* *nares foſſæ* vocat extremam foſſæ partem humiliorem, depreſſiorem, & in ſalum dejectam, qua exitum

tem parans fossam, [1] qua, [2] dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret. [3] permoti milites confu-

exitum in mare haberet aqua paludis restagnantis. sic *nares canalis* apud Vitruvium, pro extrema canalis parte, qua humor egeritur lib. VII. cap. IV. *sin autem aliquis paries perpetuos habuerit humores, paulum ab eo recedatur, & struatur alter tenuis distans ab eo quantum res patietur, & inter duos parietes canalis ducatur inferior quam libramentum conclavis fuerit, habens nares ad locum patentem.* sequitur: *item cum in altitudinem perstructus fuerit, relinquantur spiramenta: si enim non per nares humor, & in imo & in summo habuerit exitus, non minus in nova structura se dissipabit.* & paulo post: *si autem locus non patietur structuram, canales fiant, & nares exeant ad locum patentem.* sic igitur canalis apud Vitruvium *nares* habere dicitur, hoc est exitus quibus humor egeritur, ut heic fossæ apud Vopiscum, quibus aqua educitur. nam fossam nares in mare dejectas sic habere dixit, ut Vitruvius canalem nares ad locum patentem. *spiramenta* etiam idem vocat, ut in loco superius allato videre est. Græci ἀναπνοάς. hinc vetus auctor Glossarum *elicem*, ἀναπνοὴ ὀχετῶ interpretatur. *Elix*, ἀναπνοὴ ὀχετῶ. *Elices* autem secundum Festum, *sulci aquarii sunt, per quos aqua collecta educitur è liris.* Servius in I. Georgicωn: *apud antiquos hodieque in aliquibus provinciis elices appellantur sulci ampliores ad siccandos agros ducti.* scribebant etiam *helix* pro *elix*. Glossæ: *helix*, ἀναπνοὴ ὀχετῶ. *helix*, ἀναπνοὴ ὀχετῶ. hac scriptura inducti sunt, qui primi Florentinarum Pandectarum textum publicarunt, ut putarent vocem esse Græcam. ita enim edendum curaverunt leg. I. D. *de aqua, & aquæ pluv. arc. sulcos tamen aquarios, qui* ἕλικες *appellantur, si quis faciat, aquæ pluviæ actione eum teneri ait.* at mihi liquet in Pandectis illis scriptum extare: *qui helices appellantur.* sed hæc obiter. nares igitur aquariorum illorum sulcorum, quibus aqua è lyris educebatur, *elices* dicebantur ex sententia veterum Glossarum auctoris, qui *elices*, ἀναπνοὰς ὀχετῶ exposuit. alii sulcos ipsos ita vocarunt. haud dissimili genere loquendi *animatæ tegulæ* vocabantur, quæ in modum canaliculi factæ erant, & in imo & summo spiramenta habebant, hoc est foramina. Vitruvius cap. IV. lib. VII. *deinde insuper animatæ tegulæ ab imo ad summum parietem figantur. quarum interiores partes curiosius picentur, ut ab se respuant humorem. item in imo & in summo supra cameram habeant spiramenta.* sed ne fallaris, hodie leges apud Vitruvium in vulgatis codicibus, non *animatæ*, sed *hamatæ*. quas scio quomodo interpretentur viri docti, quorum mihi neutiquam placet interpretamentum. testor autem me in antiquis duobus Palatinæ Bibliothecæ codicibus, omnibus literis scriptum reperisse, *animatæ*. ad eundem plane modum *animatoria olla* dicebatur quæ in summo spiramentum habebat, hoc est quæ pertusa erat. Glossæ: χύτρα πετρημένη, *olla animatoria.*

GRUTERUS.

1 *Qua dejectis in altum navibus.*] Pal. *quam dejectis in saltum naribus.*

3 *Hoc permoti milites.*] Sic Gall. scripti. at Pall. *hac.* utraque vox prius aberat editionibus.

CASAUBONUS.

2 *Dejectis in altum navibus, l.*] Naves istæ videntur pro molibus objectæ aquæ restagnanti.

3 *Permoti milites c.*] Scripti, *Hoc permoti milites c.* Turris ferratæ in eadem historia meminerunt Aurelius Victor, Eutropius, alii.

SALMASIUS.

3 *Permoti milites.*] Casaubonus libros suos scriptos habuisse refert: *hoc permo-*

confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa [1] editissimam exædificaverat, interemerunt anno imperii sui quinto. Postea tamen [2] ingens ei sepulcrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cum titulo hujusmodi inciso marmori, HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR
22 ETIAM TYRANNORUM. [3] Conferens ego cum aliis imperatoribus principem Probum, omnibus prope Romanis ducibus, [4] qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parem fuisse, aut, si non repugnat invidia furiosa, meliorem. Quinquennio enim imperii sui per totum orbem terrarum tot bella gessit, & quidem per se, ut mirabile sit quemadmodum omnibus occurrerit præliis. [5] Multa manu sua fecit, [6] duces præclarissimos instituit. Nam

permoti milites. princeps editio, quam vidimus, habebat: *ac permoti.* at in Pal. legebatur: *hac permoti.* omnino legendum: *hac re moti milites confugientem eum in turrem, &c.*

1 *Editissimam exædificaverat.*] Vet. ed. *& latissimam.* forte: *elatissimam.*

2 *Ingens ei sepulcrum elatis aggeribus fecerunt.*] Accedebat honos ex sepulcro ingenti. sic supra de Aradione: *& quia fortissimum ac pertinacissimum virum viderat, sepulcro ingenti honoravit, quod adhuc extat tumulo usque ad ducentos pedes terra elato per milites.* sic enim ibi legendum ex correctione nostra, quæ plane confirmatur hoc loco quem in manibus habemus. nam ut ibi *sepulcrum ingens elato tumulo*, ita heic, *ingens sepulcrum elatis aggeribus. tumulus* autem idem quod *agger.* Glossæ: *tumuli*, *βουνοὶ*, *λόφοι*, *τύμβοι*, *σωροὶ γῆς.* ita legendus ille Glossarum locus. at Casaubonus in illo Vopisci loco *latum tumulum* legebat, & accipiebat latum agri modum sepulcro circumjacentem. ingenti sepulcro quod honori erat, opponitur, humile sepulcrum. Trebellius in Victorinis: *Extant denique sepulcra circa Agrippinam brevi marmore septa, humilia.*

4 *Qui fortes, qui clementes.*] In Palatino: *qua fortes, qua clementes, qua prudentes, qua mirabiles extiterunt.* quod rectum est. atque ita legendum.

GRUTERUS.

1 *Editissimam exædificaverat.*] Pal. *& latissimam.* fuit fortassis, *elatissimam.*

3 *Conferens ego cum aliis Imperatoribus, &c.*] Pal. *conferens mihi cum aliis.*

CASAUBONUS.

6 *Duces præclarissimos instituit.*] Aurelius Victor de Diocletiani Cæsaribus loquens: *Horum concordia maxime edocuit virtuti ingenium, usumque bonæ militiæ, quanta his Aureliani Probique institutio fuit, pæne sat esse.*

SALMASIUS.

5 *Multa manu sua fecit.*] Id est, multa fortia facta edidit in præliis. sic *plurimum manu facere*, accipitur apud Lampridium in vita Alexandri Severi:

Nam ex ejus disciplina Carus, Diocletianus, Constantius, [1] Asclepiodorus, Annibalianus, Leonides, Cecropius, Pisonianus, Herennianus, Gaudiosus, Ursinianus, [2] Herculius, Maximianus & cæteri, quos patres nostri mirati sunt, & de quibus nonnulli boni [3] principes extiterunt, instituti sunt. Conferat nunc, cui placet, viginti Trajani Adrianique annos, conferat prope totidem Antoninorum. Nam quid de Augusto loquar? [4] cujus imperii anni vix possunt credi. Malos autem principes taceo: ipsa vox Probi clarissima indicat quid se facere potuisse speraret qui dixit, *Brevi necessarios milites non futuros*. Ille vero conscius sui, non Barbaros timuit, non tyrannos. Quæ deinde felicitas emicuisset, si sub illo principe milites non fuissent? [5] Annonam 23

ti: *quum ipse Alexander cornua adiret, milites admoneret, sub ictu teli versaretur, manu plurimum faceret, singulos quosque milites ad laudem verbis adduceret*. & Capitolinus in Maximiano pari modo scribit eum, *multa manu & corpore ostendere solitum*. *manu* igitur *multum facere* dicebatur is in bello qui inter primos pugnabat, & fortiter faciebat. χειραρ-γὸν τῆς μάχης alicubi vocat Herodianus eum qui multa manu fecerat in prælio.

CASAUBONUS.

1 *Asclepiodorus*.] Scrib. *Asclepiodotus*. nam ita Aurelius Victor & Eutropius. etiam Græci Α᾽σκληπιόδοτος. is est qui sub Diocleriano & Maximiano præfecturam præt. administrans Allectum vicit.

5 *Annonam provincialibus daret nullus*.] Reg. *provincialis*. quod rectum est paullo ante: *orbis terrarum non arma fabricabit; non annonam præbebit*. tamen quin possit ferri & altera lectio, non eo inficias. & favent lectioni vulgaræ sequentia verba: *æternos thesauros haberet Romana Resp.* sed regio assentiuntur codices Puteani.

GRUTERUS.

1 *Asclepiodotus*.] Sic quoque Pal. non ut editi *Asclepiodorus*.

2 *Herculius, Maximianus*.] Duo isthæc nomina non comparent in Pal. nisi à manu recentissima.

3 *Principes extiterunt, instituti sunt*.] Illa, *instituti sunt*, absunt Palatinis, neque admodum requiruntur.

4 *Cujus imperii anni vix possunt credi*.] Pal. *potest atvivi*.

5 *Annonam provincialis daret nullus*.] Sic etiam noster Pal. ut & alii scripti. vulgari enim *provincialibus*.

SALMASIUS.

4 *Cujus imperii anni vix possunt credi*.] Longe diversa lectio in Palatino mihi reperta: sic enim habet ille, *cujus imperii anni vi potest statuivi*. an scribendum? *de cujus imperii annis vix potest statui*. viderint acutiores an recte conjecerim. nam ipse de hac conjectura, an vera sit, non apud me statui.

5 *Annonam provincialis daret nullus*.] Ita Palatinus. atque ita jam pridem ex suis libris legendum viderat Casaubonus. vulgo habebatur: *annonam provincialibus daret nullus*. ineptissime.

1 Sti-

nonam provincialis daret nullus, [1] ſtipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos theſauros haberet Romana Reſp. nihil expenderetur à principe, nihil à poſſeſſore redderetur: aureum profectò ſeculum promittebat. Nulla futura erant caſtra, nuſquam lituus audiendus, arma non erant fabricanda: populus iſte militantium, [2] qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, araret, ſtudiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret. adde quod nullus occideretur in bello. Dii boni quid tantum vos offendit Rom. Reſp. cui talem principem ſuſtuliſtis? Eant nunc qui ad civilia bella milites parant,

1 *Stipendia de largitionibus nulla erogarentur.*] *De largitionibus*, id eſt de ærario. *ſacræ largitiones* dicebantur de ſacro ærario, & *ſacræ remunerationes*, & *ſacræ erogationes*. nam hæc tria vocabula ſynonyma ſunt. duæ autem erant largitiones, ſacræ & privatæ: hoc eſt duo æraria, ſacrum vel publicum, & privatum. qui ſacri olim ærarii præfectus ſub prioribus imperatoribus, is ſub poſterioribus *comes ſacrarum largitionum* vocatus eſt. & qui privati ærarii præfectus, idem & rei privatæ procurator, & poſtea *privatarum largitionum* comes, vel *rei privatæ* dictus eſt. is ſub ſe habebat omnes rei privatæ rationales qui in ſingulis provinciis fiſcum principis procurabant. at Spartianus in vita Severi ſcribit procurationem rei privatæ ſub eo principe primum fuiſſe inſtitutam. in quo falſum eum eſſe docuimus. nam *procurator rei privatæ*, & *privati ærarii præfectus* idem tunc erant: ut poſtea *comes rei privatæ*, & *privati ærarii præfectus*, & *privatarum largitionum magiſter*, idem omnino fuere. atqui longe ante Severum *privatum ærarium* erat & dicebatur, ut & ærarii privati præfectus. Etymologicum Suidæ: πρίβατα τὰ τῆς βασιλείας ἰδιαζόντως διαφέροντα. ἄλλα δέ ἐστι τὰ δημόσια, ὅσα πλὴν ὑπὸ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῖς δημοσίαις ὑπουργοῦντα χρείαις. largitionum tamen nomen etiam privato ærario principis donabatur. idem enim ſcribit: λαργιτιῶνες δέ εἰσι δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ πρίβατα. ſed de his jam multa in ſuperioribus diximus, & plura dicturi ſumus in libro de officiis Auguſtæ domus.

2 *Qui nunc bellis civilibus remp. vexat, pacis ſtudiis incumberet.*] Hæc pacis ſtudia libenter heic in ſede ſua pacata manere ſiviſſem, niſi vetus liber obſtitiſſet, qui pro illo *pacis* aliud verbum habet, atque ita legit: *qui nunc bellis civilibus rempubl. vexat aparet ſtudiis incumberet, &c.* nec aliter ſcriptum exhibet editio princeps. malos ergo criticos fuiſſe liquet qui pro *aparet*, repoſuerunt, *pacis*. non tam longe à vero abiiſſent, ſi in mentem illis veniſſet corrigere *araret* pro *aparet*. ſolemnis hæc menda in his libris. ſic *parum* pro *rarum* in vita Marci. in Maximinis, *petunſus* pro *retunſus*. infra in Carino: *cepatantes* pro *ceratantes*. ita plane hoc loco *aparet* pro *araret*. ſic igitur totum hunc locum lege: *populus iſte militantium qui nunc bellis civilibus remp. vexat, araret, ſtudiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret.* tam proba hæc emendatio eſt ut nemini non eam me probaturum eſſe confidam.

1 *In*

parant, [1] in germanorum necem arment dexteras fratrum, hortentur in patrum vulnera liberos, [2] & dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri prudenter & consecrandam [3] vultibus, & ornandam templis,

CASAUBONUS.

1 *In germanorum necem arment dextras f.*] *In germanorum necem arment dextras fratrum.*

2 *Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri prudenter & consecrandam vultibus, & cæ.*] Scribendum, *quem imperatores nostri prudenter, & consecrandum vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circensibus judicarunt.* Significat Vopiscus Diocletianum & Maximianum omnes Probo honores decrevisse, qui consecratis principibus haberi solerent. *Vultibus consecrare*, est pictum exhibere. & fortasse edicto principum jussi omnes fuerant, ut Probum pictum haberent. quem honorem defuncto Aureliano fuisse habitum in Taciti vita dictum Vopisco. & de Marco scribit Capitolinus, sacrilegum judicatum esse, qui ejus imaginem in sua domo non habuit. *vultus* sunt imagines, & προσωπα, id est, εἰκόνες βασιλέων, ut exponitur in Glossis. in Maximo & Balbino: *legiones ipsæ, & auxilia ubique terrarum jam vultus vestros adorant.* Zeno Veronensis sermone de spe, fide & charitate: *Si incluti cujusquam regis, hominis tamen vultus quivis ulla violaverit ratione, nonne continuo velut sacrilegii commissi capitales pœnas luit?* ædis honor & imaginis quæ in circum per ludos inferretur, res sunt translatitiæ in principibus cœlo donatis. Ita hunc locum interpretamur: sed quia manu exarati non *dignitatem* habent, verum *divinitatem*, possumus retinere fœmineum genus in sequentibus. hinc autem intelligimus non defuisse qui dicerent nihil à Probo consecratione dignum esse gestum. eos igitur his verbis suggillat auctor.

GRUTERUS.

2 *Et divinitatem Probo derogent.*] Heic quoque adsentiuntur aliorum scriptis Palatinæ membranæ. nam ediri *dignitatem.*

SALMASIUS.

2 *Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri consecrandam.*] Minime dubium est quin legendum sit cum Casaubono: *quem imperatores nostri consecrandum vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circensibus judicarunt.* nam ita scriptum in Palatino. idem scriptum etiam habet *divinitatem* pro *dignitatem.* quam lectionem etiam in suis libris fatetur reperisse Casaubonus. nec dubium quin vera sit. non propterea tamen genus fœmineum in sequentibus, ut idem vir doctissimus existimabat, sed tanto magis masculinum reponendum. nec enim divinitas consecratur, sed aliquis consecratur divinitate. hinc *consecrari* imperatores dicebant, qui in divorum numerum cooptabantur. & *consecrati desacratique* vocabantur, qui divi facti. Glossæ: *consecratio*, ἀποθέωσις. aliæ: ἀποθεοῦμαι, *divinor, divus fio.* ἀποθεῶ, *divino, divum facio.* sic igitur legendum: *& divinitatem Probo derogent, quem imperatores nostri consecrandum vultibus, &c.* per hæc enim omnia divinitatem Probi confirmatam videri vult Vopiscus, adversus eos qui eam illi derogabant, quod & imperatores sequentes eum vultibus consecrandum, & templis ornandum, & ludis circensibus celebrandum judicassent.

3 *Vultibus consecrandum.*] *Vultibus*, id est imaginibus pectore tenus expressis, quas *thoracas* vocant & *clypeos.* Trebellius in Claudio: *illi clypeus aureus,*

vens, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius judicio in Romana curia collocatum est, ut etiamnunc videtur, expressa thorace vultus ejus. thoracem vultus, vocat imaginem vultus. sed *vultus* etiam appellarunt illas imagines, & πρόσωπα. Capitolinus in Maximo & Balbino: *legiones ipsa & auxilia ubique terrarum vultus jam vestros adorant*. Cod. *de Publ. lat. nunt.* leg. unica: *quidquid nostrorum nunciari tempus prosperorum, ut bella si desinant, si oriuntur victoriæ, fastis si honor datus fuerit regalium trabearum, compositæve pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, hæc sine immodico pretio nuntiari excipique sancimus*. ubi *sacri vultus* sunt sacræ imagines imperatoris. Græci λαύρεγα verterunt in illa lege. Synopsis Basil. lib. LVI. sub finem: εἴτε πολεμίων ἀναχώρησιν, εἴτε νίκην, εἴτε ὑπάτων ἀναγόρευσιν, εἴτε εἰρήνην ἀγγελθῶμεν πρὸς τοὺς πολεμίους, εἴτε λαύρεγα κομίζωμεν. ita enim legendum. vulgo λαυρέγγα. alii corrigunt, λαυρέγγα. sed λαύρατα reddiderunt quos dicta lex *sacros vultus* appellavit. λαύρατα igitur sunt imagines imperatoris. unde vero dicta ista λαύρατα? putant docti homines λαυρεάτον scribi pro λαυρεάτον. & esse *lauratum* Latine, hoc est imaginem imperatoris laureati, & triumphantis. sed quis unquam *lauratum* ex Latinis pro *laureatum* dixit? hoc ut probent, citant Optatum Milevitanum. & hæc illi verba affingunt: *lauratis & iconibus quæ mittuntur ad civitates, vel regiones, obvii adeunt populi cum cereis & incensis, non ceræ perfusam tabulam; sed imperatorem honorantes*. si hæc Optati verba sunt, nec ipse dubitavero, quin *laurata* sint laureatæ imagines. totum mihi Optatum semel iterumque versanti nusquam locus ille occurrit: quem tandem inveni in notis Balduini ex versione Græci auctoris, quam nisi fallor produxit in suis annalibus Baronius. *lauratis* igitur posuit, quod in Græco esset λαυρεάτοις. sed λαυρεάτον cum scribitur apud Græcos, scias id esse pro λαυράτον. ut λαῦρον pro λάβρον interdum scriptum reperitur apud Græcos. vera igitur hujus vocabuli scriptura λαβρᾶτον. Latine *labratum*. Glossæ: *labratum*, ἀσπασμὸς βασιλικός. *Labratum*, φίλημα βασιλικόν. *labratum* ἁπλῶς est. nam integrum erat, *labratum osculum*. sed adjectivum in substantivum transiit. *labrata* autem oscula sunt, labris impressa, ut loquitur Minutius Felix in Octavio: *Cæcilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens, osculum labris impressit*. nam is erat adorationis ritus apud veteres, ut jam omnes sciunt. Plinius: *in adorando dextram ad osculum referimus*. Apulejus in Apologia: *nulli Deo ad hoc ævi supplicavit: nullum templum frequentavit: si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere*. hinc *labratum osculum* ejus qui in adorando manum labris admovebat, & osculabatur. sic numina sua olim, sic imperatores suos adorabant, & imperatorum imagines, haud minus quam deorum simulacra. Et notandum est ab auctore Glossarum *labratum* non simpliciter exponi φίλημα aut ἀσπασμὸν, sed ἀσπασμὸν βασιλικὸν & φίλημα βασιλικόν· quia scilicet soli imperatores hoc genere *labrati osculi* salutarentur, id est, adorarentur. sic quibus sacræ purpuræ adorandæ copia dabatur, manu ad os relata solebant sacram principis purpuram contingere, capite demisso. nam ita etiam moris erat in adorationibus. Hieronymus adversus Ruffinum: *qui adorant solent deosculari manum, & capita submittere*. plura de hoc more Lipsius in electis, cujus scrinia non compilo. male tamen ab illo ibidem scriptum est, adorantes manum prius porrigere, deinde statim ad os referre solitos. immo contra illi faciebant. manum enim osculari, deinde eam versus illum quem adorabant, protendere consueverant. & hoc erat quod dicebant, *oscula jacere*, & *basia jactare*.

Taci-

Tacitus lib. I. Hist. *nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione.* *jactare basia* apud Juvenalem. Phædrus:

— jactat basia tibicen.

id est populum adorat. jacere autem osculum is proprie dicitur, qui manum osculatur, deinde eam porrigit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum. nam prorensione manus, quam prius erant osculati, quodammodo osculum ipsum porrigere, & jactare ad eos videbantur, quibus honorem illum deferebant. hoc ostendit Juvenalis cum dicit,

A facie jactare manus, laudare paratus
Si bene ructavit.

qui à facie jactat manus, is utique manu faciem prius tangit, quam eam jactet, hoc est, manum ad os refert, deinde eam jactat & porrigit, postquam eam osculatus est: & sic quodammodo osculum ipsum jactare, ac porrigere creditur. *manu venerari*, & *manu salutare* hoc dicebant. Tacitus de Nerone cantante: *postremo genu flexus, & cætum illum manu veneratus est.* Histrionem ille verum agebat. at histrionum, pantomimorum, & eantorum mos hic erat, ut populum scenam ingressi adorarent. vetus epigramma:

Ingressus scenam populum saltator adorat.

sic aurigæ flagello populum venerabantur. cum enim dextram manum in adorando ad os referrent, aurigæ qui dextra flagellum tenebant, flagellum ipsum osculabantur, & sic adorabant. Dio in Caracallo de ejus aurigationibus loquens: προσεκύνει δὲ αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. id est, agonothetas flagello venerabatur. quo loco quid vocet Dio προσκυνεῖν τῇ μάστιγι, nescire fatetur vir eruditissimus. atqui προσκυνεῖν τῇ μάστιγι, est *flagello venerari, & adorare*: ut προσκυνεῖν τῇ χειρὶ. *manu venerari.* sic enim aurigæ solebant. idem in Avito: ἰδὼν γὰρ δὲ αὐτὸν ἁρματηλατοῦντα καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τινὰ τῶν ταπεινοτάτων αἰτοῦντα, τοὺς δὲ ἀγωνοθέτας καὶ στρατιώτας προσκυνοῦντα. Male ad hanc adorationem refert vir magnus in animadversionibus ad Suetonium hæc ejus verba lib. II. *quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter compluribus prætextatis tutorem à se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia sua desideria referrent: ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset.* mos, inquit adorantium fuit, ut manu porrecta, & ad os relata osculum labiis imprimerent. eum ritum ibi obscure innuere Tranquillum. immo nihil tale innuit Suetonius. sed tangit veterum consuetudinem, qua blandientes solebant puerorum maxillas adprehendere, deinde manum ad os referre. sic interpretati sunt veteres Critici illud Virgilii ex lib. I. Æneid.

Olli subridens hominum sator atque deorum
Oscula libavit natæ.

Servius qui est in membranis Fuldensibus: *sanè multi nolunt ita intelligi, ut summum osculum filiæ dederit, id est non pressim, sed summa labella contingens: sed ita ajunt, tum hilarus Jupiter vultus natæ libavit, id est contigit, scilicet ut nos solemus cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad os nostrum dextram referre. Ergo libavit merito, quia partem vultus non totos contigerat: ut oscula dixerit quasi minora & teneriora filiæ ora, ut ora diminutive oscula.* Egregius & unicus locus ad hunc morem firmandum, & Suetonium explicandum. *oscula libare* non est oscula summatim & leviter dare, sed ora leviter & summatim tangere. nec dubium quin eo sensu *osculum pueri à Jove delibatum* Suetonius dixerit. *Osculum* parvum os. Sic apud Martialem accipitur:

Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.

& apud Ovidium:

— videt oscula quæ non
Est vidisse satis.

solebant igitur qui pueris blandiebantur, eorum osculum delibare, hoc

plis, & celebrandam ludis circensibus judicarunt. [1] Posteri Probi vel odio invidiæ, vel timore, [2] Romanam

hoc est leviter manu adprehendere, deinde manum ad os referre. de hoc blandimenti genere capiendus ejusdem Suetonii locus in Galba: *Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse*, καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. nam *buccula adprehendere*, & *maxillam contingere*, & *osculum delibare* idem sunt, & ad illam consuetudinem quam tangit Servius referri debent. nihil vero ad hanc adorandi rationem pertinent de qua heic agimus, & quam veteres erga deorum simulacra, & imperatorum imagines usurpabant. *labrata* autem *oscula* diximus ea dici quibus in adorando utebantur, & inde dici quod manum labris admoverent eum adorabant. At imperatorum imagines & sacri vultus, qui populis inhiantibus, ut lex loquitur, inferebantur, quod ab omnibus adorarentur, & hujuscemodi *labratis osculis* excipi solerent, *labrata* etiam ut dicerentur, invaluit. *labratum* proprie est salutatio vel adoratio, qua imperator vel imperatoris imago excipitur. Glossæ ἀσπασικὸν βασιλέως interpretantur. verum ipsa etiam imago imperatoria quæ *labratis* adorabatur, ita dicta est. hinc passim Græci λαύρατα vocarunt imagines regias. Gregorius Dialog. epist. 1. ad Leonem Isaurum: διὰ τοῦτο καὶ τὰ λαύρατά σου κατεδέξαντο καθὼς περὶ τὰ βασιλεῦσι βασιλείας τιμῶν. & paulo post τότε ῥίψαντες τὰ λαύρατά σου κατεπάτησαν, καὶ ἀνασκαφὴν τῶν προσώπων σου ἐποιήσαντο. Chronicon Alexandrinum: τούτῳ τῷ ἔτει ἐβασίλευσεν Ἀνθέμιος, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην. καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαύρατα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ Φιρμιλίου ἐπάρχου πόλεως. iidem Græci λαύρατον non de imperatoria tantum imagine, sed de quovis simulacro & effigie usurparunt. hinc hermulas quæ pro terminis erant finiendis agris λαύρατα vocarunt. Pediasimus Bulgariæ chartophylax in libello manuscripto περὶ γεωδαισίας· ἐν ταῖς τῶν χωραφίων ἀρχαῖς εἰώθαμεν πέτρας ὀξείας ἢ τάφρους ἢ λαύρατα τιθέναι εἰς ὅρια. Glossæ Basilicorum: λαύρατον ἐκ τοῦ λαβόρατον, καὶ κατὰ συγκοπὴν λαύρατον. τουτέστιν ὁ εἰργασμένος καὶ χειροποίητος ὅρος. vult *labratum*, quum terminum vel hermulam significat, dici quasi laboratum, & manu factum. falsa quidem & inepta etymologia, sed ex qua constat Græcos semper λαύρατον scripsisse & pronuntiasse, non λαυρᾶτον, hoc est *lauratum*. quod satis sit confutandis illis qui λαυρᾶτα esse lauratas vel laureatas imagines sibi imaginati sunt. atque hactenus de *labratis*.

CASAUBONUS.

1 *Posteri Probi vel odio invidiæ vel timore Romanam rem fugerunt.*] Melius videatur, *vel odio, vel invidiæ timore.*

SALMASIUS.

2 *Romanam rem fugerunt.*] Scriptum in Pal. *Romanam refugerunt*. forte: *Roma refugerunt*, id est Roma recesserunt. *se sont retirez de Rome.* confirmat quod sequitur: *& in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem conlocaverunt.* immo prorsus retinenda scripta lectio, *Romanam refugerunt*. nihil verius. per *Romanam* intelligit *Romanam regionem*. quæ & *urbicaria regio* dicebatur, ut supra ostendimus. hinc ROMANA VNIVERSA REGIO in veteri inscriptione. ea urbicarias regiones omnes continebat, intra centesimum ab urbe comprehensas. ea separabatur ab Italia. quod multis testimoniis probavimus ad vitam Tetrici. sic Romanam illam regionem hoc loco distinguit ab Italia: *Romanam*, inquit, *refugerunt, & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium,*

atque

nam rem fugerunt: & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem locaverunt. Sane, quod præterire non potui, [1] quum imago Probi [2] in Veronensi ita fulmine icta esset [3] ut ejus prætexta colores mutaret, aruspices responderunt, hujus familiæ posteros tantæ in senatu claritudinis

atque in his regionibus, larem locaverunt. quibus verbis ostendit Probi posteros odio invidiæ vel timore non urbe Roma tantum cessisse, sed etiam omnem Romanam provinciam refugisse, & ultra centesimum in Italiam longe recessisse, ac circa Veronam larem collocavisse. sic infimis temporibus sublato discrimine annonariæ ac urbicariæ regionis, ducatum Romanum ab Italia provincia ita separarunt, ut olim urbicaria vel Romana regio ab Italia vel annonaria regione distingui solebat. Anastasius de viris Pontificum in Zacharia: *Hic invenit totam Italiam provinciam valde turbatam, simul & ducatum Romanum, persequente Luitprando Longobardorum rege.* sed de his dicendi locus alius, & aliud tempus. Quod ad vulgatam hujus loci lectionem attinet, *Romanam rem fugerunt*, prorsum inepta est, & absurda. Romana res in toto orbe Romano fuit. quomodo illi rem Romanam fugissent, qui ab urbe tantum & Romana provincia, in ultimam Italiam secesserant? atqui poterant & in urbe ipsa commorantes, Romanam rem fugere, & honoribus abstinere, & in otio & quiete vivere. *Romana* autem ἐλλειπτικῶς pro *Romana regio.* sic *Veronensis* paulo post: *in Veronensi.* pro in Veronensi regione.

1 *Quum imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset.*] Parum ab hac lectione diversus abit vetus liber: sic enim legit ille: *in Veronensis ita fulmine jecta esset.* qua ex scriptura nihil aliud facere possis quam quod editum est. *Veronensis* autem absolute pro Veronensis ager. sic apud Plinium *in Narbonensi*, pro in Narbonensi agro.

At nescio quid huc infercit vetus editio, quæ sic habet: *in Veronensis sitorii situ ita fulmine icta esset.* ex quo doctissimus Juretus legendum conjiciebat: *in Veronensi pratorio sita, ita fulmine icta esset.*

CASAUBONUS.

1 *Cum imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset, v.*] *In Veronensi*, nempe agro vel solo: quas voces sæpe omittit consuetudo Latine loquentium: ut cum dicimus, in hostico vel in Barbarico. minus placet igitur scriptura quorundam veterum: *in Veronensi territorio sita.*

GRUTERUS.

2 *In Veronensi ita fulmine.*] Pal. *Veronensis*; additumque à manu recenti, *territorii situ.* neque improbem, ut tale quid subintellexerit auctor.

SALMASIUS.

3 *Ut ejus prætexta colores mutaret.*] Sic apud Horatium:

——— *mutare colores.*

Petronius similiter loquutus est: *hoc ergo remedio mutemus colores à capite usque ad ungues.* paulo post tamen idem eadem in re dixit: *mutemus colorem.* & ita vetus interpres Juvenalis: *membrana mathematicorum, ut actus diurnos, quæ assidua tractatione colorem suum mutavit & crocea facta est: colorem fecit, ut succinum.* notabis ergo *colores mutare* de re dictum quæ unum tantum colorem habebat. sic *corporis colores* Vitruvius dixit, pro, corporis colorem. lib. VIII. cap. VII. *exemplar autem ab artificibus plumbariis possumus accipere, quod palloribus occupatos habent corporis colores.*

dinis fore ut omnes summis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem vidimus: [1] posteri autem [2] videntur æternitatem habere. Senatus mortem Probi graviſſime accepit, æque populus. Et quum eſſet nuntiatum, Carum imperare, virum bonum quidem, ſed longe à moribus Probi, cauſa filii ejus Carini qui ſemper peſſime vixerat, tam ſenatus quam populus inhorruit. Metuebant enim unuſquiſque triſtiorem principem, ſed magis improbum metuebant heredem. Hæc ſunt quæ de Probo cognovimus, vel quæ digna memoratu exiſtimavimus. Nunc in alio libro, & quidem brevi, de Firmo, & Saturnino, & Bonoſo, & Proculo dicemus. Non enim dignum fuit [3] ut quadrigæ tyrannorum bono principi miſcerentur. Poſt deinde, ſi vita ſuppetit, Carum incipiemus propagare cum liberis.

CASAUBONUS.

1 *Poſteri autem videntur æternitatem habere.*] Eadem eſt juriſconſultorum ſuper ſignificatione vocis *poſteri* ſententia. Modeſtinus lege quarta De jure immunitatis: *Immunitates generaliter tributæ eo jure ut ad poſteros tranſmitterentur, in perpetuum ſuccedentibus durant.* Caligulæ olim aliter placitum: qui, ut ſcribit Suetonius, negabat intelligi debere poſteros ultra filiorum gradum.

3 *Ut quadrigæ tyrannorum bonis principibus miſcerentur.*] Τετράδα appellat quadrigam: ut alii τὴν δυάδα dixerunt bigam: qua de re non afferam allata exempla veterum duobus ſermonibus Jacobo Cujacio ſexto ad Africanum tractatu, & Joſepho Scaligero ad Propertium. Tertullianus adverſus Valentinianos cap. VI. *Ergo Bythos & Sige, Nus & Veritas prima quadriga defenditur Valentinianæ factionis.* ſic Chryſoſtomus fidem & charitatem vocat θαυμαστὴν τινὰ ξυνωρίδα, tertia in eam ad Epheſios homilia. & ita ſæpe voces ξυνωρὶς & τετρωρὶς accipiuntur. neque hæc ſolum, ſed & ἅρμα. nam medici collyrium quoddam è quatuor rebus conſtans ἅρμα appellarunt. Scribonius Largus capite IV. *hoc collyrium quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis, conſtat, & celeres effectus habet, ἅρμα dicitur.* quæ verba etiam apud Marcellum empiricum legas, capite VIII.

SALMASIUS.

2 *Videntur æternitatem habere.*] Addit Pal. *videntur æternitatem habere, non modum.* & ita etiam habet editio vetus.

FLA-

FLAVII VOPISCI SYRACUSII
[1]FIRMUS, SATURNINUS, PROCULUS *ET* BONOSUS.

[2]MINUSCULOS tyrannos ſcio pleroſque tacuiſſe, 1
aut breviter prætcriſſe. Nam & Suetonius Tranquillus, emendatiſſimus & candidiſſimus ſcriptor, [3]Antonium & Vindicem tacuit, contentus eo quod eos curſim perſtrinxerat: & Marius Maximus, qui Avidium Marci temporibus, Albinum & Nigrum Severi, non ſuis propriis libris, ſed alienis innexuit. Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem. Quid Marius Maximus, homo omnium verboſiſſimus, [4]qui & mythiſtoricis ſe voluminibus implicavit, [5]non ad iſtam deſcriptionem curamque deſcendit? At contra Trebellius Pollio ea fuit diligentia, eaque cura in edendis bonis maliſque principibus, ut etiam triginta tyrannos uno breviter libro concluderet, qui Valeriani & Gallieni, nec multo ſupe-

CASAUBONUS.

1 FIRMVS, SATVRNINVS, PROCVLVS ET BONOSVS.] Scripta lectio: *De Firmo, Saturnino, Bonoſo & Proculo.* ſed diverſo ordine duo poſteriores infra explicantur. FIRMVS in veteri nummo dicitur ΦΙΡΜΙΟC: omnes tamen libri veteres *Firmus* non *Firmius*.

2 *Minuſculos tyrannos ſcio pleroſque tacuiſſe, aut breviter prætcriiſſe.*] Sic *minuſculos imperatores* dixit Lampridius in Alexandro. *prætcrire* in hoc loquendi genere idem ſignificat ac ſi diceret, perſtringere.

3 *Antonium & Vindicem tacuit.*] Lege Spartianum in Peſcennio Nigro.

4 *Qui & mythiſtoricis ſe voluminibus implicavit.*] Spartianus in Opelio Macrino de Junio Cordo: *quæ ille omnia exequendo, libros mythiſtoriis replevit talia ſcribendo.*

5 *Non ad iſtam deſcriptionem curámque deſcendit?*] Tollenda interrogationis nota: quæ ſenſum menti auctoris efficit contrarium. vel ſcribe, *num ad iſt.* aut *cur non ad iſt.*

GRUTERUS.

5 *Num ad iſtam deſcriptionem curamque deſcendit.*] Sic Pal. non ut editur *non ad iſtam.*

SALMASIUS.

1 *FIRMUS.*] *Firmius* in nummis vocatur. & *Firmus* & *Firmius* inter nomina Romana. firmiter tamen heic noſtri libri *Firmus* retinent.

superiorum aut inferiorum fuere principum temporibus. [1] Quare nobis etiam non minima fuit cura ut dictis Aureliano, Tacito & Floriano, Probo etiam magno ac singulari principe, quum dicendi essent Carus, Carinus, & Numerianus, de Saturnino, Bonoso, Proculo, & Firmo, qui sub Aureliano fuerant,
2 non taceremus. [2] Scis enim, mi Basse, quanta nobis contentio proxime fuerit cum amatore historiarum M. Fonteio, quum ille diceret FIRMUM qui Aureliani temporibus Ægyptum occupaverat, latrunculum fuisse non principem: contra ego mecumque Rufus Celsus, & Ceionius Julianus, & [3] Fabius Sosianus contenderent, dicentes illum & purpura usum, [4] & percussa moneta AUGUSTUM esse vocitatum. quinetiam nummos ejus Severus Archontius protulit: de Græcis autem Ægyptiisque libris convicit, illum ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ in edictis suis esse vocitatum. Et illi quidem adversum nos contendenti hæc sola ratio fuit quod dicebat [5] Aurelianum in edicto suo non scripsisse quod tyrannum occidisset, sed quod latrunculum quendam à Rep. removisset: [6] perinde quasi digne

1 *Quare nobis etiam non minima fuit cura.*] Nescio quid heic tumultuatur ac titubat editio vetus: *quare nobis quoque etiamsi non tamen minima fuerit cura.*

GRVTERVS.

1 *Quare nobis etiam non minima fuit cura, ut dictis, &c.*] Pal. *Quare etiam quoque etiam si non tamen minima fuerit cura, ut dictis.*

CASAUBONUS.

4 *Et percussa moneta* AVGVSTVM *esse vocitatum.*] Testis nummus quem profert Hubertus Goltzius de studiis antiquitatis optime meritus: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΙΡΜΙΟϹ. ΕΥϹ. ΕΥΤ. ϹΕΒ. ΕΤΟΥϹ. ΠΡΩΤΟΥ. ubi vides & AUGUSTI & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ appellationes.

5 *Aurelianum in edicto suo n.*] Illud ipsum intelligit, quod paullo post recitatur. etsi *latronem* ibi vocat Aurelianus, non latrunculum.

SALMASIUS.

2 *Scis enim, mi Basse, quanta nobis.*] Sic supra in Aureliano idem Vopiscus, *parui, mi Pithe, preceptis.* ita enim verus ibi liber. ubi fortasse scribendum: *parui, mi Riane, preceptis.* sollemne est enim illi libro *R* in *P* mutare.

3 *Fabius Sosianus.*] Edit. vet. *Fosianus.* perperam. nam Sosii, & Sosiani in Romanis nominibus noti.

6 *Perinde quasi digne tanti princeps nominis.*] Vet. ed. *perinde quasi dignitatis princeps nomine.* forte: *quasi digne tantus princeps nomine.* sed nihil mutem potius.

1 *Homi-*

ne tanti princeps nominis debuerit tyrannum appellare [1] hominem tenebrarium, [2] aut non semper *latrones* vocitaverint magni principes eos quos invadentes purpuras necaverunt. [3] Ipse ego in Aureliani vita prius quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam latronem: quod idcirco dixi, nequis me oblitum existimaret
mei. Sed ne volumini, quod brevissimum promisi, 3
multa connectam, veniamus ad Firmum. FIRMO patria Seleucia fuit: tametsi plerique Græcorum alteram tradunt, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus præfectus Ægypti, alter dux limitis Africani, idemque proconsul, tertius iste Zenobiæ amicus ac socius: qui Alexandriam Ægyptiorum incitatus furore pervasit, & quem Aurelianus solita virtutum suarum felicitate contrivit. De hujus divitiis multa dicuntur. [4] Nam & vitreis quadraturis bi-

1 *Hominem tenebrarium.*] Eadem editio, aliæque veteres omnes constanter habent: *hominem tenebrarum.* an *homo tenebrarum*, pro tenebrione vel tenebrario? sic ἄνθρωπον αἱμάτων Græci dicunt, sanguinarium. sic *homo jocorum* nobis alibi notatus, pro homine multi joci.

CASAUBONUS.

2 *Aut non semper latrones vocitaverint magni principes eos q.*] Non solum principes, sed quicunque fere de iis sunt locuti, qui imperium per vim occuparunt, latrones eos dixerunt: ut M. Tullius Antonium in Philippicis, & in epistola ad Plancum: historici passim: ut cum Aurelius Victor scribit Calocerum qui Cyprum insulam specie regni capessiverat, à Constantino excruciatum *servili aut latronum more.* apud Capitolinum sæpissime Maximinos sic legas nuucupatos. sic & alii.

3 *Ipse ego in Aureliani vita prius quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter purpuratos habui.*] Scripsit enim eo loci: *Firmus quidam extitit, qui sibi Ægyptum sine insignibus imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit.*

4 *Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis, domum induxisse perhibetur.*] Præter vitreamina quorum notus est usus omnibus, & vitreas fenestras, quarum Hieronymus & alii mentionem faciunt, habuerunt veteres & alia vitra ad ædificiorum suorum ornamenta. nam & solum vitro sternebant, ut in thermis Agrippinis factum: & pro pariete vitrum adhibebant, ut in Scauri theatro: & tandem vitreas cameras facere instituerunt, sicut Plinius docet lib. XXXVI. cap. XXV. Seneca epistola LXXXVI. *At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt; nisi vitro absconditur camera.* Eo pertinuerunt vitreæ hæ quadraturæ, quibus Firmi domus inducta. *quadraturas* appellat πλάκας non ῥομβοειδεῖς, qualibus hodie fe-

re nti mos est, sed quadratas. Fuere antiquissimi architecti, qui non vitri quadraturis, sed operibus tectoriis parietes ita expolitent, ut Vitruvio teste in secundo, vitri pelluciditatem viderentur habere. In ea vero quæ Apostolica dicitur historia, etiam columnas vitreas miræ magnitudinis in æde quadam fuisse, ad quas contuendas multi venirent, legere memini. Porro autem cum parietes vitreo inducebant, quadraturas bitumine & aliis medicamentis committebant, quasi unum esset acconrinuum vitrum: quod hic φιλομαθείας & curiositatis gratiâ auctor nos docet. Legi apud veterem Juvenalis interpretem, solere vitrum sulfure solidari. aliud in eam rem medicamentum Isidorus habet in duodecimâ origine: *Ovum*, ait, *admixta calce glutinare fertur vitri fragmenta.*

SALMASIUS.

4 *Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur.*] Variis rebus solebant veteres, domorum parietes ornare. aut enim picturis condecorabant, & coloribus udo tectorio inductis: aut marmore operiebant, quod genus *ὀρθόστρωσις*, & *ὀρθομαρμαρόστρωσις* vocabatur: aut deaurabant: intertaso etiam plerumque marmore, vermiculatisque ad effigies animalium crustis depingebant. & hoc postremum luxuria invenit Claudii principatu. vide Plinium lib. XXXV. cap. I. at sub Nerone inventum, ut refert idem Plinius eodem loco: *maculas quæ non essent in crustis inserendo unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, ut purpura distinguretur Synnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciæ.* ad eum usum igitur veteribus noti non erant psilotapetes quibus hodie totos parietes obtegimus & intendimus ad ornamentum saltem in communi & promiscuo usu non erant. Attalica tamen aulæa contegendis etiam parietibus in domibus magnatum usum præbuisse scio. *tapetiarias* vulgo vocamus. solebant autem formis etiam veteres, & abacorum formis speculorumque orbibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed & vitreis quadraturis insertis inducere, ut heic de Firmo habemus. de speculis quæ in parietes ad ornamentum inserebantur, Plinius lib. XXXVI. cap. XXVI. *in genere vitri & obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente.* Vitruvius lib. VII. c. III. *ipsaque tectoria abacorum, ac speculorum divisionibus inter se prominentes habent expressiones.* Seneca *orbes* vocat, epist. LXXXVII. *pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint.* speculorum autem formæ rotundæ. inde *orbes* Senecæ. ita & abacorum. eorum certe qui ministerium sustinebant, quæ & delphicæ dicebantur. inde *orbis Lacedæmonius* Juvenali pro abaco ex marmore Laconico:

Et Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

quem vulgo de pavimento accipiunt docti. erant & quadrati abaci, ut logistici, & columnarum abaci. & verius est ea forma fuisse parietum abacos. sic enim alternatim distinguebantur parietes abacorum speculorumque divisionibus, hoc est figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. hinc *specula & abaci* junctim positi apud Vitruvium parietibus decorandis. ita etiam apud Plinium lib. XXXV. cap. I. *non placent jam abaci nec specula in cubiculo nitentia.* hodie apud Plinium illo loco legas, *nec spatia mentis in cubiculo delitentia*, immani correctorum flagitio. scriptum erat antiquitus in Plinio *specla.* sic enim tum scribebant. ut *circlos*, *arclas*, *fiblas*, & similia. inde librariorum errore factum *specia*, ut facile l in i solet mutari. hinc correctores *spatia mentis*

tumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur: & [1] tantum habuisse de chartis ut pu-

mentis fecerunt. nec hoc contenti, in angulum etiam cubiculi hæc *spatia mentis* inlatebrarunt, & *delitentia* pro *nitentia* reposuerunt. at *specula* & *abacos* Plinius junctim posuit in parietibus cubiculi, ut Vitruvius, *speculorum & abacorum divisiones*. *speculorum cubiculi* meminit & Synopsis Basilicōn lib. XLV. his verbis: οἴνου λεγατευθέντος καὶ οἱ κέραμοι περιέχονται, οὐχ᾽ ὡς μέρος ὄντες τοῦ οἴνου, ὥσπερ τὰ ἐμβλήματα τῶν ἀργυρῶν σκευῶν, καὶ τὰ σπέκλα τοῦ οἴκου. verba Jurisconsulti quæ his Græcis reddita sunt, habentur in leg. 3. D. *de trit. vin. vel oleo leg. Et Celsus inquit vino legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, vasa quoque legata videri. non quia pars sunt vini vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte vel speculi.* apparet ex horum locorum comparatione, Græcorum auctorem non sic legisse apud Jurisconsultum, ut hodie legitur, sed hoc modo: *non quia pars sunt vini vasa, quemadmodum argenti scyphorum forte, vel speculorum cubiculi.* & hanc geminam germanam illius legis lectionem præstare ausim. duæ illæ voces, *speculorum cubiculi*, in unam coaluerunt, vitio librariorum, & ex his factum *speculi*. quod genus errati non semel in Pandectis Florentinis commissum esse nemo nescit, nemo negat. Errat vero longe, mea quidem sententia, vir doctissimus, qui in notis ad Synopsin Bas. scribit, *specula domus* esse, quæ & specularia dicuntur in leg. *quæsitum*. D. *de instruct. & instrum. leg.* ubi negat Jurisconsultus *instrumento domus legato deberi specularia & vela, quæ voluptatis causa in domo sunt, frigoris forte per æstatem vel umbræ arcessendæ caus. specula* sic pars erant domus, ut emblemata scyphorum argenteorum. ita enim plane specula in parietes inserebantur, & immittebantur, ut emblemata in pocula. nec male faceret, qui *specu-la*, parietum emblemata vocaret. vitreæ quoque istæ quadraturæ, quibus domum suam induxerat Firmus, parietum plane emblemata fuere. nam sic istæ vitreæ quadraturæ in parietes domus Firmianæ erant immissæ, & insertæ, ut in vas solent emblemata. ideo dicit, *insertas bitumine aliisque medicamentis fuisse*. *insertas* id est immissas in parietem, & illigatas. *inserere* enim est ἐμβάλλειν. unde *hæc inserta*, ἐμβλήματα. Publius:

Frugalitas inserta est rumoris boni.

quod tam de vestis *inserta* quam de vasis accipi potest. nam & clavum vestis & poculi, Græci dicunt ἔμβλημα. *hæc inserta* autem pro *insertio*; ut *missa* pro *missio*: *remissa* pro *remissio*: *declamata* pro *declamatio*, & similia sexcenta. magno errore *insertas istas quadraturas vitreas*, Casaubonus interpretatur, commissas & continuatas, opera bituminis aliorumque medicamentorum, ita ut unum esset ac continuum vitrum, quo Firmi domus erat inducta. nihil absurdius. vitrum inserere, aut vitreas quadraturas, non est invicem & inter se committere & conjungere, sed aliquo immittere. bitumine igitur insertas quadraturas intellige, quæ in parietes insertæ, & illigatæ bitumine erant. faciebat enim bitumen, & alia id genus medicamenta, ut vitreæ illæ quadraturæ in pariete fixæ & conligatæ tenerentur. nihil igitur opus erat curiose ad hunc locum adferre quo genere veteres vitri fragmenta solidarent, glutinarentque. nihil enim hoc prorsus ad hujus loci mentem.

1 *Tantum habuisse de chartis.*] *Tantum de chartis*, pro tantum chartarum. ita enim tunc loqui vulgariter solebant. sic *caput de aquila*, *rostrum de ave*, *vestis de altari*, pro, caput aquilæ, rostrum avis, vestis altaris.

 1 *Tan-*

publice sæpe diceret, [1] exercitum se alere posse papyro &

CASAUBONUS.

1 *Tantum habuisse de chartis, ut publice sæpe diceret, exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Et papyri aliquis ad vescendum fuit usus: & glutini chartarum materia alimoniæ apta. fiebat enim è farina vel pane multifariam, auctore Plinio lib. XIII. Medici eos qui sanguinem excreant glutinum quo charta glutinatur in modum sorbitionis præcipiunt haurire, ut Marcellus empiricus, cap. XVI. Quare potest sic accipi hic locus, ut dicat Firmus tantam habere se papyri & glutini, sive materiæ ad glutinum, aggestam copiam, ut illis ipsis exercitum posset alere. Sed malo de pretiis accipere istarum rerum. Hic Firmus in Ægypto negotiationem chartariam exercebat. cum autem non fere alibi quam in ea provincia charta conficeretur, cujus usu maxime humanitas vitæ constat, minus mirandum est, quod hic dicitur. Narrat Olympiodorus vetus historicus excitatam Athenis sua ætate quæstionem de libris qui glutinantur, cum vellent scire ejus glutini modum: quod problema cum Phillatius Olympiodori frater, homo in disciplinis probe exercitatus solvisset, tanti cives illum fecerunt, ut ipsius imaginem publice consecrarent. Photius: Ζητήματος ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων μαθεῖν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον τῆς κόλλης· Φιλλάτιος (sive Φιλτάτιος) εὐφυῶς περὶ γραμματικὴν ἔχων, τοῦτο ἀπέδειξε. καὶ εὐδοκιμήσας τυγχάνει παρὰ τῶν πολιτῶν εἰκόνος.

SALMASIUS.

1 *Exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Utrum speciebus ipsis, hoc est vero papyro, & glutino exercitum alere se potuisse dixerit Firmus, an vero de pretiis istarum rerum sit accipiendum, dubitant ad hunc locum eruditissimi viri, & malunt tandem de pretiis papyri & glutini accipere. Crassus negabat divitem esse, nisi qui annuo reditu legionem alere posset. at unus hic Firmus multos Crassos, aut multos ad illam Crassi normam divites divitiis superarit, necesse est, qui non solum legionem unam, sed exercitum ex pluribus constantem legionibus alere poterat, vel solo annuo reditu quem ex chartis redigebat. quis vero putet solas eum chartas in reditu habuisse? sed de pretiis chartarum ne hoc loco accipiam, vetat loquendi genus quo in hac re exponenda usus est Vopiscus, sic enim sine dubio loquutus esset, si de pretio chartarum intellexisset: *& tantum habuisse de chartis, ut publice diceret, earum pretio exercitum alere posse:* vel, *eis exercitum alere se posse.* nunc cum dicat eum tantum habuisse chartarum, ut earum papyro & glutino publice diceret exercitum se alere posse, manifestum est eum intellexisse non de pretiis chartarum, sed de illis duabus speciebus, ex quibus chartæ constabant, papyro nempe, & glutino. Papyrum autem edule fuit apud Ægyptios Plinius: *mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum ejus devorantes.* Ægyptius vero hic Firmus qui dicebat exercitum alere se posse papyro, & in Ægypto imperium occupaverat, totamque Ægyptum tenebat, ut liquet ex epistola Aureliani infra posita, ubi & eum *latronem Ægyptium* vocat. παπυροφάγοι Ægyptii dicebantur ab esu papyri. Scholiastes Æschyli ad illud,

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυος, ἐπεὶ παπυροφάγοι Αἰγύπτιοι. Glutinum quoque quo charta glutinabatur, alimoniæ aptum. duas ejus species refert Plinius, & utramque edulem. vulgare glutinum è pollinis flore temperabatur, fervente aqua, minimo aceti adspersu. optimum vero erat

erat ad chartas, quod ex molli panis fermentati colata aqua fervente parabatur. Dicebat igitur hic Firmus tantum se habuisse chartarum, ut earum papyro, prinsquam chartæ ex eo fierent, & glutino quod in eas conficiendas impendebatur, exercitum alere posset. ex hoc æstimandum quantum chartarum habuerit. charta autem qua veteres utebantur, ut jam nemo nescit, ex papyro & glutino constabat. in Ægypto tamen, ubi charta fiebat, & papyrum nascebatur, glutinum ad confectionem chartæ non adhibebant, sed vicem ejus, turbida Nili aqua utebantur ad glutinandas chartas. Romæ recurabantur in officinis chartariorum, & glutinum ad eam rem adhibebant ita tenue & læve, ut Nili aquam superaret. ita tradit Plinius. videntur tamen Firmi ætate non amplius liquore Nili turbido usi esse Ægyptii in conglutinandis chartis, sed glutino. & id ex hoc loco forrasse colligi possit. Sed quoniam heic sumus, nihil impediet quominus totam hanc rationem conficiendæ chartæ, quam fieri poterit paucis, exponamus, quæ à Plinio pridem prodita est, à doctissimis vero hujus ætatis hominibus minime intellecta: immo gratum fortasse studiosis faciemus, & gratiam ab illis inibimus. Ex papyro acu diviso in tenuissimas, & latissimas philyras chartæ præparabantur. tenuissimæ scindebantur, & optimæ circa medium, & inde scissuræ ordine usque ad exteriorem corticem, qui ne ad funes quidem nisi in humore utilis erat. ex tenuissimis philyris, optima & tenuissima charta texebatur: ex minus tenuibus, minus bona. modus autem conficiendi hic erat. philyræ primum tam longæ, quam longum papyrum unde erant exsectæ, poterat esse resectis utrinque præsegminibus, in tabula Nili aqua madente extendebantur, & statuebantur. & hæc prima scheda supinæ tabulæ adlita, vicem staminis vel staminis in tela extensi obtinebat. super istas philyras directas in tabula & extensas, quæ primam schedam constituebant, aliæ deinde transversæ collocabantur & adlinebantur, in modum cratis. nam crates sic texebantur, ex directis scilicet, & transversis virgis. sic etiam subtemen in tela transversum stamini inseritur. hinc in charta quoque, prima scheda quæ in rectum tabulæ adlinebatur, dicebatur *stamen* sive *staminen*; altera vero quæ transversa ponebatur, *subtemen*. Plinius cap. XII. lib. XIII. *igitur è secundo corio stamina facta sunt, è primo subtemina.* hinc & texi charta dicebatur, quod in morem plane telarum texeretur, & stamen suum, suumque subtemen haud minus quam tela haberet. idem Plinius loco dicto: *texuntur omnes madente Nili aqua.* & paulo post: *alius igitur iterum texendis labor.* Cassiodorus: *pulcrum sane opus Memphis ingeniosa concepit, ut universa scrinia vestiret, quod unius loci labor elegans texuisset.* Lucanus:

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat.

tota igitur chartæ textura ex stamine, & subtemine constabat, ut & telæ. stamen autem chartæ ex multis philyris in tabula extensis & παραλλήλως positis concinnatum erat, ut stamen telæ ex multis liciis. subtemen quoque chartæ plures habebat papyri philyras transversarias, ut telæ subtemen plura fila, quæ transversa stamini inserebantur per radios textorios. hæc tamen differentia chartarum telarumque texturæ, quod in chartis subtemen imponebatur stamini, & glutini ope stamen ad subtemen connectebatur. in tela autem subtemen stamini inserebatur, & per medium decurrebat. sed verba Plinii videamus, quibus hanc rem exponit. ita autem legenda sunt ex vestigiis antiquæ scripturæ: *texuntur omnes tabula madente Nili aqua. turbidus liquor glutinis præbet vicem. primo supina tabulæ scheda adlinitur longitudine papyri,*

quæ potuit esse præsegminibus utrimque amputatis. transversa postea cratem peragit. primo supinam tabulæ schedam adlini dicit, & intelligit statumen ex pluribus papyri philyris rectum in tabula extensum. transversam vero schedam vocat, quæ supinæ schedæ decussatim imponitur, quæque cratem peragit, & subteminis loco est. utraque autem scheda, statuminaria nempe illa, & hæc transversaria, ex pluribus minutiis, hoc est philyris erant compositæ. hinc Cassiodorus de charta: *junctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentium herbarum.* Postquam utraque scheda, supina scilicet & transversa, ad eum quem dixi modum contexta, subtemenque stamini connexum esset, & Nili turbido ingesto liquore conglutinatum, prælis premebatur: exemptæ deinde prælis plagulæ sole siccabantur, atque inter se jungebantur, hoc est in scapum digerebantur. Plinium ipsum audiamus: *premuntur deinde prælis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur.* Guillandinum mittamus, nam heic plane cæcutiit: sed virum summum, Guillandini castigatorem, quomodo hæc intellexerit, videamus. primum legit, *& siccantur solæ plagulæ.* deinde ita intelligit, exemptas schedas destructo ordine cratis solas per se separatim siccari. nimirum hoc modo mentem Plinii non assequutus, nec chartæ contexendæ modum. nam si cratis ordinem destruxeris, quem ex supina transversaque scheda peragi dixit Plinius, chartam omnino perdes, ac retexes. hæc in morem cratis, ut diximus paulo ante, texebatur. primo enim sternebantur supinæ in tabula philyræ parallelæ, quæ statuminis vel staminis vicem erant, & schedam illam, quam vocat supinam Plinius, constituebant: deinde totidem transversæ philyræ supinis illis supersternebantur, quæ cratem peragebant. & hæc scheda est, qua transversa cratem peragi scripsit idem Plinius. nam schedam hoc loco vocat ille, non singulas philyras, sed ex pluribus philyris simul junctis statumen compositum: sicut stamen in tela ex pluribus liciis parallelis concinnatum statuitur. quemadmodum autem tela non ex solo fit stamine, sed ex stamine simul, & subtemine contexitur; sic plane charta non ex una scheda componitur, sed ex duabus, altera supina, transversa altera in modum cratis texi consuevit. quare non solæ poterant exemptæ schedæ destructo cratis ordine per se siccari. nam sic factum infectum esset, & charta iterum texenda fuisset, irrito semper labore. ex duabus igitur schedis, cum una supina in tabula sterneretur, altera supersterneretur transversa, sic simul ambæ connexæ contextæque prælis subjiciebantur. mox prælo exemptæ plagulæ, hoc est chartæ ex duabus illis schedis constantes, sole siccabantur. plagulas appellat Plinius chartas ipsas, & textilia chartacea ex stamine, & subtemine philyrarum, hoc est ex utraque illa scheda contexta. nam plagula quodvis linteum textile est, ex stamine constans, & subtemine. Nonius *plagulam* lectuariam sindonem interpretatur. sequitur apud Plinium: *siccantur sole plagulæ, & inter se junguntur.* hæc verba, *inter se junguntur*, virum magnum induxerunt, ut putaret exemptas schedas, destructo cratis contextu, seorsim siccari, & postea inter se jungi solitas. nihil est, quod tam alienum fingi possit ab auctoris mente. plagulæ sunt chartæ ipsæ integræ in tabula formatæ, & compositæ quæ postquam contextæ, & conglutinatæ, prælisque pressæ fuere, & sole siccatæ, jungi solent inter se, & in scapum digeri. plagulæ sunt, quæ *folia* hodie vocamus in charta. scapus est, quem hodie *manum papyri* vocamus. nam ita etiam vulgo apud nos fieri solet, in his chartis quæ ex linteis conceptis, & contusis, & in forma positis parantur: plagulas, ubi siccatæ sunt, plures in unum volumen compingere con-

consuerunt artifices, & in unum scapum componere. plures vicenis quinis in uno scapo ponuntur. ita accipiendam esse hanc plagularum inter se junctionem testis ipse Plinius, apud quem hæc verba statim sequuntur: *atque inter se plagulæ junguntur, à proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. nunquam plures scapo quam vicenæ.* plagulæ vicenæ, hoc est ut nunc loquimur, folia vicena, sic inter se junctæ scapum efficiebant. hodie vicenas quinas in scapo ponunt. sed quid *scapus* proprie sit, quæramus. verbum ipsum origine Græcum est. σκῆπος, idem quod σκήπων, & σκηπάνιον. baculum vel fustem & ramum proprie significant hæc tria verba. ab eadem origine etiam σκῆπτρον deducitur. σκῆπος igitur, & Dorice σκᾶπος. inde Latinum *scapus*. Hesychius: σκᾶπος, κλάδος. scilicet, pro σκῆπος. sic & σκηπάνιον, & σκᾶπτρον. *scapus* quoque Latinis idem proprie significat, quod Græcis σκᾶπος. *scapus* enim est fustis, vel baculus. hine diminutivum, *scapulus*, & *scapellus*: & verbum *scapellare* apud recentioris Latinitatis auctores, pro fustibus concidere, & battuere. Isidorus in Glossis: *scapulum, fustis longus.* Glossæ: *scapellat*, καλαχίζει, καλακνίζει. inde nostrum Gallicum, *chapler*. Hæc propria vocis *scapus* significatio est, & origo, quæ mox & multas alias habere cœpit per similitudinem notiones. nam & *scapus* columnæ dictus est, & scapi scalarum, & alia quam multa. ab eadem quoque similitudine chartas plures in unum volumen complicatas & convolutas, *scapum* Latini appellarunt, quod baculi crassi rotundi similitudinem præ se ferrent. ob eamdem rationem scapi etiam appellati sunt radii textorii licio involuti. Lucretius:

— *Arsilia, & fusi, scapique sonantes.*

Glossæ: *scapi*, χαρδιακοὶ κανόνες, καὶ χαρτῶν τόμοι. eadem de causa Græci κανόνας & κανόνια dixerunt tam scapos chartarios, quam textorios. Hesychius: κανὼν, τὸ ξύλον περὶ ὃ ὁ μίτος. nam κανὼν baculum rectum significat, vel regulam. κανόνας quoque & κανόνια dixerunt librorum vel chartarum volumina, hoc est *scapos*. Suidas: κανόνιον οὕτω καλεῖται ἡ οἱαδήποτε περισφιγγεῖα, κἂν πλειόνων τυγχάνῃ πτυχίων, ἢ στίχων, ἢ πτυχῶν. Hesychio κανονὶς dicitur: ἐμπήκτης ὁ τὰ δικαστικὰ χαμμαλίδια παρὰ τοῦ θεσμοφόρου λαμβάνων ὑπηρέτης καὶ πηγνύων εἰς τὴν κανονίδα. ἐμπήκτης, inquit, is dicebatur, qui judiciales libellos à judice accipiebat, & in scapum seu volumen compingebat. κανονὶς autem, & κανόνιον, & κανὼν idem est. nam κανὼν dicebatur regula qua chartam dirigebant librarii, ut in scribendo rectas ducerent lineas. eadem & κανονὶς in epigrammate Græco vocatur. sic κανὼν, & textoris instrumentum significat, licio involutum, & chartarum volumen: ut Latine *scapus* utrumque designat. hæc eadem ratio fecit, ut Græci volumen κονδίκιον dicerent. nam κονδίκιον est parvus κόνδαξ. κόνδαξ autem etiam diminutivæ formæ est à κόντος. & idem ferme significat, quod *scapus*. Moschopulus: τόμος, τὸ κοντάκιον. quæ vox ea notione frequenter occurrit in recentioris ævi Græcorum scriptis. Codex quoque Latinis idem omnino significabat nam codex proprie idem quod truncus, qui Græce κορμὸς & τόμος. atque inde etiam *codex* pro libro seu volumine. quæ vox videri posset deducta à Græco illo κόνδαξ. κόνδαξ, *condex*. & postea *codex*, extrita *n*. sic ἀνδαμβάτης, *endambata*. & postea *andabata*. chartas vero non scriptas, sic certo numero inter se consuevisse jungi apud veteres, & in scapum convolvi complicarique, certo certius; ut & chartas in volumen ita complicatas plures, sub scapi nomine venisse. Cassiodorus de charta nondum scripta loquens: *hæc enim tergo niveo aperit eloquentibus campum, copiosa semper adsistit,*

sistit, & quo fiat habilis, in se revoluta colligitur, dum magnis tractatibus explicetur. Isidorus in Glossis: *scapus, certus numerus tomorum chartæ non scriptæ.* hinc optimus vetustissimusque auctor Glossarum *scapos*, τόμους χαρτῶν καὶ βιβλίων interpretatur. *scapi*, κανόνες χαρδακοὶ καὶ χαρτῶν τόμοι. *scapus* τόμος βιβλίων. χάρτης. τόμος autem, ut omnes sciunt, est volumen ex pluribus schedis, sive paginis contextum. Notandum porro est auctorem Glossarii veteris scapum exponere non tantum τόμον χαρτῶν, sed & χάρτην. præterea Græcos χάρτην non pro plagula tantum chartacea usurpare, sed etiam pro tomo, & volumine chartarum, & pro scapo. Hesychius: τόμος, χάρτης. hinc χάρται βιβλίων, sunt tomi vel scapi libellorum apud Longinum περὶ ὕψους. quod autem ad vocem τόμος attinet, sciri debet eam in propria ac vera sua significatione idem valere quod σκάπος, & κλάδος, & κορμός. nam τόμος significat ramum arboris ex utraque parte præcisum, vel simpliciter ab arbore recisum, ἀπὸ τοῦ τέμνειν. sic κλάδος ἀπὸ τοῦ κλάζειν, à frangendo. dicebatur & κλάδα· Bœotice κλάβα. unde Latinum *clava*. sic σκάπος, κανών, τόμος, κόνδαξ, synonymæ sunt voces, quæ cum proprie ramum vel baculum significent, per similitudinem etiam volumen chartarum denotant. Latini *scapum* etiam id dixere. hinc & *scapus* pro charta. nam & quælibet scheda convoluta *scapus* dici potest. Adelmus antiquarum vocum auceps in lib. de laud. virg. *scapos* pro chartis usurpavit:

Sed tamen egregios depromens garrula scapis
Incipias celebrare viros nunc pagina versu.

legebatur in libro vetere, *scabis*. sic *cubas* pro *cupas* idem auctor semper scribit. sed bonus Canisius cum *scabos* illos minime intelligeret, edendum curavit, *scabro*. ceterum scribit Plinius non plures quam vicenas plagulas in uno scapo fuisse, an ut nec pauciores unquam essent observabatur? sane videtur legitimus hic fuisse numerus plagularum quas vulgo tunc scapus continebat. at inferiori ævo denas tantum plagulas in singulis scapis poni solitas invenio. hinc *chartæ decades* in vita Sylvestri apud Anastasium pro chartæ scapis, quod plures scilicet scapus tunc non haberet. *chartas decadas trecentas.* & paulo ante: *chartas decadas centum, & quinquaginta.* & paulo inferius: *chartas decadas quadringentas.* singulæ igitur chartarum decuriæ, scapum unum tunc temporis efficiebant. legitur in eadem vita, & eodem loco: *papyrum racanas libras mundas mille.* emendandum: *papyrum, racanas mundas mille.* sic infra: *papyrum mundum racanas quingentas, linum saccos trecentos.* papyrum intelligit ad chartas paratum, quod legatis chartis minime continebatur secundum Jurisconsultum leg. 2. de leg. III. papyrum igitur mundum, de mundis papyri philyris accipe, quæ ad chartas erant paratæ & in fasciculos colligi colligarique solebant. nam *racana* est fasciculus. Græcis ῥαχάνη. ut ἔρκος, ἐρκάνη. sic ῥάχος, ῥαχάνη. at ῥάχος fascem, & sagma vel sarcinam significat. Hesychius: ῥάχοι, χοιράδες, στοιβαί, σπείρματα, ἔνιοι τὰς φακέλους τῶν ξύλων. hinc *lanæ racanas* dixit Ennodius pro lanæ glomis, vel fasciculis. Epistol. lib. 19. *lanæ racanas cujusvis volueritis coloris rubei aut fusci mihi sub celeritate dirigite.* quas *papyri racanas* dixit Anastasius, vel auctor unde sumpsit, veteres glossæ *papyrinas fasces* vocant. *Resuum opus, papyrinæ fasces*, βαργοί. ita vetus liber. forte legendum, ῥάχοι. βαργοὶ tamen etiam fortasse retinendum. *bargus* significabat ramum arboris vel scapum. hinc in lege Salica, *de bargo suspendere*, hoc est de arboris ramo. fasces igitur papyri sic colligatas, ut baculi vel scapi figuram referrent, bargos vocarunt. sed de illo Glossarum

tum loco alibi viderimus. adhuc enim medicina eget. παπύρου φάκελοι, hoc est ad verbum, papyrinæ fasces, Æliano apud Suidam: καὶ λαβεῖν τὸ μὲν ἀποδιδόναι τοῦ Νικάνορος φάκελον βύβλου πεντακοσίων χρυσῶν. sed de his alibi. nunc illud maxime quæri dignum occurrit, quando constat chartas in scapum convolvi complicatique apud veteres solitas, numquid & eodem prorsus modo libri convolverentur? eodem prorsus. nam & tomus & volumen de libro, hoc est charta scripta, non minus dicebatur, quam de charta nondum scripta. sed *scapus* proprie magis de chartis, *tomus* vero & *volumen* de libris ut diceretur, usus obtinuit. idem tamen *scapus* quod *tomus*. libri igitur & chartæ similiter convolvebantur. hine *volumen* pro libro. hinc illud Satyrici:

— penem

Tam grandem quam sunt duo Cæsaris anticatones.

nam duo libri Cæsaris adversus Catonem in unum volumen complicati, haud male figuram ingentis virilis scapi referebant, qualem Claudius intulerat in pulvinar bonæ Deæ. si qua vero fuit inter scapum chartæ, & libri volumen differentia, hæc fuisse videtur, quod scapus chartas inter se junctas, & compactas certo numero haberet, vicenas, ut puta, vel denas. libri vero prout breviores aut majores erant, ita pauciores aut plures schedas continebant. schedæ autem proprie dicebantur singulares plagulæ ex scapo chartarum revulsæ, quibus committebant quidquid subita & tumultuaria scriptione commentati essent, quod emendatum postea in mundiorem chartam regerebant. Isidorus: *Scheda est quod adhuc emendatur, & necdum in libris redactum est.* Græci quoque σχέδιον, & σχεδάριον. Eustathius: σχεδάριον τὸ τῶν σχεδίων λόγων ἰδιόφιον. Epiphanius: Υπάτιος ὁ τὴν μεταγραφὴν ἀπὸ τῶν σχεδαρίων ἐν τῇ ἐγγύῃ πεποιηκώς. schedæ illæ quibus extemporalia scripta, & nondum emendata adlinebantur, & in aversa parte hoc est in tergo scribi & exarari solebant. hinc opistographorum nomen. in opistographis enim & adversariis rationes & diurna sua perscribebant, quibus utramque chartæ paginam occupabant, adversam & aversam. ab adversa dicta adversaria, ab aversa opistographa. de quibus vide Scaligerum in libro de Papyro adversus Guillandinum. studiosi quoque, & litterati homines primas suas curas & commentationes, & quidquid denique sub limam revocandum esset, in ejusmodi schedis opistographis conscribere moris habebant, quod postea in mundam chartam, & quæ ab una tantum parte scribebatur, transferendum curabant, ubi satis emendatum videretur. Lucianus in dialogo βίων πράσις peram cynicorum, lupinis & libellis opistographis refertam fuisse dicit, in quibus φιλοσοφήματα scilicet quædam de secta sua incondite & tumultuarie scripta habebant. ἡ πήρα δέ σοι θέρμων ἔστω μεστὴ καὶ ὀπισθογράφων βιβλίων. at nitidæ chartæ & mundæ ex quibus librorum volumina compaginabantur, & in quibus emendata opera perscribebantur, in adversa tantum facie, non etiam in tergo exarari solebant. Juvenalis Satyr. 1.

— impune diem consumpserit ingens
Telephus, aut summi plena jam margine libri
Scriptus, & in tergo, necdum finitus Orestes.

tam longam hanc fuisse Orestis tragœdiam innuit, ut non solum summam libri schedam usque ad extremum marginem impleret, sed aversam etiam superficiem occuparet, necdum tamen esset absoluta. qui locus satis ostendit libros emendatos, & munde scriptos, in tergo scribi minime consuevisse, nisi qui nimium longi scilicet essent, & extra modum traherentur, & mensuram justam. Auctor:

Si tibi, Magne, velim fasces memorare parentum,

Vix

Vix daret in tergo pagina lecta locum.

Martialis in Picentem quemdam:

Scribit in aversa Picens epigrammata charta,

Et dolet averso quod facit illa Deo.

averso Apolline Picentem illum epigrammata facere jocatur Martialis, qui in aversa charta illa scriberet: vel quod nimis longa epigrammata faceret, adeo ut aversam etiam chartam occuparent, vel quod nimium chartæ parcus esset. qui locus Martialis etiam fidem facit chartas in libellum redactas, in tergo & aversas scribi minime consuevisse. sed hæc de chartis & chartaceis libris qui in volumina contotulabantur, ut ita dicam, & quorum facies tantum interior, non etiam exterior scripturis opplebatur. aliter in libris ex membrana: nam ex multiplicibus tabellis, & foliis construebantur & compingebantur, haud secus ac nostri libri hodie solent, qui ex multis constant foliis, aliis super alia structis & inter se compactis. Martialis:

Homerus in membranis:

Ilias & Priami regnis inimicus Ulysses

Multiplici pariter condita pelle latent.

item:

Virgilius in membrana:

Quam brevis immensum cepit membrana Maronem,

Ipsius vultus prima tabella gerit.

prima tabella, τὸ πρῶτον πτυχίον, *primum folium*. hinc Isidorus folia librorum dicta esse scribit, *quod ex follibus fierent, id est ex pellibus quæ de occisis animalibus detrahi solent.* sic & pugillares componi solebant, ex pluribus tabellis, quæ πτυχία dicunt Græci. hinc δίπτυχα vocabantur, quæ ex duplici tabella constabant. Latini etiam *duplices* dixere: & *triplices*, quæ ex tribus: *quincuplices* quæ ex quinque. πολύπτυχα quæ ex pluribus. Latini etiam *polyptycha*. Martialis de pugillaribus citreis:

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,

Essemus Libyci nobile dentis opus.

pugillares igitur illi citrei ex multis sectilibus tabellis, hoc est foliis ligneis compacti erant, eadem plane forma, qua & pugillares deleticii nostri quibus hodie utimur, & *tabletas* vocamus, quasi parvas tabulas. nec alia forma est nostrorum hodie librorum qui de charta fiunt. similiter & fiebant olim libri ex membrana. Martialis, de Ovidii Metamorphosi in membranis descripta:

Hæc tibi multiplici quæ structa est massa tabella,

Carmina Nasonis quinque decemque gerit.

massam vocat integrum corpus membranaceum, multiplici tabella structum. Græci σωμάτιον appellant. *tabellas* autem ex quibus totum corpus constabat, singula folia membranea. membranam etiam vocabant, totum corpus membranaceum. idem poëta:

Si comes ista tibi fuerit membrana, putato

Carpere te longas cum Cicerone vias.

ubi *membranam* appellat omnia Ciceronis opera in membranis descripta & in unum corpus redacta. sic & de Virgilio in membranis scripto:

Quam brevis immensum cepit membrana Maronem.

membrana, τὸ σωμάτιον. *corpus Æneidis.* σωμάτιον, *membrana.* sic Longinus περὶ ὕψους, Ἰλιάδος σωμάτιον dixit de totis viginti quattuor Iliadis libris. quod Latine liceat vertere, Iliadis membranam. totum enim Iliadis corpus intellexit. verba Longini: ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, οἶμαι, τῆς μὲν Ἰλιάδος γραφομένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος, ὅλον τὸ σωμάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον. Hesychius: Ἰλιάς, τὸ Ὁμήρου σωμάτιον. ad verbum: *Ilias, Homeri membrana.* sic Martialis *membranam Ciceronis dixit*, de omnibus Ciceronis operibus. & *Virgilii membranam*, totam Virgilii Æneidem. nam brevi membrana immensum Maronem teneri dixit. ex quo

quo etiam aperte colligas longe in majorem molem excreviſſe libros qui in chartis deſcripti ferebantur, quam qui in membranis. atque inde idem Martialis Livium in membranis pellibus exiguis, parvo in ſpatio arctatum fuiſſe refert, quem in charta ſcriptum vix totum ejus bibliotheca capiebat. Livius in membranis:

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens:
Quem mea vix totum bibliotheca capit.

& ſane ita fieri fuit neceſſe. libri enim in membranis omnia folia, ſive tabellas membranaceas, ex utraque parte ſcriptas habebant, & probe ſuccinctεque compacti in non adeo magnam molem aſſurgebant. libri vero in charta exarati cum ab uno tantum latere ſcriberentur, & paginis ad paginas adglutinatis in longam paginarum ſeriem extenderentur, ſic grandia volumina efficiebantur, quorum interior tantum facies, & legenti adverſa cum replicabatur, ſcripturis erat occupata: exterior autem & averſa, quæ interiorem complicando & convolvendo operiebat, nihil ſcripti continebat. totidem autem libri, totidem erant volumina. Iſidorus: *codex multorum librorum eſt, codex unius voluminis.* libri porro membranacei per quaterniones compingebantur. Græci τετράδας, & τετράδια vocant. ſic dicebantur quaterna folia ſimul juncta. Epiphanius cujus jam locum ſupra attulimus: Υ῾πάτη ὁ τὴν μεταχαράξιν ἀπὸ τῆς χειρογράφων ἐν τετράσι ποιησάμενος. *pagina* de libris chartarum proprie dicebantur, ut *tabellæ* de membranis. *tabellæ* ex utraque parte ſcribi ſolitæ: *paginæ* ex una tantum. *tabellæ* Græcis πτυχίαι: *paginæ*, σελίδες. Suidas: κανόνιον. οὕτω καλεῖται ἡ οἰαδήποτε παρασκευὴ καὶ τελεσθὲν τυχὸν πτυχίων, ἢ στίχων, ἢ πυξίον. Gloſſæ: *pagina*, σελίς. Epigramma Græcum: καὶ σελίδων κανόνισμα· *& paginarum directio.* σελίδας etiam Græci vocant ſpatium, quod vacuum & mundum patet inter duos verſus in ſcriptura. Heſychius: σελίδες, τὰ μεταξὺ διαφράγματα τῶν διαστημάτων τῆς νεώς. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις τὰ μεταξὺ τῶν παραγραφῶν. perperam apud Heſychium excuſum eſt, τῶν περιγραφῶν. Suidas σελίδα interpretatur τὸ μέσον τῶν δύο καταβατῶν ἄγραφον τυγχάνον. Heſychio σελὶς eſt etiam ipſum καταβάτης. σελὶς, πτυχίον, καταβάτης βιβλίου. & ſciendum eſt καταβάτην proprie Græcis lineam dici quæ deorſum verſus ducitur: quomodo olim ſcribebant. ut στίχος linea eſt. dextrorſum verſus ducta. *verſum* Latini appellant. Græci igitur σελίδα proprie appellarunt, ſcribendi genus, deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus. Suidas: στίχον δὲ τὸ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος ὀνομαζόμενον ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενον. σελίδιον δὲ τὸ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐπὶ τὰ κάτω. hoc genus ſcribendi etiam καταβάτην dixerunt. hinc σελίδα καταβάτην interpretatus eſt Heſychius: at Suidas τὸ μεταξὺ τῶν δύο καταβατῶν ἄγραφον τυγχάνον. ſpatium non ſcriptum inter duas lineas deorſum verſus ductas. hæc alibi pluribus. in chartæ ſcapis, ut & in libris compactis, prima ſcheda quæ primo loco glutinata erat, πρωτόκολλον dicebatur. de chartis notiſſima ſunt Juſtiniani verba Novella XLV. qua conſtituit, ne tabelliones in aliam chartam mundam contractum regerant, quam quæ habeat protocollum: μὴ εἰς ἕτερον χάρτην καθαρὸν γράφειν συμβόλαιον, πλὴν εἰ μὴ εἰς ἐκεῖνον ὃς προκείμενον τὸ καλούμενον πρωτόκολλον ἔχει. in prima fronte ſcapi poſitum erat illud protocollum. ideo dicit, ὃ προκείμενον τὸ πρωτόκολλον ἔχει. cum ſcapus chartæ plures ſchedas, aut plagulas haberet, ſola prima adnotatum præferebat, quo comite largitionum, ſub quo erant chartariæ, quo tempore, & à quo præparata illa fuiſſet charta. hodie quoque chartæ lintearíæ noſtræ ſolent aliquo charactere

re insigniri, ex quo sciri potest, quis eas confecerit. & licet in scapum componantur plagulæ, non prima tantum, ut olim, sed omnes characterem eumdem ac notam in medio formatam exhibent. verum ut tota ista nostra res chartaria, longe differt ab ea charta quæ apud veteres erat in usu: ita & nota hujusmodi, quæ hodie in chartis fit, longe distat à veterum chartarum protocollo. nota illa quam chartæ nostrates exhibent, ut vix apparet, & ejusdem cum charta coloris est, & eum ipsa charta sic formata est, ut tenuior tantum ea parte sit charta, visumque transmittat: ita nec scribenti officere potest, nec legentem impedire. idcirco singulæ schedæ vel folia eumdem illum præferunt characterem. apud veteres scheda illa prima, quæ protocollon habebat, scribendo prorsus erat inutilis. occupata enim scriptura jam erat: ut pote quæ illustrissimi pro tempore comitis sacrarum largitionum nomen præscriptum haberet, & tempus quo charta erat confecta, & alia quædam: καὶ ὅσα, inquit Justinianus, ἐπὶ τοῦ τοιούτου προγράφεται. ideo solebant tabelliones & librarii primam illam schedam excindere, & revellere, ut immundam, & ad scribendum inutilem. at Justinianus Novella jam dicta constituit in contractibus scribendis, ut tabelliones protocolla in charta relinquerent, & intacta sinerent, quod ex eo falsum sæpe coargueretur: καὶ τοῦτο τὸ πρωτόκολλον, inquit, μὴ ἀποτέμνειν, ἀλλ' ἐγκείμενον ἐᾶν. & paulo post: ταῦτα δὲ περὶ τῆς ποιότητος τῶν χαρτῶν ἡμῖν διωρισμένα καὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ πρωτοκόλλου. & ita semper scribitur etiam in veteribus libris, πρωτόκολλον, inquam, non πρωτόκωλον, quemadmodum viri quidam doctissimi scribi debere censent, quasi primum membrum. scio certe & σώματα & σωμάτια Græce membranas dici, sed κῶλον pro scheda vel pagina Græcum auctorem qui dixerit, nullum proferre poterunt. chartæ olim inter se jungebantur, & glutino compingebantur, & vicenæ plagulæ in uno scapo ponebantur. sic etiam & libros compingi conglutinarique moris erat. hinc βιβλιδαρίου κόλλημα apud Antiphanem. Pollux: Ἀντιφάνης δὲ ἐν Θαμβοκλίωνι εἴρηκε βιβλιδίου κόλλημα. Olympiodorus in excerptis apud Photium: ζητήματος ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων μαθεῖν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον τοῦ κόλλου. Φιλτάτιος εὐφυὴς περὶ γραμματικὴν ἔχων τοῦτο ἐπέδειξε. ex eo πρωτόκολλον in libris, & in chartis nondum scriptis primam schedam dixerunt veteres, quæ prima adglutinata esset. πρωτόκολλον in chartis nomen auctoris habebat scriptum à quo charta confecta erat, & loci ubi facta, & tempus quo facta. πρωτόκολλον in libris nomen quoque auctoris præferebat, & operis titulum. si πρωτόκολλον prima libri scheda, utique & ἐσχατόκολλον extrema scheda dicetur, ultimo nempe loco glutinata. & sic sane eam vocavit Martialis, apud quem ita scribendum est,

Vix lectis tibi paginis duabus
Spectas eschatocollion Severe.

quidam libri ibi habent, *escatocoleon*: alii *escatocollion*. quæ vera omnino lectio est. ἐσχατοκόλλιον, vel ἐσχατόκολλον: cui opponitur πρωτόκολλον. *summam schedam* alibi dixit idem Martialis.

Ohe jam satis est, ohe libelle.
Jam pervenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc, & ire quæris,
Nec summa potes in scheda teneri.

summa scheda heic est, quod superiore loco ἐσχατοκόλλιον vocavit: extrema scilicet libri scheda, postquam nulla amplius scheda, sed libelli integumentum, & umbilici. Sed vir summus Scaliger pro ἐσχατοκόλλιον, legendum contendit apud Martialem, ἐσχατοκαύλιον & ἐσχατοκαύλιον interpretatur, *imum chartæ*, & *infimam paginam*. cui expositioni confirmandæ citat Martialem hoc modo:

Spectas

Spectas ἐσχατοκόλλιον libelle,
Nec summa potes in scheda tenere.

sic putat, ἐσχατοκόλλιον, & *summam schedam* res esse diversas: ἐσχατοκόλλιον enim significare imam chartæ partem: summam vero schedam dici, summum chartæ fastigium. in quo profecto mire hallucinatus est, nec hoc tantum: sed insigniter etiam memoria lapsus est, dum duos diversos locos in unum confundit. sane si ita scripsisset Martialis, ut ab eo citatus est, vera dubio procul hæc ejus interpretatio foret. sed ex iis quæ supra posuimus, satis puto constare, idem esse apud poëtam, *summam schedam*, & ἐσχατόκολλον. sic πρωτόκολλον, & ἐσχατόκολλον in librorum voluminibus, & chartarum scapis, ab ea ratione dicta, quam diximus: nec dubium est, quidquid contra sentiant viri aliquot eruditissimi, quin μακρόκολλα, non μακρόκωλα dicenda sint, quæ longiore forma ac modulo compaginata essent. Plinius de his macrocollis: *pedalis ac cubitalis erat mensura macrocollis: sed ratio deprehendit vitium, unius schedæ revulsione plures infestante paginas.* majore igitur modulo compaginatam chartam μακρόκολλον appellabant. sic ἀμφίκολλος κλίνη, ἡ καθεκατεροκολλημένη, ut Pollux interpretatus est, in hoc versu Platonis:

Ἔπειτα κλίνην ἀμφίκολλον πυξίνην.

ἀμφίκολλος κλίνη, utrinque compactus lectus: ut πρόσκολλος ab uno tantum latere, apud eumdem Pollucem: ἐν δὲ τοῖς δημιοπράτοις πίνακι Ἀλκιβιάδου χαμεύνη πρόσκολλος. vulgo πρόσκωλος legitur. sic ἀμφίκωλος etiam olim perperam in eodem legebatur, pro ἀμφίκολλος. peccant & illi similiter qui μακρόκωλα nobis in chartis pro μακρόκολλα obtrudunt. Sed quando adhuc heic sumus, scapum chartarum, hoc est chartas in volumen corrotundatas, infimæ Latinitatis auctores, *rotulum* dixere. *rotulus* autem non est pro *rotula*: nihil enim habent simile chartæ sic convolutæ cum rotula; sed *rotulus* est *rutulus*. *rutulus* & *scapus* idem. *rutulus*, ut paulo supra docuimus, erat baculus rotundus, quo cumulus mensuræ deruitur & exæquatur. Glossæ *rutulum* exponunt ἀποψηκτήριον. Corippus: *Et coit in rutulum.* *Regulam* etiam appellarunt, ut ante ostendimus. unde verbum ἀπορηγλοῦν apud Hesychium, *mensuram exæquare*: hinc & ῥηγλιάζειν pro eodem apud Epiphanium de ponderib. & mens. πλέονας δὲ τὸ μέτρον καὶ ῥηγλιάσας, ὁμολογεῖ ὅτι πεπλήρωμαι. male hodie apud Epiphanium ῥιγλιάσας. ῥῆγλα ῥήγλιον, *regula*: ut φίβλα φίβλιον, *fibula*. Inde verbum ῥηγλιάζειν. à similitudine *rutuli*, scapum chartarum etiam *rutulum* vocarunt, chartam in rutulum convolutam scilicet. chartam enim sic in volumen complicatam etiam *regulam* ab eadem caussa Græci appellarunt. κανὼν & κανόνιον est scapus vel volumen. eadem ratio est vocis *scapus*: & apud eosdem Græcos, vocum τόμος & κοντάκιον, quas de volumine usurparunt, ut supra dictum est. *Rutulus* igitur vel *rotulus*, est quod vulgo dicimus, *un rouleau*. Græci recentiores εἰλητάριον, Latini *volumen*. inde εἰλητάριον διαθήκης, testamenti volumen, apud Græcos juris interpretes: Σεκουνδίνα χάρτας, ἢ ἐκ χαρτῶν, ἤγουν τὸ ἐν εἰληταρίῳ διαθήκης διατακτικόν. εἰλητάριον igitur volumen chartarum sive membranarum in rutulum complicatarum. quod in idiomate nostro diceremus, *pliées en un rouleau*. εἰλητὰ τομάρια hoc est *volutiles tomos* dixit Etymologicum magnum: φαιλόνης, εἰλητὸν τομάριον μεμβράνινον. Hesychius: φαιλόνης, εἰλητάριον μεμβράινον, ἢ γλωσσόκομον. ita enim nunc malim de volumine interpretari, quam de involucro librorum, ut supra. ab illa voce *rutulus* etiam vox nostra, *roolle*. inde etiam & *contrarutulator*, ἀντιγραφεύς, contrascriptor. *contrarutulus*, ἀντί-

ἀντίγραφον. sed hæc alibi pluribus. Jam ad Plinium revertamur, ut eum locis aliquot explicemus, & emendemus. ante Claudium in chartis principatum obtinebat Augusta, secundum locum Livia: hæc à Livia Augusti uxore, illa ab Augusto. Claudius, teste Plinio, mutavit principatum, & Augustæ derogatum, chartæ ab se inventæ ac denominatæ vindicavit, quam ex Augusta, & Livia composuit ac contexuit. prima & optima charta, ex primis philyris texebatur quæ citra papyri medium: (nam ut scribit Plinius, principatus medio erat) secunda ex secundis, & ita deinceps scissuræ ordine usque ad exteriorem corticem. primæ igitur illæ principesque in medio papyri philyræ, ut erant omnium tenuissimæ, sic chartam tenuissimam præstabant. ex his Augusta texi consueverat, quæ ante Claudium primum inter chartas locum tenebat. hæc ut omnium prima, sic etiam tenuissima. sed cum præ nimia tenuitate acutis calamis minime sufficeret, & litteras transmitteret, ac indecore translucerei, Claudius mutavit primatum, & illi chartæ tribuit, quam non ex primis illis ac tenuissimis, quibus Augusta texebatur, sed ex primis ac secundis texendam curavit. verba Plinii: *Claudius primatum mutavit: nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis.* libri scripti habent, partim *tenerandis*, partim *temperandis*. omnino scribendum: *temperatis non sufficiebat calamis.* egregia emendatio. *temperati calami* sunt acuti. nam *temperare calamum* est acuere. quod Græci *γλύφειν* dicunt. hinc *γλυφὶς καλάμων*, & *γλύφανον*, in Epigrammate Græco, *scalpellum* quo calami temperantur, & acuuntur. & *κάλαμοι εὐγλυφεῖς*, calami temperati.

Ἄγρετε μεσσοτόμους εὐγλυφέας καλάμους.

Cicero alicubi: *res agetur temperato calamo, & dentata charta.* D. Hieronymus in præfatione Euangeliorum: *ita calamum temperavimus, ut iis tantum quæ sensum mutare videbantur, correctis, reliqua manere sineremus, ut fuerunt.* optimæ Glossæ: *temperat*, *γλύφει κάλαμον*. igitur cum Augusta nimis tenuis esset, & temperatis non sufficeret calamis, litterasque transmittens lituræ metum afferret ex aversis, & alias indecoro visu translucida esset, Claudius aliam excogitavit, quam non totam ex primis papyri philyris texi voluit, ut Augustam, sed ex secundis statumen, ex primis subtemen fieri præcepit. prima papyri philyra quæ ex medio scindebatur, tenuissima, secunda minus tenuis erat, tertia etiam minus, atque ita deinceps usque ad corticem. charta Augusta quæ ex primis illis philyris tota erat contexta, & tam statumen quam subtemen ex illis tenuissimis libris, qui in medio papyri sunt, factum habebat, tenuitate etiam omnes reliquas chartas anteibat. post eam Livia secundum locum obtinebat, quæ ex secundis philyris texebatur, minus tenuibus, ideo etiam Augustæ tenuitate concedat. sed quod Augusta, ut dictum est, nimium prætenuis esset, aliam invenit Claudius, cujus statumen ex secunda philyra, subtemen ex prima factum est. & sic Liviæ statumen habuit, Augustæ subtemen. Plinius id his verbis expressit: *igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtemine.* ita vulgatæ habent editiones, quæ in hac parte corruptæ sunt: corrigendum vero ex omnibus libris: *Igitur è secundo corio statumina facta sunt, è primo subtemina.* Nihil viderunt in hoc Plinii loco viri eruditione præstantissimi. Scaliger emendabat: *igitur è secundæ corio statumina facta sunt è prima subtemine.* per *secundam* intelligit chartam Liviam, & per *primam*, Augustam, & ex utraque charta consertam vult fuisse Claudiam. quod ratione prorsus caret. ut & illud quod adjicit: Claudiam eo prælatam fuisse macrocollis, quia macrocolla ex pluribus transversis paginis compacta erant, Claudia

dia tantum ex Augusta & Livia. siquidem certum est macrocolla non ex pluribus transversis paginis fuisse compacta quam aliam chartam quamlibet: latiora tantum erant, & moduli majoris. omnis autem charta veterum nihil plus habebat statumine, & subtemine. statumen ex multis junctis philyris constabat, ut stamen in tela ex pluribus filis: subtemen quoque ex aliis philyris transversis superpositis in modum cratis. pone philyram unam papyri in aliqua tabula extensam. alteram deinde superpone transversam, & utramque glutina, ut cohæreant: chartam feceris, qualis apud veteres fuit. sic omnis olim charta ex papyro fiebat: & tenuissima quidem ex prætenuibus philyris: minus tenuis ex tenuibus. Turnebus veram Pliniani loci lectionem ex libris antiquis protulit, sed in ea exponenda immane quantum eum ratio fugerit. vult enim chartam à Claudio duplicatam, & quodammodo bilicem factam. atqui jam diximus chartam omnem sic duplicem bilicemque fuisse, utpote quæ ex duplici philyrarum serie rectarum transversarumque esset contexta. non igitur chartæ faciendæ novam commentus est rationem Claudius, sed novum genus fieri præcepit, quod medium esset inter Augustam & Liviam: quæ magis scilicet tenuis esset, quam Livia, minus autem quam Augusta. nam Augusta propter nimiam tenuitatem multis nominibus vitiosa erat. Augusta charta tota ex primis philyris contexta erat; Livia tota ex secundis: Hieratica ex tertiis, Amphitheatrica ex quartis, & ita deinceps ordine Saitica, Tæniotica, & Emporeutica quæ ex ultimis philyris, & cortici proximis conflabatur, ideoque ad scribendum minime habilis, involvendis mercibus serviebat. at Claudia charta à Claudio inventa, & denominata, non tota ex primis, ut Augusta, nec tota ex secundis ut Livia texebatur: sed statumen habebat ex secundis, subtemen vero ex primis. hoc est ergo quod dicit Plinius, *ei statumina è secundo corio facta esse, è primo subtemina* primum *corium* vocat, primam philuram, primam membranam, vel primum librum qui è medio papyri acu scindebatur. in medio autem principatus. eo primum vocat corium, quod in medio erat, & è medio avellebatur, ut præstantissimum, sic & tenuissimum. sic primum vocat, bonitate, & tenuitate præcipuum. inde & secundum, quod proximum illi ab illo præcipuo locum obtinebat. atque ita deinceps tertium, quartum juxta scissuræ ordinem. qui corium autem de libro vel philura dici mirabitur, miretur etiam licebit corium pro tectorii inductione ac directione à Vitruvio usurpari. lib. VII. cap. III. *grano inducto & inarescente alterum corium d rigatur: id cum subactum fuerit, & bene fricatum subtilius inducatur. ita cum tribus coriis arenæ & item marmoris solidati parietes fuerint, neque rimas nec aliud vitium in se recipere poterunt.* & paulo post: *cum vero unum corium arenæ, & unum minuti marmoris erit inductum, tenuitas ejus minus valendo facile rumpitur. coria* similiter in pavimento dixit Cato de re rustica. Sequitur de chartæ vitiis in eodem Plinio: *rebellat sæpe humor incuriose datus, primoque malleo deprehenditur, aut etiam odore cum fuerit indiligentior.* nihil inquinatius. & frustra emundare conati eruditissimi viri. minima mutatione lego & emendo: *rebellat sæpe humor incuriose datus primo: malleoque deprehenditur, aut etiam udore, si fuerit indulgentior. humorem* vocat liquorem Nili turbidum qui glutini vicem præbebat in texendis chartis. hic si incuriose & minus adtemperate datus fuerat, rebellabat, inquit Plinius, & malleo quidem deprehendebatur, aut etiam udore, si indulgentior datus esset: hoc est, si largior. nam charta in quam largior æquo datus humor fuerat, nunquam bene siccari poterat, & semper uda manebat. *indulgentior* scripsimus

pro *indiligentior.* nihil verius. *indulgens* idem quod *largus.* *indulgere*, largiri. hinc & *indulgentior*, largior & abundantior humor. ἐπιδαψιλέστερος. Glossæ : *indulgeo*, ἐπιδαψιλεύομαι. *indultum*, ἐπιδαψιλευθέν. *indultata*, ἐπιδαψιλευθέντα. aliæ Glossæ : δαψιλεύομαι, *largior*, *indulgeo*. Subjicit Plinius : *Deprehenditur & lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis tænia fungo papyri bibula vix nisi littera fundente se : tantum inest fraudis.* scio quomodo Scaliger ὁ πάνυ, hæc emendet & exponat : sed illud æque bene scio, in utroque eum operam lusisse. veteres omnes libri pro *fungo* habent *junco*. sic igitur legendum distinguendumque : *deprehenditur & lentigo oculis : sed inserta mediis glutinamentis ena è junco papyri bibulo, vix nisi littera fundente se : tantum inest fraudis.* pro *ena è junco*, facile corruperant correctores, *tenia fungo*. *ena* pro *ina* scriptum erat. sic enim & apud Marcellum Empiricum scribitur: *ad ulcera in ano facta chartæ combustæ, sed enarum ejus drach.* τ. *ena* pro *ina*. ina in charta quid sit, notum est. tenuissimam chartæ partem esse dixit Festus. at Plinius *inam è junco papyri bibulo* heic vocat filamentum aut fibram junci papyri, quæ τῇ χαρτοποιῶν incuria, aut etiam fraude mediis chartæ glutinamentis inserta deprehendebatur, ad sarciendam, si forte, philurarum rimam aliquam aut rupturam. dicit igitur Plinius lentiginem quidem chartæ, hoc est lentiginosas maculis oculis deprehendi, sed inam è junco papyri bibulo mediis glutinamentis insertam, vix deprehendi posse nisi littera fundente se. cum enim ad illam inam pervenerat calamus, non solide nitideque formabatur littera, sed propter junci bibulum, spargebatur eo loci, & fundebatur atramentum. ex quo intelligebatur ina aliqua subesse è papyri junco, hoc est ἶνά τις ἐκ τῆς παπύρου. plus igitur inerat in ista ina fraudis quam in lentigine. nam lentigo oculis deprehendi poterat, & neminem fallebat: ina vero, nonnisi scribendo deprehendebatur. si vulgatam lectionem retines, & *tania* legis pro *ina*, idem manebit sensus, quem viri eruditissimi assequuti non sunt. at *junco* pro *fungo* omnino scribendum ex librorum veterum auctoritate. de glutino chartarum habetur paulo post in eodem cap. *diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua fervente : minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili lenitas superatur.* scribe, *aquæ etiam Nili levitas superatur.* aqua Nili turbida in glutinanda charta utebantur Ægyptii artifices. charta vero illa Ægyptiaca sic curata, Romæ in officinis recurabatur, iterumque texebatur, glutinoque ad eam rem utebantur tenuissimo levissimoque, adeo ut etiam Nili aquæ levitatem superarent. sic minimum erat intergerii. *intergerium* vocat medium glutinamentum quod inter duas schedas erat. *intergerium* enim Latinis est, quidquid interjicitur. ab *intergero*, *intergerium* : ut ab interneco, *internecium* : ab æstimo, *æstimium*, & similia. ut *ingero* autem pro injicio : *congero* pro conjicio : *aggero* pro adjicio : sic & *intergero* est interjicio. & inde *intergerium* quod intergeritur, vel interjicitur. dicebatur etiam *intergeries* pro eodem : ut *congeries* à congero. hinc *intergerinus* & *intergeries*, dicebatur paries, qui inter confines struebatur. Glossæ, *intergeries*, ὁ τοῖχος δύο κλήρους διορίζων. Festus : *intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. intergerivus* autem ab *intergerium*: ut *internecivus* ab *internecium*. Hinc videre est quam frustra sint doctissimi viri qui *intergerrium* à gerris, & intergerrivos parietes dicendos esse censent. quæ plane gerræ sunt, & germanæ nugæ. Atque hæc de chartis, deque papyro, quæ ad illud Plinianum caput, raptim huic chartæ illinenda nobis visa sunt, habuimus: reliqua quæ de hac re adhuc multa dicenda supersunt, alio opere, uni huic materiæ dicato præstaturi. nunc illud

ro & glutino. Idem & cum Blemyis societatem maximam tenuit, & cum Saracenis: [1] naves quoque ad Indos

illud addam, artem illam chartarum ex papyro conficiendarum non hodie atque heri exolevisse, utpote quæ jam Eustathii ætate erat antiquata: quod hæc ejus verba ostendunt Odyss. φ. ἴσϑι τι ἄρα ἡ βύβλος ἰνώδης ἐξ ἧς εἰκὸς γίνεσθαι σχοίνια συνεπλέκοντο εἰς χάρτας. ἵνα ὥσπερ ἀπὸ ἀρχεγόνου ἀφορμῆς τοῦ κατὰ τὴν χελώνην χέλυς ὕστερον πᾶσα κιθάρα ἐκλήθη, ἐπειδὴ χελώνης ὄστρακον μέγα πήχεων προσθεὶς καὶ χορδῶν ἐντείνας λύραν ἀπήρτισεν ὁ Ἑρμῆς Ἀπόλλωνι ἐχαρίσατο εἰς λύτρον ἀνθ' ὧν ἔκλεψεν ἐκείνου βοῶν· οὕτω καὶ πᾶσαι γραφικαὶ βίβλοι ἐκ τῆς ἀρχαίας χρήσεως τοὔνομα φέρουσιν. ἐγίνοντο γὰρ φασὶν ἀπὸ βύβλων Αἰγυπτίων, ὡς οἷα παπύρων ὑδροχαρῶν, καθὰ οἱ τότε μεθοδεύοντες ὑποκείμενα τοῖς γραφοῦσι χαρτία· ὁποῖα ἴσως καὶ τὰ ὕστερον ἰδιωτικῶς λεγόμενα ξυλοχάρτια, ὧν ἡ τέχνη ἄρτι ἀπόλωλεν) ubi notabis tibi, ξυλοχάρτια, hoc est ligneas chartas Græcis recentioribus appellatas, chartas è papyro ad differentiam chartarum quæ ex linteis conceptis & contusis parantur, quarum jam tunc usus fuisse videtur apud Græcos Eustathii ætate, quum abolitus esset chartarum è papyro texendarum modus. papyrum autem lignum vocabant, unde ξυλοχάρτια, chartæ ex papyro. Cassiodorus de papyro: *surgit Nilotica sylva, &c. nescio qua vacuitate plena, plenitudine vacua, bibula teneritudo, spongeum lignum.*

CASAUBONUS.

1 *Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit.*] Libro superiore inter præcipua commoda pacis ponebat auctor, quod multi navigarent: Indicam sine dubio navigationem hanc intelligens, cujus ea ætate videntur Romani fuisse studiosiores. Fiebat hæc omnis navigatio Indica in Oceano meridionali: quam Atlantici partem veteres & Indicum & Erythræum sive Rubrum mare appellarunt. Indorum enim nomen ita hoc loco accipitur, ut cum scribunt historici Trajanum in sinu Rubro classem instituisse, ut per eam Indiæ fines vastaret: id est oras regionum & intra & supra sinum Arabicum sitarum. quam Indiam Josephus secundo Ἀλλόπλως ait ab Ægypto contingi. ita sæpe apud geographos Græcos, Latinos, Arabas. Negotiatoriæ ergo naves istæ Firmi & aliorum Ægyptiorum, è Myoshormo Ægypti vetustissimo emporio solventes, per Arabicum sinum, pars orientem, pars occidentem versus tendebant. Orientalis navigationis terminum statuit Arrianus eundem quem & oræ universæ meridionalis: totam enim Romani habuerunt notam jam inde ab illius & Ptolemæi temporibus: neque illam solum oram, verum etiam continuam plagam quæ orienti obversa, ita jam tum Romani norant, ut ad cognitionem illius non magna videatur facta accessio per nostrorum hominum navigationes: quæ ab altera parte tantum terrarum veteribus ignoratum nobis aperuerunt. Nam Græcorum Romanorum navigationes occidentem versus, cum Arabicum & Avalitem sinum superaverant, ultra Prassum non progrediebantur: quod promontorium est inferioris Æthiopiæ, in ea, ut videtur, regione, quæ hodie Monambica dicitur. Nulla fuit alia temporibus illis in Indiam navigatio præter hanc: de qua etiam Græcorum scriptorum loci accipiendi, qui ἰνδικοπλεύστων, (sic vocant negotiatores in Indiam commeare solitos) meminerunt. Qui existimant cognitam antiquitus fuisse navigationem in eam Indiam quam Orientalem vulgo vocant, gravissime falluntur: nulla enim penitus ratio est, qua possit hoc pro-

dos negotiatorias sæpe misit. Ipse quoque dicitur habuisse

probari: plurimæ quibus possit refelli, sicut pridem ab eruditissimis viris demonstratum est. Poteramus multa super his ex veterum lectione adferre: sed alius erit, spero, commodior ista tractandi locus.

SALMASIUS.

1 *Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit.*] Horatius:

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens.

de tota autem hujus navigationis ratione, quam ad Indos tunc mercatores faciebant, videnda omnino tibi sunt, quæ ad hunc locum pereruditè observavit præstantissimus Casaubonus. Ad ea quæ dixit, nihil addere possum. quinimo demptum etiam inde illud velim, & dictum ab eo doleo, quod scripsit, Græcorum locos qui ἰνδικοπλεύστων meminerunt, de hac in Indiam navigatione esse accipiendos: ἰνδικοπλεύστας enim dici negotiatores in Indiam commeare solitos. Græcum scriptorem qui ἰνδικοπλευστῶν meminerit, neminem scio, nisi forte auctorem veteris Glossarii apud quem hodie legitur: *colorator*, ἰνδικοπλεύστης. si putavit veram hanc esse hujus loci lectionem, necesse est etiam putarit, *coloratores* vulgo dictos fuisse mercatores qui in Indiam commeabant. sed quare *coloratores* vocati negotiatores in Indiam navigantes? an quia colorati Indi? nugæ. omnino scribendum in illis veteribus Glossis: *colorator*, ἰνδικοπλάστης. *coloratores* dicti qui coloribus parietes pingebant, & colores tectoriis inducebant. ἰνδικοπλάσται autem iidem appellati, quod inter colores, quibus ad pingendos parietes utebantur, aut præcipuum, aut unum de præcipuis locum obtinebat Indicum, quod ex India veniebat harundinum spumæ adhærescente limo. Plinius de coloribus qui udo induci nolebant: *Ex omnibus coloribus cretulam amare, udoque illini recusant, purpurissum, indicum, cæruleum, melinum, auripigmentum, appianum, cerussa. Ceræ tinguntur iisdem coloribus, ad eas picturas quæ inuruntur, alieno parietibus genere.* & paulo post: *nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum suorum limum, & draconum & elephantorum, nulla nobilis pictura est.* per purpuras, *purpurissum* intelligit; per Indiæ fluminum limum, *Indicum*. ἰνδικοπλάστης igitur est, qui indicum parietibus illinit. idem & *colorator* Latine, qui colores tectoriis illinit. idem etiam στιλβωτής Græce dicebatur. Glossæ: *colorator*, στιλβωτής. quod ad hos parietum coloratores omnino referendum. nam & tectoria in parietibus splendorem habebant, & tectoriis inducti colores. Vitruvius: *sed & liaculorum subactionibus fundatæ soliditates, marmorisque candore firmo levigatæ, coloribus cum politionibus inductis, nitidos exprimunt splendores.* & paulo post: *cum ergo ita in parietibus tectoria facta fuerint, & firmitatem & splendorem, & ad vetustatem permanentem virtutem poterunt habere.* & cap. v. eod. lib. *Quis enim antiquorum non, uti medicamento, minio parce videtur usus esse? at nunc passim plerumque toti parietes inducuntur. accedit huc chrysocolla, ostrum, Armenium: hæc vero cum inducuntur, etsi non ab arte sunt posita, fulgentes tamen oculorum reddunt visus, & ideo quod pretiosa sunt, legibus excipiuntur, ut à domino, non à redemptore repræsententur.* igitur qui tectoriis inductis, illitisque coloribus parietes ut splenderent faciebant στιλβωταὶ Græcis dicti, & ἰνδικοπλάσται, Latinis coloratores. ἰνδικοπλεύστης vero pro mercatore ad Indos navigante, nullo modo ferri potest. dicendus enim esset ἰνδιοπλεύστης, vel ἰνδοπλεύστης. sic ἰνδοδρόμοι mercatores dicebantur qui ad Indos currebant, ut cum viris doctis observatum est.

1 *Apen-*

buiſſe duos dentes elephanti, pedum denum, è quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere, additis aliis duobus, in qua Jupiter aureus & gemmatus ſederet, cum prætexta, ponendus in templo Solis, [1] Apenninis ſortibus additis: [2] quem appellari voluerat JOVEM CONSULEM vel CONSULENTEM. Sed eoſdem dentes poſtea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum ex iis feciſſe narratur. [3] Et quia nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit, taceo. Ita donum Indicum Jovi OPT. MAX. conſecratum, per deterrimum principem & miniſterium libidinis factum videtur & pretium. Fuit tamen Firmus ſtatura ingenti, 4
[4] oculis foris eminentibus, capillo criſpo, fronte vulnerata, vultu nigriore, reliqua parte corporis candidus, ſed piloſus atque hiſpidus, ita ut eum plerique *Cyclopem* vocarent. Carne multa veſcebatur, [5] ſtruthionem ad diem comediſſe fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimum, mente firmiſſimus, [6] nervis robuſtiſſimus ita

CASAUBONUS.

1 *Apenninis ſortibus additis.*] Etiam hic *Aponinis* lego. ſimilem mendam è Pollionis Claudio ſuſtulimus. quæ ſint ſortes Aponinæ ex his auctoribus ſciri poteſt, quos ibi teſtes laudavimus.

2 *Quem appellari voluerat* JOVEM CONSULEM, *vel* CONSULENTEM.] Exprimere Latine voluit quem Græci vocant Δία βουλαῖον, & poëtæ βουληφόρον.

3 *Et quia nunc ſcitur, & ſc.*] Scrib. *Ea quia nunc ſc.*

4 *Oculis foris eminentibus.*] Ἐξόφθαλμος.

6 *Nervis robuſtiſſimus, ita ut triarium vinceret cujus Varro Ælius meminit.*] Legendum *Tritanum*. Plinius libro VII. cap. XX. *Corpore veſco, ſed eximiis viribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem Magni Pompeji, & rectos & tranſverſos cancellatim toto corpore habuiſſe nervos, in brachiis etiam manibusque, auctor eſt Varro in prodigioſa virium relatione.* eadem & Solinus. falſo vero appellatur hic Varro *Ælius*, cui ſciunt omnes fuiſſe nomen M. Terentio Varroni. liber regius eam vocem non agnoſcit, & omnino dele aut muta.

GRUTERUS.

1 *Apenninis ſortibus.*] Pal. duplici pp. *Appenninis*. legendum *Aponinis*.

3 *Et quia nunc ſcitur.*] Pal. *quia & nunc ſcitur.*

SALMASIUS.

3 *Et quia nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit.*] In veteri editione: *quia & nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit.*

5 *Struthionem ad diem comediſſe dicitur.*] *Ad diem*, pro in die. ſic in Gallieno: *Iroit ad diem ſeptimo: æſtate vel ſexto.* ſic *ad præſens*, pro *in præſenti*, vel *in præſentia* dicebant.

[1] ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit. [2] Nam & incudem superpositam pectori constanter aliis

1 *Ita ut triarium vinceret.*] Verissima lectio est, quam viri docti reposuerunt: *ita ut Tritannum vinceret. Tritannum* veteres libri eum scribunt. atque ita in vetustissimis Solini exemplaribus scriptum offendi. antiqua Solini excerpta, versibus scripta, quæ penes me habeo, ita etiam exhibent hoc versu:

Viribus est rumor nimium valuisse Tritannum.

Plinius & Solinus de hoc Tritanno idem dicunt, gladiatorem eum Samnitem fuisse. sed Solini locus, ut hodie habetur in editis, illum Solini cum Plinio, à quo accepit, consensum dissimulat. corruptus igitur est, & viri docti eum emendare cum sæpe tentassent, nequiverunt. vulgo dicitur apud Solinum Tritannum hunc natura fuisse gladiatorem. quis est natura gladiator? Plinius dixerat, unde habet Solinus, Samnitium armatura eum celebrem fuisse in ludo gladiatorio. nos nulla ferme nisi distinctionis mutatione ex veteribus libris, sic Solinum emendamus, ut idem cum Plinio tinniat: *Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis annotat Tritannum, Samnitem gladiatorem, natura fuisse, qui & rectis & transversis nervis non modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis, & bracchiis, omnes adversarios levi tactu, ac pene securis congressionibus vinceret.* ait Tritannum, gladiatorem Samnitem, hac Samnitium armatura celebrem, ita natum fuisse, vel ea fuisse natura, ut rectos transversosque nervos toto corpore cancellatim haberet, eoque omnes vinceret, quibuscum congrederetur. *natura fuisse*, id est eam naturam habuisse, ita natum fuisse. Varro:

Omnes colore dispares, ita natos.

sic scripta de Cleopatra apud Trebellium: *nata est Hispanorum cupiditate.* ita accipiendum esse apud Solinum illud *natura fuisse*, ostendit quod statim sequitur apud eumdem de illius Tritanni filio: *ejusque filium militem Cn. Pompeji, pari modo natum, ita sprevisse hostem provocantem, ut inermis eum dextra superaret.* Tritannus, inquit, natura fuit, ut rectos transversosque toto corpore cratis in morem nervos habens, omnes levi tactu superaret. filius quoque ejus pari modo natus, hostem provocantem adeo sprevit, ut inermis eum vinceret. Igitur qui Plinio *Samnitium armatura celebris in ludo gladiatorio*, is brevius ac simplicius *gladiator Samnis* Solino dictus est. & ita etiam Varroni appellantur: *Pinnæ quas insigniti milites in galeis habere solent & in gladiatoribus Samnites.* sed hæc ad Solinum pluribus, quem nos auctorem propediem, si Deus faverit, in lucem dabimus, pristino suo nitori restitutum, & hominum inficetorum, quos habuit correctores, spurcitie liberatum.

GRUTERUS.

1 *Ita ut Tritannum vinceret, cujus Varro meminit.*] Sic plane Pal. male retro editi, *ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit.*

CASAUBONUS.

2 *Nam & incudem superpositam pectori constanter, aliis tundentibus pertulit.*] Non ignotum hodiernis hominibus genus θαυματοποιίας. Erat non ita pridem in Urbe prodigiosarum virium homo, qui non incudem sed saxum septingentorum pondo & eo gravius, pectori superpositum, aliis tundentibus perferret, ipse reclinus, & resupinus prorsusque, ut ait Vopiscus, curvatus atque in manus pendens potius quam jacens.

1 *Cum*

liis tundentibus pertulit, [1] quum ipse [2] reclivus ac resupinus & curvatus in manus penderet potius quam jaceret. Fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, [3] si quando eum tentare voluisset. [4] Nam quidam Burburus nomine, [5] de numero vexillario-

1 *Cum ipse reclivus ac resup.*] Scribendum, *reclinus*. ut imbecillus dicitur & imbecillis: sic reclinus & reclinis, ὁ εἰς τὰ ὄπισθεν ἐπικεκλιμένος. *adclinis*, ὁ πρός τι κεκλιμένος. Marcellinus libro XXXI. *parte alia prope Amazonum sedes Alani sunt, orienti acclives*. scribe, *acclines*. vel ὁ ἐπί τινι κεκλιμένος. qui alicui incumbit: ut apud Plinium, *elephas non cubans, sed adclinis arbori*. Marcellinus lib. XXIX. *venit ad municipium Sagabarritanum, Transcellensi monti adclive*. scribendum *adcline*.

3 *Si quando eum tentare voluisset.*] Infra ad Bonosum. *tamen* initio hujus periodi & paullo ante est παραπληρωματικὸν μέρος, ut sæpissime in hoc auctore.

4 *Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum notißimus potator.*] Non est verum nomen Burburus: sed strenuo potatori nomen inditum per ὀνοματοποιΐαν, ceu alicui amphoræ aut utri: ad imitationem soni illius quem liquor edit dum funditur. *bilbere* hoc Lat. veteres dixerunt, & Græci βομβύλλειν, unde bombylium. sed non inconcinne loco liquidæ in hac fictitia voce posuerunt alii literam caninam. Hebræi paullo aliter formarunt: dixerunt enim בקבק unde est בקבוק quasi dicas bombylium, poculi genus aut lagenæ.

GRUTERUS.

2 *Reclinus ac resupinus.*] Vulgg. *reclivus*, sed contra mss. certe contra Pal. nostrum.

SALMASIUS.

1 *Quum ipse reclivus ac resupinus.*] Legendum, *reclinus*. ita jam correxit Casaubonus. *reclinus* pro *reclinis*: sic etiam *acclinus* pro *acclinis*. sic & *declivus* pro *declivis*: & *adclivus* pro *adclivis*. in Gloss. perperam *adclivis* pro *adclinis*, scriptum est. *adclivis*, προσκεκλιμένος. lege, *adclinis*, quæ vox multis locis similiter apud Ammian. corrupta est.

3 *Si quando eum tentare voluisset.*] Lege, *voluissent*. de ducibus enim Aureliani loquitur qui Firmum tentare volebant.

4 *Nam quidam Burburus nomine.*] Haud scio, qua ratione ductus vir doctissimus scripserit, non esse verum hujus potatoris, Burburus: sed strenuo potatori factum nomen per ὀνοματοποιΐαν, tanquam amphoræ, aut utri: ad imitationem, inquit, soni illius quem liquor edit dum funditur. nullam enim majorem soni quem facit liquor emendationem video in hoc nomine *Burburus*, quam in Baburtus, Baburius, Balbulius, Baberius, & aliis sexcentis nominibus quæ propria liquet fuisse, & Romana. *Burburus* igitur nomen proprium illius militis, ex numero vexillariorum. quem strenuum potatorem fuisse tradit hoc loco Vopiscus: quid enim aliud colligere possis ex Vopisco quam proprium nomen esse? *Quidam Burburus nomine de numero vexillariorum*. & paulo post: *& quum ei Burburus diceret*. Nomen hoc plane Græcum videtur. Βόρβορος, *Burburus*. sic Πόρφυρος, *Purpurus*. Πορφύριος, *Purpurius*. quæ nomina sunt propria ex Græco formata.

5 *De numero vexillariorum.*] Qui sunt isti vexillarii? nec enim, ut puto, vexilliferos intelligit. mentio *scholæ vexillariorum* in vet. inscriptione. erant vexillarii legionum, in unaquaque legione sexcenteni, quos veteranos

lariorum notissimus potator, quum ad bibendum eundem provocasset, situlas duas plenas merô duxit: & toto postea convivio sobrius fuit. Et quum ei Burburus diceret, *Quare non fæces bibisti?* respondit ille, *Stulte, terra non bibitur*. Levia persequimur, quum majora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad defendendas partes quæ supererant Zenobiæ. [1] Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo vitam eum finisse: aliud edictis suis ostendit Aurelianus. namque quum eum vicisset, [2] tale edictum Romæ proponi jussit. *Amantissi-*

constat fuisse, qui sub vexillo retinebantur, ceterorum immunes præterquam propulsandi hostis. *Triarios* antiqui eos vocabant. de quibus adfatim nobis dictum ad vitam Probi. & fortasse de illis vexillariis hoc loco accipiendum. dicebantur & *vexillarii*, auxiliares milites. unde *vexillares cohortes* apud Tacitum sunt auxiliariæ. & apud eundem *vexillariis è cohortibus*, pro auxiliariis lib. III. Hist. *vexilla* & *vexillationes* de auxiliis dicebantur olim. quo nomine tam pedites quam equites auxiliorum comprehendi mos erat. at postremis temporibus *vexillationes* de solis equitibus auxiliariis dictæ sunt. rationem nos alibi reddimus. Vegetius *vexillationes* semper ab equitibus legionum distinguit. equites igitur auxiliares ita tunc proprie dicebantur. lib. II. cap. I. *Equitum alæ dicuntur, ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ nunc vexillationes vocantur, ab eo quod velis hoc est flammulis utuntur.* & lib. III. cap. IV. *Dux autem debet esse attentus, ut in omnibus legionibus sive auxiliis, vel vexillationibus, à tribunis, vicariis, principiisque, si qui turbulenti vel seditiosi sunt milites, non pro invidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscat.* erant alarii equites, erant & legionarii. vexillationes de solis alariis equitibus dictæ. *Germanicianorum vexillationem*, cujus mentio apud Suetonium in vita Galbæ, Turnebus intelligebat de cohorte militum, qui confectis stipendiis sub vexillo retinebantur, usque dum agros & commoda emeritorum acciperent. in quo aperte falsus est. nam *vexillarios legionum*, cum *vexillis Germanicis* confundit. Germani inter auxilia Romanorum fuere. & in vexilla vulgo distribuebantur. centeni autem sub uno vexillo statuebantur. hinc *vexilla Germanica* apud Tacitum, & *vexilla Germanorum* in libris Historiarum. & *vexilla inferioris Germaniæ* apud eumdem lib. I. Hist. per *vexillationem* igitur *Germanicorum*, apud Suetonium intelligas licebit centum Germanicos milites, vel vexillum unum Germanicorum. at *vexillarii* hoc loco omnino vexilliferi sunt intelligendi. & ita in veteri inscriptione accipienda est *Schola vexillariorum. de numero vexillariorum* ita heic dictum est apud Vopiscum, ut in alia veteri inscriptione: *ex numero frumentariorum. numerus* non semper legionem significat, sed etiam corpus quodlibet, aut scholam. sic in alio antiquo saxo: *ex numero Dalmatarum fortium.*

GRUTERUS.

1 *Sed Aureliano de Carris redeunte.*] Pal. *de Thraciis.*

2 *Tale edictum Romæ proponi jussit.*] Sic & Pal. non *dictum*, ut vulgg.

tissimo sui pop. Rom. Aurelianus Augustus S. D. Pacato undique gentium toto qua patet orbe terrarum, Firmum etiam latronem Ægyptium, barbaricis motibus æstuantem, & fœminei propudii reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugavimus, obsedimus, cruciavimus, & occidimus. Nihil est, Romulei Quirites, quod timere possitis. [1] *Canon Ægypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat,* [2] *integer veniret si vobis esset cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum prætorianis affectio. Ego efficiam ne sit aliqua solicitudo* Romana. *Vacate ludis, vacate circensibus. Nos publicæ necessitates teneant: vos occupent voluptates. Quare sanctissimi Quirites*, & reliqua. Hæc nos de Firmo cognovisse scire 6
debuisti, sed digna memoratu. Nam ea quæ de illo [3] Aurelianus Festivus libertus Aureliani sigillatim retulit, si vis cognoscere, eundem oportet legas, maxime quum dicat [4] Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus natasse, & elephantum rexisse, [5] & hippopotamos edisse, & sedentem ingentibus struthionibus vectum esse, & quasi volitasse. Sed

hæc

CASAUBONUS.

2 *Tale dictum Romæ proponi jussit.*] *Tale edictum.* hujus edicti supra fecit auctor mentionem.

SALMASIUS.

2 *Tale dictun Romæ proposuit.*] Lege ex vet. ed. *tale edictum.* ita etiam Casaubonus ex conjectura.

GRUTERUS.

1 *Canon Ægypti integer veniet. Sit vobis cum Senatu concordia.*] Locum hunc pristino nitori restituit Palat. noster. antea legebamus nullo bono sensu, certe contra mentem Imperatoris; *integer veniret si vobis esset cum Senatu. &c.*

3 *Aurelianus Festivus.*] Pal. *Aurelius.*

5 *Et hippopotamos edisse.*] Malim etiam, *hippopotamo sedisse.*

SALMASIUS.

2 *Integer veniret si vobis esset cum senatu concordia.*] Pessima lectio, pessima etiam distinctio. scribe & distingue totum hunc locum: *canon Ægypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer veniet. Sit vobis cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum prætorianis affectio.*

4 *Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus natasse.*] Lege: *eundem inter crocodilos, unctum crocodilorum adipibus, natasse.*

5 *Et hippopotamos edisse.*] Omnino legend. *hippopotamo sedisse.* contra *pausa sedere* supra legebatur pro *pausas edere.*

CASAUBONUS.

5 *Et hippopotamos edisse.*] Perplacet quod olim Turnebo visum, scribendum esse, *hippopotamo sedisse.* & præcedentia & sequentia firmant satis hanc acutissimi viri emendationem.

1 *Cum*

hæc ſcire quid prodeſt? [1] quum & Livius & Salluſtius taceant res leves de iis [2] quorum vitas ſcribendas arripuerint. non enim ſcimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo, aut utrum Tuſco equo ſederit Catilina an Sardo, vel [3] quali chlamyde Pompejus uſus [4] fuerit, [5] an purpura. Quare finem de Firmo faciemus, venientes ad Saturninum, qui contra Probum imperium ſibimet in Orientis partibus vindicavit.

SATUR-

1 *Cum & Livius & Salluſtius taceant res leves de iis quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Sine cauſſa Vopiſcus duo genera ſcriptorum non leviter diſſidentia inter ſe confundit, pro uno & eodem accipiens. nam Livius & Salluſtius vitas illuſtrium virorum nunquam ſuſceperunt ſcribendas, verum populi Romani hiſtoriam, & Annales.

5 *An purpura.*] Melius, *aut purpura.*

SALMASIUS.

2 *De iis quorum vitas ſcribendas arripuerunt.*] Editio prima: *de iis quorum vitam arripuerunt.* ſic loquutus eſt ſupra in Probo: *& ne diutius ea quæ ad meum conſilium pertinent loquar, magnum & præclarum principem, & qualem hiſtoria non novit, arripiam.*

3 *Quali chlamyde Pompejus uſus fuerit, an purpura.*] Eadem edit. *uſus fuerit purpura:* forte: *quali chlamyde uſus fuerit, & purpura.* vel, *aut purpura,* cum Caſaubono. ſed quare diſtinguit heic chlamydem à purpura? an non & purpureæ chlamydes? ſciendum eſt chlamydes, ſive paludamenta Imperatorum Romanorum de cocco ſemper fuiſſe tincta, tam veteri ſtante rep. quam hac recenti quæ ſub imperatoribus. Plinius: *coccum imperatoriis dicatum paludamentis.* hinc *paludamentum*, Φοινικὶς in veteribus Gloſſis exponitur. Spartianus in Alexandro Severo: *hoc ſolum imperatorium habens quod lacernam coccineam accipiebat.* ſic Tetricus cum in triumphum ab Aureliano duceretur, *chlamyde coccinea, tunica galbina ornatus fuit.* vide Vopiſcum in Aureliano. Chlamydes igitur, ſive paludamenta ex cocco. at togæ nullæ coccineæ, ſed purpureæ. ut toga triumphalis, & conſularis. Trabeæ quoque, quæ togæ erant, purpureæ totæ, cocco prætextæ. ita ſcribendum apud Dionyſium lib. II. antiq. Rom. τηβέννας ἐμπεπορπημένας πορφυρᾶς, φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας, id eſt, *togas purpureas, cocco prætextas.* male excuſum eſt, ἀδελφοπορφύρους, falluntur autem qui φοινικοπαρύφους cocco intertextas interpretantur. ſed hæc obiter. chlamydem igitur à purpura heic ſeparat Vopiſcus, quod chlamydes coccineæ. purpuram autem heic uſurpat pro purpurea veſte. ſic apud Sammonicum:

Purpura torretur conchili perlita fuco.

purpura, pro, purpureus pannus. ſic etiam apud Juriſconſultum leg. LXX. de leg. III. *verſicoloribus purpuram & coccum, quoniam nihil nativi coloris ſunt, contineri arbitror, niſi aliud ſenſit teſtator.*

GRVTERVS.

2 *Quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Pal. *quorum vita arripuerunt.*

4 *Fuerit an purpura.*] Palatino abeſt particula *an.*

1 *Satur-*

SATURNINUS.

[1] SATURNINUS oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietissima, [2] & avida semper vel faciendi principis vel imperii. Huic [3] inter cæteros duces, qui vere 7

1 *Saturninus oriundus fuit Gallis.*] Pal. *oriundo fuit Gallus.*

CASAUBONUS.

2 *Et avida semper, vel faciendi principis, vel imperii.*] *Facere imperium*, est rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere. quod aliud est, quam facere principem.

SALMASIUS.

2 *Et avida semper vel faciendi principis, vel imperii.*] *Facere imperium*, Casaubonus ad hunc locum, dici notavit pro rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere, & aliud esse quam *principem facere*. sed moriar si Vopiscum intellexit. is non dixit Gallos avidos semper, vel faciendi principis, vel faciendi imperii: sed vel imperii avidos, vel principis faciendi. *avidos imperii* cum dixit, haud dubium est quin imperandi avidos intellexerit. Galli ut cupidi semper sunt novarum rerum, qui inter eos principes ipsi fieri non possunt, principis faciendi semper avidi sunt: qui vero possunt principes fieri, imperii avidi sunt, & imperium avide arripiunt. Hinc Aurelianus qui Saturninum ducem optime notum haberet, & ex ea gente oriundum esse sciret, quæ avida semper vel faciendi principis vel imperandi esset, cum orientis ducatum ei daret, præcepit ne Ægyptum videret. *Cogitabat enim*, inquit Vopiscus, *vir prudentissimus Gallorum naturam, & verebatur ne si in perturbidam civitatem venisset, quo eum natura ducebat, eo quoque hominum societate duceretur.* hic sensus Vopisci. sciebat igitur Aurelianus Saturninum, ex natura gentis suæ, imperii & dominationis esse cupidum. qua re præceperat ei ne Ægyptum unquam videret, ob eam causam quam posuit Vopiscus.

3 *Inter ceteros duces, qui vere summus videretur.*] Correctores heic certum est loqui, non Vopiscum: nam Vopiscus scripserat: *Huic inter ceteros duces quos vere scire videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit.* atque ita plane scriptum exhibet editio vetus. *quos vere sciret*, id est quos vere cognosceret, quos vere cognitos haberet. genus loquendi istis auctoribus familiare, & illo tempore usurpatum. in vita Marci: *libertos suos in publico sciri noluit.* Lampridius in Alexandro Severo: *milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum & tempora militantium.* vetus Interpres Persii: *Heic requiritur historia Demosthenis, qui cum transiret, & à mercenario tabernæ digito monstraretur, fertur lætatus esse, quod ab ignobilibus sciretur.* Lampridius in Commodo: *Perennis autem Commodi persciens, invenit quemadmodum ipse potens esset. Commodi persciens*, id est qui Commodum optime sciret, & notum haberet. vulgo etiam locum illum incrustarunt correctores, legendo: *Commodi animum persciens.* Aurelianus igitur, inter duces quos vere scire, id est quos vere cognoscere videretur, & quorum naturam perspectam haberet, Saturnino ducatum Orientis dedit, simulque præcepit ne Ægyptum unquam videret. verebatur enim prudentissimus princeps, ne si Saturninus, quem ex natura gentis suæ, imperii avidum cognoverat, in civitatem perturbidam rerumque cupidam novarum venisset, facile quo eum natura ducebat, societate quoque hominum impelleretur.

vere summus videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, sapienter præcipiens ne unquam Ægyptum videret. Cogitabat enim, quantum videmus, vir prudentissimus, Gallorum naturam, & verebatur, ne si perturbidam civitatem vidisset, [1] quo eum natura ducebat, societate quoque hominum duceretur. [2] Sunt enim Ægyptii (ut satis nosti) viri ventosi, furibundi, jactantes, [3] injuriosi, [4] atque adeo vani, [5] liberi, [6] novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, [7] versificatores, [8] epigrammatarii, mathematici, aruspices,

1 *Quo eum natura ducebat, societate.*] Vet. editio: *è societate.* forte: *quo eum natura ducebat, eo societate quoque hominum duceretur.*

CASAUBONUS.

2 *Sunt enim Ægyptii, ut satis nosti, viri ventosi.*] Plinius Laudatione Optimi principis: *Percrebuerat antiquitus urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse. Superbiebat ventosa & insolens natio.*

3 *Injuriosi.*] Ut omnes superbi tales autem Ægyptii. Philo Judæus De agricultura: *τὸ Αἰγυπτιακὸν ἐκ φύσεως καὶ διαφερόντως ἐστὶν ὑπέραυχον, εἰ πολλάκις μικρά τις αὐτὸ μόνον καταπνεύσειεν αὔρα εὐπραγίας.* ideo addit Vopiscus, *atque adeo vani.* erant & invidi Ægyptii & qui aliorum prospera ferre non possent: ac propter hanc etiam caussam injuriosi. Philo idem adversus Flaccum: *βάσκανον φύσει τὸ Αἰγυπτιακόν, καὶ τὰς ἑτέρων εὐπραγίας ἰδίας ὑπολαμβάνον εἶναι κακοπραγίας.*

5 *Liberi.*] Ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ ἀδείᾳ διάγοντες. vel uno verbo ἐλευθεριάσαι. quod de servis dicitur libertatem sibi vindicantibus, jugo excusso servitutis: at isti legum & magistratuum.

6 *Novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes.*] Adeo rerum novarum cupidi, ut non vereantur Ægyptii etiam publice cantilenas seditioni excitandæ aptas cantillare. Longum sit veterum testimonia adferre de prono ad seditionem Ægyptiorum ingenio: qua de re multa Trebellius Pollio in Æmiliano tyranno, & passim omnes historici, etiam rerum ecclesiasticarum conditores persæpe. Philo Judæus de populis loquens, qui ex levissimis caussis soleant tumultuari, & res novas moliri: *ἐν οἷς*, ait, *τὸ Αἰγυπτιακὸν τὰ πρωτεῖα φέρει), διὰ βραχυτάτου σπινθῆρος εἰωθὸς ἐκφυσᾶν στάσεις μεγάλας.*

7 *Versificatores epigrammatarii.*] Qui versibus & epigrammatis enormi libertate in principes suos & magistratus ludant. non enim hic notantur ut mali poëtæ.

GRUTERUS.

4 *Atque adeo vani, liberi.*] Pal. *vagi.*

SALMASIUS.

4 *Atque adeo vani liberi.*] *Liberi*, ἐλευθεριασταί. Arculphus de Gazzis: *amatores, & omni libertate decori.* totum hunc locum perverse ita excusum præfert editio princeps: *atque adeo avidi novarum rerum, liberi usque ad cantilenas publicas capientes.* nihil vitiosius.

8 *Epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici.*] Mores primum Ægyptiorum recensuit, & dixit eos esse ventosos, furibundos, jactantes, injuriosos, vanos, liberos, & novarum rerum

ces, [1] medici. [2] nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac nequis mihi Ægyptiorum irascatur, & meum esse credat quod in literas retuli, [3] Adriani [4] epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam, ex qua penitus Ægyptiorum vita detegitur, indidi.
Adrianus Aug. Serviano cos. S. Ægyptum quam mihi 8
laudabas, Serviane charissime, totam didici, levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. [5] *Illi qui Sera-*

rerum cupidos: deinde, & artes professionesque quibus plurimum illi dediti: esse nimirum versificatores, epigrammatarios, mathematicos, aruspices, & medicos. postremo religionem: & partim Samaritas, partim Christianos fuisse narrat, omnes tamen Sarapin adorasse. hæc mens Vopisci quam minime assequutus est vir incomparabilis Isacius Casaubonus, qui medicos interpretatus est eos qui artem medicinam in carmina, periapta, & id genus remedia magica vertebant. nos simpliciter heic accipimus medicinæ professores. quam nos professionem scimus, & omnes etiam sciunt in Ægypto valde fuisse communem & familiarem, ut & mathematicen, & aruspicinam & poeticen.

CASAUBONUS.

1 *Medici.*] Qui medicinæ artem in carmina, periapta, & id genus magica remedia vertant. in sequenti epistola Hadriani idem significat *aliptes*.

3 *Hadriani epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam.* Scripti, *epistolam Romanam.* quod ideo ab auctore additum, quia Phlegon Græce scripserat: sed Græco operi Latinam inseruerat. quod à paucis Græcis factitatum: quibusdam tamen, ut testis Vopiscus in Aureliano.

GRUTERUS.

2 *Nam & Christiani, Samaritæ.*] Pal. *nam eis Christiani Sam.*

5 *Illi qui Serapin colunt.*] Pal. *Illa.* forte *Illic.*

SALMASIUS.

4 *Epistolam ex libris Phlegontis.*] *Epistolam Romam.* ita vet. editio libri Casauboniani, *Romanam.* eum vide.

CASAUBONUS.

5 *Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi qui se Christi episcopos dicunt.*] Malim, *Illic q.* ut statim, *nemo illic arch.* quo ex verbo apparet Hadrianum hanc epistolam scripsisse cum jam ex Ægypto discessisset. Videntur autem multi Christianorum Ægyptiorum, ad Hadriani adventum aut mutasse religionem, aut intermissa ejus professione, ad tempus dissimulasse. quæ res occasionem illi præbuit ea scribendi de Ægyptiorum etiam in religione levitate, quæ hic legimus. Satis constat ex historia ecclesiastica accidisse hoc non raro in ea provincia. Exemplo sit, quod scriptum est in veteri Martyrologio in historia de Epimacho martyre Ægyptio: καὶ καταλαμβάνει τὴν Ἀλεξάνδρειαν δικαστὴς ἀπηνέστατός τε καὶ ἀχειρώτατος. ὅθεν καὶ Χριστιανοὶ πάντες, οἱ μὲν τὸ δέος τῶν ἀπειλῶν εἰς ἐρημίας ἐφυγαδεύοντο· οἱ δὲ τὸν Χριστιανισμὸν κρύπτοντες, τὴν ἀσέβειαν ὑπεκρίνοντο. Si propter sævi judicis adventum diffugiunt Alexandria omnes Christiani, aut dissimulata vera pietate paganos simulant; non mirum

dos negotiatorias sæpe misit. Ipse quoque dicitur habuisse

ptobari: plutimæ quibus possit refelli, sicut pridem ab etuditissimis viiis demonstratum est. Poteramus multa super his ex veterum lectione adferte: sed alius etit, spero, commodior ista tractandi locus.

SALMASIUS.

1 *Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit.*] Horatius:

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens.

de tota autem hujus navigationis ratione, quam ad Indos tunc mercatores faciebant, videnda omnino tibi sunt, quæ ad hunc locum pererudite obsetvavit præstanrissimus Casanbonus. Ad ea quæ dixit, nihil addere possum. quinimo demptum etiam inde illud velim, & dictum ab eo doleo, quod scripsit, Græcorum locos qui ἰνδικοπλευστῶν meminerunt, de hac in Indiam navigatione esse accipiendos: ἰνδικοπλεύσται enim dici negotiatores in Indiam commeare solitos. Græcum scriptorem qui ἰνδικοπλευστῶν meminerit, neminem scio, nisi forte auctorem veteris Glossatii apud quem hodie legitur: *colorator*, ἰνδικοπλεύστης. si putavit veram hanc esse hujus loci lectionem, necesse est etiam putatit, *coloratores* vulgo dictos fuisse mercatores qui in Indiam commeabant. sed quare *coloratores* vocati negotiatores in Indiam navigantes? an quia colorati Indi? nugæ. omnino scribendum in illis veteribus Glossis: *colorator*, ἰνδικοπλάστης. *coloratores* dicti qui colotibus parietes pingebant, & colores tectoriis inducebant. ἰνδικοπλάσται autem iidem appellati, quod inter colores, quibus ad pingendos parietes utebantur, aut præcipuum, aut unum de præcipuis locum obtinebat Indicum, quod ex India veniebat harundinum spumæ adhærescente limo. Plinius de colotibus qui udo induci nolebant: *Ex omnibus coloribus cretulam amare, udoque illini recusant, purpurissum, indicum, cæruleum, melinum, auripigmentum, appianum, cerussa. Ceræ tinguntur iisdem coloribus, ad eas picturas quæ inuruntur, alieno parietibus genere.* & paulo post: *nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum suorum limum, & draconum & elephantorum, nulla nobilis pictura est.* per purpuras, *purpurissum* intelligit; per Indiæ flum. limum, *Indicum*. ἰνδικοπλάστης igitur est, qui indicum parietibus illinit. idem & *colorator* Latine, qui colores tectoriis illinit. idem etiam στιλβωτής Græce dicebatur. Glossæ: *colorator*, στιλβωτής. quod ad hos parietum coloratores omnino referendum. nam & tectoria in parietibus splendorem habebant, & tectoriis inducti colores. Vitruvius: *sed & liaculorum subactionibus fundatæ soliditates, marmorisque candore firmo levigatæ, coloribus cum politionibus inductis, nitidos exprimunt splendores.* & paulo post: *cum ergo ita in parietibus tectoria facta fuerint, & firmitatem & splendorem, & ad vetustatem permanentem virtutem poterunt habere.* & cap. v. eod. lib. *Quis enim antiquorum non, uti medicamento, minio parce videtur usus esse? at nunc passim plerumque toti parietes inducuntur. accedit huc chrysocolla, ostrum, Armenium: hæc vero cum inducuntur, etsi non ab arte sunt posita, fulgentes tamen oculorum reddunt visus, & ideo quod pretiosa sunt, legibus excipiuntur, ut à domino, non à redemptore repræsententur.* igitur qui tectoriis inductis, illitisque colotibus parietes ut splenderent faciebant στιλβωταὶ Græcis dicti, & ἰνδικοπλάσται, Latinis *coloratores*. ἰνδικοπλεύστης vero pro mercatore ad Indos navigante, nullo modo ferri potest. dicendus enim esset ἰνδοπλεύστης, vel ἰνδοπλεύστης. sic ἰνδοδρόμοι mercatores dicebantur qui ad Indos currebant, ut cum viris doctis observatum est.

1 *Apen-*

buiſſe duos dentes elephanti, pedum denum, è quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere, additis aliis duobus, in qua Jupiter aureus & gemmatus ſederet, cum prætexta, ponendus in templo Solis, [1] Apenninis ſortibus additis: [2] quem appellari voluerat JOVEM CONSVLEM vel CONSVLENTEM. Sed eoſdem dentes poſtea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum ex iis feciſſe narratur. [3] Et quia nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit, taceo. Ita donum Indicum Jovi OPT. MAX. conſecratum, per deterrimum principem & miniſterium libidinis factum videtur & pretium. Fuit tamen Firmus ſtatura ingenti, 4
[4] oculis foris eminentibus, capillo criſpo, fronte vulnerata, vultu nigriore, reliqua parte corporis candidus, ſed piloſus atque hiſpidus, ita ut eum plerique *Cyclopem* vocarent. Carne multa veſcebatur, [5] ſtruthionem ad diem comediſſe fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimum, mente firmiſſimus, [6] nervis robuſtiſſimus ita

CASAUBONUS.

1 *Apenninis ſortibus additis.*] Etiam hic *Aponinis* lego. ſimilem mendam è Pollionis Claudio ſuſtulimus. quæ ſint ſortes Aponinæ ex his auctoribus ſciri poteſt, quos ibi teſtes laudavimus.

2 *Quem appellari voluerat* JOVEM CONSVLEM, *vel* CONSVLENTEM.] Exprimere Latine voluit quem Græci vocant Δία βουλαῖον, & poëtæ βουληφόρον.

3 *Et quia nunc ſcitur, &c.*] Scrib. *Ea quia nunc ſc.*

4 *Oculis foris eminentibus.*] Ἐξόφθαλμος.

6 *Nervis robuſtiſſimus, ita ut triarium vinceret cujus Varro Ælius meminit.*] Legendum *Tritanum.* Plinius libro VII. cap. XX. *Corpore veſco, ſed eximiis viribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem Magni Pompeji, & rectos & transverſos cancellatim toto corpore habuiſſe nervos, in brachiis etiam manibuſque, auctor eſt Varro in prodigioſa virium relatione.* eadem & Solinus. falſo vero appellatur hic Varro *Ælius*, cui ſciunt omnes fuiſſe nomen M. Terentio Varroni. liber regius eam vocem non agnoſcit, & omnino dele aut muta.

GRUTERUS.

1 *Apenninis ſortibus.*] Pal. duplici pp. *Appenninis.* legendum *Aponinis.*

3 *Et quia nunc ſcitur.*] Pal. *quia & nunc ſcitur.*

SALMASIUS.

3 *Et quia nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit.*] In veteri editione: *quia & nunc ſcitur, & ſciri apud poſteros nihil proderit.*

5 *Struthionem ad diem comediſſe dicitur.*] *Ad diem*, pro in die. ſic in Gallieno: *Lavit ad diem ſeptimo: æſtate vel ſexto.* ſic *ad præſens*, pro *in præſenti*, vel *in præſentia* dicebant.

[1] ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit. [2] Nam & incudem superpositam pectori constanter aliis

1 *Ita ut triarium vinceret.*] Verissima lectio est, quam viri docti reposuerunt: *ita ut Tritannum vinceret. Tritannum* veteres libri eum scribunt. atque ita in vetustissimis Solini exemplaribus scriptum offendi. antiqua Solini excerpta, versibus scripta, quæ penes me habeo, ita etiam exhibent hoc versu:

Viribus est rumor nimium valuisse Tritannum.

Plinius & Solinus de hoc Tritanno idem dicunt, gladiatorem eum Samnitem fuisse. sed Solini locus, ut hodie habetur in editis, illum Solini cum Plinio, à quo accepit, consensum dissimulat. corruptus igitur est, & viri docti eum emendare cum sæpe tentassent, nequiverunt. vulgo dicitur apud Solinum Tritannum hunc natura fuisse gladiatorem. quis est natura gladiator? Plinius dixerat, unde habet Solinus, Samnitium armatura eum celebrem fuisse in ludo gladiatorio. nos nulla ferme nisi distinctionis mutatione ex veteribus libris, sic Solinum emendamus, ut idem cum Plinio tinniat: *Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis annotat Tritannum, Samnitem gladiatorem, natura fuisse, qui & rectis & transversis nervis non modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis, & bracchiis, omnes adversarios levi tactu, ac pene securus congressionibus vinceret.* ait Tritannum, gladiatorem Samnitem, hac Samnitium armatura celebrem, ita natum fuisse, vel ea fuisse natura, ut rectos transversosque nervos toto corpore cancellatim haberet, eoque omnes vinceret, quibuscum congrederetur. *natura fuisse*, id est eam naturam habuisse, ita natum fuisse. Varro:

Omnes colore dispares, ita natos.

sic supra de Cleopatra apud Trebellium: *nata est Hispanorum cupiditate.* ita accipiendum esse apud Solinum illud *natura fuisse*, ostendit quod statim sequitur apud eumdem de illius Tritanni filio: *ejusque filium militem Cn. Pompeji, pari modo natum, ita sprevisse hostem provocantem, ut inermi eum dextra superaret.* Tritannus, inquit, natura fuit, ut rectos transversosque toto corpore cratis in morem nervos habens, omnes levi tactu superaret. filius quoque ejus pari modo natus, hostem provocantem adeo sprevit, ut inermis eum vinceret. Igitur qui Plinio *Samnitium armatura celebris in ludo gladiatorio*, is brevius ac simplicius *gladiator Samnis* Solino dictus est. & ita etiam Varroni appellantur: *Pinnæ quas insigniti milites in galeis habere solent & in gladiatoribus Samnites.* sed hæc ad Solinum pluribus, quem nos auctorem propediem, si Deus faverit, in lucem dabimus, pristino suo nitori restiturum, & hominum insincerorum, quos habuit correctores, spurcitie liberatum.

GRUTERUS.

1 *Ita ut Tritannum vinceret, cujus Varro meminit.*] Sic plane Pal. male retro editi, *ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit.*

CASAUBONUS.

2 *Nam & incudem superpositam pectori constanter, aliis tundentibus pertulit.*] Non ignotum hodiernis hominibus genus θαυματοποιίας. Erat non ita pridem in Urbe prodigiosarum virium homo, qui non incudem sed saxum septingentorum pondo & eo gravius, pectori superpositum, aliis tundentibus perferret, ipse reclinus, & resupinus prorsusque, ut ait Vopiscus, curvatus atque in manus pendens potius quam jacens.

2 Cum

liis tundentibus pertulit, [1] quum ipse [2] reclivus ac resupinus & curvatus in manus penderet potius quam jaceret. Fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, [3] si quando eum tentare voluisset. [4] Nam quidam Burburus nomine, [5] de numero vexillario-

1 *Cum ipse reclivus ac resup.*] Scribendum, *reclinus*. ut imbecillus dicitur & imbecillis: sic reclinus & reclinis, ὁ εἰς τὸ ὄπισθεν ἐπικεκλιμένος. *adclinis*, ὁ πρός τι κεκλιμένος. Marcellinus libro XXXI. *parte alia prope Amazonum sedes Alani sunt, orienti acclives.* scribe, *acclines*. vel ὁ ἐπί τινι κεκλιμένος. qui alicui incumbit: ut apud Plinium, *elephas non cubans, sed adclinis arbori.* Marcellinus lib. XXIX. *venit ad municipium Sagabarritanum, Transcellensi monti adclive.* scribendum *adcline.*

3 *Si quando eum tentare voluisset.*] Infra ad Bonosum. *tamen* initio hujus periodi & paullo antę est παρὰ πληρωματικὸν μέρος, ut sæpissime in hoc auctore.

4 *Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum notissimus potator.*] Non est verum nomen Burbuius: sed strenuo potatori nomen inditum per ὀνοματοποιίαν, ceu alicui amphoræ aut utri: ad imitationem soni illius quem liquor edit dum funditur. *bilbere* hoc Lat. veteres dixerunt, & Græci βομβύλλειν, unde bombylium. sed non inconcinne loco liquidæ in hac fictitia voce posuerunt alii literam caninam. Hebræi paullo aliter formarunt: dixerunt enim בקבק unde est בקבוק quasi dicas bombylium, poculi genus aut lagenæ.

GRUTERUS.

2 *Reclinus ac resupinus.*] Vulgg. *reclivus*, sed contra mss. certe contra Pal. nostrum.

SALMASIUS.

1 *Quum ipse reclivus ac resupinus.*] Legendum, *reclinus*. ita jam correxit Casaubonus. *reclinus* pro *reclinis*: sic etiam *acclinus* pro *acclinis*. sic & *declivus* pro *declivis*: & *adclivus* pro *adclivis*. in Gloss. perperam *adclivis* pro *adclinis*, scriptum est. *adclivis*, προσκεκλιμένος. lege, *adclinis*, quæ vox multis locis similiter apud Ammian. corrupta est.

3 *Si quando eum tentare voluisset.*] Lege, *voluissent*. de ducibus enim Aureliani loquitur qui Firmum tentare volebant.

4 *Nam quidam Burburus nomine.*] Haud scio, qua ratione ductus vir doctissimus scripserit, non esse verum hujus potatoris, Bnıburus: sed strenuo potatori factum nomen per ὀνοματοποιίαν, tanquam amphoræ, aut utri: ad imitationem, inquit, soni illius quem liquor edit dum funditur. nullam enim majorem soni quem facit liquor emendationem video in hoc nomine *Burburus*, quam in Barbatus, Baburius, Balbulius, Baberius, & aliis sexcentis nominibus quæ propria liquet fuisse, & Romana. *Burburus* igitur nomen proprium illius militis, ex numero vexillariorum, quem strenuum potatorem fuisse tradit hoc loco Vopiscus: quid enim aliud colligere possis ex Vopisco quam proprium nomen esse? *Quidam Burburus nomine de numero vexillariorum.* & paulo post: *& quum ei Burburus diceret.* Nomen hoc plane Græcum videtur. Βόρβορος, *Burburus*. sic Πόρφυρος, *Purpurus*. Πορφύριος, *Purpurius*. quæ nomina sunt propria ex Græco formata.

5 *De numero vexillariorum.*] Qui sunt isti vexillarii? nec enim, ut puto, vexilliferos intelligit. mentio *scholæ vexillariorum* in vet. inscriptione. erant vexillarii legionum, in unaquaque legione sexcenteni, quos veteranos

lariorum notissimus potator, quum ad bibendum eundem provocasset, situlas duas plenas merō duxit: & toto postea convivio sobrius fuit. Et quum ei Burburus diceret, *Quare non faeces bibisti?* respondit ille, *Stulte, terra non bibitur.* Levia persequimur, quum majora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad defendendas partes quæ supererant Zenobiæ. [1] Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo vitam eum finisse: aliud edictis suis ostendit Aurelianus. namque quum eum vicisset, [2] tale edictum Romæ proponi jussit. *Amantissi-*

constat fuisse, qui sub vexillo retinebantur, ceterorum immunes præterquam propulsandi hostis. *Triarios* antiqui eos vocabant. de quibus adfatim nobis dictum ad vitam Probi. & fortasse de illis vexillariis hoc loco accipiendum. dicebantur & *vexillarii*, auxiliares milites. unde *vexillares cohortes* apud Tacitum sunt auxiliariæ. & apud eundem *vexillaris è cohortibus*, pro auxiliariis lib. III. Hist. *vexilla* & *vexillationes* de auxiliis dicebantur olim. quo nomine tam pedites quam equites auxiliorum comprehendi mos erat. at postremis temporibus *vexillationes* de solis equitibus auxiliariis dictæ sunt. rationem nos alibi reddimus. Vegetius *vexillationes* semper ab equitibus legionum distinguit. equites igitur auxiliares ita tunc proprie dicebantur. lib. II. cap. I. *Equitum alæ dicuntur, ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ nunc vexillationes vocantur, ab eo quod velis hoc est flammulis utuntur.* & lib. III. cap. IV. *dux autem debet esse attentus, ut in omnibus legionibus sive auxiliis, vel vexillationibus, à tribunis, vicariis, principiisque, si qui turbulenti vel seditiosi sunt milites, non pro invidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscat.* erant alarii equites, erant & legionarii. vexillationes de solis alariis equitibus dictæ. *Germanicianorum vexillationum*, cujus mentio apud Suetonium in vita Galbæ, Turnebus intelligebat de cohorte militum, qui confectis stipendiis sub vexillo retinebantur, usque dum agros & commoda emeritorum acciperent. in quo aperte falsus est. nam *vexillarios legionum*, cum *vexillis Germanicis* confundit. Germani inter auxilia Romanorum fuere. & in vexilla vulgo distribuebantur. centeni autem sub uno vexillo statuebantur. hinc *vexilla Germanica* apud Tacitum, & *vexilla Germanorum* in libris Historiarum. & *vexilla inferioris Germaniæ* apud eumdem lib. I. Hist. per *vexillationem* igitur *Germanicorum*, apud Suetonium intelligas licebit centum Germanicos milites, vel vexillum unum Germanicorum. at *vexillarii* hoc loco omnino vexilliferi sunt intelligendi. & ita in veteri inscriptione accipienda est *Schola vexillariorum. de numero vexillariorum* ita heic dictum est apud Vopiscum, ut in alia veteri inscriptione: *ex numero frumentariorum. numerus* non semper legionem significat, sed etiam corpus quodlibet, aut scholam. sic in alio antiquo saxo: *ex numero Dalmatarum fortium.*

GRUTERUS.

1 *Sed Aureliano de Carris redeunte.*] Pal. *de Thraciis.*

2 *Tale edictum Romæ proponi jussit.*] Sic & Pal. non *dictum*, ut vulgg.

tiſsimo ſui pop. Rom. Aurelianus Auguſtus S. D. Pacato undique gentium toto qua patet orbe terrarum, Firmum etiam latronem Ægyptium, barbaricis motibus aſtuantem, & fœminei propudii reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugavimus, obſedimus, cruciavimus, & occidimus. Nihil eſt, Romulei Quirites, quod timere poſsitis. [1] *Canon Ægypti, qui ſuſpenſus per latronem improbum fuerat,* [2] *integer veniret ſi vobis eſſet cum ſenatu concordia, cum equeſtri ordine amicitia, cum prætorianis affectio. Ego efficiam ne ſit aliqua ſolicitudo* Romana. *Vacate ludis, vacate circenſibus. Nos publicæ neceſsitates teneant: vos occupent voluptates. Quare ſanctiſsimi Quirites*, & reliqua. Hæc nos de Firmo cognoviſſe ſcire 6
debuiſti, ſed digna memoratu. Nam ea quæ de illo [3] Aurelianus Feſtivus libertus Aureliani ſigillatim retulit, ſi vis cognoſcere, eundem oportet legas, maxime quum dicat [4] Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus nataſſe, & elephantum rexiſſe, [5] & hippopotamos ediſſe, & ſedentem ingentibus ſtruthionibus vectum eſſe, & quaſi volitaſſe. Sed hæc

CASAUBONUS.

2 *Tale dictum Roma proponi juſsit.*] *Tale edictum.* hujus edicti ſupra fecit auctor mentionem.

SALMASIUS.

2 *Tale dictun Romæ propoſuit.*] Lege ex ver. ed. *tale edictum.* ita etiam Caſaubonus ex conjectura.

GRUTERUS.

1 *Canon Ægypti integer veniet. Sit vobis cum Senatu concordia.*] Locum hunc priſtino nitori reſtituit Palat. noſter. antea legebamus nullo bono ſenſu, certe contra mentem Imperatoris; *integer veniret ſi vobis eſſet cum Senatu. &c.*

3 *Aurelianus Feſtivus.*] Pal. *Aurelius.*

5 *Et hippopotamos ediſſe.*] Malim etiam, *hippopotamo ſediſſe.*

SALMASIUS.

2 *Integer veniret ſi vobis eſſet cum ſenatu concordia.*] Peſſima lectio, peſſima etiam diſtinctio. ſcribe & diſtingue totum hunc locum: *canon Ægypti, qui ſuſpenſus per latronem improbum fuerat, integer veniet. Sit vobis cum ſenatu concordia, cum equeſtri ordine amicitia, cum prætorianis affectio.*

4 *Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus nataſſe.*] Lege: *eundem inter crocodilos, unctum crocodilorum adipibus, nataſſe.*

5 *Et hippopotamos ediſſe.*] Omnino legend. *hippopotamo ſediſſe.* contra *pauſa ſedere* ſupra legebatur pro *pauſas edere.*

CASAUBONUS.

5 *Et hippopotamos ediſſe.*] Perplacet quod olim Turnebo viſum, ſcribendum eſſe, *hippopotamo ſediſſe.* & præcedentia & ſequentia firmant ſatis hanc acutiſſimi viri emendationem.

1 *Cum*

hæc ſcire quid prodeſt? [1] quum & Livius & Salluſtius taceant res leves de iis [2] quorum vitas ſcribendas arripuerint. non enim ſcimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo, aut utrum Tuſco equo ſederit Catilina an Sardo, vel [3] quali chlamyde Pompejus uſus [4] fuerit, [5] an purpura. Quare finem de Firmo faciemus, venientes ad Saturninum, qui contra Probum imperium ſibimet in Orientis partibus vindicavit.

SATUR-

1 *Cum & Livius & Salluſtius taceant res leves de iis quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Sine cauſſa Vopiſcus duo genera ſcriptorum non leviter diſſidentia inter ſe confundit, pro uno & eodem accipiens. nam Livius & Salluſtius vitas illuſtrium virorum nunquam ſuſceperunt ſcribendas, verum populi Romani hiſtoriam, & Annales.

5 *An purpura.*] Melius, *aut purpura.*

SALMASIUS.

2 *De iis quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Editio prima: *de iis quorum vitam arripuerunt.* ſic loquutus eſt ſupra in Probo: *& ne diutius ea quæ ad meum conſilium pertinent loquar, magnum & præclarum principem, & qualem hiſtoria non novit, arripiam.*

3 *Quali chlamyde Pompejus uſus fuerit, an purpura.*] Eadem edit. *uſus fuerit purpura:* forte: *quali chlamyde uſus fuerit, & purpura.* vel, *aut purpura*, cum Caſaubono. ſed quare diſtinguit heic chlamydem à purpura? an non & purpureæ chlamydes? ſciendum eſt chlamydes, ſive paludamenta Imperatorum Romanorum de cocco ſemper fuiſſe tincta, tam veteri ſtante rep. quam hac recenti quæ ſub imperatoribus. Plinius: *coccum imperatoriis dicatum paludamentis.* hinc *paludamentum*, φοινικὶς in veteribus Gloſſis exponitur. Spartianus in Alexandro Severo: *hoc ſolum imperatorium habens quod lacernam coccineam accipiebat.* ſic Tetricus eum in triumphum ab Aureliano duceretur, *chlamyde coccinea, tunica galbina ornatus fuit.* vide Vopiſcum in Aureliano. Chlamydes igitur, ſive paludamenta ex cocco. at togæ nullæ coccineæ, ſed purpureæ. ut toga triumphalis, & conſularis. Trabeæ quoque, quæ togæ erant, purpureæ totæ, cocco prætextæ. ita ſcribendum apud Dionyſium lib. 11. antiq. Rom. τηβέννας ἐμπεπορπημένας περφυρᾶς, φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι πραιτέξτας, id eſt, *togas purpureas, cocco prætextas.* male excuſum eſt, περιπορφύρους, falluntur autem qui φοινικοπαρύφους cocco intertextas interpretantur. ſed hæc obiter. chlamydem igitur à purpura heic ſeparat Vopiſcus, quod chlamydes coccineæ. purpuram autem heic uſurpat pro purpurea veſte. ſic apud Sammonicum:

Purpura terretur conchili perlita fuco.

purpura, pro, purpureus pannus. ſic etiam apud Juriſconſultum leg. LXX. de leg. III. *verſicoloribus purpuram & coccum, quoniam nihil nativi coloris ſunt, contineri arbitror, niſi aliud ſenſit teſtator.*

GRVTERVS.

2 *Quorum vitas ſcribendas arripuerint.*] Pal. *quorum vita arripuerunt.*

4 *Fuerit an purpura.*] Palatino abeſt particula *an.*

1 *Satur-*

SATURNINUS.

[1] SATURNINUS oriundus fuit Gallis ex gente homi- 7
num inquietissima, [2] & avida semper vel faciendi
principis vel imperii. Huic [3] inter cæteros duces, qui
vere

1 *Saturninus oriundus fuit Gallis.*] Pal. *oriundo fuit Gallus.*

CASAUBONUS.

2 *Et avida semper, vel faciendi principis, vel imperii.*] *Facere imperium*, est rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere. quod aliud est, quam facere principem.

SALMASIUS.

2 *Et avida semper vel faciendi principis, vel imperii.*] *Facere imperium*, Casaubonus ad hunc locum, dici notavit pro rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere, & aliud esse quam *principem facere*. sed moriar si Vopiscum intellexit. is non dixit Gallos avidos semper, vel faciendi principis, vel faciendi imperii: sed vel imperii avidos, vel principis faciendi. *avidos imperii* cum dixit, haud dubium est quin imperandi avidos intellexerit. Galli ut cupidi semper sunt novarum rerum, qui inter eos principes ipsi fieri non possunt, principis faciendi semper avidi sunt: qui vero possunt principes fieri, imperii avidi sunt, & imperium avide arripiunt. Hinc Aurelianus qui Saturninum ducem optime notum haberet, & ex ea gente oriundum esse sciret, quæ avida semper vel faciendi principis vel imperandi esset, cum orientis ducatum ei daret, præcepit ne Ægyptum videret. *Cogitabat enim*, inquit Vopiscus, *vir prudentissimus Gallorum naturam, & verebatur ne si in perturbidam civitatem venisset, quo eum natura ducebat, eo quoque hominum societate duceretur.* hic sensus Vopisci. sciebat igitur Aurelianus Saturninum, ex natura gentis suæ, imperii & dominationis esse cupidum. qua re præceperat ei ne Ægyptum unquam videret, ob eam causam quam posuit Vopiscus.

3 *Inter ceteros duces, qui vere summus videretur.*] Correctores heic certum est loqui, non Vopiscum: nam Vopiscus scripserat: *Huic inter ceteros duces quos vere scire videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit.* atque ita plane scriptum exhibet editio vetus. *quos vere sciret*, id est quos vere cognosceret, quos vere cognitos haberet. genus loquendi istis auctoribus familiare, & illo tempore usurpatum. in vita Marci: *libertos suos in publico sciri noluit.* Lampridius in Alexandro Severo: *milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum & tempora militantium.* vetus Interpres Peisii: *Heic requiritur historia Demosthenis, qui cum transiret, & à mercenario tabernæ digito monstraretur, fertur lætatus esse, quod ab ignobilibus sciretur.* Lampridius in Commodo: *Perennis autem Commodi persciens, invenit quemadmodum ipse potens esset. Commodi persciens*, id est qui Commodum optime sciret, & notum haberet. vulgo etiam locum illum incrustarunt correctores, legendo: *Commodi animum persciens.* Aurelianus igitur, inter duces quos vere scire, id est quos vere cognoscere videretur, & quorum naturam perspectam haberet, Saturnino ducatum Orientis dedit, simulque præcepit ne Ægyptum unquam videret. verebatur enim prudentissimus princeps, ne si Saturninus, quem ex natura gentis suæ, imperii avidum cognoverat, in civitatem perturbidam rerumque cupidam novarum venisset, facile quo eum natura ducebat, societate quoque hominum impelleretur.

vere summus videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, sapienter præcipiens ne unquam Ægyptum videret. Cogitabat enim, quantum videmus, vir prudentissimus, Gallorum naturam, & verebatur, ne si perturbidam civitatem vidisset, [1] quo eum natura ducebat, societate quoque hominum duceretur. [2] Sunt enim Ægyptii (ut satis nosti) viri ventosi, furibundi, jactantes, [3] injuriosi, [4] atque adeo vani, [5] liberi, [6] novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, [7] versificatores, [8] epigrammatarii, mathematici, aruspices,

1 *Quo eum natura ducebat, societate.*] Vet. editio: *è societate.* forte: *quo enim natura ducebat, eo societate quoque hominum duceretur.*

CASAUBONUS.

2 *Sunt enim Ægyptii, ut satis nosti, viri ventosi.*] Plinius Laudatione Optimi principis: *Percrebuerat antiquitus urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse. Superbiebat ventosa & insolens natio.*

3 *Injuriosi.*] Ut omnes superbi tales autem Ægyptii. Philo Judæus De agricultura: *τὸ Αἰγυπτιακὸν ἐκ φύσεως καὶ διαφερόντως ἐστὶν ὑπέραυχον, εἴ ποτε μικρᾶς τις αὐτὸ μόνον καταπνεύσειεν αὔρας εὐπραγίας.* ideo addit Vopiscus, *atque adeo vani.* erant & invidi Ægyptii & qui aliorum prospera ferre non possent: ac propter hanc etiam caussam injuriosi. Philo idem adversus Flaccum: *βάσκανον φύσει τὸ Αἰγυπτιακόν, καὶ τὰς ἑτέρων εὐπραγίας ἰδίας ὑπολαμβάνον εἶναι κακοπραγίας.*

5 *Liberi.*] Ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ ἀδείᾳ διάγοντες. vel uno verbo ἐλευθεριασταί. quod de servis dicitur libertatem sibi vindicantibus, jugo excusso servitutis: at isti legum & magistratuum.

6 *Novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes.*] Adeo rerum novarum cupidi, ut non vereantur Ægyptii etiam publice cantilenas seditioni excitandæ aptas cantillare. Longum sit veterum testimonia adferre de prono ad seditionem Ægyptiorum ingenio: qua de re multa Trebellius Pollio in Æmiliano tyranno, & passim omnes historici, etiam rerum ecclesiasticarum conditores persæpe. Philo Judæus de populis loquens, qui ex levissimis caussis soleant tumultuari, & res novas moliri: *ἐν οἷς*, ait, *τὸ Αἰγυπτιακὸν τοῖς σπορ-πῖα φέρει), διὰ βραχυτάτου σπινθῆρος εἰωθὸς ἐκφυσᾶν στάσεις μεγάλας.*

7 *Versificatores epigrammatarii.*] Qui versibus & epigrammatis enormi libertate in principes suos & magistratus ludant. non enim hic notantur ut mali poëtæ.

GRUTERUS.

4 *Atque adeo vani, liberi.*] Pal. *vagi.*

SALMASIUS.

4 *Atque adeo vani liberi.*] *Liberi*, ἐλευθεριασταί. Arculphus de Gazzis: *amatores, & omni libertate decori.* totum hunc locum perverse ita excusum præfert editio princeps: *atque adeo avidi novarum rerum, liberi usque ad cantilenas publicas capientes.* nihil vitiosius.

8 *Epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici.*] Mores primum Ægyptiorum recensuit, & dixit eos esse ventosos, furibundos, jactantes, injuriosos, vanos, liberos, & novarum

rerum

ces, [1] medici. [2] nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac nequis mihi Ægyptiorum irascatur, & meum esse credat quod in literas retuli, [3] Adriani [4] epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam, ex qua penitus Ægyptiorum vita detegitur, indidi. *Adrianus Aug. Serviano cos. S. Ægyptum quam mihi* 8
laudabas, Serviane charissime, totam didici, levem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. [5] *Illi qui Sera-*

rerum cupidos: deinde, & artes professionesque quibus plurimum illi dediti: esse nimirum versificatores, epigrammatarios, mathematicos, aruspices, & medicos. postremo religionem: & partim Samaritas, partim Christianos fuisse narrat, omnes tamen Sarapin adorasse. hæc mens Vopisci quam minime assequutus est vir incomparabilis Isacius Casaubonus, qui medicos interpretatus est eos qui artem medicinam in carmina, periapta, & id genus remedia magica verterent. nos simpliciter heic accipimus medicinæ professores. quam nos professionem scimus, & omnes etiam sciunt in Ægypto valde fuisse communem & familiarem, ut & mathematicen, & aruspicinam & poeticen.

CASAUBONUS.

1 *Medici.*] Qui medicinæ artem in carmina, periapta, & id genus magica remedia vertant. in sequenti epistola Hadriani idem significat *aliptes*.

3 *Hadriani epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam.* Scripti, *epistolam Romanam.* quod ideo ab auctore additum, quia Phlegon Græce scripserat: sed Græco operi Latinam inseruerat. quod à paucis Græcis factitatum: quibusdam tamen, ut testis Vopiscus in Aureliano.

GRUTERUS.

2 *Nam & Christiani, Samaritæ.*] Pal. *nam eis Christiani Sam.*

5 *Illi qui Serapin colunt.*] Pal. *Illa.* forte *Illic.*

SALMASIUS.

4 *Epistolam ex libris Phlegontis.*] *Epistolam Romam.* ita vet. editio libri Casauboniani, *Romanam.* eum vide.

CASAUBONUS.

5 *Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi qui se Christi episcopos dicunt.*] Malim, *Illic q.* ut statim, *nemo illic arch.* quo ex verbo apparet Hadrianum hanc epistolam scripsisse cum jam ex Ægypto discessisset. Videntur autem multi Christianorum Ægyptiorum, ad Hadriani adventum aut mutasse religionem, aut intermissa ejus professione, ad tempus dissimulasse. quæ res occasionem illi præbuit ea scribendi de Ægyptiorum etiam in religione levitate, quæ hic legimus. Satis constat ex historia ecclesiastica accidisse hoc non raro in ea provincia. Exemplo sit, quod scriptum est in veteri Martyrologio in historia de Epimacho martyre Ægyptio: καταλαμβάνει τὴν Ἀλεξάνδρειαν δικαστὴς ἀπηνέστατός τε καὶ ἀχριστότατος. ὅθεν καὶ Χριστιανοὶ πάντες, οἱ μὲν τῷ δέει τῶν ἀπειλῶν εἰς ἐρημίας ἐφυγαδεύοντο· οἱ δὲ τὸν Χριστιανισμὸν κρύπτοντες, τὴν ἀσέβειαν ὑπεκρίνοντο. Si propter sævi judicis adventum diffugiunt Alexandria omnes Christiani, aut dissimulata vera pietate paganos simulant; non mirum

Serapin colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt. [1] *Nemo illic archisynagogus Judaeorum* est si veniente Hadriano quem omnes sciebant gentilium superstitionum acerrimum propugnatorem, idem fuerit factitarum. Sarapis autem hoc loco potius quam alius quivis gentilium deorum nominatur, quia id erat Alexandrinorum & inferioris Ægypti praecipuum numen: atque ut scribit Julianus in epistola ad Alexandrinos, regem Sarapim ut πολιοῦχον θεὸν colebant. ideo mox Hadrianus, CHRISTUM & Sarapim ceu duo summa Ægyptiorum numina ponit.

1 *Nemo illic archisynagogus Judaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus non aruspex, non aliptes.*] Omnes, inquit, & Judaeorum, & Samaritarum, & Christianorum sacerdotes, non solum religiones nostras per levitatem animi amplectuntur, quando opus est ἐπαλλάζοντες: sed etiam vitia nostra probant ac sectantur: estque invenire ex illorum numero, qui sint mathematici, aruspices, aliptae, sive medici: nam Vopiscus hunc Hadriani locum imitans, pro *aliptes* dixit *medicus*, ut modo observabamus. notum qui aliptae dicerentur in arte gymnastica: sed apparet ex hoc loco male audisse id genus hominum, quod artes vetitas tractarent: nam ea ratio est, cur mathematicis & aruspicibus conjungantur. caussam arbitror esse, quod athletas ad victoriam praeparantes, non solum artis suae praeceptis eos instruerent, sed & veneficia adhiberent. habuit & circus suos aliptas: nam Glossis exponitur *Conditor*, ἀλείπτης ἵππων. unde constat aliptas etiam dictos esse, quos vocant Latini *conditores factionum.* Veteres autem & athletas & aurigas veneficiis usos esse ad parandam in certaminibus suis victoriam, testatissimum est. apud Philostratum lib. VII. de vita Apollonii, disputat Damis, versari late hunc errorem in vita: ut quae virtute Dei eveniant, ea mali daemones sibi vindicent, ac vulgo homines credant accidisse magicis & similium impostorum artibus: nominatim autem proferunt in exemplum athletae. οἱ ἀθληταὶ, ait, τῶν ἀνθρώπων εἰς τοὺς γόητας ἀναφέρουσι ταῦτα· πεπόνθασι δ' αὐτὸ ἐς πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων· δεῖν) μετ' αὐτῆς (scribo δίχα τῆς: nisi ex praecedentium verborum mente suppleas, τῆς παρὰ τῶν γοήτων βοηθείας.) ἔσονται δὲ ἀγωνισταὶ πάντες, διὰ τὸ νικᾶν γλίχεσθαι· καὶ ξυμβαίνει μὲν αὐτοῖς ἐς τὴν νίκην οὐδέν. ἃ δὲ ἀπὸ τύχης νικῶσι, ταῦθ' οἱ κακοδαίμονες αὑτοὺς ἀφελόμενοι λογίζονται τῇ τέχνῃ ταύτῃ. omitto de veneficiis aurigarum plurimos veterum locos. Eandem etiam ob caussam & aruspices, quorum hic mentio, apud bonos male audiebant. Augustinus confessionum libro IV. cap. II. *Recolo cum mihi theatrici carminis certamen inire placuisset, mandasse mihi nescio quem aruspicem, quid ei dare mercedis vellem, ut vincerem: me autem foeda illa sacramenta detestatum & abominatum respondisse: Nec si corona illa esset immortalis & aurea, muscam pro victoria mea necari sinerem.*

SALMASIUS.

1 *Nemo archisynagogus Judaeorum, nemo Christianorum presbyter.*] Judaeis archisynagogos quasi proprios videtur attribuere, ut Christianis presbyteros. Judaeis tamen etiam sui presbyteri, praeter archisynagogos & patriarchas. Cod. Theod. *de Jud. cael. & Sam.* leg. XIII. archisynagogis patriarchisque ac presbyteris, qui in ejus religionis sacramento deserviunt. & leg. XIV. eod. tit. *Superstitionis indignae est, ut Archisynagogi sive presbyteri Judaeorum, vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum à patriarcha certo tempore diriguntur.* hiereis vocat hos presby-

dæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum presbyter, [1] non mathematicus, [2] non aruſpex, non aliptes. [3] Ipſe ille patriar-

presbyteros lex quarta ejuſdem tituli: *Hiereos & archiſynagogos & patres ſynagogarum, & ceteros qui ſynagogis deſerviunt.* perperam excuſum eſt: *Hiereos. Hiereus, hierei, hiereo*, Latine declinarunt, & inde *hierei, οἱ ἱερεῖς, hiereos, τοὺς ἱερέας.* ſic in illius legis inſcriptione, *de hiereis, & archiſynagogis.* ſic *archiereum* pro *archierea*, hoc eſt τὸν ἀρχιερέα notavimus apud Lampridium in Alexandro: *Syrum archiſynagogum eum vocantes & archiereum.* ita enim ibi habent ſcriptum libri calamo exarati. ſed de archiſynagogis, presbyteris, Apoſtolis & Patriarchis Judæorum nos alibi.

1 *Non mathematicus, non aruſpex, non aliptes.*] Nec hujus loci mentem cepit eruditiſſimus Caſaubonus. putavit hoc dicere Hadrianum, nullum eſſe in Ægypto Judæorum archiſynagogum, nullum Samariten, nullum Chriſtianorum presbyterum, quin ſimul etiam fuerit, mathematicus, aruſpex & aliptes. at id ſcimus quam longe ſit ab auctoris mente, & hujus loci ſenſu alienum. hoc enim voluit dicere Hadrianus: nullam eſſe in Ægypto religionem, plures autem eſſe, nullam artem aut profeſſionem quæ non Sarapin colat. ab omnibus igitur eum adorari quamvis diverſæ religionis hominibus. omnium etiam artium profeſſores eidem devotos eſſe. illic, inquit, qui Sarapin colunt, Chriſtiani ſunt: & devoti ſunt Sarapi qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt: nemo illic archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum presbyter, non mathematicus, non aruſpex, non aliptes, *qui non Serapin colat*, ſcilicet. hæc enim verba hoc loco ſubaudienda ſunt. idque patet cum ex præcedentibus, tum ex ſequentibus: ipſe ille, inquit, Patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Sarapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum. ſummum igitur & præcipuum numen in Ægypto Sarapis, & cui non ſolum gentiles, & Ægyptiacæ religionis homines, ſed etiam Judæi, Chriſtiani, Samaritæ, cultum venerationemque exhiberent. ſed hoc de Chriſtianis quis credat? non etiam credibile eſt de Judæis & Samaritis.

Non mathematicus, non aruſpex, non aliptes.] Sic paulo ante Vopiſcus, medicos cum aruſpicibus, & mathematicis conjungebat, ut heic aliptas Hadrianus. at medicos quidem ibi Caſaubonus accipiebat eos qui in medicina facienda periaptis, & id genus aliis magicis remediis uterentur: ideoque junctim cum mathematicis & aruſpicibus à Vopiſco propoſitos eſſe. heic vero ab Hadriano aliptas idcirco jungi cum iiſdem mathematicis, & aruſpicibus, quod id hominum genus male audiret, arteſque vetitas tractarent. male audiſſe hoc nomine aliptas nondum didici. notum autem qui dicerentur in arte gymnaſtica aliptæ. circum etiam ſuos aliptas habuiſſe notat idem vir præſtantiſſimus. veteres autem athletas & aurigas veneficiis uti conſueviſſe ad parandam in certaminibus victoriam. ſed fingamus utrumque genus aliptarum tam circenſe quam gymnaſticum vulgo male audiſſe, & eo nomine infamatos eſſe quod artes malas & vetitas tractarent: an credibile eſt Hadrianum adeo male de mathematicis & aruſpicibus ſenſiſſe, ut eos cum malarum vetitarumque artium profeſſoribus jungeret, & eodem congregaret? at quomodo potuit Hadrianus male de mathematicis ſentire, quin & ſeipſum ſuo judicio ſententiaque condemnaret? ipſe enim inſignis mathematicus fuit. Spartianus in ejus vita: *matheſin ſic ſcire ſibi viſus eſt, ut ſero Kalendis Januariis ſcripſerit quid ei toto anno poſſet evenire.* Aruſpicina porro non tantum in Ægypto, ſed

sed etiam Romæ vulgo frequentata, nec inter artes inconcessas habita. non igitur hæc est hujus loci sententia, quam putavit vir undequaque doctissimus, sed ea quam supra exposuimus.

2 *Non aruspex, non aliptes.*] Vopiscus supra ad hunc locum respiciens, *medicos* vocavit, quos heic Hadrianus, *aliptas*. Sed quænam, inquies, medicorum cum aliptis affinitas? immo maxima. nam & medicinæ artis olim pars fuit aliptice. nec in gymnastica tantum noti aliptæ, sed etiam in iatrice: qui non solum ad conservandam valetudinem, vires adquirendas, bonumque colorem conciliandum adhibebantur, sed etiam interdum ad recuperandam sanitatem. nam & extitere olim nonnulli qui longos morbos aliptis tractandos curandosque traderent. hinc ex medico & unctore compositum nomen, ἰατραλείπτης. Plinius lib. XXIX. cap. I. *Prodicus Selymbriæ natus discipulus ejus, instituens quam vocant iatralepticen, unctoribus quoque medicorum, & mediastinis vectigalia invenit.* iatraliptas *unctores medicorum* reddit. per *aliptas* igitur hoc loco Hadrianus iatraliptas quin intellexerit minime dubium est; & ita etiam eos accepit Vopiscus, qui *medicos* dixit quos Hadrianus *aliptas*. Ceterum verisimile est in Ægypto, ubi hæc studia & artes maxime vigebant, multos fuisse qui & medicinam simul profiterentur & alipticen. atque hi iatraliptæ proprie dicti. quos contemptim aliptas tantum vocat Hadrianus.

3 *Ipse ille Patriarcha.*] En Episcopum Alexandrinum Hadriani temporibus Patriarcham appellatum! non igitur tam recens est Patriarchæ nomen in Ecclesia Christiana quam quidam videri volunt, quibus placet nec Niceni primi Concilii ætate, tanto post Hadrianum intervallo, usitatum illud inter Christianos fuisse, pro eo qui toti diœcesi præerat, & diœceseos exarchus dicebatur. quos alibi refellam. & satis eos hic locus confutat. magnus etiam error est viri magni; qui scribit ad hunc locum fuisse olim Patriarchas non solum apud Judæos & Christianos, sed etiam apud gentiles. nullos ego gentilium religionum cultores ita dictos memini legere. nam quod idem vir summus Gamalielum Patriarcham, cujus mentio apud Marcellum Empiricum cap. XXIII. quin paganus fuerit, nullomodo dubitandum esse censet. ego contra nullus dubito, quin fuerit Judæus. quod & ipsius nomen ostendit, plane Judaicum. neminem quippe legere est inter paganos isthoc nomine nuncupatum. meminit porro Honorius leg. XXII. Cod. Theod. *de Judæis, cælicolis, & Samaritanis*, Gamalieli cujusdam Judæi quem iisdem vixisse temporibus constat, quibus Marcellus. verba legis: *quoniam Gamalielus existimavit se posse impune delinquere, quod magis est erectus fastigio dignitatum, &c.* nam honorariæ præfecturæ codicillos ab imperatore obtinuerat. & fortasse ille Patriarcha inter suos, hoc est Judæos fuerat. sed non fuerit Patriarcha, non ille sit cujus meminit Marcellus, non iisdem denique temporibus vixerit: constare debet inter omnes, Gamalielum illum Patriarcham Marcello laudatum, fuisse Judæum, cum nulli fuerint inter paganos Patriarchæ, nulli Gamalieli nominati.

CASAUBONUS.

3 *Ille ipse patriarcha cum Ægyptum venerit.*] Inaudiverat aliquid Hadrianus de patriarcha Alexandrino cum in Ægypto esset, deque summa ejus dignitate: sed falsa pleraque ei persuaserant homines Ægyptii, immortales & Judæorum & Christianorum hostes. iis auctoribus credidit Hadrianus, non fixam in Ægypto sedem habuisse patriarcham, sed certis solum temporibus eò venire solitum: quod scimus esse falsissimum. Est autem verisimile quandiu Alexandriæ fuit Hadrianus, latuisse episcopum Alexandrinum, sive is Justus fuit,

patriarcha quum Ægyptum venerit, [1] ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum. Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum: civitas opulenta, dives, fœcunda, in qua nemo vivat otiosus. Alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur: [2] alii linyphiones

fuit, sive ejus successor Eumenes: quo facilius illi persuasum est id quod diximus. Fuere olim patriarchæ non solum apud Judæos & Christianos, verum & gentilium religionum cultores: nam Gamalielus patriarcha quem laudat Marcellus empiricus cap. XXIII. quin paganus fuerit, nullum est dubium. invenies & alibi factam ejus nominis mentionem etiam in scriptis τῶν ἔξωθεν.

1 *Ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.*] De Serapi verum est: nam id assidue agebant hostes Christiani nominis, ut quacunque via, à vera pietate ad gentium errores & populum Christo devotum, & populi duces traducerent. quare istud quidem vere Hadrianus: de CHRISTO autem, falsissime simul ac vanissime. sed hoc illi persuaserant Ægyptii.

SALMASIUS.

2 *Alii linyphiones sunt: omnes certe cujuscunque artis, & videntur & habentur.*] Ita reposuimus ex scripti codicis auctoritate, cum vulgo legeretur etiam in editione Casauboni: *ab aliis charta conficitur. omnes certe lymphiones cujuscunque artis & habentur & videntur.* corruptissime. *liniphiones* quidem pro *lymphiones* corrigendum admonuerat idem Casaubonus. nihilo tamen secius locus vitiatus & impuratus manebat. quam ridiculus enim sensus ex vulgata illa lectione eliceretur minime perspexit, vir alias sagacissimus. quis enim credat, aut verisimile censeat, cujuscunque artis & professionis homines in Ægypto, etiam linteones fuisse, & linteis texendis parandisque etiam operam dedisse, qui alias artes exercerent? hac sententia nihil absurdius fingi poterat, aut ab auctoris mente magis alienum: cujus hic sensus est; neminem in Ægypto otiosum vivere: cujuscumque artis homines ibi videri & haberi: alios vitrum conflare: ab aliis chartam confici: alios linyphiones hoc est linteones esse. recte igitur à nobis emendatum ex veteri libro: *alii vitrum conflant: ab aliis charta conficitur: alii linyphiones sunt: omnes certe cujuscunque artis, & videntur & habentur.*

2 *Alii linyphiones sunt.*] Ita correximus pro *lymphiones*, quod anteriores omnes editiones occupabat, etiam primam, omnium emendatissimam. verbum Græcum est λινύφης vel λίνυφος, quod *lini textorem* significat. Latini hanc vocem suam fecere, & *linyphum* quoque dixere. plane, ut dixi, Græcum est. λινόϋφος enim & λίνυφος, ut σακχυφάντης, pro σακχοϋφάντης. hinc *linyphus* Latinis usurpatum pro lini textore. lex VIII. Cod. Theod. *de murilegulis, & gynaciariis: non minore circa eos etiam multa comminatione proposita qui obnoxios Scythopolitanos linyphos publico canoni in posterum suscipere conabuntur.* perperam hodie legitur, *lyniphios*. quod vitium in unius litteræ trajectione stat. à voce λίνυφος, λινυφεῖον, lini textrinum. λινοϋφεῖον dixit Constantinus apud Eusebium lib. II. ὥστε καὶ ἢ γυναικείοις ἢ λινοϋφείοις ἐμβληθέντες ἀπηνῆ τε καὶ ἄθλιον ὑπομένειν κόπον, καὶ οἰκέται νομίζεσθαι τοῦ ταμείου. male in Eusebio editur, λινυφίοις. vitiose etiam in Glossis scribitur, λινοῦφος, *linteator, linitextor*, cum scribendum sit, λινόϋφος. λινοϋφεῖον igitur, & λινυφεῖον

nes sunt: [1] *omnes certe cujuscunque artis & videntur & habentur.*

dicebatur. λινυφεῖον Latini *linyphium* dixerunt: ut γυναικεῖον, *gynaecium*: τοπεῖον, *topium*: Λύκειον, *Lycium*, & similia. igitur à voce *linyphium* quod lini textrinum significat, *linyphiones* iidem Latini derivarunt, & *linyphiarios*, ut à gynaecium, gynaciarios. sic *linyphiones* hoc loco sunt lini textores, vel linteones. inde *linyphiarii* leg. XVI. Cod. Theod. titulo quo supra: *Si quis ex corpore gynaeciariorum, vel lintearioriorum, sive linyfiariorum.* ita enim in illa lege scribendum, non *lynifiariorum.* vitiosius etiam depravatiusque excusum est in Cod. Just. *linifariorum. linifarii* dici non possunt, sed *linyphiarii*, à linyphium: ut *gynaeciarii* à gynaecium. male etiam Graeci interpretes qui λινοφαρίους scripsere in illa lege. nisi eos scripsisse dicamus, λινοϋφιαρίους. nec melius princeps Jurisconsultorum qui in dicta lege *lintearios* à *linyphiariis* sic distinguit, ut dicat *lintearios* esse linteae vestis artifices; *linifarios* autem, sic enim ille scribit, linifices. in utroque egregie falsus est: nam *lintearii* sunt linteae vestis negotiatores, *linyphiarii* linteae vestis artifices, & linteorum textores. *linteatores* & *linteones* vocat auctor Glossar. λινουργὸς, *linteo.* λινόϋφος, *linteator, linitextor.* sic *lintearius* est qui lintea vendit, *linteo* qui lintea conficit, & texit. Graeci *linteonem* λίνυφον appellant. Latini etiam *linyphum, linyphionem*, & *linyphiarium.* optimae Glossae: *lintearius*, ὀθονιοπώλης. *linteo*, λίνυφος. sic *lintearius* accipitur pro linteae vestis negotiatore leg. VII. C. de excus. mun. *negotiatores, vestiarios, lintearios, purpurarios & parthicarios.* editiones ibi vulgo legunt *linteones.* sed *lintearios* asseruit Cujacius ex veteribus libris. eadem differentia est inter *restionem* & *restiarium*, quae inter *linteonem*, & *lintearium.* Glossae: *restio*, χοινοπλόκος. *restiarius*, χοινιοπώλης. non defuere tamen ex antiquis Grammatici, qui in contraria omnia irent, & *linteones*, ut & *restiones*, acciperent pro iis qui faciunt: *lintearios*, & *restiarios* pro mercatoribus. vetus Grammaticus: *linteo, est mercator.* Cornelius Fronto: *restiarius qui facit, restio qui vendit. Linyphionem* autem Latini videntur eadem forma appellasse eum qui Graece λίνυφος dicitur, qua & pipiones dixere, qui Graecis πίπποι. Graece enim πίππος, avis pullus: Latine *pipio.* sic qui Graecis βάμβαλος, Latinis *bambalio.* quem iidem Graeci ἄρδαλον, Latini *ardalionem*, vel *ardelionem.* sed frequentius in libris antiquis, *ardalio* reperitur scriptum. verum de his alibi.

CASAUBONUS.

1 *Omnes certe lymphiones cujuscunque artis & videntur & habentur.*] Legendum, *linifiones*, sive *linifeones.* artificum nomina Latini efferunt vel in *arius*, ut calceolarius, solearius, molochinarius, & alia sexcenta: vel in *eo* aut *io*; ut pellio, linteo, phrygio. in quibusdam utrumque typum usurpabant: ut *linteo* & *lintearius*: *linifio* & *linifarius.* in hoc nomine utrumque typum observo usurpatum: Hadrianus hic *linifionem* dixit; alii *linifarium.* Impp. Theodosius & Valentinianus lege secunda Cod. Theodos. de murilegulis & gyn. *Si quis ex corpore gynaeciariorum vel lintrariorum, sive linifariorum.* Linifiones sive linifarios Graeci λινύφους dixerunt. Glossae, λίνυφος, *linteo.* in iisdem separantur linteones & lintearii. Ex hoc autem loco intelligi potest Aegyptiaci lini copia: nam significat Hadrianus, in lini paratura, aut operum linteorum confectione bonam Aegypti partem fuisse occupatam; etiam eos qui alias artes exercerent.

GRUTERUS.

1 *Omnes certe linifiones.*] Est haec scriptura Pal. nam vulgati inepte *lymphiones.*

1 *Peda-*

bentur. [1] *Podagrosi quod agant habent: habent* [2] *cæci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt.* [3] *Unus illis deus est. hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes*

SALMASIUS.

1 *Podagrosi quod agant habent: habent cæci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt.*] Ita scripsimus, certissima conjectura ducti. vulgo edebatur: *podagrosi quod agant, habent, cæci quod agant habent, cæci quod faciant: ne chiragrici quidem, &c.* quæ mera battologia est.

CASAUBONUS.

2 *Cæci quod agant habent, cæci quod faciant.*] Alterutro loco scribendum *clodi*, id est, *claudi*.

3 *Unus illis deus est: hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & gentes.*] Quomodo unus illis deus, si alii Christum, alii coluerunt Serapim? ut omittam cæteram deorum turbam, quos Ægyptii cum reliquis paganis ea tempestate vel superstitiosissime venerabantur. Omnino ab aliena manu hæc verba sunt, non Hadriani. nempe hæc notaverat Christianus aliquis lector ad superiora Hadriani verba, quibus videtur diversissimas quæ in Ægypto vigebant *θρησκείας*, Christianorum, Judæorum, Samaritarum, Græcorum, miscere ac confundere: deinde aliquis sciolus è codicis sui mundo in textum, ut fit, ea transtulit. hæc ita esse argumento est vox *gentes*: quæ Christianis & Judæis hic opposita, auctoris sui conditionem palam facit.

GRUTERUS.

3 *Unus illis Deus nullus est. hunc Christiani, &c.*] Exhibui quod inveneram in Palatino. publicati prius: *Unus illis Deus est. hunc Christiani.*

SALMASIUS.

3 *Unus illis Deus est. hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur.*] Hæc non mediocriter confirmant expositionem nostram verborum, quæ in principio hujus epistolæ habentur, quibus dicere diximus Hadrianum, omnes in Ægypto commorantes, cujuscunque religionis, aut artis essent, Sarapidem coluisse. neminem, scilicet, illic archisynagogum Judæorum, neminem Samaritem, neminem Christianorum presbyterum, nullum mathematicum, nullum aruspicem, nullum fuisse medicum aut aliptem qui Sarapidem non coleret. Totam tamen hanc periodum Casaubonus habet suspectam, ut spuriam, & suppositiciam, & ab homine Christiano huc infultam. quomodo enim, inquit, unus illis Deus, si alii Christum, alii coluerunt Sarapim? huic objectioni pro me occurret Vopiscus ipse, vel potius Hadrianus, qui in principio hujus epistolæ dixit, in Ægypto qui Sarapim colerent Christianos fuisse, & devotos Sarapidis fuisse qui se Christi Episcopos dicerent. quinimo ipsum illum Patriarcham Christianorum, si quando in Ægyptum veniret, cogi Sarapim adorare. si igitur qui Christiani erant, Sarapim adorabant: si eum colebant & Judæi, & Samaritæ, & cujuscumque artis & religionis in Ægypto homines: sequitur id esse verum quod Hadrianus hoc loco dicit, unum, & unicum sive præcipuum summumque Deum Ægyptiis fuisse Sarapin, quem Christiani, quem Judæi, quem omnes venerarentur, & gentes. non nescio præter Sarapim multos alios deos ab Ægyptiis fuisse cultos: sed cum illi plura numina haberent, quæ ab reliquis gentilibus deridebantur, unus eorum Sarapis ab omnibus Ægyptum incolentibus colebatur, cujuscunque nationis aut superstitionis essent. atque hic est sensus hujus loci. verba autem ista *quem omnes venerantur, & gentes,* perperam pro

omnes venerantur & gentes: [1] *& utinam melius esset morata*

pro gentilibus vel paganis accepit vir eruditissimus, qui ideo putabat ab aliquo ea Christiano lectore ad hunc locum notata, mox à quodam sciolo è codicis mundo in textum tralata. non sic factum est. debuit ille dicere, *hunc venerantur & gentes:* vel, *hunc omnes venerantur & gentiles* at *omnes gentes*, nonnisi de omnibus populis aut nationibus accipere possis. dicit ergo Hadrianus, omnes, quamlibet inter se diversas aliis rebus religiones ac superstitiones, in Sarapide tamen colendo consensisse ac conspirasse, ut Christianos, Judæos, & Samaritas: omnes denique eum gentes coluisse, ut Romanos, Græcos, Syros, Judæos, Persas, Armenios, &c. scio *gentes* pro gentilibus passim à veteribus Christianis usurpari, sed hoc loco id locum non habet. quos autem Græci ἐθνικούς, Latini *gentiles*, vulgus *paganos* vocabat. hos à pagis hoc est vicis dictos volunt eruditissimi viri: quod in pagis rusticorum superstitio fugiens diu hæserit, cum jam ab urbibus in totum esset fugata. sed falluntur illi. Græcis ἔθνος, & Latinis *gens* idem. hinc Latinis *gentiles*, qui Græcis ἐθνικοί. at *paganos* vulgus pro gentilibus dicebat. nam *pagus* apud Latinos idem etiam quod ἔθνος, vel *gens*; & quamvis amplum regionis tractum, totamque aliquam præfecturam, gentemque quamlibet populosam significat. Glossæ: *pagus*, ἐπαρχία, χώρας, νομός. hinc Helvetiorum tota gens in quattuor pagos divisa apud Cæsarem. hinc vox nostra Gallica, *pays*. sic *paganus* & *gentilis* idem plane significant. Cod. Theod. *de hæreticis*, leg. XLVI. *Judæi, atque gentiles quos vulgo paganos appellant.* hinc *pagum* pro *gentilitate* ipsa usurpavit Prudentius:

— & dedita nomina pago.

paganos intellexit. quo tamen loco vulgo abutuntur eruditi homines, ut probent *paganos* à pagis hoc est vicis appellatos. quos pluribus alibi confutamus. nam hæc heic obiter.

1 *Et utinam melius esset morata civitas.*] Male moratam fuisse Alexandrinam urbem etiam restatum reliquit verus scriptor Græcus, qui περιήγησιν τῆς οἰκουμένης composuerat. scripsit enim hujus urbis neque judicia neque privata negotia regi unquam potuisse. & hoc uni Alexandriæ præter ceteras urbes peculiare contigisse, ac præcipuum, quod in tanta hominum colluvione ac confusione rerum non per rectum aliquod regionem administrationemque, & publicorum ordinem judiciorum staret: sed per rerum ipsam naturam fortuito magis, quam bono more ac regimine subsisteret. quod aliquis de nostra Gallia jure meritoque nunc posset dicere. Græci auctoris illius textum ipsum non habemus, sed versionem tantum antiquam, ab homine inepto & barbaro, ac Latinæ juxta Græcæque linguæ imperito curatam, cujus nobis copiam fecit Juretus noster. hujus locum integrum quo Alexandria describitur, quod & multa scitu digna contineat, & hanc Hadriani de Alexandria epistolam multis partibus illustret, huc adferre non gravabor. sic igitur habet ille: *Alexandria autem civitas est valde maxima, & eminens in dispositione, abundans omnibus bonis, & escis dives: piscium enim tria genera manducat, quod altera provincia non habet, fluminale, & stagnense, & marinum. omnes autem species aut aromatibus, aut aliquibus negotiis barbaricis in eo abundant. supra caput enim habens Thebaidis Indorum genus, & accipiens omnia præstat omnibus. Et Dii coluntur eminenter, & templum Serapis ibi est. unum est solum spectaculum novum in omni mundo. nusquam enim terra, aut ædificium, aut dispositio templi, aut religio talis invenitur. undique autem mosium ei reddire * videatur. possidet cum omnibus quibus habet bonis & unam rem, quod nusquam nisi in Alexandria, & in ejus*

rata civitas, [1] digna profecto sui profunditate, quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum. Huic ego cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi ut præsenti gratias agerent. [2] denique ut primum inde discessi, & in filium meum Verum multa dixerunt, [3] & de Antonino quæ dixerunt comperisse te credo. [4] nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur, [5] quos quemadmodum fæcundant

ejus regione fit. cujus neque judicia, neque privata negotia regi possunt. sed pene per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. & quid est quod sic à nobis laudatur? chartas quod ipsa faciens, & omni mundo emittens, utilem speciem omnibus ostendit, sola hoc supra omnes civitatesque, & provincias possidens, sed sine invidia præstans bonorum suorum. hæc bona fide ex veteri libro membranaceo descripsimus, servatis etiam solœcismis barbari scriptoris, & exemplaris mendis.

1 *Digna profecto sui profunditate, quæ pro sui magnitudine.*] Omnino legendum: *digna profecto, quæ pro sui profunditate ac magnitudine totius Ægypti teneat principatum.* nisi quis potius cum Casaubono legere malit: *quæ pro sui profunditate totius Ægypti teneat principatum*, ut illud, *magnitudine*, interpretamentum fuerit illius alterius vocis, *profunditate*, ab aliquo sciolo adjectum.

GRVTERVS.

1 *Digna profecto sui profunditate, quæ pro sui magnitudine.*] Pal. *digna profecto quæ pro sui funditate, quæ pro sui magnitudine.*

CASAUBONUS.

1 *Digna profecto sui profunditate quæ pro sui magnitudine totius Ægypti teneat principatum.*] Reg. *dig. prof. pro sui fæcunditate, quæ p.* sed alia medicina indiget hic locus: nam & hîc aliena verba in locum non suum irrepserunt. Scribe: *digna profecto quæ pro sui profunditate, totius Æg. t. pr.* quis dubitat vocem *magnitudine* interpretamentum esse alterius vocis? appellat autem *profunditatem* Alexandriæ, (nam de ea loquitur, etsi nominat nunquam, ut qui ejus civibus esset iratus:) amplitudinem ejus urbis, civium multitudinem, & altas opes: non enim possumus ad laudem ingenii aut prudentiæ referre: præcedit enim, *totam didici levem, pendulam, &c.* Sic accipio verba Josephi cum profundam Ægyptum appellat A'λώσεως libro secundo, capite xxviii. διὸ ἐγκαθίδρυμα τῇ πόλει μέγιστον τὴν βαθεῖαν Αἴγυπτον ἅμα τῇ Μακεδόνων ἀξιώσει χαλινοῖ. alio sensu ἰλύος βαθὺ apud Philostrat. in primo Vitæ.

2 *Denique ut primum inde discessi &c.*] Melius, *deinde.*

3 *Et de Antonino quæ dix.*] Constans veterum librorum scriptura: erant nempe obliti librarii quæ de Antinoo dicta sunt in Hadriano. nam scribendum, *Antinoo.*

4 *Nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur: quos quemadmodum fæcundant pudet dicere.*] Fœcundabant in sterquilinio. Aristoteles Historiarum libro vi. capite secundo, de generatione pullorum ex ovis disserens: ἐκπέττεται μὲν οὖν τὰ ᾠὰ ἐπωαζόντων τῶν ὀρνίθων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτόματα ἐν τῇ γῇ, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, κατορυττόντων εἰς τὴν γῆν ἐν τῇ κόπρῳ.

SALMASIUS.

3 *Et de Antonino quæ dixerunt.*] Lege cum Casaubono: *& de Antinoo.*

5 *Quos quemadmodum fæcundant, pudet dicere.*] Scio, *fæcundare* Latinum esse, nec ignoro *pullos fæcundari* Latine dici posse. puto tamen, Vopiscum scripsis-

dant, pudet dicere. [1] *Calices tibi allassontes versicolores transmisi,* ...

scripsisse: *nihil illis opto nisi ut pullis suis alantur, quos quemadmodum fotum dant, pudet dicere.* qui ova fovenda gallinæ committit, is *pullos fotum dare*, eleganter dicitur. at Ægyptii non gallinis, sed sterquilinio pullos fotum dabant. nam in sterquilinio ova defodiebant, ut ibi foverentur, & pulli excluderentur. *fotum dare*, sic dicitur, ut *nuptum dare.* si quis autem vulgatam retinet, per me retineat.

CASAUBONUS.

1 *Calices tibi allassontes versicolores transmisi, q.*] *Calyces allassontes* dicuntur, qui subinde colorem mutant, alium atque alium exhibentes sicut palumborum colla. de hoc genere vitrorum sensit auctor in Tacito, *vitreorum diversitate atque operositate vehementer est delectatus.* de vitris Ægyptiis non semel alibi dictum. affinis est cum re tum nomine color ille quem non in vitris, sed in vestibus appellamus hodie *changeant*, id est, ἀλλάσσοντα. Latinam vocem *versicolores*, etsi Græcæ interpretatio potest videri, γνησίαν tamen censeo. Fortean scripserat, *tres misi*, non *transmisi.*

SALMASIUS.

1 *Calices tibi allassontes versicolores transmisi.*] Putem legi debere: *calices tibi allassontes, i. versicolores transmisi.* allassontes, id est versicolores, & sane allasson calix, & versicolor idem. nam ἀλλάσσων calix dicitur, qui colores mutat, & alium aliumque subinde colorem ostendit, ut in collis columbarum videmus. *colorem mutantem* vulgo vocamus, hoc est ad verbum, ἀλλάσσοντα. vitrum autem olim, ut etiam nunc, in varios colores tingebatur & pingebatur: *nec enim alia,* inquit Plinius, *materia sequacior, aut etiam picturæ accommodatior.* hinc & album fiebat & myrteum, & sapphirinum hyacinthinumque, & omnibus aliis coloribus. in Ægypto vero ex vitro fiebant calices versicolores pretiosissimi, quos Hadrianus ἀλλάσσοντας heic vocat. & narrat Strabo lib. XVI. se à vitrariis Alexandrinis accepisse esse quamdam in Ægypto terram ὑαλῖτιν sine qua hujusmodi calices versicolorii perfici nequirent. verba ejus hæc sunt. ἤκουον δ' ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν ὑαλουργῶν εἶναί τινα κατ' Αἴγυπτον ὑαλῖτιν γῆν ἧς χωρὶς οὐχ' οἷόν τε τὰς πολυχρόους καὶ πολυτελεῖς κατασκευὰς ἀποτελεσθῆναι. hinc non parvi muneris loco tres hujuscemodi versicolores & allassontes calices Serviano misit Hadrianus, quos à templi sacerdote acceperat, eumque admonuit, ut festis tantum diebus eos adhiberet, caveretque ne Africanus iisdem indiligenter uteretur. ex quibus apparet magni pretii hujusmodi calices fuisse. πολυτελεῖς καὶ πολυχρόους vocat Strabo. scribit idem eodem loco, Romæ vitrarios multa commentos esse & ad vitreorum colores, & ad eorumdem tornandorum facilitatem, tantamque ex eo vilitatem eorum fuisse, ut vulgo poculum vitreum asse venum daretur. καὶ ἐν Ῥώμῃ δὲ πολλὰ παρευρίσκεσθαί φασι καὶ πρὸς τὰς χρόας καὶ πρὸς τὴν ῥᾳστώνην τῆς κατασκευῆς, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρυσταλλοφανῶν, ὅπου γε καὶ τρύβλιον χαλκοῦ πρίασθαι καὶ ἐκπωμάτιον ἔστι. calices ejusmodi vitrei quos Strabo intellexit, quique Romæ tam vili pretio venum ibant, audaces vulgo dicebantur. Martialis:

Nos sumus audaces, plebeja toreumata vitri.

Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

ita legendum distinguendumque apud Martialem. hodie excuditur,

Nos sumus audacis plebeja toreumata vitri.

atqui *vitrum* non dicebatur audax, sed calices ex vitro *audaces.* nam in lemmate scriptum exhibent libri: *calices audaces.* de his idem alibi:

Cum

Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus,
Accipe de circo pocula Flaminio.
Hi magis audaces, an ſunt qui talia mittunt
Munera? ſed gemmis vilibus uſus ineſt.
Nullum ſollicitant hæc Flacce toreumata furem.

quibus omnibus ſummam eorum calicum vilitatem fuiſſe indicat. & magis Strabo qui χαλκῦ ἀγλαΐαν hujuſmodi vitreum poculum ſcribit, hoc eſt aſſe, vel aſſis quadrante. male Epigramma illud Martialis de fictilibus accipiebat Turnebus, cum de vitreis accipiendum ſit. de eodem genere poculorum intelligendus idem Martialis:

Aſſe duos calices emit & ipſe tulit.

at Ægyptiaci ex vitro calices verſicolores atque ἀλλάσοντες, quorum heic in epiſtola Hadriano mentio, longe pretioſiſſimi. diverſitate igitur & operoſitate vitrorum, ut eum Vopiſco loquar, celebris olim Ægyptus ferebatur. nam præter iſtos allaſſontes alia etiam ibidem pocula fingebantur arte manuque pretioſa, de quibus Martialis hoc Epigrammate:

Adſpicis ingenium Nili, quibus addere plura
Dum cupit ha quoties perdidit auctor opus.

vitreos hos calices fuiſſe in quibus Ægypti ingenium artificiumque oſtentabatur, arguit lemma. ſed qua in re ſpectabatur ars illa? an in colorum varietate? minime. in ſculptura igitur, & cælatura viſebatur. vitrum enim olim etiam argenti modo cælabatur. Plinius: *alind flatu figuratur, alind torno teritur, aliud argenti modo calatur, Sidone quondam iis officinis nobili.* in flatu figurandis vitris, ut nunc moris eſt, & in torno terendis, ut olim etiam ſolebant, nullum operis periculum. nam & audaces, qui plebeji erant calices, & parvo vænibant, torno formabantur. hinc *toreumata* Martiali dicta. at in ſculpendis cælandiſque periculum non parvum. nam ſæpe inter ſculpendum frangebantur. hoc eſt quod ait Martialis:

—— quibus addere plura
Dum cupit ha quoties perdidit auctor opus.

atque hi ſunt omnino calices qui *diatreti* dicebantur. Martialis:

O quantum diatreta valent, & quinque comati.

Juriſconſultus ad leg Aquiliam clare hoc indicat: *Si calicem*, inquit, *diatretum faciendum dediſti, ſi quidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur: ſi vero non imperitia fregit, ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus.* nugantur qui diatretum calicem tornatilem accipiunt quod toreuma dicitur. mage etiam majores nugas garriunt, qui calicem putant eſſe vel cryſtallinum vel myrrinum, artifici perforatum ad includendas gemmas, & emblemata. nunquam profecto hoc factum, ut myrrinis aut cryſtallinis gemmæ includerentur, nec id fieri poterat. aureis tantum poculis gemmæ includi ſolebant. hinc *aurum gemmatum* de hujuſmodi aureis calicibus gemmas inſertas habentibus. hinc *ſervus ab auro gemmato* in veteri inſcriptione. Martialis: *Calices gemmati:*

Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum,
Adſpice quot digitos exuit iſte calix.

argenteis porro poculis, non gemmæ ſed aurea inſerebantur emblemata. quæ & *chryſendeta*, & *chryſocolleta*, & *chryſoclifta* inde dicebantur. ſic gemmæ aureis poculis, aurum argenteis includebatur. cryſtallina autem & myrrina nullis iſtiuſmodi emblematis uſquam incruſtata, quæ pura & ſincera per ſe magis placebant: ut ne addam cryſtallinis & myrrinis nullo modo inſeri potuiſſe emblemata mihi videri. ſi quis autem artifex in aureum poculum gemmas immittere, aut in argenteum auri emblemata pararet incudere, nullum frangendi poculi ſive aurei ſive argentei ſubire periculum poterat. ſiquidem nihil in auro argentove frangi poteſt, quin ſtatim ſolidari queat, ac ferruminari. at in vitro ſi quis frangat, totum

transmisi, quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi & sorori meæ specialiter dedicatos, quos tu velim festis diebus conviviis adhibeas. [1] *Caveas tamen ne his Africanus noster*
9 [2] *indulgenter utatur.* Hæc ergo cogitans de Ægyptiis Aurelianus jusserat ne Saturninus Ægyptum videret: & men-

perit, materiaque simul cum manupretio evanescit. diatreti igitur calices erant vitrei, cavati perforatique, hoc est sculpti. *si quis calicem, diatretum faciendum dederit*, hoc est, si quis calicem vitreum, perforandum cavandumve dederit. διατρῆσαι est perforare vel cavare. *cavare* & *forare*, idem est. hinc *cavus*, & *foramen*, res eadem. *cavare* autem Latini pro sculpere, ut Græci διατρῆσαι posuerunt. qui enim gemmas scalpunt, quasi quosdam sulcos in iis cavant, & foramina cælo imprimunt. *inde cavatores* dicti, gemmarum scalptores. in veteri inscriptione mentio est, *cab itorum de sacra via:* qui non alii sunt intelligendi. *cabitarii* etiam vel *cavitarii* dicebantur à cavitandis lapidibus. Græci καβιδαρίους voce Latina dixerunt. Glossæ: καβιδάριος, *cabitarius*. *cabitarius* pro *cavitarius*. ut *cabator* pro *cavator* in veteri saxo. Palladius λιθοξόον interpretatur: ἦν γὰρ ἐν νεότητι αὐτοῦ λιθουργὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον καὶ ἀπελθὼν λέγει αὐτῷ. λίθοι ἀναγκαῖοι σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι ἐμπεπλεγμένοι. restituenda hæc vox Cod. Just. *de excusationibus artificum.* ita enim libri omnes scripti in ea lege legunt, quæ prima est ejus tituli: *architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lectarii sive laccarii, cavidarii.* vulgo *clavicarii*. Basilica Græca *cabitarios illos* καρδαρεγρίους interpretantur, ut nos ibi docet Cujacius. sed mendum est in ea voce Græca. nam καρδαρεγέριοι perperam scriptum pro σαρδαρεγέριοι. sic in Glossis Basilicῶn eorumdem male legitur κολλιδιᾶται pro σολιδιᾶται· κολλιδιᾶται, σραζῶνται. omnino, pro σολιδιᾶται. sed unde σαρδαρεγέριοι, cavitarii dicuntur? *Sarda* gemmæ genus est, facillimæ scalpturæ. Plinius: *omnia autem hæc genera scalpturæ pertinaciter resistunt, partemque ceræ in signo tenent. è diverso sarda ad hæc utilissima.* à sarda diminutivæ formæ. Græcis σαρδίον, & σαρδάριον. hinc σαρδαρεγέριοι recentioribus gemmarum cavatores, quod omnium gemmarum optime facillimeque ac utilissime scalperetur. sic *cavatores*, & *cavitarii* iidem. Plinius: *expetuntur à scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiam ex facili cavantes.* eodem plane sensu diatreta vasa vitrea, Græcis appellata sunt, quæ scalpta cavataque essent. huc adde quod omnibus locis, quæ cælum cavarat, quasi pertusa perforataque videbantur, translucidiore scilicet per illa visu. hinc διάτρητα dicta. caro autem venibant. pretium enim eorum incendebat, quod metus in iis cælandis non parvus erat artifici ne frangerentur. periculum etiam æque magnum. nam sæpe operam oleumque perdebat, dum cælo vellet indulgere, & plura argumenta addere.

Versicolores transmisi.] Scribe cum Casaubono: *tres misi.*

CASAUBONUS.

1 *Caveas tamen, ne his Africanus noster indulgenter utatur.*] Vide num melius sit *indiligenter*. Africanus hic, Serviani filius, puto, fuit, ætate adhuc tener.

GRUTERUS.

2 *Indulgenter utatur.*] Ita & Palat. legendum tamen videtur, *indiligenter*, nisi usus continenti pro contento; & nolit, nimium indulgere vino.

1 *Magnam*

& mente quidem divina. Nam ut primum Ægyptii [1]magnam poteſtatem ad ſe veniſſe viderunt, ſtatim clamaverunt, *Saturnine Auguſte, dii te ſervent:* [2] & ille quidem, quod negari non poteſt, vir ſapiens, de Alexandrina civitate mox fugit, atque ad Palæſtinam rediit. Ibi tamen quum cogitare cæpiſſet, tutum ſibi non eſſe ſi privatus viveret, [3] depoſita purpura ex ſimulacro Veneris, [4] cyclade uxoria militibus circunſtantibus amictus, & adoratus eſt. Avum meum ſæpe dicentem audivi ſe interfuiſſe quum ille adoraretur. Flebat (inquit)

SALMASIUS.

1 *Magnam poteſtatem ad ſe venire viderunt.*] *Magnæ poteſtates*, ut *magni judices*, quos habuimus ſupra nam *magna poteſtas*, & *magnus judex* idem. ſic & *celſæ poteſtates*, & *celſi judices* apud Ammianum Marcellinum.

4 *Cyclade uxoria.*] An cycladem uxoriam vocat, purpuram illam quam ex ſimulacro Veneris detractam eſſe dicit? ſic *uxoriam cycladem* diceret pro muliebri. ſed hoc admodum inſolens: nec mihi perſuadere poſſum Vopiſcum ita eſſe loquutum, ut *uxoriam* pro muliebri uſurparet. puto igitur legendum: *depoſita purpura ex ſimulacro Veneris cum cyclade uxoria, militibus circumſtantibus amictus eſt.* & hanc lectionem plane confirmat editio princeps, quæ habet, *cum chlamyde uxoria.* nec aliter libri Regii quos conſuluit Caſaubonus. hic autem ſenſus eſt: cum Saturninus imperium ſumpſit, purpureum pallium, quo amiciretur, depoſitum ſive detractum eſt, ex ſimulacro Veneris: cyclade quoque uxoria, hoc eſt uxoris ſuæ indutus eſt atque hic erat habitus tunc imperatorum, purpura chlamys, & aurata tunica. cum igitur imperatorie amiciendus eſſet hic Saturninus, nec eſſet ad manum purpurea chlamys, ex Veneris ſimulacro purpureum pallium detractum eſt. cum item aurata tunica in promptu minime haberetur, cyclade uxoris amictus eſt. cyclas, tunica muliebris aurata. tales etiam & viriles fiebant, quas per illa tempora uſurpabant imperatores, jam inde à Gallieno quem refert Trebellius auratam tunicam geſſiſſe. tales deinceps geſſerunt ſequentes impetatores uſque ad imperii finem: quas & privatis uſibus contexi conficique vetuerunt AA. Valentinianus & Valens leg. 1. Cod. Theod. *de veſtibus holoveris.* & leg. 11. eod. tit. *Nemo auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas.*

CASAUBONUS.

2 *Et ille quidem quod negari non poteſt, vir ſapiens.*] Mox in Proculo: *bonus, quod negari non poteſt, optimus, idemque fortiſſimus.*

3 *Depoſita purpura ex ſimulacro Veneris, c.*] Scriptl, *de ſim. deponere* dixit pro detrahere, auferre. in Probo: *appellatus eſt imperator, ornatus etiam pallio purpureo, quod de ſtatua templi oblatum eſt.* & ita alibi.

4 *Cyclade uxoriam.*] Reg. *cum chlamyde ux.* melius, *cyclade*, quæ veſtis erat muliebris auro texta & pretioſiſſima.

GRUTERUS.

3 *Depoſita purpura ex ſimulacro.*] Sic & Pal.

4 *Cyclade uxoriâ.*] Palat. *conclade uxoriâ.*

1 *Neceſ-*

(inquit) & dicebat, [1] *Necessarium (si non arroganter dicam) Resp. virum perdidit. Ego certe instauravi Gallias, ego à Mauris possessam Africam reddidi. Ego Hispanias pacavi. Sed quid prodest? omnia hac affectato semel honore perierunt.* Et quum eum animarent, vel ad vitam, vel ad imperium, [2] qui induerunt purpuram, in hæc verba disseruit: *Nescitis, amici, quid mali sit imperare.* [3] *Gladii & tela nostris cervicibus impendent, imminent hastæ undique, undique spicula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non bella pro judicio, non arma pro studio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam? inhabilis* [4] *videtur:* [5] *sin minus, inest furor.* [6] *nam quod impera-*

CASAUBONUS.

1 *Necessarium, si non arroganter dicam, Resp. virum perdidit.*] Similis vox alterius Saturnini tyranni, apud Trebellium Pollionem: *Commilitones, bonum ducem perdidistis.*

6 *Nam quod imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.*] Longe aliter ista exhibent veteres: in quibus loco istorum hæc invenimus: *Jam quod amabile omnibus Probum me æmulum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus esse dux cupio: in necessitatem mortis me trahitis. Habeo s.* non est in his integra sententia: erit si conjuncta vulgata lectione cum edita scribas: *Nam quod imperatorem me cupitis potius quam illum amabilem om.* vel, *imp. me cup. rejicitis illum am.* aut *fastiditis.*

GRUTERUS.

2 *Qui induerunt purpuram.*] Pal. *qui amugierunt purpuram.* nempe fuit, *amicierunt purpuram.* recte.

3 *Gladii & tela nostris cervicibus impendent.*] Præit Pal. ad acutiorem sententiam. habet enim, *gladiis & apendentibus cervicibus imminent hasta undique.* videntur quippe ea verba alludere ad factum Dionysii tyranni. itaque rescripserim; *gladii seta pendentes cervicibus imminent; imminent hastæ undique:* quamvis & suffecerit semel expressisse illud *imminent.*

4 *Videtur: sin minus, inest furor, &c.*] Aliter hæc quoque Palatinus; nimirum, *bis & furore. jam quid amabilem.*

6 *Nam quod Imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.*] Omissa sunt multa. Palat. enim præfert: *jam quid amabilem omnibus Probum dico cui me malum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus esse dux cupio in necessitatem mortis;* emendatumque, *cui me æmulum.* forsan possem fracta hæc integrare si anniterer; sed non liber profecto: nimis festino.

SALMASIUS.

3 *Gladii & tela cervicibus nostris impendent, imminent hastæ undique.*] Vetus editio: *gladii seta pendentes cervicibus imminent, hastæ undique, undique spicula.* de cujus lectionis veritate & elegantia dubitaturum opinor neminem. quo autem alluserit, nemo non videt. notum enim factum Dionysii tyranni.

5 *Sin minus, inest furor.*] Forte scribendum: *senex est quispiam? inhabilis videtur. si juvenis, inest furor.* vetus tamen editio legit: *additur bis furor.* forte: *at juvenis, inest furor.*

6 *Nam quod imperatorem me cupitis.*]

peratorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis. [1]*Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.* M. Salvidienus hanc ipsius orationem vere fuisse dicit, & fuit re vera non parum literatus. Nam & in Africa rhetoricæ operam dederat, [2]Romæ frequentaverat per-

tis.] Et hæc longa aliter scripta exhibet editio illa princeps, nempe hoc modo: *jam quid amabilem omnibus Probum dico? cui me æmulum esse cupitis, cui libens credo, & cujus duxesse cupio, in necessitatem mortis me trahitis.* omnino legendum: *jam quid amabilem omnibus Probum dico? cui cum me æmulum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus dux esse cupio, in necessitatem mortis me trahitis.* aperta & plana sententia.

CASAUBONUS.

1 *Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.*] Vox inhumana: sed quæ tamen & in ore hominum, & in scriptis veterum frequens. Plinius epistola xx. lib. VI. *Possem gloriari non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse: nisi me cum omnibus, omnia mecum perire, misero magno tamen mortalitatis solatio, credidissem.* Auctor panegyrici ad Constantinum: *Nisi forte jam sentiens diem sibi venisse fatalem, ad solatium suæ mortis, voluit secum trahere quamplurimos.*

2 *Romæ frequentaverat pergulas magistrales.*] Non celebres doctores, sed è trivio magistros qui in pergulis docebant, more cæterorum artificum multorum.

SALMASIUS.

2 *Romæ frequentaverat pergulas magistrales.*] Pergulas istas magistrales non fuisse celebrium doctorum, sed magistrorum è trivio vir eruditissimus contendit. sed ego eum falli puto, contraque pertendo in istis pergulis publice docuisse Grammaticæ Rhetoricæque magistros, aliarumque artium, quæ liberales indigetantur, professores, etiam qui de publico stipendium accipiebant. quas *magistrales pergulas* vocat heic Vopiscus, *publicæ magistrationes*, & *publicæ cellulæ* dicuntur in leg. III. Cod. Theod. *de studiis liberalibus urb. Constantinopol.* his verbis: *universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri.* quibus autem publice profitendi facultas data non erat, hi intra domesticos parietes, suis tantum discipulis privatim vacabant, nec in pergulis publicis docebant. vide dictam legem eod. tit. picturæ quoque professores in locis publicis pergulas suas habebant. Codice Theodos. *de excusat. artif.* leg. IV. de picturæ professoribus: *ad negotiatorum quoque conlationem non devocari, si modo ea in mercibus habeant quæ sunt propria artis ipsorum: pergulas & officinas in locis publicis sine pensione obtineant.* Lucillius:

Pergula pictoris, veri nihil, omnia falsa.

Mathematici quoque, quibus aliquando etiam profitendi publiceque proponendi Romæ copia concessa est, in pergulis studia sua exercebant, & respondebant. mathematici pergulæ meminit Suetonius in Augusto: *in secessu Apolloniæ Theagenis Mathematici pergulam comite Agrippa adscenderat.* adscendebantur pergulæ. hinc ὑπερῷον, *pergulam* interpretatur veteris auctor Glossarii. Grammatici pergulæ mentio apud eumdem Suetonium in libro de illustribus Grammaticis, de Crassitio: *hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat: deinde in pergula docuit, donec* Commen-

11 pergulas magistrales. Et ne longius progrediar, dicendum est quod præcipue ad hunc pertinet. Errare quosdam scio, & putare hunc esse Saturninum qui Gallieni temporibus imperium occupavit: quum hic longe alius fuerit, & Probo pene nolente sit occisus. Fertur autem Probus & clementes ad eum literas sæpe misisse & veniam esse pollicitum: sed milites qui cum eo fuerant, non credidisse. Obsessum denique in castro quodam ab iis quos Probus miserat, invito Probo esse jugulatum. [1] Longum est frivola quæque connectere, & odiosum dicere quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, quid comederit; ab aliis ista dicantur quæ prope ad exemplum nihil prosunt. Nos ad ea quæ sunt dicenda, redeamus.

PROCULUS.

12 PROCULO patria Albingauni fuere, positi in Alpibus maritimis: domi nobilis, sed majoribus latrocinantibus, atque adeo pecore ac servis & iis rebus quas abduxerat, satis dives. Fertur denique eo tempore quo sumpsit imperium duo millia servorum suorum armasse. Huic uxor virago, quæ illum in hanc præcipitavit dementiam, nomine Sampso, quod ei postea inditum est: [2] nam antea [3] Viturgia nominata est.

Commentario Smyrnæ edito adeo inclaruit, ut hæc de eo scriberentur. nec verum est, quod vir alter doctissimus scripsit, pauperes Grammaticos quibus in ædibus habendæ scholæ potestas non erat, in pergula docuisse. pergulæ erant cellæ publicæ, in quibus omnium artium doctrinarumque professores publice docebant. cellæ quoque publicæ meretricum, pergulæ dicebantur. Plautus: *Te ego ipsam cultro erat faciam deportari in pergulam.* sed de pergula nos alibi diximus.

CASAUBONUS.

1 *Longum est frivola quæque connectere, & odiosum d.*] Ait tamen in sequenti vita Vopiscus: *minima quæque jucunda sunt, atque habent aliquid gratiæ cum leguntur.*

GRUTERUS.

3 *Viturgia.*] Pal. *Vituriga.*

SALMASIUS.

2 *Nam antea Viturgia nominata est.*] Puto scriptum fuisse *Viturvia* pro *Vitruvia.* atque inde factum *Viturgia.* g & u sæpe invicem mutari notum est. ut *valgulus,* & *galvulus* idem. & similia sexcenta. legendum igitur hoc loco *Vitruvia*, aut etiam *Vitruria.*

nam

est. Filius Herennianus, quem & ipsum, quinquennium si implesset, (ita enim loquebatur,) dicasset imperio. Homo, quod negari non potest, optimus, idemque fortissimus: ipse quoque latrociniis assuetus, qui tamen armatam semper egerit vitam. Nam & multis legionibus tribunus præfuit, & fortia edidit facta: & quoniam minima quæque jucunda sunt, atque habent aliquid gratiæ quum leguntur, tacendum non est, quod & ipse gloriatur in quadam sua epistola, quam ipsam melius est ponere quam de ea plurimum dicere. *Proculus Metiano affini* S. D. *Centum ex Sarmatia virgines cepi. Ex his una nocte decem inivi: omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra dies* XV. *reddidi.* Gloriatur (ut vides) rem ineptam, & satis libidinosam: atque inter fortes se haberi credit si criminum
densitate coalescat. Hic tamen quum etiam post ho- 13
nores militares se improbe & libidinose, tamen fortiter ageret, hortantibus Lugdunensibus, qui & ab Aureliano graviter contusi videbantur, & Probum vehementissime pertimescebant, [1]in imperium vocitatus est ludo pene & joco, ut Onesimus dicit: quod quidem apud nullum alium reperisse me scio. Nam quum in quodam convivio [2] ad latrunculos luderetur,

atque

nem *Vittorius*, & *Vitturius* nomina propria, & *Vitruvius*. *Vittoria*, vel *Vitruvia* dicebatur mater Victorini Tyranni. Trebellius: *interfecto Victorino, & ejus filio mater ejus Victoria, sive Vitruvia.* ita enim libri scripti, ut ad locum observavimus. sciendum autem est, *Vittoria*, & *Victoria*, *Vitturius* & *Victorius* idem esse nomen. *Vittorius* enim pro *Victorius* dicebant, ut *brattea* pro *bractea*: *mattus* pro *mactus*. & similia.

CASAUBONUS.

1 *In imperium vocitatus est ludo pene & joco.*] Ut & Regillianus alter tyrannus, de quo Pollio.

SALMASIUS.

2 *Ad latrunculos luderetur.*] Vetus auctor dixisset: *latrunculis luderetur.* alea ludere, tesseris, latrunculis, dicebant veteres: at recentiores, ad aleam, ad tabulam, ad latrunculos. sic *ad judices ludere.* Spartianus in Severo: *nullum alium inter pueros ludum nisi ad judices exercuit.* sic *ludere ad tabulam* dixit Paulus Diaconus de gestis Langobardorum lib. 1. cap. xx. *horum itaque viribus rex indubitanter fidens, dum ipse securus ad tabulam luderet. ad tabulam ludere*, est quod Græci recentiores dixere ταβλίζειν uno verbo: de quo in sequenti animadversione plura.

1 *Atque*

[1] atque ipse, [2] decies imperator exisset, quidam non igno-

CASAUBONUS.

2 *Atque ipse decies imperator exisset.*] In calculorum ludo quem Græci recentiores ζατρίκιον dixerunt, unus fuit qui dicebatur Rex, ut scribit Theocriti scholiastes: sed in latrunculorum ludo, ipse qui ludebat, si faveret alea, Rex exibat. in epigrammate Agathiæ scholastici quo Zenonis imperatoris tabula describitur, Regis quoque mentio fit, sive imperatoris. Sed illius ludi modum, nemo veterum describit.

SALMASIUS.

2 *Decies exisset imperator.*] Scribit ad hunc locum vir doctissimus, in ludo calculorum, quem Græci recentiores ζατρίκιον dixerunt, unum fuisse, qui rex appellabatur: sed in latrunculorum ludo, ipsum qui ludebat, si faveret alea, regem exivisse. quot in hac observatione verba, totidem pæne errores. primum, calculorum ludum à latrunculorum ludo perperam facit diversum. deinde male etiam à latrunculis separat ludum illum quem ζατρίκιον dixere recentiores Græci. tertius error, primo secundoque longe major, quo latrunculis alcam adsignat, quem plane ludum constat nihil aleæ debuisse, sed arti omnia & ingenio ludentium. sed singula ordine dispiciamus. calculorum, & latrunculorum ludus idem omnino fuit. nam & latrunculi calculi dicebantur. Ovidius:

Sæpe latro, inii sub imagine calculus ibit.

idem lib. III. de arte amandi:

Cautaque non stulte latronum prælia ludat,
Unus cum gemino calculus hoste perit.

auctor Panegyrici ad Pisonem:

Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella.

Martialis:

Calculus heic gemino discolor hoste perit.

plura adhuc possem congerere. sed quid opus pluribus, ad id confirmandum de quo dubitare potest nemo? *scachios* hodie vocant Itali, & Galli, voce à calculis detorta. *calclum* vel *cauclum* dicebant, & præposita sigma, *scalclum*. sic enim *sphalangium* pro *phalangium* recentioribus Latinis: atque ita apud Vegetium scribitur. sic *sfaculam* pro *facula*. hinc Græcis medicis, σφάκλα. sic *squadrones* pro *quadrones*, & *squadras* pro *quadras*. ita etiam *stupham* pro *tupham*. τύφη est *accensio* ἀπὸ τοῦ τύφω: ut ὀφείλη debitum, ἀπὸ τοῦ ὀφείλω. addito *s* Latini fecerunt *stufam*, & *stubam*. quæ vox hypocaustum significat. apud Palladium caput est, *de balneis*, & *stufis*. ita σκυφίον pro κυφίον dicebant. sic igitur, & *scalclum* pro *calclum*. at solent Itali Lambdam in Jotam eliquare. hinc *scacius* vel *scacius* pro *scalclus*, vel *scalculus*. hanc vocem Langobardi ab Italis Germanisque sumpsere. *scachum* pro furto vel latrocinio memini legere, in veteribus Langobardorum legibus. sed nunc liber ad manum non est. *calculi* igitur, & *latrones* iidem. Græci recentiores ζατρίκιον, hunc latronum ludum vocarunt. id probandum est contra viri doctissimi sententiam. in ludo latronum calculus unus erat, qui dicebatur rex. ludus quoque ille quem ζατρίκιον vocabant, regem suum habebat. vetus Scholiastes Theocriti: ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κοινολέκτως λεγόμενον ζατρίκιον. ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσωσιν οὐ δύνανται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα, κινοῦσι καὶ τὸν ἀπὸ ἱερᾶς γραμμῆς λίθον τὸν ὑπὸ βασιλέα καλούμενον. sic in ludo latronum sciunt, qui in illo ludo docti sunt, non alias eum calculum qui rex nuncupatur, moveri solere, quam ubi maxima urget necessitas, & aliud auxilii

auxilii non suppetit lusori ad se defendendum. Achmes de zatricio ita scribit: ὁ βασιλεὺς ἢ μέγιστος, ἢ ἄρχων πολέμου, ἐὰν ἴδῃ ὅτι τὸ ζατρίκιον αὐτοῦ ἀπώλετο ἢ ἐκλάσθη ἢ ἐκλάπη, ἀπολέσει τὸν στρατὸν αὐτοῦ. si rex, inquit, aut dux aliquis somniaverit, zatricium sibi furto periisse, aut fractum esse, exercitum amittet, & magnam in bello cladem patietur. quare istud? quia totum zatricii aut latronum ludi negotium, bellum erat, vel belli simulacrum. hinc calculi ipsi quibus ludebatur, & latrones, & milites dicebantur. Poëta vetus:

— & vitreo peraguntur milite bella.

Martialis in Epigrammete cujus lemma, *Calculi*:

Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.

auctor Panegyrici ad Pisonem de hoc eodem ludo:

Interea sectis quamvis acerrima surgant
Praelia militibus, plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis.

omnia in illo ludo ad imaginem belli erant composita. hinc militum, aciei, phalangis, praelii, hostium, captivorum, tropaeorum passim mentio apud veteres dum illum ludum describunt. Achmes de zatricio: ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι παίζων συζατρικίζει ἑτέρῳ γνωρίμῳ, χάριν κέρδους τρομαχοῦσιν ἀλλήλους. & paulo post: ὁ βασιλεὺς ἢ μέγιστος ἢ ἄρχων πολέμου ἐὰν ἴδῃ ὅτι ζατρικίζει τινὶ πολέμου μετ' ἐχθρῶν ἐν αὐτῷ διαμυχανεῖ). idem eodem cap. ει ἐὰν ἴδῃ ὅτι παίζων πλείονας ὅλους τῶν παιγνίων προσώπων, πλείονας δεσμοὺς τῶν πολεμίων δεσμεῖν. παιγνίου πρόσωπα vocat calculos sive latrones. unus discolor à duobus capiebatur concoloribus. vincebat in hoc ludo, qui omnes ex adverso ludentis milites capere poterat, & regem ipsum, hoc est principem calculum, quia nunquam capiebatur, ad incitas redigere. auctor Panegyrici supra citati:

— plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis,
Et tibi captiva resonat manus utraque turba.

capiebant igitur in ludo latrunculorum, duo concolores unum discolorem. idem fiebat in ludo zatricii, ut liquet ex verbis Achmetis quae adduximus. sic zatricium & latrunculi, idem ludus. Ovidius:

Unus quum gemino calculus hoste perit.

Martialis:

Calculus heic gemino discolor hoste perit.

Pollux: ἀπηριθμημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων κατὰ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστὶ περιλήψει τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων, τὴν ἑτερόχρουν ἀναιρεῖν. eumdem ludum intellexit. sed παιγνίου πρόσωπα, hoc est calculi, qui Latinis milites, & latrones, Graecis κύνες dicebantur, διὰ τὸ ἀναιδὲς, ut Grammatici Graeci notant: αἱ δὲ ἀντεπιβουλεύουσαι ἀλλήλαις ψῆφοι, κύνες διὰ τὸ ἦθος ἀναιδές. *insidiosi latrones* Martiali dicuntur. in hoc autem ludo ligari etiam calculos, & moris erat olim, & mos etiam nunc est. auctor Panegyrici:

Ut niveus nigros, nunc & niger alliget albos.

& paulo post:

Ancipites subit ille moras, similisque ligato
Obligat ipse duos.

sed aliter ligabantur, aliter capiebantur calculi. unus poterat duos adversae partis ac discolores ligare. sed unus capi discolor non poterat, nisi à duobus contrariis. utrumque quomodo fieret, satis norunt, qui ludi scientes sunt. puto ex his quae diximus jam satis inter omnes constare, ζατρίκιον eumdem esse ludum cum latrunculis. nunc restat quaerendum, quare Graeci recentiores hunc ludum ita appellarunt. Tabula in qua latrunculis ludebatur apud veteres, tota lineis erat distincta, & unicuique

calculo ſuus locus ac ſua ſedes attributa. nec aliter hodie eſt apud nos. tabula enim luſoria ligneis quadraturis diſcoloribus alternatim poſitis diſtincta eſt. & in illis quadraturis locari ſolent calculi. ſedes illas calculorum Græci olim πόλεις, poſtea χώρας nuncuparunt. γραμμὰς etiam vocarunt, & γραμμικὰς χώρας. quod lineis invicem diſcluſæ eſſent, & interſeptæ calculorum illæ ſedes ſive regiones. Heſychius: πόλεις παίζειν, παροιμιῶδες. καὶ δοκεῖ μετῆχθαι) ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων, ἐν ταῖς λεγομέναις νῦν χώραις, τότε δὲ πόλεσι. idem: διαγραμμισμὸς, παιδιά τις ψήφων λευκῶν καὶ μελαινῶν ἐν χώραις ἑλκομένων. τὰς δὲ αὐτὰς καὶ γραμμὰς ἐκάλουν. Euſtathius in Homerum: εἶδος τι κυβείας καὶ πόλις· ἐν ᾗ ψήφων πολλῶν ἐν διαγεγραμμέναις τισὶ χώραις κειμένων ἐγίνετο ἀλλαναίρεσις καὶ ἐκαλοῦντο αἱ γραμμικαὶ χῶραι, πόλεις ἀστειότερον. notabis tamen διαγραμμισμὸν diverſum fuiſſe ludum, ab eo qui πόλις dicebatur, etſi non multum diſſimilis eſſet. Pollux poſtquam τῆς πόλεως ludum recenſuit, ἰσχύς δὲ, inquit, ταύτῃ τῇ παιδιᾷ καὶ ὁ γραμμισμὸς καὶ τὸ διαγραμμίζειν· ἣν τινα παιδιὰν καὶ γραμμὰς ὠνόμαζον. διαγραμμισμὸς ſexaginta calculis albis nigriſque conſtabat. qui de loco in locum trahebantur. Heſychius: διαγραμμισμὸς παιδιά τις ψήφων ἑξηκοντα λευκῶν καὶ μελαινῶν ἐν χώραις ἑλκομένων. hic ludus nihil aut parum diſtabat à noſtro, quem vocamus, *dominarum joco*: qui triginta tamen tantum calculis luditur, quindecim albis, & quindecim rubeis. πόλις vero veterum Græcorum idem omnino fuit cum zatricio recentiorum, & cum latrunculis Romanorum. Cratinus in eo ludo deſcribendo βασιλέως etiam meminit apud Pollucem, cujus verba ita legimus ex veteri libro: οἶσθ' καὶ Κρατῖνος εἴπεν) Πανδιονίδα, πόλεως βασιλεῦ τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν καὶ κύνα καὶ πόλιν ἣν παίζουσιν. ἐριβώλαξ verbum finxit, ut ἐριβῶλαξ. niſi ita ſit reponendum. in utroque igitur ludo calculorum ſedes χῶραι dicebantur in ludo quoque teſſerarum, quam πεττείαν Græci dicunt, lineæ in quibus diſponebantur calculi, χῶραι vocabantur. hinc μονόχωρος tam in teſſeris quam in latrunculis luſor ille dicebatur, qui omnibus ſuis calculis ſpoliatus & victus abibat, ut pote qui ad unum redactus eſſet calculum. veteres Gloſſæ: μονόχωρος. *adunatus in tabula. tabulam* vocabant teſſerarum ludum. notabis autem tibi, elegantem notionem verbi *adunatus*, pro eo qui ad unum redactus eſt calculum. *adunatus*, ὁ μονωθεὶς, cum uno calculo ſolo relictus: cui calculus unus in ſuo loco ſedeque relictus eſt, ceteris à colluſore captis. hinc Ariſtæneto in epiſtolis nomen infelicis alearoris, ac tabliſtæ, μονόχωρος. lib 1. epiſt. 23. argumentum epiſtolæ, ἐρωτικὸς κυβευτὴς περὶ ἀμφότερα δυστυχής. ſequuntur perſonæ, ejus qui ſcribit, & ejus ad quem ſcribitur: Μονόχωρος, Φιλοκύβῳ. infelici tabliſtæ nomen fecit μονόχωρος, qui tota illa epiſtola de ſuo infelici fato conqueritur, tam in amoris quam in teſſerarum ludo. perperam hodie apud Ariſtænetum editum eſt, μονόχορος. χώρας illas in tabula luſoria, etiam τύπους, vocare conſueverant. Etymologicum magnum: ὡς τοὺς τύπους οὓς ἔχει Παλαμήδειον ἀβάκιον. χαραγμάτια etiam appellabant, ut infra dicetur pluribus. at Latini *mandras*, *ſepta*, *vallos*, & *capſos*, & *carceres* vocabant, loca illa ſive ſedes in tabula, in quibus veluti cluſi tenebantur latrunculi. Martialis:

Mandris & vitreo latrone clauſos.

auctor Panegyrici jam toties citati:

— hic ad majora movetur,
Ut citus & fracta prorumpat in agmina mandra.

nam calculus qui in calculi diſcoloris ſedem

ſedem faciebat impetum, ut eum caperet, & ſede ſua pelleret, mandram ejus ſive vallum frangere intelligebatur. *mandra*, idem quod ſeptum vel vallum. vallum etiam dixit idem auctor, quam jam dixerat mandram.

— *fracta prorumpat in agmina mandra,*
Clauſaque dejecto populetur mœnia vallo.

vides *mandram*, *vallum*, *clauſa mœnia*. Græcos πόλεις & χαραχώματα, rem eamdem vocare vidimus. *mandra* autem idem quod χαράκωμα. Heſychius: μάνδρας, ἕρκη, φραγμοί. at *mandras* vir magnus apud Martialem & Panegyrici auctorem pro quadrigis eburneis accipiebat, quibus aliquando luſitaſſe veteres ex Suetonio ſcimus. mandræ igitur in tabula luſoria, ſunt loca lineis diſtincta, in quibus ſiti erant calculi ſive latrunculi. *capſos* etiam vocatos notamus paulo poſt. *capſum* enim vel *capſus* idem plane quod *mandra*. mandram pro ſtabulo etiam Græci ſolent ponere. ſic & Latini *capſum* & *ſeptum*: hinc *capſum animalium* apud Vellejum. *ſudem* recentiores Latini nuncuparunt, ſtabulum. *ſudis* autem, & *vallus* & *capſus* res eadem. hoc nomen etiam hodie retinemus. calculorum autem regiones in tabula quas Græcis veteribus πόλεις dictas obſervavimus, & χώρας, & μάνδρας, & χαρακώματα, Latinis etiam mandras, & capſos, & carceres, Græci recentiores ζατρίκια nominarunt. ζατρίκιον & ζάτρειον vel ζατρεῖον idem. quod & ζητρεῖον dicebant. ſic autem dicebatur piſtrinum vel carcer in quem ſervi nequam conjiciebantur. Heſychius: ζητρεῖον, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Moſchopulus interpretatur κύπτον. Ζητρεῖον κοινῶς ὁ κύπτος, ἔστι δὲ εἶδος κολαστηρίου, ᾧ οἱ δοῦλοι ἐδεσμοῦντο. de *cuſpo* & *cuſpatoribus* nos alibi. ζήτριον etiam & ζάτριον ſcribebatur. inde verbum ζατρεύειν in Etymologico magno, quod ibi exponitur, ἐν φύλακι βασανίζειν. ζατρίκιον recentiores Græci dixerunt, atque ita vocarunt mandram vel ſeptum ſive carcerem latrunculi, hoc eſt locum vel ſedem in qua veluti clauſus tenebatur latrunculus. hinc totum latrunculorum ludum vel tabulam potius, in qua latrunculis ludebatur, ζατρίκιον nominarunt. ſic veteribus Græcis πόλεις dicebantur ſingulorum calculorum ſedes, quas & χώρας vocabant. nihilo tamen ſecius & ipſum calculorum ludum πόλιν appellarunt, & tabulam ipſam luſoriam quæ plures πόλεις habebat. Pollux: ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ πλινθίον ἐστὶ χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακειμένας· καὶ τὸ μὲν πλινθίον καλεῖται πόλις, τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη κύων. ita plane apud recentiores ζατρίκιον tabula ipſa luſoria dicebatur, in qua tamen compluria fuere ζατρίκια, hoc eſt latronum ſive calculorum ſedes & caſtra. ζατρίκιον plane Achmes pro alveo luſorio cum ipſis calculis accepit, his verbis: ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ζατρίκιον αὐτοῦ ἐκλάπη ἢ ἐκλάσθη. in eo ludo imperator exire dicebatur, qui ſuperior diſcedebat, regemque adverſæ partis omnibus ſuis militibus ſpoliabat, ipſumque ad incitas redigebat. in quo nihil fortunæ licebat, ſed arti & induſtriæ ſoli, ludendique peritiæ locus erat. nihil enim alea quod ageret habebat, in latrunculorum luſu, ut perperam exiſtimavit ad hunc locum Caſaubonus. de ordinariis autem calculis, & vagis & incitis quæ ſcribit Iſidorus, ea omnia ad latrunculos ſunt referenda, quæ viri doctiſſimi male referunt ad duodecim ſcriptorum ludum. etiam hodieque in ludo latronum vel ſcacorum, alii calculi ſunt, qui ordine moventur, alii qui vage & oblique. inciti autem dicuntur qui eo ſunt redacti, ut cieri moverique nequeant. inde proverbium, *ad incitas*, vel *ad incita redigere*, pro ad extremas metas compellere, & in ſummam deſperationem aliquem adducere. Porro quem veteres *calculum incitum*, hoc eſt ad in-

citas adactum vocabant, cum nos in hoc eodem ludo *seaccum mattum* dicimus, id est contritum & subactum, eoque loci adactum, ut moveri non possit. *mattus* antiqua vox & Latina, quæ emollitum, subactum, & maceratum significat. inde verbum *mattare* pro domitare, subigere, & macerare. Isidorus in Glossis: *mattum est, humectum est, emollitum, infectum.* hinc *via matta* Ciceroni, via lutosa, & humecta. lib. epistol. ad Atticum XVI. epist. XII. *itaque eo die mansi Aquini. longulum sane iter, & via matta.* ita enim eo loco libri veteres omnes constanter legunt. vulgo excuditur: *& via inepta.* quod ineptum est. inde per metaphoram homo tristis, & contusi contritique cordis, *mattus* dicebatur. veteres Glossæ quarum excerpta in suis adversariis protulit Turnebus: *mattus, tristis.* hanc nos primi vocem cum aliis quam plurimis exlo Latino redonavimus, & optimo linguæ Latinæ auctori reddidimus. originationis tamen Græcæ est. nam venit à verbo μάττω, quod est pinso, & subigo, & emollio. a quo μακὸς, subactus & emollitus. atque inde Latinum *mattus.* sic enim *bratteam* scribebant pro *bractea*, cum à Græco sit βρακτέα. sic *Mattorius* pro *Victorius*, & similia sexcenta, de quibus nos alibi adfatim. Atque hæc sunt quæ obiter heic notanda duximus de ludo calculorum sive latrunculorum, ut errorem doctissimorum hominum castigaremus, qui calculos à latrunculis diversos faciunt. sed scire percupiam, qui calculos à latrunculis separant, ecquem ipsum calculorum nomine intelligi putarint. dicent opinor, quos Græci πεττοὺς vocant, Latine esse calculos. sane veterum ille lusus, quem πεττείαν Græci dicunt, nunquam sine calculis ludebatur, sed nec sine tesseris. nego vero atque pernego, quos Græci πεσσοὺς vocarunt, Latinis simpliciter & absolute calculos appellatos: aut *calculis ludere* Latinos dixisse ut τὸ πεττεύειν Græcorum significarent. sic igitur res se habet. latrunculorum lusus, cum apud Græcos, tum apud Romanos, solis calculis peragebatur, nullis tesseris. quare aleam non habebat ille ludus, sed solam artem. atque hinc factum puto, ut calculorum nomine simpliciter & absolute latrunculos semper intellexerint Romani. soli enim calculi totam lusionem absolvebant, absque ullo tesseræ jactu. quotiescunque igitur calculos simpliciter dictos, aut calculorum lusum in auctoribus invenies, semper de latrunculis ac latrunculorum lusu intelligere debebis. πεττεία vero Græcorum tesseris calculisque constabat, utrique pariter & fortunæ in ea locus. *aleam* vocarunt eum lusum Romani, *tesseras, tabulam, duod. cim scripta, calculos* vero nunquam. adhibebantur enim tesseræ ad illum lusum, nec in soli calculis res erat posita, ut in ludo latrunculorum. hinc Græci πεττοὺς modo pro calculis, modo pro tesseris accipiunt, ludumque ipsum modo πεττείαν, modo κυβείαν vocant. Eustathius: ἰστέον δὲ ὡς πεττεία μὲν ἐν μέρος κυβείας ἢ ὅλως διαφέρουσα παιδιᾶς· πεττὸς δὲ πεσσός. Hesychius: πεττεία, ἡ διὰ κύβων παιδιά. hoc est, *tesserarum lusus.* idem: πετταλίζειν, κυβεύειν. πεττείαις, κύβοις, τάβλαις· πεττεύειν, κυβεύειν. *alea ludis.* πεττοὶ βόλοις ἐν οἷς παίζουσι. sic πεττοὶ etiam accipiuntur pro tesseris apud elegantem Aristænetum lib. I. epist. XXIII. ἐπεὶ γὰρ κολακευθεὶς ἄπληστος ἐπεῖχεν, καὶ πεσσοὶ πεσόντες ἀτυχεῖς μὲν ἦμεν, ἀνεκαλούμεθα δὲ τοῖς ἐρωτικοῖς. ita enim legendum. vulgo, ἀνεκαλούμεθα. at πεσσοὺς etiam pro calculis ponebant. Pollux: ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μέν εἰσιν οἱ πεσσοὶ, πέντε δὲ ἑκάτερος εἶχε τῶν παιζόντων, εἰκότως εἴρηται Σοφοκλεῖ,

> Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων
> βολαί.

sic πεσσοὶ & tesseræ & calculi dicebantur. nam πεττεία calculis tesserisque ludebatur. Artemidorus lib. III. cap.

cap. 1. κυβεύειν δεινῶς φιλονεικῆ... τινα ἐπικρίνει περὶ ὀργυιᾶς γὰρ οἱ κύβοι ἀριθμὸν ἀνέχουσι. ψῆφοι λέγονται εἰς οἱ κυβεύοντες παίζουσι. κύβοι. ut notum est, sunt tesseræ: ψῆφοι, calculi. hinc πεττείαν Græci κυβείαν etiam vocant: & πεττεύειν, κυβεύειν interpretantur. & à tesseris potius quam à calculis hunc lusum denominarunt. nam ψήφων παιδιὰν non de hoc lusu, sed de latrunculis dixerunt, ut & Latini, qui *calculos* pro latrunculis proprie usurparunt. iidem Latini, quæ Græcis πεττεία, & κυβεία, *aleam* nuncuparunt. & quamquam plures aleæ species, & artes essent, hanc proprie tamen & κατ' ἐξοχὴν *aleam* appellarunt, quæ cum tesseris & calculis in tabula vel alveo lusorio luditur. quæcumque autem in veterum libris de damnosa, & vetita legibus alea dicta occurrunt, de hoc aleæ genere semper accipienda sunt. habemus vetustum centonem ex Virgilianis contextum versibus, & *de alea* inscriptum, qui totam hanc in tabula calculis tesserisque ludendi rationem luculentissime, & elegantissime exponit. carmen ipsum ita incipit:

DE ALEA.

Artis opus raræ, tua si mihi certa voluntas,
Expediam dictis, donum exitiale Minervæ.
Tu vatem tu diva mone. nunc ipsa vocat res,
Et furiis agitatus amor, &c.

Isidorus lib. XVIII. orig. *Alea, id est lusus tabulæ, inventa à Græcis in otio Trojani belli à quodam milite nomine Alea, à quo & ars nomen accepit.* sed de Alea milite nugæ sollennes Isidori. *tabulam* etiam simpliciter dixerunt hunc lusum à tabula in qua ludebatur. Suidas: τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. vetus epigramma Græcum:

Τάβλαν φεύγετε παῖδες, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ἀνδρῶν
Κεῖνος τοῖς ἀλόγοις εἶχ' ὑπὸ τάβλῃ τύχας.

titulus autem sive lemma epigrammatis ita concipi debet: εἰς τάβλαν Ζήνωνος βασιλέως. epigramma ipsum alibi explicamus. hinc passim apud Latinos, *ad tabulam ludere*, & *tabulæ lusus*, & *tabula*, de hoc lusu qui in tabula calculis tesserisque peragitur. *casum tabulæ* dixit Satyricus:

— nec enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.

sic τάβλης τύχας dixit Agathias. inde verbum ταβλίζειν pro *tabula ludere* apud recentiores Græcos. & ταβλιστής, tabulæ lusor. quem *tablistam* etiam infimæ latinitatis auctores dixere. vetus Epigramma:

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis.

lemma vetusti Epigrammatis auctore Luxurio: *De tablista furioso qui si tesseris imperante.* in eodem Epigrammate *tabulam unam vincere* posuit, pro semel vincere in lusu tabulæ:

Hic si forte unam tabulam non arte, sed errans
Viceris, aut aliam nil bene dante manu:
Mox inflat venas, & pallida guttura tendit,
Plusque furit vincens quam superatus erat.

ludere tabulis dixit in numero plurali Abdias Babylonicus: *dum ludere tabulis & spectaculis non erubescunt.* sic τάβλαις παίζειν apud Eusebium l. v. ...φιλότης σπουδάζεται καὶ φιλοκοσμεῖ. ...φιλότης τάβλαις καὶ κύβοις παίζει. hoc est, *tabulis, & tesseris ludit.* tabulis autem ludere cum Latini dicunt, aut Græci τάβλαις vel ταβλίοις παίζειν, per *tabulas* non intelligunt alveos lusorios, sed vel tesseras ipsas vel calculos quibus in tabula luditur. Græci enim recentiores τάβλας etiam & τάβλια pro tesseris usurparunt. Grammaticorum Glossæ, κύβος τὸ τάβλιον. hinc ταβλία pro clavis aureis purpureisque

quibus vestes intexi prætexive solebant. Chronicon Alexandrinum: φορέσας στέφανον Ῥωμαίων καὶ χλαμύδιν ἄσπρον ὁλοσηρικὸν, ἔχον ἀντὶ πορφυροῦ χρυσοῦν βασιλικὸν ταβλίον. id est βασιλικὸν ταβλίον. regium clavum. idem Chronicon de Numa: οὗτος Νουμᾶς ὁ καὶ Πομπίλιος δεξάμενος πρεσβευτὰς ἐκ τῆς χώρας τῶν λεγομένων Πελασγῶν φορούντων χλαμύδας ἐχούσας ταβλία ῥουσαῖα, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰσαυρίας χώρας, καὶ προσθεὶς τὸ σχῆμα, ἐπενόησεν πρῶτος ἐν Ῥώμῃ χλαμύδας φορεῖσθαι, τοὺς μὲν βασιλικοὺς πορφυρᾶς, ἐχούσας ταβλία χρυσᾶ, τοὺς δὲ τῶν συγκλητικῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις χλαμύδας, ταβλία πορφυρᾶ, ἀξίαν δηλοῦντα τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας. ubi ταβλία χρυσᾶ, & ταβλία πορφυρᾶ, sunt clavi aurei, & clavi purpurei. κύβους etiam Græci veteres vocarunt hujuscemodi vestium clavos, hoc est tesseras. Hesychius: καὶ οἱ Σαλαμίνιοι κύβον λέγουσι τὸ τοῦ ἱματίου σημεῖον. *tesseras* Plinius lib. XXXVI. cap. 4x. Anastasius *tabulas*. in Hormisda: *Pallia holovera blattea cum tabulis auro textis de chlamyde vel stola imperiali.* sed de his alibi. *tabulas* porro hodieque vocamus, non alveolos in quibus luditur, sed calculos lusorios albos nigrosque, quibus luditur. & *tabularium* tabulam ipsam, vel alveum lusorium. Augustus apud Suetonium *forum aleatorium* vocat. nam *forus* & *tabula* idem. unde *fori navium* sunt tabulata, & *fori torcularium*. qui forum ibi aleatorium, τὴν ἀγορὰν κυβευτικὴν interpretantur, misere falluntur. Græci ἄβακον dicunt. unde Παλαμήδειος ἄβαξ. Ceterum in tabula illa lusoria, ut olim apud veteres, sic hodie apud nos, duplex præcipue ludus ludebatur: *calculorum*, quos & latrunculos dicebant: & *tesserarum*, quem & *tabulæ lusum* appellabant, & *tabulam*, & *aleam*, & *duodecim scriptorum ludum*. Martialis:

Tabula lusoria.

Heic mihi bisseno numeratur tessera puncto:
Discolor heic gemino calculus hoste perit.

heic, id est in tabula duodecim punctis notata luditur ad tesseram: & in eadem etiam tabula calculis, hoc est latrunculis luditur. hic est sensus illius distichi. eadem igitur tabula & tesseris & latrunculis serviebat. sed alterum tabulæ latus in quo tesseris ludebatur, lineis vel punctis duodecim descriptum distinctumque erat, in quibus calculi varie disponebantur, prout tesseræ cecidissent. lineas illas sive puncta, *scripta* etiam Latini vocabant, Græci γραμμὰς vel γράμματα. sic *scripta* & *scriptula* iidem Latini dixerunt in ponderibus, quæ Græci γράμματα. γράμμα, sive *scriptulum* tertiam drachmæ partem constituebat, hoc est duos obolos. dictum autem Græcis γράμμα, & Latinis scriptulum, quod duobus lineis scriberetur notareturque ad hunc modum :-: qua de re nos alibi. ita etiam *scripta* & *scriptula* dicebantur in tabula lineæ sive puncta in quibus calculi collocabantur. Ovidius:

Est etiam genus in totidem ratione reductum
Scriptula, quot menses annus orbis habet.

hinc *tabulæ* lusus, & *duodecim scriptorum* plane idem. nam tabulæ pars quæ tesseris serviebat, duodecim scriptis erat notata, in quibus ponebantur calculi. per illas enim lineas sive scripta movebantur, variosque positus ac situs accipiebant ex vario tesserarum jactu. vetus Epigramma, *de tabula*:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat,
Decertantque simul candidus, atque rubens:
Et quamvis parili scriptorum tramite currant,
Is capiet palmam, quem bona fata juvant.

scriptorum tramitem vocat scripta illa sive

ve lineas, per quas calculi currebant. ὁδὸν appellat Agathiæ Græcum Epigramma de hoc eodem luſu:

Δηποῖε γὰρ Ζήνωνα πολιοτέχον βασιλῆα
Γαίζοντα ἀφραστον ἐκπλέοντα κύβων,
Τοίη ποικιλότευχος ὅλην θέσις, ἀλλ' ἀπὸ λευκῶν
Τῶν κὴ ἑπτάδ' ὅτιλω εἰς ὁδὸν ἐρχομένων.

vias etiam appellat Iſidorus cap. *de figuris aleæ.* lib. XVIII. *ſed & ipſas vias ſenariis locis diſtinctas, propter ætates hominum argumentantur.* τόπους & χώρας Græci dicebant. Epigramma Græcum:

Ἀλλὰ μέλας διοσάς μὲν ἐν ἐγδοάτῳ λίπε χώρῳ,
Καὶ πόσας ἑτέρας εἰς θέσιν ἐνδεκάτην.

hinc μονόχωρος dicebatur infelix tabulæ luſor, qui ad unum ſcilicet calculum redactus erat, quique omnes calculos ſuos amiſerat. Gloſſæ: μονόχωρος, ἐν ταβλᾳ. *adunatus* quod ſupra jam explicavimus. in hoc enim luſu vincebatur qui cum paucioribus calculis erat relictus, immo qui omnes ad unum amittebat. Artemidorus lib III. cap. I. εἰ δέ τις νοσῶν παίζειν ὑπολάβοι ψήφοις, ἢ ἄλλον παίζοντα ἴδῃ, κακόν. μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸς λείποιτο ἐπειδὴ μείονας ἔχων ψήφους καταλείπεται ὁ νικώμενος. αὗται δὲ οἱ κύβοι ὁρώμενοι στάσεις καὶ ἔχθρας προαγορεύουσι. quemadmodum autem paulo ante notabamus in luſu latrunculorum, loculos lineis diſtinctos, in quibus calculi ſtatuebantur, dictos eſſe carceres, & mandras, & ſepta; ſic etiam in teſſerarum luſu lineæ & ſcripta per quæ currebant calculi, dicebantur *capſi*, & *ſepta*. Græce χαραγκώματα. Joannes Antiochenſis περὶ ἀρχαιολογίας: ὁ Παλαμήδης διὰ τῆς τάβλας τὸν γήϊνον κόσμον ἐδείκνυε· τὸν ζωδιακὸν κύκλον διὰ τῶν δώδεκα κάσων· διὰ τοῦ ψηφοβόλου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἑπτὰ κρικίων, τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανητῶν· διὰ δὲ τοῦ πύργου τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ ἀποδίδοται πᾶσι καλά τε καὶ φαῦλα. eadem verba apud Suidam habentur, ſed ita legenda ſunt: τάβλα ὄνομα παιδιᾶς ταύτην ἐφεῦρε Παλαμήδης εἰς διαγωγὴν τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατοῦ, σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ. τάβλα γάρ ἐστιν ὁ γήϊνος κόσμος· δώδεκα δὲ κάσοι, ὁ ζωδιακὸς ἀριθμός. τὸ δὲ ψηφοβόλον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἑπτὰ κρικία, τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανητῶν· ὁ δὲ πύργος, τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ ἀνταποδίδοται πᾶσι φαῦλα καὶ καλά. vulgo legitur, πολλὰ καὶ κακά. & vox κάσοι deeſt. minime dubitandum eſt quin δώδεκα κάσοι, quos illi vocant in tabula, ſint duodecim ſcripta. ſed quare κάσοι? aut quid ſunt κάσοι? κάσοι ſunt κάψοι. nam ψ & σ ſæpe apud Græcos invicem mutari conſueverunt. hinc σίττακος & ψίττακος idem. σαίσδας, & ψαίσδας: quod eſt genus unguenti. ſic κάσοι pro κάψοι. Heſychius: καψοὶ, οἱ τοῖχοι. καψοὶ ſunt *capſi.* Latina plane vox eſt *capſus*, quæ parietem craticium, aut vallum aut ſeptum ſignificat. hinc *capſus* in plauſtro, quem Græci πλέγμα vocant: & *capſum animalium*, pro ſepto vel ſtabulo apud Vellejum. recentior ætas Latinorum *ſedem* dixit. ſed verius eſt *caſſum* pro *capſum* ex more loquendi, quem infima Latinitas habuit, manaviſſe. ſic *caſſetam* pro capſeta, hoc eſt parva capſa vulgo dicimus. & *caſſam* alicujus ſancti, pro *capſa.* inde igitur κάσοι Græcis pro καψοί, loculamenta calculorum in tabula: quæ & puncta, & ſcripta dicebantur, & lineæ, & γραμμικαὶ χῶραι Græcis, & γραμμαί. κάσους, χαραγκώματα exponit Iſacius Porphyrogenneta in Paralipomenis Homeri. verba ejus ita legenda ac diſtinguenda ſunt: ὁ δὲ πρῶτος, de Palamede loquitur, τὸ ταβλίζειν, ἤτοι κυβεύειν ἐξεύρηκε· ἐν τῷ ἑπτὰ κρικίων, τὴν κίνησιν τῶν ἐν οὐρανῷ ἑπτὰ πλανητῶν· τῷ κατὰ μοῖραν καὶ τύχην ὡς φασὶν ἐπαγόντων χαρὰς τοῖς ἀνθρώποις καὶ λύπας ὁρίσαντα· τὴν

τάβλαν ἤτοι τὸν πίνακα τῆς παιδιᾶς, τὸν γήϊνον κόσμον· τοὺς δὲ δώδεκα κάσους ἤτοι τὰ χαρακώματα τούτου, τὸν ζωδιακὸν ἀριθμόν. κάσοι igitur sunt capsi. & capsi nihil aliud sunt quam χαρακώματα, ut recte interpretatus est Isaacius. duodecim capsos habuit tabula lusoria, in quibus calculi collocabantur, & per quos varie movebantur, secundum tesserarum jactum. *duodecim scripta* Latini vocarunt. sic tabulæ lusus, & duodecim scriptorum lusus omnino idem. tot enim tabula lusoria capsis, distinguebatur, & scriptis. *tabulæ certamen* dicitur Ausonio:

Vidimus & quondam tabulæ certamine longo
Omnes qui fuerant enumerasse bolos.

vetus Epigramma nondum editum, *de tabula*:

Indica materies, blandum certamen amicis
Offert se, belli fert simulacra tamen.

Quintilianus de lusu duodecim scriptorum: *an vero Scævola in lusu duodecim scriptorum, cum prior calculum promovisset essetque victus dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus redsit ad eum quicum luserat, isque ita factum esse confessus est.* Mucium Scævolam in duodecim scriptorum lusu excelluisse ex his Quintiliani verbis docemur. hoc idem didicimus ex vetere Epigrammate nondum edito, cujus auctor tabulæ inventorem Palamedem facit: summum autem amatorem, egregiumque lusorem Mucium Scævolam. Epigramma ipsum in gratiam studiosorum ex veteri libro descriptum heic exhibebo, cujus nobis copiam fecit eruditissimus & ingeniosissimus, castigatissimique judicii vir Joannes Lacurnæus, quem honoris causa nomino.

DE TABULA.

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
Qui vomit internas tesserulas gradibus.
Sub quarum jactu discordans calculus exit,
Certantesque fovet sors variata duos.
Hic proprium faciunt ars & fortuna periclum.
Hæc cavet adversis casibus, illa favet.
Composita est tabulæ nunc talis formula belli,
Cujus missa facit tessera principium.
Ludentes vario tum exercent prælia fato
Russeus an nitidus præmia forte ferat.
Pascitur à multis avide damnosa voluptas,
Ne fœdet gliscens otia segnities.
Hoc opus inventor nimium Palamedis amavit,
Et parili excellens Mucius ingenio.

Ex isto Epigrammate satis liquido constare potest, τὴν πεττείαν, quam Latini tabulam vocant, Græci etiam recentiores τάβλαν, & cujus inventor à Græcis traditur Palamedes, eamdem fuisse cum lusu duodecim scriptorum. in hoc lusu ars cum fortuna certabat. fortuna ex tesserarum jactu pendebat. ars in calculorum dispositione tota posita erat. licebat itaque quod forte male cecidisset, id arte corrigere, recte scilicet ludendo, & perite calculos ponendo. hinc illa Comici:

Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris,
Si illud quod maxime opus est jactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte corrigas.

ludere tesseris, est πεττεύειν. οἱ πεττοὶ sunt tesseræ, quarum inventor Palamedes, ut paulo post dicam. qui male igitur jactarat, male jacta non dabat, sed artem pro fortuna adhibebat, & in melius reponere tentabat, quod infeliciter ceciderat. male jactat, cui quod jactu opus est non cadit. male jactum dat, qui quod male cecidit, non corrigit, sed fortunam tesserarum sequitur, nullamque artem adhibet, qua vim fati aleæque male faventis frangat, vel saltem molliat. Hæc dixi ut explicarem emendaremque Ovidii versum, quo præcipit amanti cum amica sua ludenti, ut & male tesseras jactet, & male calculos moveat,

moveat, & sic de industria perdat, ac vinci se patiatur.

Seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos,
Tu male jactato, tu male jacta dato.

male hodie legitur: *tu bene jacta dato.* nos ex veteribus libris ita correximus. jactabantur tesseræ, dabantur calculi, id est promovebantur. dare enim calculum dicebant, pro movere. in jactandis tesseris fortuna dominabatur. in dandis hoc est promovendis calculis sola ars locum habebat. male igitur jactabat, qui in tesserarum jactu fortunam parum sibi faventem habebat: male autem calculum dabat, qui male ludebat, & imperite nec ex arte calculum promovebat. poterat vero aliquis qui male jactasset, etiam si male jactus cecidisset, bene tamen calculum dare, in quo ars erat, & sic malam fortunam corrigere. at vult Ovidius eum qui cum amica ludit, & male jactare tesseras, hoc est infelicem jactum adducere, & male etiam calculos dare. favente fortuna bene aliquis jaciebat, artis autem erat ut bene calculum daret. hinc ars & fortuna pariter in hoc lusu valebant vetus Epigramma paulo ante citatum:

Heic proprium faciunt ars & fortuna periclum.
Hæc caret adversis casibus, illa favet.

ex vario tesserarum jactu varie per scripta, & lineas movebantur ac disponebantur calculi. ποικιλότευκτον θέσιν calculorum vocat Agathias Epigrammate in tabulam Zenonis:

Τοίη ποικιλότευκτος ἔλεν θέσις.

narrat deinde toto Epigrammate, qualis situs vel ordo ac positio calculorum fuerit, nigrorum alborumque in illa Zenonia tabula. ποικιλότευκτον illam θέσιν, *ordinem* nominavit Quintilianus: *repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset recordatus.* Aristænetus ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων. epist. xxiii. lib. i. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀντεραστῶν ἀστραγαλίζων ἢ κυβεύων συγχέομαι τὸν νοῦν, ὑπ' ἔρωτος μεμηνότος, κἀντεῦθεν περὶ τὰς ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων πολλὰ παραλογιζόμενος, ἐμαυτὸν καὶ τὸν κυβευτικώτερον τὴν παιδιὰν ἡττῶμαι· πολλάκις γὰρ μετέωρος ἐκ τοῦ πάθους ταῖς ἡμετέραις βολαῖς ἀντὶ τῶν ἐμῶν τὰς ἐκείνων διατίθημι ψήφους. infelix hic ex æquo amator, & aleator, quoties cum rivalibus suis luderet, adeo præ amore nihil videbat, ut sæpe ex jactu tesserarum, quem ipse jecerat, non suos sed adversariorum calculos moveret, ac ordinaret. quotiescunque autem aliquis hunc lusum ludens, calculum dedisset, & mox pœnitentia ductus, datum reducere ac revocare vellet, licebat hoc ei facere, modo fieri concederet is quicum ludebat. Cicero: *ita tibi concedo, quod in duodecim scriptis olim, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet.* Græci dicunt ἀναθέσθαι ψῆφον, calculum reducere. θέσθαι ψῆφον, est calculum ponere. contrarium, ἀναθέσθαι, quod est ex eo loco in quem datus erat, retrahere, & in pristinam sedem revocare. Plato Hipparcho: ἀλλὰ μὴν καὶ ὥσπερ πεττεύων ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅ, τι βούλει τῶν εἰρημένων, ἵνα μὴ οἴῃ ἐξαπατᾶσθαι. ex his etiam colligere licet πεττοὺς & duodecim scripta non esse diversa. nam proculdubio ad hunc Platonis locum Cicero allusit. θέλω σοι ἀναθέσθαι, ad verbum est, *volo tibi concedere ut calculum reducas: volo tibi calculum corrigere.* Hesychius: ἀναθέσθαι, μεταγνῶναι. ἐπὶ τῶν πεσσῶν ἐλέγετο· οἱ γὰρ παίζοντες καὶ τὰς ψήφους διορθοῦν. ita legendum apud Hesychium. vulgo excusum est, ὁμολογῆσαι. μεταγνῶναι autem exponit Hesychius. nam proprie ἀναθέσθαι significat, dati calculi pœnitere, & eum revocare. Antipho περὶ ὁμονοίας. ἀναθέσθαι δὲ ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστι. *vitam ut calculum reducere ac revocare non datur.* ἀναθέσθαι βίον Græci Grammatici interpretantur, ἄνωθεν βιῶναι μεταγνόντας ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ. recte igitur μεταγνῶναι reposuimus apud Hesychium pro ὁμολογῆσαι. Suidas exponit,

exponit, μεταθεῖναι, μετακινῆσαι, μεταθεῖναι ἢ ἀναθέσθαι, τὸ μεταθέσθαι, ἀπὸ τῶν πεττευόντων καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους διορθούντων. *datum calculum corrigere*, nihil aliud est quam jam promotum reducere ac revocare. Ausonius de tabulæ certamine:

Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ revocata moras.

ad singulos bolos, hoc est ad singulos tesserarum jactus, secundum puncta dabantur, hoc est movebantur calculi. at si male datum calculum judicabat lusor, pœnitentia ductus eumdem revocabat, concessu collusoris. Erravit magnopere Turnebus qui bolos in eo ludo dari revocarique solitos adnotavit, atque ita locum illum Ausonii interpretatus est. boli sunt jactus tesserarum, vel etiam tesseræ ipsæ quæ jaciebantur. atqui boli non dabantur nec revocabantur, sed simpliciter jactabantur. prout autem boli cecidissent, ita dabantur calculi, aut si alicujus dati pœnituisset lusorem, revocabantur. Ovidius:

Tu male jactato, tu male jacta dato.

male jactabantur tesseræ ab infelici aleatore: male dabantur calculi, ab imperito lusore. jaci igitur proprie dicebantur tesseræ, dari calculi. hinc *jactus* videtur proprie vocari debuisse tessera, quod jaceretur; datus autem calculus, quod daretur. at vice versa *datos* vel *dados* vocamus tesseras, *jactos* vero calculos. hinc *jacti* vel *jactones* nobis hodieque dicuntur calculi quibus in putandis rationibus utimur. Græci sane βόλους non tantum tesserarum jactus, sed etiam tesseras ipsas nuncuparunt. Eustathius: κύβοι μὲν γὰρ οἱ καταρριπτόμενοι ἑξάπλευροι βόλοι, καὶ οἱονεὶ καταχυβιστῶντες ἐν τῷ βάλλεσθαι. inde diminutivum, βόλιον, tessera. Glossæ: βόλια, *tessera*. aliæ Glossæ: *tessera*, βόλια, ψῆφοι. Hesychius: πεττοί, βόλια ἐν οἷς ταβλίζουσι. in veteri inscriptione tabulæ lusoriæ, quam paulo post proferemus: εἰς τὰ βόλια παίζων, *tesseris ludens*. βολίδας etiam appellarunt. Epigr. Græcum εἰς τάβλαν·

Μήτε σὺ νικήσας μεγαλίζεο, μήτ' ἀπολειφθεὶς
Ἄχνυσο, τὴν ὀλίγην μεμφόμενος βολίδα.

item aliud εἰς τὸ αὐτό·

Παίγνια μὲν τάδε πάντα, τύχης δ' ἑτερότροπος ὁρμὴ
Ταῖς ὀλίγαις ταύταις ἐμφέρεται βολίσι.

jacula veteribus Latinis. Isidorus: *olim autem tesseræ jacula appellabantur a jaciendo. jaculum* est βολὶς vel βόλιον. Glossæ: βολὶς, *jaculum*. quemadmodum autem πεσσοὺς Græci & pro tesseris, & pro calculis usurparunt, sic Latini etiam tesseras posuerunt, ἀντὶ κύβων καὶ ἀντὶ ψήφων. Glossæ: *tesseræ*, βόλια, ψῆφοι. Græci quoque recentiores, τάβλας tam de calculis, quam de tesseris dixerunt. quo minus mirum est, *datos* nos hodie vocare tesseras, cum ita vocari potius deberent calculi, & *jactos* è contrario pro calculis sumere, cum id nomen magis conveniret tesseris, quod jaciantur. Græci quoque Grammatici κύβον, πεσσοὺς ψήφους πεττευτικὰς dici autumant. calculi vero, sive ψῆφοι quibus in tabula ludebant, erant rotundi. Tabulæ porro lusum, hoc est τὴν πεττείαν, à Palamede inventum fuisse inter omnes constat. Sophocles in tragœdia cognomine:

Οὐ λιμὸν οὗτος τῶν δ' ἔπαυσε σὺν θεῷ
Εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
Ἐφεῦρε, φλοίσβου μετὰ κόπον καθημένοις,
Πεσσοὺς κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

Euphorion: Πεσσὰ Ναυπλιάδαο. πεσσοὺς igitur invenit Palamedes. scribit Herodotus Lydos tesserarum lusum primos reperisse, & talorum, & pilæ, πλὴν πεσσῶν. τούτων γὰρ, inquit, τὴν εὕρεσιν οὐκ οἰκειοῦνται Λυδοί.

Λυδοί. Græcorum igitur inventum οἱ πεττοὶ à Palamede, belli Trojani temporibus. qui πεσσοὺς apud Herodotum talos, aut calculos verterunt, falsi sunt. jam multo ante Palamedem & tesseræ, hoc est κύβοι, & tali, hoc est ἀστράγαλοι erant reperti. ψήφους etiam hoc est calculos non primus invenit, sed πεσσούς. diximus jam supra πεσσοὺς non simpliciter aut calculos aut tesseras significare, sed & calculos simul & tesseras, & lineas etiam sive scripta quibus tabula lusoria distinguebatur. hæc omnia significabat vox una πεσσὸς ὁμωνύμως. Grammatici: ἰστέον δὲ ὅτι βούλεται κυβευτῶν τοὺς πεσσοὺς φασὶν οἱ παλαιοί, καὶ ὅτι καὶ πεσσὰ οὐδετέρως οἱ πεσσοί, καὶ ὅτι πεσσὰ ὁμωνύμως ἡ γραμμὴ, καὶ ἡ ψῆφος. Hesychius: πεσσὸς, οὕτως ἐκάλουν τὰς ψήφους αἷς ἔπαιζον. πεσσοῖσι, τοῖς κύβοις, παρὰ τὸ πίπτειν αὐτούς. quoties ergo legimus apud veteres τὴν πεττευτικὴν à Palamede inventam, de hoc lusu debemus intelligere, qui tesseris calculisque constabat, & tabula in qua ludebatur, lineis multis distincta, per quas calculi movebantur ad tesserarum jactum. totam istius ludi dispositionem modo πεσσὸν, modo κύβον vocabant veteres, quod & tesseris & calculis simul peragerctur. Eustathius: Ἡρόδοτος οὖν φανερῶς διαφέρειν δηλοῖ κύβον καὶ πεσσὸν, ἐν οἷς λέγει ὅτι Λυδοὶ τοὺς κύβους εὗρον καὶ τοὺς ἀστραγάλους καὶ τὴν σφαῖραν, καὶ ἄλλα παίγνια πλὴν πεσσῶν. mox περὶ πεττείας, ita scribit: ἰστέον δὲ καὶ ὡς ποτὲ μὲν ἐκ μέρους κύβος ἡ ὅλη διάθεσις τῆς παιδιᾶς. ποτὲ δὲ πεσσός. quod enim & tessera & calculus ad hunc lusum adhiberentur, interdum κύβον, interdum πεσσὸν totum ludum appellarunt. proprie enim πεσσὸς calculum significabat. Romani, quoque *aleam* dixerunt hunc ludum, ut Græci κύβον. quod supra jam à nobis notatum est. *tabulam* etiam τὴν ὅλην διάθεσιν παιδιᾶς vocarunt à tabula in qua ludebatur. tria enim totum hunc ludum constituebant, tesseræ, calculi, & tabula lineis XII. conscripta. tabulam πλινθίον πεττευτικὸν Græci vocant & ἀβάκιον. inter κυβευτοῦ ὄργανα recenset Pollux & ἀβάκιον. κυβευτοῦ σκεύη, ἄβαξ, ἀβάκιον, κύβοι, &c. idem alibi: Ἄμφις ἐν τοῖς κυβευταῖς εἴρηκεν· τάλια, κημοὶ, φιμοὶ, κηθὶς, κόσκινον, ἀβάκιον, κύβοι, πεττοί. hinc Παλαμήδειον ἀβάκιον. Grammatici Græci: τὴν πεττείαν Παλαμήδης εὑρεῖν λέγεται. ὃ παρώνυμον τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον. Latini Græcique recentiores *tabulæ* quoque inventionem Palamedi passim tribuunt. sed *tabulam* cum nominant, totam ludi complexionem intelligunt, tesseris calculisque constantem, & in tabula lusitari consuetam. vetus Epigramma Latinum ἀνέκδοτον, *de tabula*:

Has acies bello similes cano, quas Palamedes
Constituit casu vario, paribusque periclis.

aliud Epigramma vetus, etiam ἀνέκδοτον, *de tabula* similiter inscriptum:

Hoc opus inventor nimium Palamedis amavit,
Et parili excellens Mucius ingenio.

Suidas: τάβλα, παιδιᾶς ὄνομα ἣν ἐφεῦρε Παλαμήδης. Joannes Antiochensis, cujus locum jam supra retulimus: ὁ Παλαμήδης διὰ τῆς τάβλας τὸν γαΐνον κόσμον ἠνίξατο. τὸν ζωδιακὸν κύκλον διὰ τῶν δώδεκα κάσων, &c. verum enimvero magnopere observandum est, istum tabulæ lusum, cujus inventionem multi Palamedi defendunt, longe mihi diversum videri ab antiqua illa πεττείας, cujus auctorem repertoremque faciunt Palamedem antiquissimi Græci scriptores. hoc tabulæ ludicrum tesseris calculisque peragebatur, arte ac fortuna temperabatur, in tabula vero ludebatur duodecim lineis descripta ac notata, per quas vario situ atque ordine calculi disponebantur, & promovebantur: ad singula cadentium tesserarum puncta. quare Latini *duodecim scripta* hunc

hunc lusum vocarunt. duodecim enim scriptis erat distincta tabula. triginta calculis totum opus constabat, quindecim nigris, & quindecim albis. at vetus Græcorum πεττεία quam à Palamede proditam perhibent, longe alia. πεττείαν illam quasi πεντείαν dictam volunt Grammatici, quod uterque lusorum quinque tantum calculos haberet, & quinque lineas in quibus statuebantur illi calculi. sic quinæ utrinque lineæ. inter illas alia quædam media ferebatur, quam sacram vocabant. qui inde calculum movere cogebatur, proverbium tollebat, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. hunc lusum ita Grammatici describunt: ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν οἱ πεσσοὶ, πέντε δὲ ἑκάτερος εἶχε τῶν παιζόντων ἐπὶ πέντε γραμμῶν, εἰκότως εἴρηκε Σοφοκλῆς:

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

τῶν δὲ πέντε ἑκατέρωθεν γραμμῶν μέση τις ἦν ἱερὰ καλουμένη, καὶ ὁ τὸν ἐκεῖθεν κινῶν πεττὸν παροιμίαν ἐποίει, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. tesseræ in illo genere ludi nullum locum habebant: solis calculis res agebatur, qui de linea in lineam promovebantur, usque ad mediam, quæ & sacra dicebatur. ad quam qui pervenerat, ultima necessitate compulsus, & ad incitas redactus, calculum inde movebat, in extremum subsidium. nihil enim post hanc restabat, & manus erant victori dandæ. inde proverbium, κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. Alcæi verba ita legenda sunt: νῦν δ' οὗτος ἐπικρέκει κινήσαις τὸν ἀφ' ἱερᾶς πυκινὸν λίθον. tesseras ad hunc lusum non fuisse adhibitas locuples testis Hes. his verbis:

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ πυρκαεῖ. παρόσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον. διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναῤῥιπτοῦσιν ἐν δὲ τῇ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. aperte κυβείαν ἀπὸ τῆς πεττείας distinguit, quod in κυβείᾳ tesseræ jactarentur, in πεττείᾳ vero solum calculi transmoverentur. atqui πεττείαν idem Grammaticus, alibi κυβείαν interpretatus est, & πεττεύειν, κυβεύειν. πεττεία, ἡ διὰ κύβων παιδιά. quid ad hæc respondebimus? an mutatam fuisse dicemus, & à posterioribus interpolatam totam illius ludi rationem quem Palamedes invenerat? ut tesseras addiderint posteriores, calculorum numerum linearumque ampliarint, & alia multa de novo commenti sint in hac lusione, quæ ab inventore prodita non fuerant. Dici certe hoc poterat, sed longe verius est quod mihi subito dum hæc scribo in mentem venit: duplicem apud Græcos usitatam fuisse πεττείαν, alteram à Palamede, alteram ab Ægyptiis. quæ à Palamede instituta est, simplicissima fuit, & solis quinque calculis quos πεσσοὺς Græci dicunt, ab utraque ludentium parte tractabatur, absque tesseris. nam quinque calculos unusquisque lusorum habebat in quinque lineis ponendos. hinc πεσσὰ πεντέγραμμα Sophocli. sic decem lineas habebat tabula in qua ludebatur, & unam præterea medianam, quæ inter illas decem protendebatur, quam dicebant sacram. formam tabulæ oculis subjiciemus.



possit

possit tamen aliquis putare lineas omnes in illa tabula parallelas fuisse descriptas ad hunc modum.



ut ut sit, quinæ ab utraque parte lineæ dabantur lusoribus. uterque τὰς καθ' ἑαυτὸν habebat. media inter illas sacra trahebatur, ad quam victus quasi ad ultimam anchoram confugiebat. Eustathius ex vetusto nescio quo auctore: τοὺς δὲ πεσσοὺς λέγει ψήφους εἶναι πέντε, οἷς ἐπὶ πέντε γραμμῶν ἔπαιζον ἑκατέρωθεν, ἵνα ἕκαστος τῶν πεττευόντων ἔχῃ τὰς καθ' ἑαυτόν. Σοφοκλῆς·

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαί.

παρετείνετο δέ φησι δι' αὐτῶν καὶ μέση γραμμή. ἣν ἱερὰν ὠνόμαζον, ἐπεὶ ὁ νικώμενος ἐπ' ἐσχάτην αὐτὴν ἵεται. nulla in hoc lusu fortuna aut alea: nam nullæ tesseræ. ars igitur omnia faciebat. ideo Sophocles de his πεσσῶν loquens, quos primus invenit Palamedes, semper eos ἀπὸ τῶν κύβων separat. in tragœdia Ναυπλίῳ Πυρκαεῖ:

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολάς.

in tragœdia Παλαμήδῃ:

Πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

non erraverit igitur qui πεσσοὺς apud Herodotum verterit *calculos*, ubi dicit, tesseras & talos à Lydis inventos, & alia hujusmodi ludicra πλὴν πεσσῶν. πεσσοὶ enim sive πεσσὰ ibi sunt calculi. Ægyptiaca vero πεττεία longe operosior erat & ingeniosior quam illa Palamedica tota siquidem φιλοσοφικῶς & ad rationem astronomicam, composita fuit & excogitata. & hæc ipsa nostra est, de qua nunc tractamus, quæ tesseris calculisque in tabula duodecim lineis exarata ludebatur, quam propterea Romani duodecim scriptorum appellabant. narrat Plato in Phædro primos omnium hominum Ægyptios invenisse ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν, καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ, πεττείαν καὶ κυβείαν, καὶ δὴ γράμματα. Græci commentatores ibi notant πεττείαν minime à Platone designari τὴν παρ' Ἕλλησι, quam primus scilicet reperit Palamedes, sed τὴν τῶν λεγομένων πεττευτηρίων. πεττευτήριον vocant, quam Latini tabulam, Græci recentiores τάβλαν. tabula enim duodecim lineis conscribillata, cursum Solis ostendebat per duodecim Zodiaci signa. κατεχρῶντο γάρ τι πλινθίον ὥσπερ ἐν τῇ πεττευτικῇ παιδιᾷ δι' οὗ τὰ κινήματα ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐκλειπτικὰ πραγματεύονται Αἰγύπτιοι. Scribit idem Eustathius alio loco philosophicam fuisse Ægyptiorum πεττείαν. ὅτι δὲ, inquit, τὴν πεσσῶν εὕρεσιν Αἰγυπτίοις ἀνατιθέασιν ἕτεροι, καὶ ὅτι οὐ παικτικὴ, ἀλλὰ φιλόσοφος ἡ Αἰγυπτιακὴ πεττεία. ἐν ἄλλοις δηλοῦται quis negare possit illam Αἰγυπτιακὴν πεττείαν. tabulam fuisse veterum in qua tesseris calculisque ludebatur? quem quidem ludum philosophia multa refertum esse sic adstruunt. tabulam enim terrenam istam, quam calcamus, mundi plagam significare. duodecim scriptis sive duodecim lineis, δώδεκα χώρους quidam vocarunt, duodecim Zodiaci signa designari. per septem tesseras quæ in psephobolo habebantur, septem

tem planetas repræsentari. per pyrgum, altitudinem cæli. hunc ipsum tamen ludum, & hanc ipsam φιλοσοφικὴν πεττείαν plerique auctores non Ægyptiis sed Palamedi tribuunt, & ab eo primum inventam esse scribunt. Suidas: τάβλα, παιδιᾶς ὄνομα. ταύτην ἐφεῦρε Παλαμήδης εἰς διαγωγὴν τοῦ ἑλληνικοῦ στρατοῦ σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ. plura testimonia supra congessimus. sic utramque πεττείαν sæpe auctores confundunt: simplicem illam nimirum quæ solis quinque calculis, in quinque lineis absque tesseris ludebatur, cujus repertorem fuisse Palamedem canit Sophocles: & istam duplicem, & φιλοσοφικωτέραν, quæ quindecim calculis ad tesseram lusitabatur in duodecim lineis sive scriptis, quam multi ab Ægyptiis repertam esse volunt, & cujus etiam nonnulli auctorem faciunt Palamedem. Igitur Hesychius quum πεττείαν ἀπὸ τῆς κυβείας distinguit, manifesto simplicem illam intelligit quæ meris calculis, absque ullo tesserarum jactu exercebatur: quum vero alio loco πεττείαν interpretatur, διὰ κύβων παιδιὰν, de ista duplici accipit, in qua & tesseræ jactabantur, & ad earum jactum calculi movebantur. de hac etiam accipiendi auctores quoties πεττοὺς ἀντὶ κύβων usurpant, & πεττεύειν ἀντὶ τοῦ κυβεύειν. Hesych. πεσσοῖς, πεττοῖς, βόλοις, κύβοις. inde apud Aristænetum πεσσοὶ sunt tesseræ: καὶ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχεῖς μὲν ἐμοὶ, εὐστολώτεροι δὲ τοῖς ἐναντίοις. in hoc enim ludo πεττοὶ sunt tesseræ, in illo altero simplici sunt ψῆφοι, hoc est calculi. Suidas: πεσσοί, κύβοι. καὶ πεσσοὶ ψῆφοι παρ' Ἡροδότῳ ἐν αἷς ἔπαιζον. corrigendus idem Suidas in his verbis: πεττεύουσι, ταβλίζουσι καὶ πεττείαις, παιδιαῖς, αὐλοῖς. lege: παιδιαῖς, τάβλαις, vel ταύλαις. Hesychius: πεττείαις, κύβοις, τάβλαις, παιδιαῖς. male apud Hesychium παιδίλαις. Tabulæ porro veteris lusoriæ formam ex Thesauro antiquarum inscriptionum Grutteri nostri prolatam heic subjiciemus. ibi enim hactenus ignorata latuit, & nihil minus quam tabulam eam lusoriam esse cogitarunt docti. sic igitur habet.

Roma

Romæ tabula marmorea reperta in piscina publica prope Arvilustrium in vinea.



Hæc tabula marmorea, alveus plane fuit veterum lusorius, in quo tesseris calculisque ludebant, quique duodecim scriptis sive lineis ex utroque latere distinctus erat. longiorem vides esse quam latiorem. ita fiebat. Plinius ex actis triumphorum Pompeji Magni: *transtulit alveum cum tesseris lusorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quattuor.* tertia pars igitur latitudinis ad longitudinem adjiciebatur ut plurimum, in illis lusoriis alveis fabricandis. talis etiam hodieque forma nostrorum alveolorum, quæ *tablaria* dicimus. Ceterum tabulam illam marmoream tesserariam fuisse, si nihil aliud ostenderet, certe inscriptio ejus, satis hoc fateretur. ea præter vitiosam scribendi consuetudinem qua tunc utebatur vulgus, vitiose etiam à viris doctis descripta est. sic autem videtur scriptum fuisse in marmore.

ΟΔΕ ΠΕΖΩΝ
ΤΟΝ ΙC ΤΑ
ΒΩΛΙΑ
ΙC ΧC
ΝΙ ΚΑ
ΚΕ ΒΟΙΘΙ ΤΟΥC ΓΡΑ
ΨΑΝΤΑC ΑΦΤΟΝ
ΚΑΙ ΠΕΖΟΝ
ΤΑC ΙC ΤΑ
ΒΟΛΙΑ
ΑΜΗΝ.

quæ verba ita constituenda sunt: *ὧδε παιζόντων εἰς τὰ βόλια Ἰησοῦς Χριστὸς*

Χρισὸς νικᾷ, κὴ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν κὴ παιζοντας εἰς τὰ βόλια. Notabis obiter vulgarem & barbarum Græce scribendi morem in hac inscriptione, qui & alibi mihi in multis medii infimique ævi monumentis ac scriptis observatus est. ὦδε pro ὧδε. πιζοντων, & πιζοντας, pro παιζόντων & παίζοντας. κὶ pro Ϛ. hæc scriptura mille locis reperitur in antiquo Glossarum Codice. ἐπισφειρα pro ἐπισφαίρα. σφίρα pro σφαῖρα. ἐλία pro ἐλαία. ἱερα pro αἴρα. & alia ὅσα κόνις. sic in veteri inscriptione Græca Ἀ'θλιον legitur pro Ἀ'θλιαιον. & in alia, κεῖτι pro κεῖται· ἔνθα κεῖται Εὐδεκία. item in alio saxo: κατάκιτε pro κατάκειται) ἐνθαδε κατάκιτε Νικηφόρος. ἐνθάδε κατάκιτε Εὐςόχιος. κὶ pro Ϛ in alio item monumento positum observavi. ἰς in hac tabula pro εἰς, & βοηθῖ pro βοηθεῖ & hæc quoque vulgo recepta apud imperitos scribendi consuetudo. sic in veteri inscriptione, ὐδὶς pro οὐδεὶς. & δίψυχε pro δίψυχι. αἰμονεςος pro αἰμονεςος· ΕΥΨΥΧΙ. ΤΕΚΝΟΝ. ΟΥΔΙΣ. ΑΘΑΝΑΤΟΣ. & in alia ἀδρόμι pro ἀδρόμεθα. frequens etiam hæc scriptura occurrit in vetusto Glossarum exemplari manu exarato, qui in Bibliotheca clariss. P. Puteani servatur. ἀφτον pro αὐτὸν eadem tabula scriptum præfert. ita pronuntiabat, scribebatque illo tempore Græcorum vulgus. sic ἀφθέντης pro αὐθέντης scribere amabant, & κλάψιμον pro κλαύσιμον, & alia sexcenta similiter de quibus nos alibi. βοηθεῖν τινά, recentioris hellenismi loquutio, quæ frequenter occurrit apud Græcos auctores infimi ævi. apparet hanc tabulam lusoriam Christiani hominis fuisse. nam & crucem in medio fingendam curavit, & Christi nomen scribendum. parum Christiane nam & impie, adjutorem illum futurum dicit ludentibus aleam, legibus vetitam, bonisque moribus contrariam, omnibus olim Christianis impermissam, postea solis interdictam clericis. Justinianus Novella CXXIII. ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις κὴ πρεσβυτέροις κὴ διακόνοις κὴ ὑποδιακόνοις, κὴ ἀναγνώσταις κὴ παντὶ ἄλλῳ οἱῳ δήποτε ἀγίου τάγματος ἢ σχήματος καθεςῶτι ταβλίζειν ἢ τοῖς τοιούτοις παιζόντων κοινωνοὺς ἢ θεωρητὰς γίνεσθαι. Canon tamen quinquagesimus sextæ synodi tam laicos quam clericos alea ludere vetat. qui in ea re similis est XLIII. Canoni sanctorum Apostolorum. nunc tabulam ipsam per partes ac veluti per lineas explicemus. dextrum vides ejus latus & sinistrum, utrumque à summo ad imum duodenis descriptum lineis, sibi invicem respondentibus, & ex adverso oppositis. sic fiunt in totum viginti quattuor lineæ, quibus hæc tabula distincta est. totidem hodieque sunt in nostris alveis lusoriis. prima & summa linea dextri lateris, quasi sola posita est, si recte nobis tabulam expresserunt, nam longiore intervallo à sequentibus separatur. post eam sequuntur ternæ æquis spatiis disparatæ. post eas aliæ binæ quæ per decussem inter se junguntur. hæ senæ lineæ dimidiatum latus dextrum tabulæ constituunt. sequuntur in ejusdem lateris altera parte ternæ lineæ æqualibus intervallis à se disjunctæ: mox paulo longiore relicto spatio, aliæ ternæ & ipsæ æqualiter distantes invicem. hæ sex fiunt. sic duodecim lineas sive scripta latus habet dextrum, totidem sinistrum, eodem ordine parique situ positas. ternis igitur, ut vides, lineis descripta erat veterum tabula, hodierna senis. nam quater senæ lineæ hodie in nostris lusoriis tabulis habentur descriptæ. Isidorus de figuris tabulæ: *sed & ipsi senas vias senarias locis distinctas propter ætates hominum, trinariis lineis propter tempora argumentantur, inde & tabulam ternis descriptam dicunt lineis.* primam dextri lateris lineam, dicebant & summam. Græci quoque recentiores Latinam

vocem retinuerunt, & σῆμμον χῶρον appellarunt in tabula. Agathias de tabula Zenonis:

Ἑπτὰ μὲν ἕκτος ἔχεν, μελανίνατος
αὐτὰρ ὁ σῆμμος
Διοσσὰς ἀμφιέπων ἴσος ἦεν δεκά-
τῳ.
Οἱ δὲ πέλας μετὰ σῆμμον, ἔχον
δύο.—

ultimam infimamque lineam dextri lateris duodecimam vocabant. revera enim erat duodecima. ab illa ultima dextri lateris linea quæ & duodecima, transibant ad ultimam sinistri lateris ex adverso respondentem & oppositam, eamque tertiam decimam appellabant. Epigramma in tabulam Zenonis:

Ἀμφὶ δυωδεκάτῳ διέπρεπον εἴκελοι
ἄλλαι,
Καὶ τρισκαιδεκάτῳ ψῆφος ἔκειτο
μία.

post tertiam decimam, sequebatur locus quartus decimus quem Antigonum dicebant. post Antigonum quintus decimus, atque ita deinceps secundum numerorum ordinem ascendentes numerabant usque ad primam sinistri lateris lineam, quæ & vigesima quarta erat, & ultima omnium viginti quattuor tabulæ linearum statuebatur. πύματον χῶρον eam vocat Agathias:

— εἰσὶ δ᾽ ἄλλαι
Εἶχε διχθαδίας τέτρατος ἐκ πυ-
μάτου.

τέτρατος ἐκ πυμάτου, erat vigesimus. fortasse tamen aliquis existimare possit, nec sine ratione, decimum tertium locum sive scriptum tabulæ non illum fuisse, qui sinistri lateris ultimus erat, sed qui primus. nam à duodecimo puncto & ultimo dextri lateris, verisimilius videri transitum esse factum, ad primum sinistri lateris, quam ad ultimum. hoc etiam mihi verisimilius videtur. prima igitur & summa linea sinistri lateris sequebatur ultimam & duodecimam dextri: ideo tertia decima ipsa dicebatur. sic πύματος χῶρος, quem vocat Agathias, vigesimus quartus, atque idem ultimus & infimus sinistri lateris. *punctum, lineam, scriptum, locum* confundimus. nam hæc omnia συνώνυμα sunt. præter nomina numerorum quæ punctis illis sive locis tabulæ imposita erant, unus etiam dicebatur, Ἀντίγονος, & alter δῖβος. Agathias:

— μουνάδα δ᾽ ἄλλην
Ψῆφον τὴν πυμάτην ἀμφιέπεσκε
δῖβος.

& paulo post:

Δίζυγας Ἀντιγόνου διεκόσμεεν.—

δῖβος Latinum nomen est, ut & σῆμμος. δῖβος igitur est *divus*. nemo nescit Imperatores Romanorum divos post mortem appellatos. Hic tabulæ ludus ad imaginem belli plane compositus erat. inde tabulæ certamen dicebatur. in eo calculi nigri vel russei cum albis certabant. vetus Epigramma:

Decertantque simul candidus atque rubens.

& in alio:

Namque acie æquali concurrit russeus albo.

item aliud:

Has acies bellis similes cano, quas Palamedes
Constituit.

sic in uno latere tabulæ locus erat, qui dicebatur *divus*; quasi Regis Romani sedes: in altero oppositus & contrarius, *Antigonus*. quod est nomen Macedonum regis: quos semper Romanis adversos & contrarios fuisse notum est. albi calculi cum nigris vel rubeis certabant. albi in dextro latere statuebantur, nigri in sinistro. *Divus* erat in dextro latere, *Antigonus* in sinistro. duodena puncta utrumque latus habebat, invicem sibi opposita & contraria. hinc *duodecim scriptorum* ludum Romani eum dixerunt. hinc δώδεκα χώρους, & δώδεκα χαρακώματα in tabula fuisse dicunt Johannes Antiochensis, Cedrenus, Suidas, & Isacius Porphyrogenneta. Martialis quoque *duodeno puncto tesseram in tabula numerari* dixit. *puncta*

enim & *scripta*, & χώροι, & χαρακώματα & γραμμαὶ & χῶραι & *lineæ*, idem significant in hac re. non igitur existimandum est, quod duodecim scriprorum ludus hic vocaretur, eo duodecim tantum scriptis totam fuisse distinctam tabulam. ut alterum latus sex modo puncta vel scripta habuerit, alterum totidem, & sic duodecim in totum puncta tabulæ fuerint: ideo enim *duodecim scripta* vocabantur, quod utrunque latus tabulæ seorsim sua duodena puncta sive scripta haberet ex adverso sibi opposita, & contrarios sustinentia calculos, & inter se sub tesserarum jactu decertantes. sic plane in lusu πεσσῶν Palamedicæ πεντέγραμμα πεσσὰ dicebantur, quod utrumque tabulæ latus seorsim quinque lineis descriptum esset. nam tota tabula decem lineis erat distincta, & alia præterea undecima quæ per medium illarum trahebatur, & sacra nuncupatur. quod ad hunc vero tabulæ lusum attinet, & duodecim scriptorum, sciendum est omnino eumdem esse paucis mutatis, cum eo quem vulgo *tricstracum* appellamus, ὀνοματοπεποιημένως, à sono quem calculi in tabula moti faciunt. similiter enim in hoc & in illo fortuna temperatur arte, tesserarum calculorumque usus est, & calculi ad jactum tesserarum moventur. par in utroque calculorum numerus. pari quoque punctorum linearumve numero conscribillata tabula. ratio vero ludendi in quibusdam parum diversa. qualis autem & quanta diversitas fuerit antiquæ tabulæ & hodiernæ, nos libello peculiari, quem de utriusque ludi comparatione scripsimus, adfatim tractamus. *Tricstracum* antiquorum belle describit Agathias epigrammate εἰς τάβλαν Ζήνωνος, ubi situm ordinemque calculorum Zenonis, qui albos erat sortitus, nigrorumque qui collusori ejus obtigerant, posituram, postquam anxie & accurate commemoravit, indicat sub finem & exponit, qualiter Zenon, & quibus punctis captus sit, & victus discesserit, infelici tesserarum jactu:

> Δοιὰ καὶ ἓξ καὶ πέντε κατήγαγε. αὐτίκα δ' ὀκτὼ
> Ἄζυγας εἶχεν ὅλας ἐνθάδε μονοζυγίας.

quæ nos alibi pluribus explicamus. nihil enim in his viderunt eruditissimi viri: qui & ingenue ludum illum sibi ignotum esse fassi sunt. tribus autem tesseris tunc utebantur ad hunc lusum: nos duabus tantum. quindecim calculis: nos duodecim. quindecim tamen adhuc in tabula servantur calculi; quindecim nigri scilicet, & quindecim albi. præter *tricstracum* quem vocamus, alium etiam ludum cum tesseris & calculis in tabula lusitare consuevimus. *Reginulam* vulgo vel *Reginetam* nominamus, quasi parvam reginam. nam ita quidam calculus nuncupatur. ingeniosus hic ludus, & multum habet artis, & super duodecim tantum tabulæ punctis luditur. vincit autem, qui omnes adversarii sui calculos capit. idem olim fiebat in ludicro duodecim scriptorum. sit & hoc idem hodie in eo genere *tricstraci*, quem magnum vulgo vocant. varie enim luditur hic ludus, & varie etiam apud veteres ludebatur. tabula igitur antiquorum & nostra, pæne eadem res. quod alibi pluribus adstruemus. *Tabula*, inquit Isidorus, *luditur, pyrgo, calculis, tesserisque.* de pyrgo primum videamus. *pyrgus* erat pyxis in modum turriculæ facta, gradibus intus multis excisis, per quam tali & tesseræ in tabulam mittebantur, ne ab improba manu jacti, fallacia & arte quo quis vellet puncto eos cadere, consisterent. notissimum Martialis distichon *de turricula*:

> *Quærit compositos manus improba mittere talos.*
> *Si per me mittit, nil nisi vota facit.*

& tali & tesseræ per turriculam mittebantur. hinc διάσειστοι κύβοι, & διάσειστοι ἀστράγαλοι Græcis. Pollux inter aleatoria instrumenta recenset, διασείστους κύβους, & διασείστους ἀστραγάλους. notus & Æschinis locus in ea

κτ' Τι-

κατὰ Τιμάρχου. καὶ διεῤῥίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν ἀστραγάλους τε τινὰς διαστοίχους, καὶ φιμοὺς καὶ κυβευτικὰ ἄττα ὄργανα. male ibi vir doctus διαστίκτους legit. movebantur autem & concutiebantur in pyxide vel fritillo priusquam mitterentur. inde διάστοιχοι. rationem addunt Græci Grammatici: ἵνα ἀνακυκηθῶσι μᾶλλον ὦσιν. Græci dicunt κακκυργαῖν τὸν κύβον, quod nos in idiomate nostro: *piper le dé*. pyxidem vel turriculam illam qua tesseræ in tabulam fundebantur, *cornetum* hodie vocamus, quod ex cornu ut plurimum fiat. veteribus autem etiam ex cornu fiebat. Scholiastes Juvenalis: *Fritillus Pyxis cornea quæ* φιμὸς *dicitur Græce.* Pyxides enim dicebantur cujuscunque materiæ essent. veteribus ex buxo fiebat. Ausonius pyrgum intellexit his verbis:

quos præcipitante rotatu
Fundunt excisi per cava buxa gradus.

πύργον δουράτεον vocat Agathias, hoc est *ligneam turriculam*. vetus Epigramma nondum editum ita pyrgum describit:

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
Qui vomit internis tessellas gradibus.

meminit & pyrgi Luxurius in Epigrammate *de tablista furioso*:

Effundit tabulam, mensam, subsellia, pyrgum,
Perditaque harpyiacis æra rapit manibus.

& notandum eos pyrgi tantum mentionem facere, ut & Isidorum qui scripsit tabulam ludi solitam pyrgo, calculis tesserisque. eo dico quia Græci in tabulæ descriptione præter pyrgum, etiam psephobolon nominant. Johannes Antiochensis cujus locum jam supra ante retulimus: διὰ τοῦ ψηφοβόλου, ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ ἑπτὰ κοκκίων τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανητῶν. διὰ δὲ τοῦ πύργου τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ. idem habet Suidas. sed quid sit ψηφοβόλον, quæramus: quid illa ἑπτὰ κοκκία, quæ in psephobolo erant. non dubium est κοκκία tesseras dici. *grana* etiam hodie vocamus. tota res talaria septem hujuscemodi granis constabat, quattuor talis, & tribus tesseris. hæc sunt ἑπτὰ κοκκία. diximus tam talos quam tesseras in pyxide aliqua lignea moveri concutique solitas priusquam super tabulam funderentur. vasculi id genus, ψηφοβόλον vocabant, quod ψήφους jactaret, & funderet. ψήφους enim etiam talos tesserasque dixerunt. Eustathius: κύβος, πᾶσα ψῆφος τετράγωνος. Agathias: τριχθαδίας ψηφῖδας, tres tesseras vocavit. diversum igitur psephobolum à pyrgo. sed quare diversum? nonne eumdem usum ac ministerium præbebat pyrgus, concutiendis scilicet, & effundendis talis? paucis absolvam te. sciendum est veteres aliquando ad cavendam improbi jactus fallaciam, solo pyrgo usos esse: aliquando tamen ad majorem, si forte, cautionem, & psephobolo, & pyrgo. nec enim manu tesseras in pyrgum conjiciebant, sed in psephobolum prius, deinde per psephobolum in pyrgum mittebant, ut sic magis ars & fallacia ingeniosi & improbi aleatoris in jactando vitaretur. observo itaque idem plane factitatum in his lusoriis pyrgis, quod in judicialibus urnis. nec enim manu sua judices, calculos quibus suffragia ferebant, in urnam conjicere consueverant, sed per vasculum oblongum, vimine textum eos dimittebant in cadiscum quasi per colum vel infundibulum. καδίσκος dicebatur urna in quam immittebantur calculi; κημὸς illud vasculum per quod immittebantur. Hesychius: κημὸς τὸ ἐπιτιθέμενον τῇ τῶν δικαστῶν ὑδρίᾳ πεπλασμένον πῶμα παρόμοιον χώνῃ. Pollux καδίσκος μὲν οὖν ἐστὶν ἀγγεῖον εἰς ὃ τὰς ψήφους ἐκαθίεσαν. κημὸς δὲ δι' οὗ κατῄεσαν αἱ ψῆφοι, ἐπικείμενος τῷ καδίσκῳ. ad eumdem plane modum in re tesseraria pyrgus in quem tesseræ mittebantur; urnæ vicem obtinebat, & in parte alveoli residebat, crebris intus gradibus exculptis, per quos tesseræ resultantes, saltitantesque in tabu-

tabulam effunderentur. Epigramma vetus:

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit.

vasculum autem illud per quod in pyrgum tesseræ conjiciebantur, κημὸς etiam vocabatur, ad similitudinem illius κημοῦ, per quem calculi solebant in judiciales urnas immitti. κημὸς igitur & ψηφοβόλον idem, utrumque à pyrgo diversum. κημοὺς inter ὄργανα κυβευτικὰ Pollux recenset, ut & φιμούς. nam & κημοὶ etiam φιμοὶ dicebantur. Etymologicum magnum: φιμοὶ κυβευτικὰ ὄργανα. φιμός ἐστιν ὁ καλούμενος κημὸς εἰς ὃν ἐνέβαλλον τοὺς ἀστραγάλους. φιμῶν etiam meminit Æschines inter aleatoria instrumenta. Diphilus apud Harpocrationem:

— ἕλκεις φιμὸν ὡς ἂν ἐμβάλῃ.

scripta manu exemplaria ita locum illum Horatii legunt:

Mitteret in phimum talos.

κημὸς δικαστικὸς etiam ἠθμὸς dicebatur. Hesychius: χοῖνιξ ἠθμός, δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας καθιᾶσιν. camus quoque & phimus aleatorius dicebatur ἠθμός. Agathias:

Τετράδας αἰδόκητα βαλὼν ψηφῖδας ἀπ' ἠθμοῦ
Πύργῳ δυσεργέα κλίμακι κολλοβάδας,
Δοιὰ καὶ ἓξ καὶ πέντε κατήγαγεν. —

illustris omnino locus, & unice factus ad hanc rem probandam. sed cum in vulgatis corruptissimus circumferretur, nec membranæ correctiorem exhiberent, ex conjectura ita emendavimus. legitur hodie,

——— ψηφῖδας ἀριθμοῦ,

nullo sensu. manifesto ἠθμὸν ἀπὸ τοῦ πύργου distinguit: nam ψηφῖδας hoc est tesseras βάλλεσθαι ait ἀπ' ἠθμοῦ εἰς πύργον. sic ἠθμὸς & ψηφοβόλον, & κημὸς & φιμός. at πύργος aliud. per ἠθμὸν quasi per infundibulum mittebantur in pyrgum tesseræ. & ἠθμὸν vocarunt tam δικαστικὸν quam κυβευτικὸν, quod similis utriusque figura esset, & infundibulum utrumque referret. nam in summo latus erat, in imo strictus & angustus. Grammatici camum vocant χωνοειδὲς πλέγμα καὶ ἠθμοειδές. perperam legitur κωνοειδές. Scholiastes Aristophanis: κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν νόμοις χοινικὸν ἠθμὸν καλεῖ. τοιοῦτος γὰρ ἐγίνετο, καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ. talis autem erat χώνη ut diximus, in summo patens, in imo angusta. Alexander Aphrodisæus: χώνην δέ τινες ὀνομάζουσι διὰ τὸ ἄνωθεν μὲν εἶναι εὐρὺ, κάτωθεν δὲ στενὸν ὥσπερ χωνίον. *colum* & *urnam* vocat veteris auctor epigrammatis nondum editi, τὸν ἠθμὸν καὶ τὸν πύργον. de tabula:

Contorquet varios alternans tessera missus,
Fataque ludentum colus & urna probant.

sed minime dissimulandum est in antiquo exemplari scriptum esse, *collis & ima probant.* quod temere mutandum non est. nam & collis in tabula mentionem facit vetus cento ἀνέκδοτος de alea,

Quæ loca, quæve habeant gentes, ubi sistere detur.
In summo collem quem plurimus, alter ab illo
Est locus.

quæ *ima* dicuntur auctori veteris Epigrammatis, cento ille *imum fundum* appellat:

Ossa minutatim fundo volvuntur in imo.

& alio loco:

Terna tibi hæc primum fundo volvuntur in imo.

imum tabulæ fundum, nisi fallor, intelligit. per *collum* autem pyrgum. nam πύργον in tabula τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ significare tradunt, qui hunc ludum ἀλληγοροῦσι. per ima vel imum fundum, & per collum fata ludentium probari dixit, quæ per pyrgum, & tabulam probabantur. de pyrgo enim in tabulam jaciebantur tesseræ, in quibus ludentium fata consistebant. ce-

terum

terum plerique, ut jam supra observavi, camum illum vel phimum, vel infundibulum in jactandis tesseris non usurpabant, sed solo pyrgo utebantur. & videtur ad solam jactandi commoditatem & facilitatem usitatus fuisse camus: ut enim lato & hianti ore patebat, facilius tesseras recipiebat, quæ inde quasi per infundibulum in pyrgum cadebant, mox è pyrgo concussæ & agitatæ super tabulam mittebantur. sed nimia etiam fortasse in hoc morositas. ideo solum pyrgum multi adhibebant ad tesseras mittendas. sed & fimum, & camum, & pyrgum, & psephobolum nonnulli etiam confundunt. pyrgum porro Latini etiam *fritillum* dixerunt. falluntur enim qui à pyrgo distinguunt. sed illi maxime, qui pro tabula lusoria accipiunt. quo in errore video esse etiam doctissimos hujus ætatis viros. sed eos præter χρῆσιν auctorum etiam vocis ipsius etymon satis revincit. Juvenalis

—— parvoque eadem movet arma fritillo.

ubi tamen vetus interpres videtur fritillum, & pyxidem & camum idem facere, & à pyrgo distinguere. locum ipsum vide. arma aleatorum sunt tesseræ, quæ fritillo moventur, & agitantur priusquam jaciantur. *arma* etiam vocat Epigramma vetus, *de ebore:*

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
Discolor & tabulæ calculus inde datur.

concutiebantur igitur, & mittebantur fritillo tesseræ. Seneca:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

idem ibidem:

Qui concusso
Magna paratis
Lucra fritillo.

fritillum juxta vocabuli veriloquium est ἀσφαιριστήριον. *fritinnus* vetus vox est, quæ motitationem, & subsultationem cum sono significat. inde verbum *fritinnire* apud Nonium, quod ipse exponit, *subsilire cum sono, vel erigi & exsilire. fritinnus* pro *fritinnitu*, vel fritinnitione. sic *hinnus* pro hinnitu. vetus auctor: *avium narrationes, & equorum hinnos discebat.* sic *fremus* pro *fremitus* in veteribus Glossis. *fremus*, στεναγμός. à *fritinnus* igitur diminutivum *fritillus*. ut *vinnus, villus: vannus, vallus: cinnus, cillus: pusinnus, pusillus.* vetus auctor:

Crudum manduces Priamum, Priamique pusinnos.

hinc *fritillum* instrumentum vel vasculum in quo tesseræ fritinniunt, & cum sono subsiliunt, concussæque agitantur. nihil verius. *fritillum* πυξίδα interpretantur optimæ Glossæ. à fritillum, verbum *fritillare*, quo etiam hodie utimur, pro eo quod dicebant veteres *fringutire*, & *fritinnire*, cum motu scilicet, & sono subsilire, & crebra spissaque agitatione concuti. de fritillo & pyrgo rem peregimus, ad calculos pergamus. Calculis tabula ludebatur triginta, quindecim nigris, & quindecim albis: vel albis totidem, totidemque rubeis. eumdem hodieque numerum servamus, & eosdem colores. cento de alea:

Triginta magnos, adversosque orbibus orbes.

eleganter sic calculos expressit de nigris & albis Petronius: *sequebatur puer cum tabula terebinthina, & crystallinis tesseris, notavique rem omnium delicatissimam. pro calculis enim albis, aut nigris, aureos argenteosque habebat denarios.* in ludo etiam latrunculorum, nigri & albi calculi. auctor Panegyrici in Pisonem:

Ut niveus nigros, aut ut niger alliget albos.

aliquando tamen pro nigris rubei cum albis componebantur. Epigramma vetus:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat:
Decertantque simul candidus, atque rubens.

male hodie legitur, & corrupte: *candidus atque prevens.* legebam aliquando, *atque reus*, & reum pro nigro acci-

cipiebam. ſed vetus & optimus liber docuit me corrigendum eſſe, *rubens*. aliud epigramma ἀνέκδοτον.

Ludentum vario exercentur prælia ſitu,
Ruſſeus an nitidus præmia ſorte ferat.

Item in alio nondum edito:

Namque acie æquali concurrit ruſſeus albo,
Ut gravibus damnis ſe demet alteruter.

in tabula Zenonis quam deſcribit Agathias, nigri cum albis certabant:

Αὐτὰρ ἄναξ λευκοῖο λαχὼν σημήϊα πεσσοῦ.

idem de nigro:

Ἀλλὰ μέλας δυσμῆς μὲν ἐν ὀγδοάτῳ λίπε χώρῳ.

ſed de calculis ſatis, ad teſſeras veniamus. in numero teſſerarum quibus in tabula cum calculis ludebatur, non ſemel variatum eſſe comperi apud veteres. antiquiſſimi tribus teſſeris utebantur, media ætas duabus tantum uſa eſt. poſterius ævum ad tres rediit. nunc vero duæ tantum ad hunc luſum uſurpantur. Grammatici in expoſitione illius proverbii, ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι, notant antiquos tribus uſos eſſe teſſeris: παλαιοὶ γὰρ, inquiunt, τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, οὐχ ὡς οἱ νῦν δύο. temporibus Senecæ duæ tantum teſſeræ in uſu fuere. ſic enim ille in ἀποκολοκυνθώσει.

Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo,
Utraque ſubducto fugiebat teſſera fundo.

nec ætate Euripidis plures jactabantur. nam Achillem duabus teſſeris ludentem inducebat in tragœdia Telepho, è qua verſum hunc citant Grammatici veteres:

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα.

obſervant iidem Euripidem in διασκευῇ illius tragœdiæ, πεττείαν ex ea ſuſtuliſſe, & verſum illum expunxiſſe. Zenobius:

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

τοῦτο Εὐριπίδου ἐστί. καὶ Ἀριστόξενος δέ φησιν ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὸν Τήλεφον ἐξεῖλε τὴν πεττείαν. quæ verba ſic reddidit nuperus interpres Zenobii, vir doctiſſimus: *& Ariſtoxenus refert, Euripidem Telephum reprehendendo calculorum evertiſſe ludum* nec cœlum nec terram tangit iſta interpretatio. dormiebat, quum hæc ſcriberet. ſed ſi vigilabat, mallem dormiviſſet. dixerat Ariſtoxenus Euripidem, quum novam Telephum daret, totum illud ἐπεισόδιον quo heroas teſſeris ludentes in priore produxerat, ſuſtuliſſe. διορθῶν Τήλεφον, eſt corrigens & emendans tragœdiam Telephum. vide Euſtath. Iliad. π. ex illo autem verſu cujus cujus auctoris ſit, nam de eo inter veteres Criticos dubitatur, conſtat illo in tempore duas tantum teſſeras fuiſſe uſitatas: *Jecit*, inquit, *Achilles duo puncta & quatuor*. ita enim vertendus erat ille verſus, quem viri doctiſſimi imperitiſſime reddiderunt hoc modo: *Duas Achilles quatuorque teſſeras jecit*. non ille duas, & quattuor teſſeras jecit, ſed duabus jactis teſſeris, duo & quattuor attulit puncta. mos enim erat aleatoribus, quum duas teſſeras jacerent, earum puncta ſic deſignare: *duo, & quatuor: tria, & quinque: quatuor, & ſex.* quod etiam hodieque in more habent. Ariſtophanis interpres: ἔθος δὲ κυβεύουσιν οὕτω λέγειν, β δ. γ ε. ita diſtinguendum eſt. male vulgo ſcribitur: βδγε. fefellit eruditiſſimos homines ὁμωνυμία vocis κύβος, qua apud Græcos non teſſera tantum ſignificatur, ſed etiam, punctum teſſeræ, & unitas. Latini vero nuſquam teſſeras pro teſſerarum punctis poſuerunt. eumdem errorem erraverunt, & in illo proverbio cujus ſupra mentionem fecimus, ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. ſic enim verterunt, *aut ter ſex, aut tres tali*. imperitiſſime. ita debuerunt: *aut ter ſex, aut tria puncta*. κύβος punctum teſſeræ ſignificat, τὴν μονάδα. Zenobius parœmiam illam explicans: τὸ μὲν τρὶς ἓξ τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ. τὸ δὲ τρεῖς κύβοι, τὴν ἧτταν.

κύβων. πάλαι γὰρ τρισὶν ἔχρῶντο ἀντὶ τοῖς παιδιαῖς κύβοις, οὐχ' ὥσπερ νῦν δύο. ἔστι δὲ ὁμωνυμία. κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως αὐτό τι ῥιπτούμενον ὅτι πλήρης ἐστὶ καὶ μή. hæc Zenobii verba partim mutila partim corrupta sunt, ab interpretibus vero nullo modo intellecta. observat Zenobius antiquos tribus tesseris usos esse, idque colligit ex antiquo proverbio quod ita concipiebatur, ἢ τρεῖς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. in quo explicando dicit, τρεῖς ἓξ κύβους victori assignari, τρεῖς κύβους victo. & notat idem in ea voce κύβος ὁμωνυμίαν esse. ὁμωνυμίαν, quam intelligit, hæc est: κύβος & tesseram Græcis significabat, & tesseræ punctum vel unionem? τρεῖς κύβοι igitur in illo proverbio, non sunt tres tesseræ, sed tres uniones vel tria puncta: τρεῖς ἓξ κύβοι, ter sex puncta, vel ter sex uniones. in trium tesserarum jactu, qui ter sex puncta afferebat, felicissime jeceerat, nec enim plus poterat afferre. ideoque facile is vincebat omnes, & omnia aufetebat in eo lusu, quem πλειστοβολίνδα vocabant: qui plura enim puncta attulisset, abibat victor. at cui tria tantum puncta ceciderant, infelicissimum jactum faciebat, ideoque certissime perdebat. non erat enim qui posset inferius punctum adducere. verba autem Zenobii quæ corruptissima, ita corrigenda certo pronunciamus: ἔστι δὲ ὁμωνυμία. κύβον γὰρ ἔλεγον διχῶς. αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, καὶ ὃ πλήρης ἐστὶ καὶ μή. duplici sensu κύβον dixerunt Græci. αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, tesseram ipsam nimirum quæ jacitur, & quod in tessera plenum & vacuum est, hoc est τὸ βόλον. veteres latus tesseræ in quo unitas tantum erat notata, vel unicum punctum, *vacuum* appellarunt: illud vero quod sex puncta habebat, *plenum*. in ea parœmia quam Zenobius exponit, τρεῖς κύβοι, sunt tria latera trium tesserarum vacua, quæ tota tria latera, tria tantum puncta exhibent. at τρεῖς ἓξ κύβοι, sunt tria latera plena in tribus tesseris, quæ ter sex uniones ostendunt. Hesychius: οἴνη ἡ ἄμπελος καὶ κυβευτικὸς βόλος; ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξ. meliorem interpretem, quam hunc Hesychium Zenobio dare non poterant. οἴνη unionem significat, τὴν μονάδα. hunc κενὸν βόλον vocabant. & contrarius erat τῷ ἕξ, quem πλήρη dicebant. corrupte tamen hodie apud Hesychium excusum est, ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξω. κύβος igitur & tesseram significabat, & unionem. Eustathius: διχῶς γὰρ ὁ κύβος, αὐτό τι τὸ ἀναρριπτούμενον, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ μονάς. μονάδα illam etiam οἴνην dicebant, & κενὸν βόλον, ut ex Hesychio didicimus. ideo Iones proverbium illud, ἢ τρεῖς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι, ita efferebant, ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς οἶναι. Zenobius postquam dixit κύβον etiam significare τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν tesseræ, addit: τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν οἴνας, καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν. ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶναι corruptissime legas hodie apud Zenobium, καλοῦσιν οἴνους, & τρεῖς οἶναι. corrigendus & in hac voce Pollux lib. IX. cap. VII. ἰστέον δὲ ὅτι κύβος αὐτό τι τὸ βαλλόμενον καλεῖται, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, ὁ τύπος; ἢ γραμμή, τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βληθέντων. καὶ μάλιστα ἥ γε μονὰς ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἴχε καλεῖσθαι κύβος, καθότι καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος μηλωνεῖν ἔοικεν, ἢ τρεῖς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. ita partim ex veteris exemplaris auctoritate, partim ex conjectura restituimus. asini sunt qui οἶνος ibi pro οἴνη legunt ac defendunt. idem Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Χῖος ὁ καὶ Κῷος ἐκάλουν καὶ οἰνὸν καὶ οἴνην. ἔστι δὲ ἡ οἴνη παρὰ τοῖς Ἴωσι μονὰς perperam editum est apud Pollucem: παρὰ τοῖς Ἴωσι μόνοις. οἴνη antiquæ Græciæ vox quæ idem valebat quod μονάς. οἰνὸς quoque idem quod μόνος. hinc Latinorum *unus*, nam veteres

 teres

teres *oinos*, & *oinus* scribebant & pronunciabant. ut *aetor*, *coero*, & similia. hine in veteri Scipionis inscriptione Romæ nuper effossa, *oino* scribitur pro *uno*.

HONC OINO PLOIRVME CONSENTIONT. R. DVONORO OPTIMO FVISE VIRO.

ab illo antiquo *οἰνὸς* verbum *οἰνίζειν*, τὸ μονάζειν. Hesychius: *οἰνίζειν* τὸ μονάζειν κατὰ γλῶσσαν. οἴνη igitur apud Iones in talorum lusu idem plane erat, quod apud Latinos *unio*. in tesseris οἴνη, τὴν μονάδα significat, & punctum unicum. οἴνη, μονὰς, κοιλότης, σημεῖον, τύπος, χαραγμὴ, κύβος, τρύπημα, & τρῆμα, in tesseris synonymæ sunt voces, quibus tesserarum puncta designantur. τρήματα enim Græci vocabant, & Latini puncta. quare in illo versu Euripidis, quem superius adduximus,

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα,

non περὶ τοὺς κύβους refertur. sed περὶ τὸ σημαινόμενον, ad τρήματα. τρῆμα enim, & κύβος idem. punctum nimirum tesseræ. hine τρηματίζειν apud Dores punctis ludere, & τρηματικοὶ, lusores. quod de illo genere aleæ proprie dicebatur quo in singula puncta certam pecuniæ summam constituebant, & in medium conferebant, isque eam tollebat universam qui multitudine punctorum superasset. Eustathius: καθ' ἕκαστον κύβον, ἤγουν καθ' ἑκάστην μονάδα ἔπαιζον ἀργύριον ὁρίσαντες. hoc proprie τρηματίζειν dicebatur, hoc est *in punctum ludere*, ut loquitur Suetonius in Nerone. Sophron apud Eustathium: δεκάπηχυς ἀπέζετο τοῖς τρηματίζοντεσσι. inde nomen τρηματίκτης. Dores enim τρηματίζω dicebant, & τρηματίξαι, ἀπὸ τοῦ τρηματίζω. atque inde τρηματίκτης pro τρηματιστής. ut σαλπικτὴς ἀπὸ τοῦ σαλπίζω. Pollux: παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ταύτῃ τῇ παιδιᾷ χρώμενοι τρηματίκται τὴν ἀστραγαλίαν οἴκοι, καὶ τὸ πρᾶγμα τρηματίζειν. perperam apud Pollucem, τρηματικῆται. Hesychius: τρηματικταὶ, κυβευταὶ ἀπὸ τῶν ἐν κύβοις τρημάτων. male in Hesychio legitur: τρηστηματικταὶ. τρηματίτας habet Eustathius. quod caret ratione. nec enim ἀπὸ τοῦ τρηματίζειν deduci queat τρηματίτης. πλειστοβόλινδα hanc aleam vocabant. & nihil ad nostram hanc pertinet, qua in tabula cum calculis luditur, Græci autem τρήματα, Latini puncta appellant. Ausonius:

Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ revocata moras.

Luxurius in epigrammate *de tablista*:

Ludit cum multis Vatanas, sed ludere nescit,
Et putat imperio currere puncta suo.

vetus aliud epigramma de tabula nondum editum:

Adversis punctis dictum se nemo fatetur.
Vulnera plus crescunt punctis, quam bella sagittis.

puncta etiam hodie vocamus. quam Græci autem οἴνην in tesseris appellant, nos *assem* dicimus, hoc est unionem, τὴν μονάδα. assem quoque pro *uno* vel unitate dixere Latini veteres. *adjecto asse* apud Vitruvium pro adjecta unitate. & apud Hyginum, *accepto asse* pro accepta unitate. *assem relinquo*, pro unitatem relinquo. in Gromatico: *omnis trigonus ductus, octies accepto asse facit quadratum: cujus latus demitto, assem relinquo, sumo partem dimidiam, facit trigonum.* Glossæ: *as*, ἅπαξ. *assarium*: μονομοίριον. hanc vocem à Siculis vel Tarantinis Romani veteres sumpsere. εἷς, quod est unus, Siculi dicebant αἷς, ut αἰ pro εἰ: αἶθε pro εἴθε, & similia. Tarentini pro αἷς rursum dicebant ἆς, ut ἄνιγμα pro αἴνιγμα. inde *as* pro uno Latinis. Tesseræ quoque vocabulum ab iisdem accepere Romani. τεσσάρων vel τεσσάρες illi vocabant.

ignobilis scurra, *Ave* (inquit) *Auguste*. Allataque lana purpurea, [1] humeris ejus junxit, eumque adoravit: timor inde consciorum, atque inde jam exercitus tentatio & imperii. Non nihilum tamen Gallis profuit. [2] Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dice-

cabant figuram quamvis quadratam, quæ quattuor angulos haberet. hinc Latinis *tessera*, & *tessella* lapillus quadratus, & κύβος, quem sciunt omnes esse quadratum. Isidorus: *tesseris, quadris*. τεσσάρη, *tessera*. ut πατάνη, patena. Sed ut eo redeamus unde sumus digressi, tres tesseræ veteribus erant in usu, & in lusu, ut supra ostendimus. postea duæ tantum cœperunt usurpari. tres deinde resumpsit inferior ætas. Isidorus de tabula: *nam tribus tesseris ludere perhibent, propter tria tempora præterita, præsentia & futura, quia non stant, sed decurrunt*. Agathias in tabulam Zenonis, trium tesserarum meminit:

Τριχθαδίας αἰδόνησε βαλὼν ψηφῖδας ἀπ' ἠλικοῦ,
Πύργου δυρεγλίου κλίμαξι κυλινδομένας.

hodie vero duabus utimur in hoc tabulæ lusu. sed manum tandem de tabula, quod ajunt, jam satis lusimus.

CASAUBONUS.

1 *Humeris ejus junxit.*] Melius scripta lectio, *ingessit*.

2 *Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, n.*] Errat Vopiscus: jam enim multo ante & Alamannorum nomen Romanis cognitum fuerat, & Caracallo de ea gente victa partum Alamannici cognomen. auctor Spartianus in vita & Aurelius Victor: cujus verba sunt: *Alamannos gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit*. quo tempore autem Vopiscus hæc scribebat, notissimi erant. Arnobius æqualis scriptor, aut natu non multo grandior: *Si Alamannos, Persas, Scythas, idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum gentibus Christiani*. nihil enim mutandum in hoc Arnobii loco: secus quam eruditi viri putarunt.

GRUTERUS.

1 *Humeris ejus ingessit.*] Est à scriptis Gall. vulgg. *junxit*. Palat. *vinxit*. fortasse *injecit*.

SALMASIUS.

2 *Nam Alemannos qui tunc adhuc Germanni dicebantur.*] Errare Vopiscum asserit Casaubonus: jam enim multo ante Romanis cognitum fuisse Alamannorum nomen, & Caracallo de ea gente victa partum cognomen. immo non errat Vopiscus, sed ipse qui eum errare dicit vir doctissimus, non mediocriter errat. multo sane ante Proculum de nomine cogniti fuere Romanis Alamanni, sed pro certa duntaxat Germanorum gente, non pro totis Germanis, quemadmodum jam accipiebantur Vopisci ætate, & nunc quoque adhuc accipiuntur. Alamanni qui dicebantur Caracalli temporibus, gens erat Germaniæ populosa, ut scribit Aurelius Victor, & ex equo mirifice pugnans, quos cum devicisset prope Mœnum Caracallus, Alamannici cognomen assumpsit. hi Alamanni postea toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis Alamannia dicta est, & etiamnunc ita dicitur. quo tempore sumpsit imperium Proculus, Germani nondum dicebantur Alamanni, ut scribit heic Vopiscus, qui sua ætate jam hoc obtinuisse refert, ut Germani Alamanni vocarentur. non multo ante Vopisci tempora id apparet factum, ut Germania concesserit in

dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, nunquam aliter quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, [1]quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit & interemit. Posteri ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt, qui joco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didicisse memini. Veniamus ad Bonosum, [2]de quo multo minora condidi.

BONOSUS.

14 [3]BONOSUS domo Hispaniensis fuit, origine Britannus: [4]Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris

Alamanniæ nomen, quandoquidem ut annotat heic Vopiscus, Proculi ætate, hoc est sub Probo, Germani adhuc dicebantur Germani, & nondum in Alamannorum nomen transierant. Arnobius, qui eadem qua Vopiscus ætate vixit & scripsit, Alamannos nominans, non de certa Germaniæ gente intellexit, sed de Germanis ipsis, quos Alamannos vocat, quia jam ita dicebantur illo in ævo: *Si Alamannos, Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum finibus Christiani.*

CASAUBONUS.

1 *Quibus familiare est ridendo fidem frangere.*] Procopius Gotthicorum secundo, idem de eadem gente: ἔςι γὰρ ἔθνος τοῦτο τὰ ἐς πίστιν σφαλερώτατον ἀνθρώπων ἁπάντων: & aliquanto post in eam sententiam plura. Salvianus De providentia Dei lib. VII. *Gothorum gens perfida, sed pudica est; Alanorum impudica, sed minus perfida: Franci mendaces, sed hospitales: Saxones crudelitate efferi, sed castitate venerandi.* meminit & lib. IV.

2 *De quo multo minora condidi.*] Non male Jacobus Lectius, *condidici.*

3 *Bonosus homo Hisp.*] Scribe, *B. domo Hisp.* è membranis. pro *Hispaniensis*, quidam veteres, *Carthaginiensis.* non infrequens eo seculo nomen Bonosus: quod Barbarum non est, sed Latinum. nam ut à *canus* fecerunt *canosus*, quo usus Valerianus Augustus in epistola ad Probum; sic à *bonus*, novum nomen ea ætas fecit *bonosus.* Bonosi cujusdam mentio habetur in epistola Hieronymi ad Chromatium: Bonosi episcopi in LXXIX. Ambrosii. in antiquis inscriptionibus BONOSUS invenies & BONOSA.

4 *Galla tamen matre, ut ipse dicebat, rh.*] Corrupta distinctio: tu interpunge: *origine Britannus, Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis didici, pædagogi litterarii.*

GRUTERUS.

3 *Bonosus domo Hispaniensi, fuit origine.*] Sic etiam longe melius Pal. quam vulgg. *Bonosus homo Hispaniensis fuit origine Brit.*

SALMASIUS.

3 *Bonosus domo Hispaniensis.*] *Bonosus*

toris filius; ut ab aliis comperi, pædagogi literarii. parvulus patrem amisit, atque à matre fortissima educatus, [1] literarum nihil didicit. [2] Militavit primum inter

sus nomen proprium, & Romanum. *Bonus*, & *bonosus*; *malus* & *malosus*: ut *canus*, & *canosus*. ita enim illa ætas loquebatur. Valerianus in epistola ad Probum: *mihi autem eo tempore credita est, quo & me canosum qui credebat, cum gratulatione vidit.* sic veteres *dubiosum*, & *sincerosum* dixere. sic *malignosus* pro *malignus*. Glossæ: *malignosus*, κακεσπερχής. aliæ: κακεσπερχής, *maliginosus*. lege, *malignosus*. hinc *bonosus* à *bonus*. & Bonosus nomen proprium. Bonosi cujusdam scholastici hæc acute dicta in veteri exemplari repperi. de incestu: *incestum si promiseris, petii. si negaveris, tu petisti.* de funambulo: *vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* hæc Bonoso attribuebantur in antiquo libro. multi alii Bonosi occurrunt, in veterum scriptis.

CASAUBONUS.

1 *Literarum nihil didicit.*] Suspicabatur non abs re eruditissimus Lectius, scribendum potius, *nonnihil*.

SALMASIUS.

2 *Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: ordines duxit, tribunatus egit.*] Quinam sunt isti ordinarii inter quos prima stipendia fecit Bonosus? non enim, ut puto sic vocat ordinum ductores. atqui vulgo ita dicebantur. *ordinarius* proprie est ordinum ductor. ταξίαρχον Græci vocant. *ordinarium* manipularem eum, qui infimi esset ordinis, appellatum credidisse quosdam scribit Festus. *ordinarius* etiam dicebatur, qui in ordine merebat, miles gregarius. Cato in ea contra Thermum, quam de suis virtutibus scripserat, *quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper?* qui stipendia in ordine meret, *ordinarius*. Frontinus lib. IV. Strateg. cap. I. *Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere. militem in legione* idem vocat paulo post eum qui in ordine merebat: *L. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio filium posset habere, in legione militem fecit.* an ordinarii hoc sensu heic accipiendi pro militibus legionariis, & iis qui in ordine merebant? inter istos igitur ordinarios in militia legionaria stipendia prima Bonoso fuere, deinde inter equites militavit. ordinarii aliter sumuntur apud Vegetium. nam *ordinarios* dictos fuisse vult, qui prima in acie pugnarent, primosque in prælio ordines ducerent, & eos esse qui antea *principes* vocabantur. lib. II. cap. XV. *sed ante signa & circa signa, necnon etiam in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est ordinarii, ceterique principales.* Olim & libera stante rep. sic acies ordinabantur, ut primi hastati pugnarent, deinde principes, postremo loco triarii. verum mutata postea ferme in totum militiæ ratione, *principes* dicti sunt, qui in prima acie pugnam capesserent, quo nomine primi ordines, vel primorum ordinum ductores, hoc est ordinarii intelligebantur. quinam principes vocarentur alio loco ostendit idem Vegetius: *instructionis lex est ut primo in ordine exercitati, & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabant.* atque hi sunt principes, quos *ordinarios* supra appellavit idem auctor, veteres nempe & exercitati milites, qui in prælio, quia primi erant, primos ordines ducebant. vix dubitem ordinarios istos fuisse qui ante *evocati* dicebantur. milites erant veteres, & qui è militia jam exierant, sed ad eam sponte revocabantur, ordinum

& præ-

& præmiorum spe. ταξίαρχοι, *ordinarii* in Glossis exponuntur. eædem & *evocatum* ταξίαρχον interpretantur. ordinarios à centurionibus separat Capitolinus in Clodio Albino: *nam sæpe ordinarios & centuriones, ubi causa qualitas non postulabat, in crucem sustulit.* sic passim apud veteres à centurionibus evocati separantur. Cæsar: *& pro rata parte centurionibus evocatisque.* & lib. III. civilis belli: *ex Pompejanis cecidisse reperiebamus centuriones, & evocatos complures.* ordinarios etiam distinguit Vegetius à centurionibus. centuriones non erant isti evocati, sed pro centurionibus, & vitem centurionum insigne gestabant. hi ordinarii certo numero in legione militabant, & ordinarii legionis dicebantur. mentio in veteribus saxis *ordinariorum legionis.* Vegetius lib. II. cap. VII. *ordinarii dicuntur, qui in prælio quia primi sunt, primos ordines ducunt. Augustales appellantur qui ab Augusto ordinariis juncti sunt. Flaviales item tanquam secundi Augustales, à divo Vespasiano legionibus sunt additi.* Augustales illos ab Augusto ordinariis junctos, puto eosdem esse qui evocati Augusti passim vocantur in veterum libris, & antiquis saxeis monumentis. Dio de evocatis Augusti: καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον ῥάβδους φέροντες ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. evocati ordinariique passim, ut jam ante tetigimus, à centurionibus apud auctores separantur. centuriones enim non erant, sed cum præliandum esset, & ad manus veniendum, cum acies ordinabatur, ordines ducendos accipiebant. hinc *ordinarios* interpretatur Vegetius qui in prælio primos ordines ducebant: extra prælium igitur non ducebant. quod valde observandum est: atque hanc causam esse puto discriminis & differentiæ quam statuunt auctores inter ordinarios sive ordinum ductores, & centuriones. Capitolinus in Maximino: *Hic diu sub Caracallo ordines duxit, centuriatus & ceteras militares dignitates sæpe tractavit.* alibi idem centuriones ab ordinariis distinxit, ut superius retuli. & hanc rationem nunc probo præ illa quam ad Capitolini locum adduximus. sed exemplo, quod diximus adjuvemus. prima legionis cohors, decem centurias habebat, & decem centuriones. singulis enim centuriis suis centuriones præerant, quos posterior ætas centenarios dixit. ab hac prima cohorte, cum pugnandum erat, prima acies incipiebat ordinari. in illa prima acie primipilus non unam tantum centuriam, sed quattuor gubernabat & aquilæ præerat, ut refert Vegetius. primus hastatus duas, & princeps unam & semis secundum eumdem Vegetium. primi ordines hi olim dicebantur, & primorum ordinum ductores, & principes centurionum. primos illos ordines à centurionibus distinguit Frontinus l. I. c. X. *Imperavit tribunis, & primis ordinibus, & centurionibus.* hi primi ordines in prima acie pugnabant. Seneca: *quo quisque genere honestior, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat, memor in prima acie altos ordines stare.* & de Tranq. c. III. *quid si militare nolis nisi imperator & Tribunus, etiamsi alii primam aciem tenebunt, te sors inter gregarios posuit?* sciendum enim est præfectos castrorum, & tribunos, & centurionum primos, quos *altos* vocat *ordines* Seneca, ante aquilam in prælio stetisse, & in prima acie pugnasse: ceteros vero centuriones, juxta suam quemque centuriam. singuli enim centuriones suas gubernabant centurias. evocati etiam in illa prima acie, & circa signa pugnabant, & reliqua principia, ut vocabant, legionis. inter principia enim erant Tribuni, erant principes centurionum, & evocati. hi etiam principales milites audiebant, & vertices castrorum & capita. qui in aliquo gradu ac dignitate militabant, & à gregariis distinguebantur, ita vocari consueverant. Vegetius: *antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & ut proprie utar vocabulo, principiorum*

ctpiorum nomina & dignitates secundum præsentes matriculas indicabo. plura de his non addam quæ à doctis hominibus diligentissime observata, & tractata sunt. sed illud ab iisdem minime animadversum, Vegetium principes, qui olim dicebantur, & principia legionum confundere. apud veteres hic erat ordo instruendæ aciei: primo loco hastati, secundo principes, postremo triarii collocabantur. hæc ratio exercitus in pugnam ordinandi per hastatos, principes & triarios, imperatorum ævo penitus ab usu recessit, & abolita est: retenta tamen nomina sunt dignitatum primi hastati, primi principis, & primipili. hi inter primos ordines erant, & principia legionis, & cum tribunis, aliisque capitibus in prima acie, & circa signa pugnare soliti erant, sub imperatoribus. hinc altos ordines primam aciem habere scripsit Seneca. at Vegetius principes illos qui in secunda acie apud veteres ordinati consueverant, in primam aciem transduxit, & eos cum principiis & principalibus militibus confudit, qui in prima acie pugnabant. inde est quod principes, ordinarios interpretatur, eosque cum ceteris militibus principalibus, ante & circa signa, & in prima acie dimicasse scribit. sane inter principia fuere ordinarii, sive ordinum ductores, & evocati cum tribunis, & aliis legionum verticibus, ac in prima acie collocabantur, sub imperatoribus. sed eo tempore nulla jam amplius memoria extabat hastatorum, principum & triariorum in re militari, & per illos ordines acies instrui pridem desierant. præterea quo tempore ita solebant instrui, principes non in prima acie, sed in secunda ordinabantur. principia legionum, erant principales milites, ut tribuni, primi centuriones, ordinarii & evocati. atque hi semper in prima acie dimicabant, sub imperatorum ævo. at principes apud veteres ordo militum erat, qui semper in secunda acie collocabatur post hastatos, & ante triarios. quorum primus centurio, primus princeps dicebatur; ut primus hastatorum, primus hastatus: & primus triariorum, primus pilus. abolitis autem hastatorum, & principum & triariorum ordinibus, remanserunt hæ dignitates in legione. in locum triariorum successerunt vexillarii legionum, qui totidem in legione numero erant, quot triarii prius, de quibus nos supra. principes, quales veteribus cogniti erant, pro secundo militum ordine, cum principiis legionum confudisse Vegetium etiam ex eo patet, quod principes illos, principia legionum vocat lib. 1. cap. xx. develitibus loquens: *nec erant admodum multi qui cedentes, si prælii necessitas compulisset, inter principia legionum recipi solebant, ita ut acies immota consisteret.* principes autem in veteri militia, non illi dicebantur, qui primo loco pugnarent, nam semper in secunda acie instruebantur, sed quod ætate florentes essent, & solido robore firmatas vires possiderent. hastati juvenes & adolescentes erant, primamque aciem constituebant: principes, virilem ætatem, & robustam attigerant, & in secunda acie collocabantur. triarii jam senes & maturi, & in postrema acie subsidebant. unde igitur id expiscatus est Vegetius, principes apud veteres in prima acie pugnasse? unde item illud, milites eos veteres & exercitatos fuisse? legerat nimirum apud medii ævi scriptores qui sub imperatoribus vixerunt, & de re militari scripserunt, principia legionum, in prima acie, & ante ac circa signa semper collocari & ordinari solita: putavitque principes illos quorum frequens apud antiquos auctores mentio, eosdem fuisse cum principalibus militibus vel principiis legionum, & eo principes dictos esse, quod primi essent, & prima in acie dimicarent. in quo vehementer falsus est. non defuere tamen, qui primam principum classem antiquitus fuisse traderent, & primos in acie prin-

tabulam effunderentur. Epigramma vetus:

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit.

vasculum autem illud per quod in pyrgum tesseræ conjiciebantur, κημὸς etiam vocabatur, ad similitudinem illius κημοῦ, per quem calculi solebant in judiciales urnas immitti. κημὸς igitur & ψηφοβόλον idem, utrumque à pyrgo diversum. κημὸς inter ὄργανα κυβευτικὰ, Pollux recenset, ut & φιμὸς. nam & κημοὶ etiam φιμοὶ dicebantur. Etymologicum magnum: φιμοὶ κυβευτικὰ ὄργανα. φιμὸς ἐστὶν ὁ καλούμενος κημὸς εἰς ὃν ἐνέβαλλοντο ἀστράγαλοι. Φιμοῦ etiam meminit Æschines inter aleatoria instrumenta. Diphilus apud Harpocrationem:

—— ἕλκεις φιμὸν ὡς ἀνεμοβόλη.

scripta manu exemplaria ita locum illum Horatii legunt:

Mitteret in phimum tales.

κημὸς δικαστικὸς etiam ἠθμὸς dicebatur. Hesychius: χοίνιος ἠθμὸς, δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας καθιᾶσιν. camus quoque & phimus aleatorius dicebatur ἠθμός. Agathias:

Τετχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν ψηφίδας ἀπ' ἠθμοῦ

Πύργου δυσμενέος πλήμμασι κοιλοτάτας,

Δοιὰ καὶ ἓξ καὶ πίπτε κατήγαγεν. ——

illustris omnino locus, & unice factus ad hanc rem probandam. sed cum in vulgatis corruptissimus circumferretur, nec membranæ correctiorem exhiberent, ex conjectura ita emendavimus. legitur hodie,

——— ψηφίδας δροθμοῦ,

nullo sensu. manifesto ἠθμὸν ἀπὸ τοῦ πύργου distinguit: nam ψηφῖδας hoc est tesseras βάλλεσθαι ait ἀπ' ἠθμοῦ εἰς πύργον. sic ἠθμὸς & ψηφοβόλον, & κημὸς & φιμός. at πύργος aliud. per ἠθμὸν quasi per infundibulum mittebantur in pyrgum tesseræ. & ἠθμὸν vocatum tam δικαστικὸν quam κυβευτικὸν, quod similis utriusque figura esset, & infundibulum uterque referret. nam in summo latus erat, in imo strictus & angustus. Grammatici camum vocant χωνοειδὲς πλέγμα καὶ ἠθμοειδές. perperam legitur κωνοειδές. Scholiastes Aristophanis: κημὸς ὁ ἐπὶ τῷ καδίσκῳ, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν νόμοις χοίνικον ἠθμὸν καλεῖ. τοιοῦτος γὰρ ἐστίν. καὶ ὡς περὶ ἠθμός χώνη. talis autem erat χώνη ut diximus, in summo patens, in imo angusta. Alexander Aphrodisæus: χώνην δέ τινες ὀνόμαζον διὰ τὸ ἄνωθεν μὲν εὐρὺ εἶναι, κάτωθεν δὲ στενὸν ὥσπερ χωνίον. colum & urnam vocat veteris auctor epigrammatis nondum editi, τὸν ἠθμὸν καὶ τὸν πύργον. de tabula:

Conterquet varios alternans tessera missus,

Fataque ludentum colus & urna probant.

sed minime dissimulandum est in antiquo exemplari scriptum esse, *collis & ima probant*. quod temere mutandum non est. nam & collis in tabula mentionem facit vetus cento ἀνέκδοτος de alea,

Qua loca, quæve habeant gentes, ubi sistere detur.

In summo collem qui plurimus, alter ab illo

Est locus.

quæ *ima* dicuntur auctori veteris Epigrammatis, cento ille *imum fundum* appellat:

Ossa minutatim fundo volvuntur in imo.

& alio loco:

Terna tibi hæc primum fundo volvuntur in imo.

imum tabulæ fundum, nisi fallor, intelligit. per *collem* autem pyrgum. nam πύργον in tabula τὸ ὕψος τοῦ κερμοῦ significare tradunt, qui hunc ludum ἀκριβοῦσι. per ima vel imum fundum, & per collum fata ludentum probari dixit, quæ per pyrgum, & tabulam probabantur. de pyrgo enim in tabulam jaciebantur tesseræ, in quibus ludentium fata consistebant. ceterum

terum pletique, ut jam supra observavi, camum illum vel plurimum, vel infundibulum in jactandis tesseris non usurpabant, sed solo pyrgo utebantur. & videtur ad solam jactandi commoditatem & facilitatem usitatus fuisse camus: ut enim lato & hianti ore patebat, facilius tesseras recipiebat, quæ inde quasi per infundibulum in pyrgum cadebant, mox è pyrgo concussæ & agitatæ super tabulam mittebantur. sed nimia etiam fortasse in hoc morositas. ideo solum pyrgum multi adhibebant ad tesseras mittendas. sed & fimum, & camum, & pyrgum, & psephobolum nonnulli etiam confundunt. pyrgum porro Latini etiam *fritillum* dixerunt. falluntur enim qui à pyrgo distinguunt. sed illi maxime, qui pro tabula lusoria accipiunt. quo in errore video esse etiam doctissimos hujus ætatis viros. sed eos præter χεῖρας auctorum etiam vocis ipsius etymon satis revincit. Juvenalis

—— parvoque eadem movet arma fritillo.

ubi tamen vetus interpres videtur fritillum, & pyxidem & camum idem facere, & à pyrgo distinguere. locum ipsum vide. arma aleatorum sunt tesseræ, quæ fritillo moventur, & agitantur priusquam jaciantur. *arma* etiam vocat Epigramma vetus, *de ebore:*

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
Discolor & tabulæ calculus inde datur.

concutiebantur igitur, & mittebantur fritillo tesseræ. Seneca:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

idem ibidem:

Qui concusso
Magna paratis
Lucra fritillo.

fritillum juxta vocabuli veriloquium est ἀλφιτεῖον. *fritinnus* vetus vox est, quæ motitationem, & subsultationem cum sono significat. inde verbum *fritinnire* apud Nonium, quod ipse exponit, *subsilire cum sono, vel erigi & exsilire. fritinnus* pro *fritinnitu*, vel fritinnitione. sic *hinnus* pro hinnitu. vetus auctor: *avium narrationes, & equorum hinnos discebat.* sic *fremus* pro *fremitus* in veteribus Glossis. *fremus*, ταραχή. à *fritinnus* igitur diminutivum *fritillus*. ut *vinnus*, *villus*: *vannus*, *vallus*: *cinnus*, *cillus*: *pusinnus*, *pusillus*. vetus auctor:

Crudum manduces Priamum, Priamique pusinnos.

hinc *fritillum* instrumentum vel vasculum in quo tesseræ fritinniunt, & cum sono subsiliunt, concussæque agitantur. nibil verius. *fritillum* πυξίδα interpretantur optimæ Glossæ. à fritillum, verbum *fritillare*, quo etiam hodie utimur, pro eo quod dicebant veteres *fringutire*, & *fritinnire*, cum motu scilicet, & sono subsilire, & crebra spissaque agitatione concuti. de fritillo & pyrgo rem peregimus, ad calculos pergamus. Calculis tabula ludebatur triginta, quindecim nigris, & quindecim albis: vel albis totidem, totidemque rubeis. eumdem hodieque numerum servamus, & eosdem colores. cento de alea:

Triginta magnos, adversosque orbibus orbes.

eleganter sic calculos expressit. de nigris & albis Petronius: *sequebatur puer cum tabula terebinthina, & crystallinis tesseris, notavique rem omnium delicatissimam. pro calculis enim albis, aut nigris, aureos argenteosque habebat denarios.* in ludo etiam latrunculorum, nigri & albi calculi. auctor Panegyrici in Pisonem:

Ut niveus nigros, aut ut niger alliget albos.

aliquando tamen pro nigris rubei cum albis componebantur. Epigramma vetus:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat:
Decertantque simul candidus, atque rubens.

male hodie legitur, & corrupte: *candidus atque prevens.* legebam aliquando, *atque reus*, & reum pro nigro accipie-

cipiebam. sed vetus & optimus liber docuit me corrigendum esse, *rubens.* aliud epigramma ἀδέσποτον.

Ludentum vario exercentur prælia fato,
Russeus an nitidus præmia sorte ferat.

item in alio nondum edito:

Namque acie æquali concurrit russeus albo,
Ut gravibus damnis se domet alterutter.

in tabula Zenonis quam describit Agathias, nigri cum albis certabant:

Αὐτὰρ ἄναξ λευκοῖο λαχὼν σημήια πεσσοῦ.

idem de nigro:

Ἀλλὰ μέλας δισσοῖς μὲν ἐνόγδοάτῳ λίπε χώρῳ.

sed de calculis satis, ad tesseras veniamus. in numero tesserarum quibus in tabula cum calculis ludebatur, non semel variatum esse comperi apud veteres. antiquissimi tribus tesseris utebantur, media ætas duabus tantum usa est. posterius ævum ad tres rediit. nunc vero duæ tantum ad hunc lusum usurpantur. Grammatici in expositione illius proverbii, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι, notant antiquos tribus usos esse tesseris: πάλαι γὰρ, inquiunt, τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, οὐχ᾽ ὡς οἱ νῦν δύο. temporibus Senecæ duæ tantum tesseræ in usu fuere. sic enim ille in ἀποκολοκυντώσει.

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

nec ætate Euripidis plures jactabantur. nam Achillem duabus tesseris ludentem inducebat in tragœdia Telepho, è qua versum hunc citant Grammatici veteres:

Βέβληκ᾽ Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα.

observant iidem Euripidem in διασκευῇ illius tragœdiæ, πεττείαν ex ea sustulisse, & versum illum expunxisse. Zenobius:

Βέβληκ᾽ Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

τοῦτ᾽ Εὐριπίδου ἐστί. καὶ Ἀριστόξενος δέ φησιν ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὸν Τήλεφον ἐξεῖλε τὴν πεττείαν. quæ verba sic reddidit nuperus interpres Zenobii, vir doctissimus: *& Aristoxenus refert, Euripidem Telephum reprehendendo calculorum evertisse ludum* nec cœlum nec terram tangit ista interpretatio. dormiebat, quum hæc scriberet. sed si vigilabat, mallem dormivisset. dixerat Aristoxenus Euripidem, quum novam Telephum daret, totum illud ἐπεισόδιον quo heroas tesseris ludentes in priore produxerat, sustulisse. διορθῶν Τήλεφον, est corrigens & emendans tragœdiam Telephum. vide Eustath. Iliad. π. ex illo autem versu cujus cujus auctoris sit, nam de eo inter veteres Criticos dubitatur, constat illo in tempore duas tantum tesseras fuisse usitatas: *Jecit*, inquit, *Achilles duo puncta & quattuor.* ita enim vertendus erat ille versus, quem viri doctissimi imperitissime reddiderunt hoc modo: *Duas Achilles quatuorque tesseras jecit.* non ille duas, & quatuor tesseras jecit, sed duabus jactis tesseris, duo & quatuor attulit puncta. mos enim erat aleatoribus, quum duas tesseras jacerent, earum puncta sic designare: *duo, & quattuor: tria, & quinque: quattuor, & sex.* quod etiam hodieque in more habent. Aristophanis interpres: ἔθος δὲ κυβεύουσιν οὕτω λέγειν, β δ. γ ε. ita distinguendum est. male vulgo scribitur: βδγε. fefellit eruditissimos homines ὁμωνυμία vocis κύβος, qua apud Græcos non tessera tantum significatur, sed etiam punctum tesseræ, & unitas. Latini vero nusquam tesseras pro tesserarum punctis posuerunt. eumdem errorem erraverunt, & in illo proverbio cujus supra mentionem fecimus, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. sic enim verterunt, *aut ter sex, aut tres tali.* imperitissime. ita debuerunt: *aut ter sex, aut tria puncta.* κύβος punctum tesseræ significat, τὴν μονάδα. Zenobius paroemiam illam explicans: τὸ μὲν τρὶς ἓξ τὴν τελείαν νίκην δηλοῖ. τὸ δὲ τρεῖς κύβοι, τὴν ἧτταν.

ἔχουσι. πάλαι γὰρ τρισὶν ἔχρῶντο ἀστράγαλοις οἱ παιδιὰς κύβοις, οὐχ' ὥσπερ νῦν δύο. ἔστι δὲ ὁμωνυμία. κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως αὐτὸ τι ῥιπτούμενον ὅτι πλήρης ἐστὶ καὶ μή. hæc Zenobii verba partim mutila partim corrupta sunt, ab interpretibus vero nullo modo intellecta. obseruat Zenobius antiquos tribus tesseris usos esse, idque colligit ex antiquo proverbio quod ita concipiebatur, ἢ τρεῖς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. in quo explicando dicit, τρεῖς ἓξ κύβους victori assignari, τρεῖς κύβους victo. & notat idem in ea voce κύβος ὁμωνυμίαν esse. ὁμωνυμίαν, quam intelligit, hæc est: κύβος & tesseram Græcis significabat, & tesseræ punctum vel unionem? τρεῖς κύβοι igitur in illo proverbio, non sunt tres tesseræ, sed tres uniones vel tria puncta: τρεῖς ἓξ κύβοι, ter sex puncta, vel ter sex uniones. in trium tesserarum jactu, qui ter sex puncta afferebat, felicissime jecerat, neque enim plus poterat afferre. ideoque facile is vincebat omnes, & omnia auferebat in eo lusu, quem πλειστοβολίνδα vocabant: qui plura enim puncta attulisset, abibat victor. at cui tria tantum puncta ceciderant, infelicissimum jactum faciebat, ideoque certissime perdebat. non erat enim qui posset inferius punctum adducere. verba autem Zenobii quæ corruptissima, ita corrigenda certo pronunciamus: ἔστι δὲ ὁμωνυμία. κύβον γὰρ ἔλεγον διχῶς. αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, καὶ ὃ πλήρης ἐστὶ καὶ μή. duplici sensu κύβον dixerunt Græci. αὐτὸ τὸ ῥιπτούμενον, tesseram ipsam nimirum quæ jacitur, & quod in tessera plenum & vacuum est, hoc est τὸ βόλον. veteres latus tesseræ in quo unitas tantum erat notata, vel unicum punctum, *vacuum* appellarunt: illud vero quod sex puncta habebat, *plenum*. in ea parœmia quam Zenobius exponit, τρεῖς κύβοι, sunt tria latera trium tesserarum vacua, quæ tota tria latera, tria tantum puncta exhibent. at τρεῖς ἓξ κύβοι, sunt tria latera plena in tribus tesseris, quæ ter sex uniones ostendunt. Hesychius: οἴνη ἡ ἄμπελος καὶ κυβευτικὸς βόλος; ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξ meliorem interpretem, quam hunc Hesychium Zenobio dare non poterant. οἴνη unionem significat, τὴν μονάδα. hunc κενὸν βόλον vocabant. & contrarius erat τῷ ἕξ, quem πλήρη dicebant. corrupte tamen hodie apud Hesychium excusum est, ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξω. κύβος igitur & tesseram significabat, & unionem. Eustathius: διχῶς γὰρ ὁ κύβος αὐτό τι τὸ ἀναρριπτούμενον, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ μονάς. μονάδα illam etiam οἴνην dicebant, & κενὸν βόλον, ut ex Hesychio didicimus. ideo Iones proverbium illud, ἢ τρεῖς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι, ita efferebant, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς οἶναι. Zenobius postquam dixit κύβον etiam significare τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενὸν tesseræ, addit: τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν οἴνας, καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν, ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶναι corruptissime legas hodie apud Zenobium, καλοῦσιν ὄνους, & τρεῖς ὄνοι. corrigendus & in hac voce Pollux lib. IX. cap. VII. ἰστέον δὲ ὅτι κύβος αὐτό τι τὸ βαλλόμενον καλεῖται, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ κοιλότης, ὁ τύπος, ἡ γραμμή. τὸ δηλοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν βαλλομένων. καὶ μάλιστα ἡ γε μονὰς ἡ παρ' Ἴωσιν οἴνη, εἴγε καλεῖται κύβος, καθότι καὶ ὁ παροιμιώδης λόγος μηνύειν ἔοικεν, ἢ τρεῖς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. ita partim ex veteris exemplaris auctoritate, partim ex conjectura restituimus. asini sunt qui ὄνος ibi pro οἴνη legunt ac defendunt. idem Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Χῖος ἂν καὶ Κῷος ἐκάλουν καὶ οἰνὸν καὶ οἴνην. ἔστι δὲ ἡ οἴνη παρὰ τοῖς Ἴωσι μονὰς perperam editum est apud Pollucem: παρὰ τοῖς Ἴωσι μόνοις. οἴνη antiquæ Græciæ vox quæ idem valebat quod μονάς. οἰνὸς quoque idem quod μόνος. hinc Latinorum *unus*, nam veteres

teres *unus*, & *oinus* scribebant & pronunciabant. ut *ator*, *caro*, & similia. hinc in veteri Scipionis inscriptione Romæ nuper effossa, *oino* scribitur pro *uno*.

HONC OINO PLOIRVME CONSENTIONT. R. DVONORO OPTIMO FVISE VIRO.

ab illo antiquo *οἶνος* verbum οἰνίζειν, τὸ μονάζειν. Hesychius: οἰνίζειν τὸ μονάζειν κατὰ γλῶσσαν. οἴνη igitur apud Iones in talorum lusu idem plane erat, quod apud Latinos *unio*. in tesseris οἴνη, τὴν μονάδα significat, & punctum unicum. οἴνη, μονάς, κοιλότης, σημεῖον, τύπος, χαμμή, κύβος, τρύπημα, & τρῆμα, in tesseris synonymæ sunt voces, quibus tesserarum puncta designantur. τρήματα enim Græci vocabant, & Latini puncta. quare in illo versu Euripidis, quem superius adduximus,

Βιβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω ἐ πίσσαρα,

non πρὸς τοὺς κύβους refertur, sed πρὸς τὸ σημαινόμενον, ad τρήματα. τρῆμα enim, & κύβος idem. punctum nimirum tesseræ. hinc τρηματίζειν apud Dores punctis ludere, & τρηματικοὶ lusores. quod de illo genere aleæ proprie dicebatur quo in singula puncta certam pecuniæ summam constituebant, & in medium conferebant, isque eam tollebat universam qui multitudine punctorum superasset. Eustathius: καθ' ἕκαστον κύβον, ἤγουν καθ' ἑκάστην μονάδα ἔπαιζον ἀργύριον ὁρισμένον. hoc proprie τρηματίζειν dicebatur, hoc est *in punctum ludere*, ut loquitur Suetonius in Nerone. Sophron apud Eustathium: ἐπιπήσας ἀστέρι τοῖς τρηματίζοντας. inde nomen τρημαλίκτης. Dores enim τρηματίζω dicebant, & τρημαλίξαι, ἀπὸ τοῦ τρηματίζω. atque inde τρημαλίκτης pro τρηματιστής. ut σαλπικτὴς ἀπὸ τοῦ σαλπίζω. Pollux: τῶν δὲ τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ταύτῃ τῇ παιδιᾷ χρώμενοι τρημαλίκται, τὴν ἀργυρωσίαν οἶκον, ἢ τὸ πρᾶγμα τρημαλίζειν. perperam apud Pollucem, τρημαλίζουσι. Hesychius: τρημαλικτής, κυβευτὴς ἀπὸ τῶν ἐν κύβοις τρημάτων. male in Hesychio legitur: τρησμαλικτής. τρημαλίτης habet Eustathius. quod caret ratione. nec enim ἀπὸ τοῦ τρημαλίζειν deduci queat τρημαλίτης. πλειστοβολίνδα hanc aleam vocabant. & nihil ad nostram hanc pertinet, qua in tabula cum calculis luditur, Græci autem τρήματα, Latini puncta appellant. Ausonius:

Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ revocata moras.

Luxurius in epigrammate *de tablista*:

Ludit cum multis Vatanas, sed ludere nescit,
Et putat imperio currere puncta suo.

vetus aliud epigramma de tabula nondum editum:

Adversis punctis dictum se nemo fatetur.
Vulnera plus crescunt punctis, quam bella sagittis.

puncta etiam hodie vocamus. quam Græci autem οἴνην in tesseris appellant, nos *assem* dicimus, hoc est unionem, τὴν μονάδα. assem quoque pro *uno* vel unitate dixere Latini veteres. *adjecto asse* apud Vitruvium pro adjecta unitate. & apud Hyginum, *accepto asse* pro accepta unitate. *assem relinquo*, pro unitatem relinquo. in Gromatico: *omnis trigonus ductus, octies accepto asse facit quadratum: cujus latus demitto, assem relinquo, sumo partem dimidiam, facit trigonum.* Glossæ: *as*, ἅπαξ. *assarium*: μονομάχον. hanc vocem à Siculis vel Tarantinis Romani veteres sumpsere. εἷς, quod est unus, Siculi dicebant αἷς, ut αἰ pro εἰ: αἰεὶ pro εἰεὶ, & similia. Tarentini pro αἷς rursum dicebant ἆς, ut ἄνισμα pro αἴνισμα. inde *as* pro uno Latinis. Tesseræ quoque vocabulum ab iisdem accepere Romani. τεσσάριον vel τεσσάρες illi vocabant.

ignobilis scurra, *Ave* (inquit) *Auguste*. Allataque lana purpurea, [1] humeris ejus junxit, eumque adoravit: timor inde consciorum, atque inde jam exercitus tentatio & imperii. Non nihilum tamen Gallis profuit. [2] Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur,

cabant figuram quamvis quadratam, quæ quattuor angulos haberet. hinc Latinis *tessera*, & *tessella* lapillus quadratus, & κύβος, quem sciunt omnes esse quadratum. Isidorus: *tesseris, quadris*. τεσσάρη, *tessera*. ut πατάνη, patena. Sed ut eo redeamus unde sumus digressi, tres tesseræ veteribus erant in usu, & in lusu, ut supra ostendimus. postea duæ tantum cœperunt usurpari. tres deinde resumpsit inferior ætas. Isidorus de tabula: *nam tribus tesseris ludere perhibent, propter tria tempora præterita, præsentia & futura, quia non stant, sed decurrunt*. Agathias in tabulam Zenonis, trium tesserarum meminit:

Τριχθαδίας αἰδόνησε βαλὼν ψηφῖδας ἀπ' ἠθμοῦ,
Πύργου δουρατέου κλίμακι κευθομένας.

hodie vero duabus utimur in hoc tabulæ lusu. sed manum tandem de tabula, quod ajunt, jam satis lusimus.

CASAUBONUS.

1 *Humeris ejus junxit.*] Melius scripta lectio, *ingeßit*.

2 *Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, n.*] Errat Vopiscus: jam enim multo ante & Alamannorum nomen Romanis cognitum fuerat, & Caracallo de ea gente victa partum Alamannici cognomen. auctor Spartianus in vita & Aurelius Victor: cujus verba sunt: *Alamannos gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit.* quo tempore autem Vopiscus hæc scribebat, notissimi erant. Arnobius æqualis scriptor, aut natu non multo grandior: *Si Alamannos, Persas, Scythas, idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum gentibus Christiani.* nihil enim mutandum in hoc Arnobii loco: secus quam eruditi viri putarunt.

GRUTERUS.

1 *Humeris ejus ingeßit.*] Est à scriptis Gall. vulgg. *junxit*. Palat. *vinxit*. fortasse *injecit*.

SALMASIUS.

2 *Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur.*] Errare Vopiscum asserit Casaubonus: jam enim multo ante Romanis cognitum fuisse Alamannorum nomen, & Caracallo de ea gente vi&tpartum cognomen. immo non errat Vopiscus, sed ipse qui eum errare dicit vir doctissimus, non mediocriter errat. multo sane ante Proculum de nomine cogniti fuere Romanis Alamanni, sed pro certa duntaxat Germanorum gente, non pro totis Germanis, quemadmodum jam accipiebantur Vopisci ætate, & nunc quoque adhuc accipiuntur. Alamanni qui dicebantur Caracalli temporibus, gens erat Germaniæ populosa, ut scribit Aurelius Victor, & ex equo mirifice pugnans, quos cum devicisset prope Mœnum Caracallus, Alamannici cognomen assumpsit. hi Alamanni postea toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis Alamannia dicta est, & etiamnunc ita dicitur. quo tempore sumpsit imperium Proculus, Germani nondum dicebantur Alamanni, ut scribit heic Vopiscus, qui sua ætate jam hoc obtinuisse refert, ut Germani Alamanni vocareptur. non multo ante Vopisci tempora id apparet factum, ut Germania concesserit in Ala-

dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, nunquàm aliter quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, [1]quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit & interemit. Posteri ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt, qui joco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didicisse memini. Veniamus ad Bonosum, [2]de quo multo minora condidi.

BONOSUS.

14 [3]BONOSUS domo Hispaniensis fuit, origine Britannus: [4]Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris

Alamanniæ nomen, quandoquidem ut annotat heic Vopiscus, Proculi ætate, hoc est sub Probo, Germani adhuc dicebantur Germani, & nondum in Alamannorum nomen transierant. Arnobius, qui eadem qua Vopiscus ætate vixit & scripsit, Alamannos nominans, non de certa Germaniæ gente intellexit, sed de Germanis ipsis, quos Alamannos vocat, quia jam ita dicebantur illo in ævo: *Si Alamannos, Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum finibus Christiani.*

CASAUBONUS.

1 *Quibus familiare est ridendo fidem frangere.*] Procopius Gotthicorum secundo, idem de eadem gente: ἔστι γὰρ τὸ ἔθνος τοῦτο τὰ ἐς πίστιν σφαλερώτατον ἀνθρώπων ἁπάντων: & aliquanto post in eam sententiam plura. Salvianus De providentia Dei lib. VII. *Gothorum gens perfida, sed pudica est; Alanorum impudica, sed minus perfida: Franci mendaces, sed hospitales: Saxones crudelitate efferi, sed castitate venerandi.* meminit & lib. IV.

2 *De quo multo minora condidi.*] Non male Jacobus Lectius, *condidici.*

3 *Bonosus homo Hisp.*] Scribe, *B. domo Hisp.* è membranis. pro *Hispaniensis*, quidam veteres, *Carthaginiensis.* non infrequens eo seculo nomen Bonosus: quod Barbarum non est, sed Latinum. nam ut à *canus* fecerunt *canosus*, quo usus Valerianus Augustus in epistola ad Probum; sic à *bonus*, novum nomen ea ætas fecit *bonosus.* Bonosi cujusdam mentio habetur in epistola Hieronymi ad Chromatium: Bonosi episcopi in LXXIX. Ambrosii. in antiquis inscriptionibus BONOSUS invenies & BONOSA.

4 *Galla tamen matre, ut ipse dicebat, rh.*] Corrupta distinctio: tu interpunge: *origine Britannus, Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis didici, pædagogi litterarii.*

GRUTERUS.

3 *Bonosus domo Hispaniensi, fuit origine.*] Sic etiam longe melius Pal. quam vulgg. *Bonosus homo Hispaniensis fuit origine Brit.*

SALMASIUS.

3 *Bonosus domo Hispaniensis.*] *Bonosus*

toris filius; ut ab aliis comperi, pædagogi literarii. parvulus patrem amisit, atque à matre fortissima educatus, [1] literarum nihil didicit. [2] Militavit primum inter

sus nomen proprium, & Romanum. *Bonus*, & *bonosus*; *malus* & *malosus*: ut *canus*, & *canosus*. ita enim illa ætas loquebatur. Valerianus in epistola ad Probum: *mihi autem eo tempore credita est, quo & me canosum qui credebat, cum gratulatione vidit.* sic veteres *dubiosum*, & *sincerosum* dixere. sic *malignosus* pro *malignus*. Glossæ: *malignosus*, κακεντρεχής. aliæ: κακεντρεχής, *maliginosus*. lege, *malignosus*. hinc *bonosus* à *bonus*. & Bonnsus nomen proprium. Bonosi cujusdam scholastici hæc acute dicta in veteri exemplari repperi. de incestu: *incestum si promiseris, petii. si negaveris, tu petisti.* de funambulo: *vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* hæc Bonoso attribuebantur in antiquo libro. multi alii Bonosi occurrunt, in veterum scriptis.

CASAUBONUS.

1 *Literarum nihil didicit.*] Suspicabatur non abs re eruditissimus Lectius, scribendum potius, *nonnihil.*

SALMASIUS.

2 *Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: ordines duxit, tribunatus egit.*] Quinam sunt isti ordinarii inter quos prima stipendia fecit Bonosus? non enim, ut puto sic vocat ordinum ductores. atqui vulgo ita dicebantur. *ordinarius* proprie est ordinum ductor. ταξίαρχον Græci vocant. *ordinarium* manipularem eum, qui infimi esset ordinis, appellatum crediderisse quosdam scribit Festus. *ordinarius* etiam dicebatur, qui in ordine merebat, miles gregarius. Cato in ea contra Thermum, quam de suis virtutibus scripserat, *quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper?* qui stipendia in ordine meret, *ordinarius.* Frontinus lib. IV. Stratag. cap. I. *Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.* *militem in legione* idem vocat paulo post eum qui in ordine merebat: *L. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio filium posset habere, in legione militem fecit.* an ordinarii hoc sensu heic accipiendi pro militibus legionariis, & iis qui in ordine merebant? inter istos igitur ordinarios in militia legionaria stipendia prima Bonoso fuere, deinde inter equites militavit. ordinarii aliter sumuntur apud Vegetium. nam *ordinarios* dictos fuisse vult, qui prima in acie pugnarent, primosque in prælio ordines ducerent, & eos esse qui antea *principes* vocabantur. lib. II. cap. XV. *sed ante signa & circa signa, necnon etiam in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est ordinarii, ceterique principales.* Olim & libera stante rep. sic acies ordinabantur, ut primi hastati pugnarent, deinde principes, postremo loco triarii. verum mutata postea ferme in totum militiæ ratione, *principes* dicti sunt, qui in prima acie pugnam capesserent, quo nomine primi ordines, vel primorum ordinum ductores, hoc est ordinarii intelligebantur. quinam principes vocarentur alio loco ostendit idem Vegetius: *instructionis lex est ut primo in ordine exercitati, & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabant.* atque hi sunt principes, quos *ordinarios* supra appellavit idem auctor, veteres nempe & exercitati milites, qui in prælio, quia primi erant, primos ordines ducebant. vix dubitem ordinarios istos fuisse qui ante *evocati* dicebantur. milites erant veteres, & qui e militia jam exierant, sed ad eam sponte revocabantur, ordinum & præ-

tiprorum nomina & dignitates secundum præsentes matriculas indicabo. plura de his non addam quæ à doctis hominibus diligentissime observata, & tractata sunt. sed illud ab iisdem minime animadversum, Vegetium *principes*, qui olim dicebantur, & *principia legionum* confundere. apud veteres hic erat ordo instruendæ aciei: primo loco hastati, secundo principes, postremo triarii collocabantur. hæc ratio exercitus in pugnam ordinandi per hastatos, principes & triarios, imperatorum ævo penitus ab usu recessit, & abolita est: retenta tamen nomina sunt dignitatum primi hastati, primi principis, & primipili. hi inter primos ordines erant, & principia legionis, & cum tribunis, aliisque capitibus in prima acie, & circa signa pugnare soliti erant, sub imperatoribus. hinc altos ordines primam aciem habere scripsit Seneca. at Vegetius principes illos qui in secunda acie apud veteres ordinati consueverant, in primam aciem transduxit, & eos cum principiis & principalibus militibus confudit, qui in prima acie pugnabant. inde est quod principes, ordinarios interpretatur, eosque cum ceteris militibus principalibus, ante & circa signa, & in prima acie dimicasse scribit. sane inter principia fuere ordinarii, sive ordinum ductores, & evocati cum tribunis, & aliis legionum rectoribus, ac in prima acie collocabantur, sub imperatoribus. sed eo tempore nulla jam amplius memoria extabat hastatorum, principum & triariorum in re militari, & per illos ordines acies instrui pridem desierant. præterea quo tempore ita solebant instrui, principes non in prima acie, sed in secunda ordinabantur. principia legionum, erant principales milites, ut tribuni, primi centuriones, ordinarii & evocati. atque hi semper in prima acie dimicabant, sub imperatorum ævo. at principes apud veteres ordo militum erat, qui semper in secunda acie collocabatur post hastatos, & ante triarios. quorum primus centurio, primus princeps dicebatur; ut primus hastatorum, *primus hastatus*: & primus triariorum, *primus pilus*. abolitis autem hastatorum, & principum & triariorum ordinibus, remanserunt hæ dignitates in legione. in locum triariorum successerunt vexillarii legionum, qui totidem in legione numero erant, quot triarii prius, de quibus nos supra. principes, quales veteribus cogniti erant, pro secundo militum ordine, cum principiis legionum confudisse Vegetium etiam ex eo patet, quod principes illos, principia legionum vocat lib. 1. cap. xx. de velitibus loquens: *nec erant admodum multi qui cedentes, si prælii necessitas compulisset, inter principia legionum recipi solebant, ita ut aciei immota consisteret.* principes autem in veteri militia, non illi dicebantur, qui primo loco pugnarent, nam semper in secunda acie instruebantur, sed quod ætate florentes essent, & solido robore firmatas vires possiderent. hastati juvenes & adolescentes erant, primamque aciem constituebant: principes, virilem ætatem, & robustam attigerant, & in secunda acie collocabantur. triarii jam senes & maturi, & in postrema acie subsidebant. unde igitur id expiscatus est Vegetius, principes apud veteres in prima acie pugnasse? unde item illud, milites eos veteres & exercitatos fuisse? legerat nimirum apud medii ævi scriptores qui sub imperatoribus vixerunt, & de re militari scripserunt, principia legionum, in prima acie, & ante ac circa signa semper collocari & ordinati solita: putavitque principes illos quorum frequens apud antiquos auctores mentio, eosdem fuisse cum principalibus militibus vel principiis legionum, & eo principes dictos esse, quod primi essent, & primi in acie dimicarent. in quo vehementer falsus est. non defuere tamen, qui primum principum classem antiquitus fuisse traderent, & primos in acie prin-

ter ordinarios, deinde inter equites: duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Rhetici fuit: bibit quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus sæpe dicebat, *Non ut vivat natus est, sed ut bibat.* Quem quidem diu in honore habuit causa militiæ. Nam siquando legati Barbarorum undecunque gentium venissent, [1] ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret. [2] Ipse quantumlibet bibisset,

principes stetisse, & in eum ordinem vulgo conscribi solitos, qui ditissimi essent è populo. hoc tradit Dionysius lib. IV. sed ne sic quidem principes illi qui in prima classe erant, iidem poterunt esse cum principalibus militibus, & principiis legionum. ordo vero ille quem scribit Dionysius, à Servio, nec diu duravit. apud Polybium & Livium hastatos semper primo loco pugnantes, secundo principes reperies. sed de tota hac re nos alio tempore & opere fusius, ubi multa ad militiam veterum pertinentia, adhuc intacta & intentata, & paucis cognita, immo nullis tractabimus.

CASAUBONUS.

1 *Ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret.*] Ita fuit moris Aureliano per hoc lene tormentum, ut appellat lyricus, & legatis & aliis verum elicere. Supra de Firmo: *Fuit ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, si quando eum tentare voluisset.* alludit ad principum hunc morem Ambrosius De jejunio, cap. XVII. *Plerique*, ait, *vino utuntur pro equuleo: & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, ut patriæ statum, salutem civium, defensionis suæ prodant consilia.* Exemplum elicitæ in vino veritatis habes in Excerptis Legationum ex historia Eunapii.

GRUTERUS.

1 *Ipsi propinabantur, ut eos inebriaret.*] Ita omnino Palatinus, eleganti sententiâ. quemadmodum & Terentius, *hunc vobis deridendum propino:* legebatur prius prorsus insubide: *ipsis propinabat: ut eos inebriaret.*

SALMASIUS.

2 *Ipse quantumlibet bibisset semper securus, & sobrius.*] Securus, ἔμφρων, qui eatenus bibit ut adhuc sui compos sit, & mente consistat. ita enim Græci ἔμφρονα accipiunt, quem vinum scilicet non deposuit, nec de mentis statu deturbavit. ἔμφρονέστατος etiam dicebatur. nam proprie ἔμφρονέστατος, & ἔμφρων, qui suæ mentis est. ut contra παρέμφρονες, & παρέμφρονέστατοι certiti homines & cerebri commoti. Xenophon de institutis Lacedæmoniorum: καὶ μὴν τὸ ἐπὶ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι, εἰδότες ὅτι οὐκ ἐνθάδε ἐδείπνουν καταμενοῦσι, καὶ τῇ ὄρφνῃ ὅσα ἡμέρᾳ χρηστέον· οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανοῦ τὸν ἔτι ἔμφρονα ἔξεστι πορεύεσθαι. τὸν ἔτι ἔμφρονα, qui adhuc securus & sobrius est, ὑπὸ οἴνου μὴ σφαλλόμενον, cui mens adhuc constat, cujus pedes ac manus adhuc officium suum faciunt, quem nondum vinum expugnavit, ac debellavit. ἀποχαρακωθῆναι ὑπὸ τοῦ οἴνου Græci eleganter dicunt, vino expugnari, & deponi. χαρακῶσαι est munire. cujus contrarium ἀποχαρακῶσαι, vallum rumpere, & excindere munimentum. Antoninus Liberalis in libro Metamorphoseωn: καὶ ὁ λέων ὑπὸ λιμοῦ τροφῇ ταύτῃ χρῆται.

bisset, semper securus & sobrius; &, ut Onesimus dicit scriptor vitæ Probi, adhuc in vino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem, ut quantum bibisset, tantum mingeret: neque unquam aut ejus pectus, aut venter, aut vesica gravaretur. Hic idem [1] quum quodam tempore [2] in Rheno Romanas lusorias Germani

χενοδιδρος, ἀπηχαρακώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου. vino depositus est. ἐμφρόνας & ἐμφρένας, Græci vocabant homines sanæ mentis, ut contra παρεμφρόνας, & παρεμφρένας, commotæ mentis & cerritos. Glossæ: *cerritus*, ἐμμανής, παρεμφάρακτος. ita vulgo editur. nec mutandum in παρέμφρακτος. nam φαρέσσειν pro φράσσειν dicebant, & φάραγμα pro φράγμα. Hesychius, ubi nulla mendi suspicio potest esse: φάραγμα, φραγμός. παρεμφάρακτος etiam apud eumdem legitur, & ἀσελγὴ interpretatur. παρεμφάρακτος, ἀσελγής. *securus* igitur est ἔμφρων. *securus* tamen heic posset accipi, cui tuto secreta committuntur, qui per vinum & ebrietatem ea non prodit. *securos* etiam homines hodie dicimus quibus arcana tuto possis credere. sic *tutas aures* quibus tuto creditur secretum, dixit Seneca lib. VI. de benef. cap. XXIX. *aures si deliberari velit diligentias, tuta; si credere, convictus familiaris*. Bonosus hic legatos gentium barbararum inebriabat, & per vinum ab iis cuncta cognoscebat, cum ipse quantumlibet bibisset, securus tamen esset & sobrius, nec per vinum secreta Romana barbaris proderet, immo etiam adhuc in vino erat prudentior, ut Onesimus dicebat, scriptor vitæ Probi.

CASAUBONUS.

1 *Cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendissent.*] Vetusto errore depravatus hic locus: nam omnes scripti agnoscunt ridiculam vocem *luxurias*. scribendum vero *clusurias*, præcipiente Jacobo Cujacio, cujus Observationes adeant tirones libro tertio, cap. XXIV.

GRUTERUS.

2 *In Rheno Romanas luxurias Germani.*] Pal. *luxorias*. propius ad verum. legendum enim vel *lusorias*: ita enim vocabantur naves quas Romani habebant in fluminibus contra barbaros, ultro citroque medio currentes alveo. vel certe *clusurias*, quod ultimum pluribus firmat elegantiæ omnis Arbiter Petrus Pithœus lib. I. Adversariorum subsecivorum cap. 14. videatur & Cujacius lib. XXI. Observationum cap. 24.

SALMASIUS.

2 *In Rheno Romanas lusorias barbari incendissent.*] Ita emendavimus cum vulgo excuderetur, *Romanas luxurias*. at Cujacius, Pithœus, Casaubonus legere heic malebant, *clusurias*. tantos viros, ac tam minime ineptos, adeo absurdam lectionem probare potuisse valde miror, aut ab uno excogitatam ceteros probavisse. scio *clusuras*, & *clusas* Latine quid appellentur. sed *clusurias* pro *clusuras* Latinos dixisse nemo est, qui mihi persuadere possit. quæ Latinis autem *clusuræ*, Græci κλεισούρας fecerunt, more suo, ut propius ad Græci nominis inflexionem accederent, quasi ἀπὸ τοῦ κλείειν dictæ essent. demus Latinum esse *clusuriam*. quid illæ facient in Rheno clusuriæ? in medio scilicet Rheno castella ædificata accipiemus, & clusuras constructas? nihil absurdius. *lusorias* igitur vera lectio, & emendatio. per *lusorias* intelligit naves,

ves, quæ in Rheno semper instructæ habebantur, & paratæ ad arcendos barbarorum transitus. in omnibus enim locis, in quibus barbari non limitibus, sed magnis fluminibus dividebantur, flumina illa navibus, quas lusorias dicebant, erant instructa, quibus ad quotidianas excubias utebantur, prohibendis barbarorum discursibus, & incursibus. sic & in Rheno, & in Danubio lusorias habuere ad hanc rem. lusoriarum in Rheno meminit heic Vopiscus, & auctor Panegyrici Constantino dicti, cujus verba retulit doctissimus Pithoeus in adversariis. Lusoriarum in Danubio mentio apud Vegetium lib. v. cap. ult. *de lusoriis, quæ in Danubio quotidianis utuntur excubiis reticendum puto.* & in Cod. Theod. leg. unic. *de lusoriis Danubii.* Vegetius duo genera classium apud Romanos fuisse scribit, *liburnas*, & *lusorias.* liburnis in mari utebantur, lusoriis in fluminibus. ad limites autem, ubi flumina barbaros dividebant, non tantum in iis fluminibus dispositæ & armatæ haberi solebant lusoriæ, sed etiam in ripa eorumdem fluminum crebra erant extructa castella per milites servanda, qui limitem tuebantur. hinc sæpe apud auctores junctim mentio fit castrorum, lusoriarumque. castra in ripa fluminis erant locata, lusoriæ in flumine ipso. leg. iv. Cod. de offic. jud. mil. *castrorum quinetiam refectionis, lusoriarumque curam habeant.* ita ibi legendum ex veteribus libris, qui scriptum habent partim *luxuriarum*, partim *lustriarum.* vulgo legitur, *lustrationis.* maximus Jurisconsultus emendabat, *clusuriarum.* quod non potest ferri. eadem lectio restituenda leg. *curæ.* Cod. de offic. mag. officiorum: *quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac lusoriarum cura procedat, quotannis significare propria suggestione procuret.* in vulgatis editur, *clausularum.* libri scripti, ut scimus doctorum virorum testimonio, ibi exhibent, *clusoriarum.* nos *lusoriarum* legendum persendimus. notandum autem est, quod viri docti minime advertisse videntur, duas illas leges sumptas fuisse ex Theodosii Novella, *de ambitu, & lucris limitaneis sibi vindicandis*, ut ex inscriptione & subscriptione constat. Novella illa scripta est ab Impp. Theodosio & Valentiniano ad Nomum magistrum officiorum. vulgo, *Numo magistro officiorum.* perperam. male etiam Cujacius, *Nonio.* subscriptio Novellæ ita habet: *Dat. prid. Id. Sept. Const. Maximo II. & Paterno Coss.* scriptæ quoque illæ duæ leges Nomo magistro officiorum, & eamdem utraque subscriptionem habet, nisi quod *Paterio* pro *Paterno* vitiose in subscriptione legitur, *& II. Id. Sept.* pro *prid. Id. Sept.* etiam male. nunquam enim Latini dixere, *ante diem secundum Kal. Non. & Idus*, sed semper, *ante diem pridie Kal. Non. Id.* sic igitur numerabant: *ante diem quintum Idus; ante diem quartum Idus: ante diem tertium Idus: ante diem pridie Idus.* & ita etiam Græci, πρὸ τεσσάρων, πρὸ τριῶν, πρὸ μιᾶς εἰδῶν, ταῖς εἰδοῖς. vitabant enim nominare τὴν δυάδα, tanquam male ominatam. vetus auctor Græcus περὶ Βισέξτου. λέγονται δὲ οὕτως. Καλάνδαις Ἰανουαρίαις τῇ α΄ Ἰανουαρίου. τῇ β΄, πρὸ δ΄ Νωνῶν Ἰανουαρίου· τῇ γ΄ πρὸ γ΄. τὴν δὲ τοῦ Ἰανουαρίου πρὸ μιᾶς Νωνῶν, οὐκ ὀνομάζουσι γὰρ τὴν δυάδα. διὰ τοῦτο οὐ λέγουσι πρὸ β΄, ὡς ἀποφράδα. sed hæc obiter. verba Novellæ, ex quibus lex quarta Codicis *de offic. milit. Jud.* sumpta est, ita sunt ex eadem lege iv. supplenda, ac resarcienda. mutila enim illa parte vulgo Novella est: *Castrorum quinetiam refectionis lusoriarumque curam habeant. Quibus cum principibus, castrorumque præpositis pro laborum vicissitudine, limitanei tantum militis, duodecimam annonarum partem distribuendam videlicet inter eos, magisteriæ potestatis arbitrio deputamus.* lex vero quarta, Cod. *de off. mag. offic.* tota facta est ex his ejusdem Novellæ verbis: *id autem curæ perpetuæ tui culminis credidimus injungendum, ut tam Thracici, quam Illyrici, nec non etiam*

Orienta-

Orientalis ac Pontici limitis, Ægyptiaci insuper, Thebaici, Libycique, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac lusoriarum cura procedat, quotannis mense Januario in sacro consistorio significare nobis propria suggestione procures. perperam etiam hodie in illa Novella *clusoriarum* pro *lusoriarum*, habetur excusum. eodem genere mendi *procluserat* etiam in antiquissimis Flori exemplaribus scriptum olim invenimus *ἀντὶ τοῦ proluserat*. nec semel alibi hanc mendi indolem mihi oblatam memini exemplaria manu exarata volventi. *cludere* inquam, & *praecludere*, pro *ludere* & *praeludere*, & *includere* pro *inludere*. quod & illi sciunt, qui veteres libros aliquando versarunt. inde etiam *clusoriae*, fere semper cum vitio scriptum reperitur in libris pro *lusoriae*. quod librariorum imperitia invexit, qui nesciebant quid essent lusoriae, & quum eas frequenter cum castris & burgis jungi viderent, putabant debere eas esse ac dici *clusorias*. *lusoriarum* porro apud Ammianum mentio non uno loco. classici milites, qui in illis lusoriis erant, *lembarii* dicebantur: qui in castris, *castriani*, & *castriciani*. utrorumque meminit Aurelianus in epistola ad Ulpium Crinitum: *hi comprehensi sunt septem millibus lembariorum, ripariensium, castrianorum, & Daciscorum.* ita enim ibi correximus ex veteri libro. *Lembarii* milites vocabantur, qui in illis lusoriis constituti erant: riparienses vel ripenses, qui in ripa per cuneos dispositi, eam tuebantur. *castriani* vel *castriciani*, qui castra quae in limite extructa erant, tutabantur. *castricianorum* & *riparensium* junctim meminit lex XVIII. Cod. Theod. *de re militari*, de lembariis & ripariensibus, vel etiam castrianis intellexit auctor Panegyrici Constantino dicti, per haec verba: *cum tamen haec tu magis ad gloriam imperii tui, & ornatum limitis facias, quam ad facultatem quoties velis in hostem transeundi, quippe cum totus armatis navibus Rhenus instructus sit, & ripis omnibus usque ad Oceanum dispositus miles immineat.* per *naves* quibus Rhenus instructus erat, haud dubium est quin intelligat Rheni lusorias, quarum heic apud Vopiscum mentio. harum lusoriarum aliae fuere *judiciariae*, aliae *agrarienses*. lex unica, Cod. Theod. *de lusoriis Danubii*, jubet quotannis novas de integro construi in Mœsiaco limite quattuor judiciarias, & decem agrarienses: in Scythico vero quinque judiciarias, & duodecim agrarienses. agrarienses eas fuisse puto, quarum quotidie usus erat ad agrarias, id est excubias faciendas: *judiciarias*, quae limitaneorum ducum, qui & judices dicti, usibus serviebant, quoties limitem lustrare vellent, & flumen decurrere, aut etiam in hostes transire. *lusoriae* porro proprie naves sic appellatae, quae nec ad usum belli, ut triremes & aeratae, nec ad merces vehendas erant factae, sed ad lusum tantum & solas circumvectationis delicias habebantur. hinc *lusorias & cubiculatas, & cetera regum ludibria in mari lascivientium* memorat Seneca, quas triremibus & aeratis opponit. hinc λυσώριον πλοῖον Epiphanio, lusoria navis, quo delicatus Hadriani Antinous delicate per Nilum ultro citroque lasciviens vectabatur, quam & cum ipso in urbes Antinoi Hadrianus condidit, & consecravit. ὁ Ἀντίνοος, inquit, ὁ ἐν Ἀντινόου κεκηδευμένος, καὶ σὺν λυσωρίῳ πλοίῳ κείμενος ὑπὸ Ἀδριανοῦ οὕτως κατετάγη. *lusorias* etiam possit aliquis naves appellare quibus ludicra naumachiarum certamina in lacubus aut fluminibus, aut etiam mari edebantur. ludere etiam navigia dicebantur, quae pelago per lasciviam decurrentia, multiplices dabant motus, & impetus, ac recursus, variosque flexus edebant. quo genere plerumque per otium ludere nautae consueverunt ad ostendendam artis peritiam, & navium habilitatem. Seneca epist. XV. *eodem die ubi luserunt navigia, sorbentur.*

mani incendiſſent, timore ne pœnas daret, ſumpſit imperium: [1] idque diutius tenuit quam merebatur. Nam longo gravique certamine à Probo ſuperatus, laqueo vitam finivit. [2] Tunc quidem jocus extitit, *Amphoram pendere, non hominem.* Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoq; ejus in honore habita, & uſque ad mortem ſalario præſtito. Fuiſſe enim dicitur (ut & avus meus dicebat) fœmina ſingularis exempli, & familiæ nobilis gentis Gotthicæ: quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat ut per eum à Gotthis cuncta cognoſceret. Erat enim illa virgo regalis. Extant literæ ad legatum Thraciarum ſcriptæ, de iis nuptiis & donis quæ Aurelianus Bonoſo dari nuptiarum cauſa juſſit, quas ego inſerui: *Aurelianus Auguſtus [3] Gallonio Avito ſalutem. Superioribus literis ſcripſeram, [4] ut optimates Gotthicas apud Perinthum collocares, decretis ſalariis, non ut ſingulæ acciperent, ſed*

poſtea κατακχρηστικῶς quaſlibet minores naves, *luſorias* appellarunt. & inde luſoriæ, in fluminibus, leviſſima & expeditiſſima navigia, quibus ultro citroque flumina, decurrebant milites, ad tuendum limitem conſtituti, ut barbarorum excurſus, & exſcenſiones in Romanam ripam prohiberent. nihil enim minus illæ quam luſoriæ; utpote quæ armatæ ipſæ, & militibus armatis eſſent inſtructæ. quod enim naves illæ quæ ad ludum, & laſciviam, & ſolas delicias fabricabantur, & proprie inde luſoriæ vocabantur, minoris ut plurimum formæ eſſent, propterea quælibet etiam minora navigia, quæ in fluminibus uſui erant, *luſoria* appellarunt.

GRVTERVS.

1 *Idque diutius tenuit quam merebatur.*] Et hæc bona lectio à Palatino. vulgati in hunc diem, *quam rebatur.*

2 *Tunc quidem jocus exſtitit.*] Pal. *cum quidem.* forſan melius vulgato.

SALMASIUS.

1 *Idque diutius tenuit quam rebatur.*] Vet. ed. *quam merebatur.* quod non improbandum.

3 *Gallonio Avito.*] Eadem editio: *Galloni Avito.* forte: *Galliano Avito.*

CASAUBONUS.

4 *Ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares.*] Poteſt accipi vox *optimates* communi notione de iis quæ in ſuo genere eminerent. ſic ſæpe apud Marcellinum & alios. ſed melius referas ad peculiarem vocis hujus uſum in Gotthica gente. pars enim Gotthorum ὀπτιμάτοι ἐκαλοῦντο, inquit Olympiodorus in Excerptis à Photio. multa de his leguntur in Græcorum recentioribus ſcriptis: quæ ab eruditis viris collecta, prætermittimus.

[1] *sed ut septem simul unum convivium haberent. Quum enim divisa accipiunt, & illæ parum sumunt, & Resp. plurimum perdit. Nunc tamen quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei* [2] *juxta breve infra scriptum omnia quæ præcipimus: sumptu etiam publico nuptias celebrabis.* [3]Brevis munerum fuit: [4]*Tunicas palliolatas hyacin-*

1 *Sed ut septem simul unum convivium haberent.*] *Convivium*, *συμβίωσις*, *κοινόβιον*, *συσσίτιον*. non enim est hic *συμπόσιον*.

GRUTERUS.

2 *Juxta breve infra scriptum.*] Æque bene Pal. *brevem*. de quo supra.

3. *Brevis munerum fuit.*] Lectio isthæc est à Pal. præ quâ sordet vulgata; *Brevis numerus fuit.*

4 *Tunicas palliolatas hyacinthinas.*] Videtur fuisse primum in Palatino *janthinas*. non male.

CASAUBONUS.

4 *Tunicas palliolatas.*] Mixtum genus vestis & formam quodammodo referens, & usum præstans duarum, tunicæ & pallii. utraque vestis tam muliebris fuit quam virilis. non male, opinor, tunicas palliolatas dixeris, pallas manicatas quibus domi utuntur hodie matronæ, & *mantelia cubicularia* vocant. de istis vestibus compositæ figuræ ad Trebellii Claudium: ubi etiam expositæ sunt reliquæ vestes hic nominatæ: nam *internulæ dilores* paragaudes sunt intelligendæ.

SALMASIUS.

2 *Juxta breve infra scriptum.*] *Juxta brevem infra scriptum.* *breves* enim potius quam *brevia* dicebant. sequitur: *brevis munerum fuit.* ita correximus. cum vulgo etiam in editione Casauboni scriberetur: *brevis numerus fuit.* manifesto mendo.

4 *Tunicas palliolatas.*] Mixtum genus vestis, & ex duabus compositum, duarumque usum præstans pallioli & tunicæ, hoc loco interpretatur vir magnus. sed ejus sententiæ non possum subscribere. palliolares dicendæ essent istæ tunicæ, siquidem ex pallio & tunica concinnatæ forent, aut pallii figuram retulissent. sic chlamydes mantueles, non mantuatæ dictæ sunt, quæ ad formam manti erant factæ. sic sagochlamydes, formam sagi pariter & chlamydis referentes. verum palliolatæ tunicæ aliud fuere. ita enim videntur vocasse tunicas, quibus adnexa, & adjuncta erant palliola. palliolum breve capitis opetimentum muliebre. Juvenalis:

—— Dorida nullo
Cultam palliolo. ——

Martialis:

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

viri quoque palliola tegendo capiti, sed in morbo usurpabant Ovidius:

Sæpe fac ægrotum simules, nec turpe putaris
Palliolum nitidis imposuisse comis.

ita scriptum in veteri libro legi, non *pileolum*, ut in editis habetur. °notum illud Quintiliani: *palliolum, sicut fascias & focalia, sola potest excusare valetudo.* ut *palliolatæ* autem *tunicæ* quæ palliola adjuncta haberent, sic vestes cucullatæ vulgo dicebantur, quæ cucullos habebant. Isidorus: *casula est vestis cucullata, dicta per diminutivum à casa, quod totum hominem tegat, quasi minor casa.* ita & loricæ cucullatæ, quæ cum cucullis erant, & totum hominem à capite contegebant usque ad pedes. Glossarium Arabicolatinum: *lodix, cucullata lorica. Zaba.* videntur

olim mulieres pro diversis tunicis diversa quoque habuisse palliola, ita ut talem tunicam cum tali palliolo gestarent. quod & hodie sciunt observare nostræ mulieres. quibus autem pro variis tunicis, varia & sua quædam propria palliola sumebantur, solebant singulas tunicas suis palliolis instruere, quæ & palliolatæ vulgo videntur appellari consuetæ, tunicatum cum palliolis junctim meminit Scævola leg. XXXVIII. D. *de auro, arg. mundo.* legem ipsam huc adducemus totam, cum ut eam exponamus, quæ à nemine hactenus intellecta est, tum ut impurissimo glossamento, quo inquinata est, liberemus. sic igitur legunt Pandectæ Florentinæ: *Semproniæ Piæ hoc amplius copertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis quas elegerit dari volo. Quæro an ex universa veste, id est an ex synthesi tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit. Respondit, si essent tunicæ singulares cum palliolis relictæ, ex his dumtaxat eligi posse. quod si non est, heredem vel tunicas & palliola, sed ex synthesi, præstaturum, vel veram æstimationem earum.* omnia recta sunt & sincera in hac lege præter illud *id est*, quod interjectum videtur verbis Jurisconsulti ab imperito librario, nisi forte Tribonianus ipse, qui putaret universam vestem & synthesin esse idem. nihil est quod æque faciat contra mentem auctoris qui ita scriptum reliquerat: *quæro an ex universa veste an ex synthesi singulas tunicas, & palliola Sempronia eligere possit.* totius autem legis sententia hæc est. Semproniæ Piæ dari voluit testatrix tres tunicas cum palliolis, quæ elegerit. quæritur apud Jurisconsultum, utrum ex universa veste an ex synthesi tunicas singulas, & palliola Sempronia eligere possit. profecto si *universa vestis*, & synthesis idem fuisset, vane & frivole quæreretur, an Sempronia cui tres tunicæ cum palliolis erant legatæ, quæ elegisset ipsa, tunicas illas singulas & palliola ex universa veste, & synthesi eligere posset. quis de hoc dubitare, aut super hac re controversiam poterat movere? cui permissum est eligere, tres tunicas cum palliolis, unde vero eliget nisi ex universa veste? id est ex synthesi? sed aliud synthesis, aliud universa vestis. & quæstio hæc erat, utrum Sempronia cui testamento datæ erant tres tunicæ cum palliolis quæ elegerit, singulas possit tunicas & palliola ex universa veste eligere, an ex synthesi. ad eam quæstionem ita respondit Jurisconsultus: *si essent tunicæ singulares cum palliolis relictæ, ex his dumtaxat eligi posset.* hoc est, si inter vestem defunctæ, tunicæ singulares cum palliolis relictæ essent, quæ scilicet in synthesin redactæ non essent, sed solutæ, & incompositæ haberentur, ex his dumtaxat tres tunicas cum palliolis eligere posse Semproniam. singulares tunicas vocat, τὰς μονήρεις, τὰς μοναζούσας. sparsas, & solutas, quæ in synthesin congregatæ & compositæ non erant. sequitur apud Scævolam: *quod si non est, heredem vel tunicas & palliola, sed ex synthesi, præstaturum, vel veram æstimationem earum.* quod si, inquit, testatrix nullas nisi in synthesin structas tunicas reliquisset, nullæque in universa ejus veste, tunicæ singulares, & extra synthesin positæ, repertæ essent, tum heredem tunicas & palliola præstare debere, sed ex synthesi: aut si synthesin dissolvere ac dissipare nollet, (peribat enim synthesis, aliquot ex ea vestibus detractis,) veram earum æstimationem præstaturum. sic igitur universa vestis, & synthesis differebant. universa vestis, & multas singulares vestes, & multas syntheses continebat. singulares vestes dicebantur, αἱ μοναχαὶ, quæ in synthesi compositæ non essent. quæ in synthesi struebantur, certo numero solebant secundum species inter se jungi & componi. septenæ vestes ejusdem coloris, facturæ, & materiæ synthesin unam constituebant. ut septem tunicæ subsericæ coloriæ; septem purpureæ; septem pallia auro

spat-

hyacinthinas subsericas: tunicam auro clavatam subsericam librilem unam, [1] *interulas dilores duas, & reliqua quæ*

spatia. & sic de aliis. septenario enim numero semper construebantur syntheses vestium. hinc *septenaria synthesis Sagunti*, Martiali pro septem vasis paribus fictilibus. Statius:

Aut unam dare synthesin, quid horres?
Alveorum, calicum atque caccaborum.

ita legendum apud Statium: vulgo legitur, *Alborum calicum.* turpissimo mendo. *alvi* pro *alvei.* sic apud Phædium in scriptis codicibus:

Alvos accipite, & ceris opus infundite.

Glossæ: *alvus*, γαστήρ, κύτος. alibi: *alveus*, κύτος. *synthesis alveorum*, septem alvei. ut synthesis calicum, & caccaborum, septem calices, & totidem caccabi. septenæ quoque vestes synthesin faciebant. pretiosæ vero tantum vestes, & quæ raro usurpantur, quæque diebus festis solum sumerentur, ita per syntheses disponebantur. ut sericæ, subsericæ, coloriæ & auratæ, & id genus claræ raræque vestes. quæ enim quotidie habitabantur, non ita solebant ordinari & in synthesin componi. hinc *synthesina vestis*, de synthesi, pro sumptuosa, & preciosa, qua coloribus, qua plumandi artificio veste. *synthesinam* vestem vocat Suetonius in Nerone. Dioni χιτώνιον ἀνθινὸν dicitur, id est coloria, aut variis coloribus picta tunica. tales enim & in synthesi struere consueverant, & in arca sic positas recondere. Martialis:

Et micat innumeris arcula synthesibus.

syntheses etiam vestes ejusmodi, quæ in synthesi poni solebant, vocabantur. apud Martialem multis locis. Tertullianus de Pallio: *Endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.* ubi *synthesis* manifesto pro synthesina veste, & quæ de synthesi veniebat. tales & *cataclistas* dicebant, Græca voce, κατάκλειστος, quod in arcis inclusæ servarentur. Apulejus: *ornatus nivea & cataclista veste.* sed de synthesibus, & cataclistis plura ad Tertulliani Pallium. palliolatæ tunicæ igitur hoc loco sunt, tunicæ cum palliolis suis, vel tunicæ quibus adjuncta palliola. ita enim solebant palliola cum tunicis jungi, ut ex verbis Scævolæ liquido patet. deest autem numerus tunicarum palliolatarum, quas Hunilæ dari voluit Aurelianus.

1 *Interulas dilores.*] De tunicis, & interulis sive lineis loratis abunde diximus supra. dilores autem & trilores & pentelores non dictæ sunt pro numero filorum aureorum quibus erant intextæ, ut censebat magnus Jurisconsultus, sed pro numero fasciarum vel institarum, & limborum, quibus erant ornatæ. *lora* enim institæ sunt vel fasciæ quibus vestes prætexuntur. quas & paragaudas dixere. nam lorum & paragauda idem. unde *paragaudia* vestis, & *lorata*, quam Græci λωρωτὴν dixere, eadem. institas vocat Paulus Diaconus in vestibus Langobardorum: lib. IV. cap. XXIII. *vestimenta vero eis erant laxa, & maxime linea, qualia Angli Saxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis.* institas ejusmodi sive lora quibus ornabantur vestes, *ornaturas* etiam dixerunt, & *paraturas.* inde vox Græca infimi ævi, παραθήματα, quod Hesychius interpretatur κεφαιστάδια. ὄρνας vocat Cedrenus, & διδακτυλιαίους ὄρνας, latiores institas quibus vestes ornabantur: de Tiberio juniore: θείους διδακτυλιαίους ὄρνας ἐν ταῖς χλαμύσι αὐτῶν κόσμου χάριν. *orna* pro ornatione vel ornatura, pura puta vox Latina. quod & alibi tetigimus. sic enim hæc *orna* à verbo ornare, ut hæc *resona* à resonare. *resona*, ἠχώ.

quæ matronæ conveniunt. Ipsi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille, [1] *æris* H-S. *decies.* Hæc

Glossæ: ita hæc *vigila* pro vigilia à verbo vigilo. inde *vigla* & verbum *pervigilare*. inde Græci recentiores βίγλας, vigilias dixerunt. sic *strigla* pro *strigila*, à strigilo. unde *striglatus*, ξυσμῶδες. sic à verbo *anclare*, quod haurire significat, hæc *ancla* instrumentum quo aqua hauritur de puteis, quod *haustrum* veteres appellabant. rotarum cados interpretatur Nonius. ita etiam plane *ancla* accipitur in hoc veteri Epigrammate nondum edito:

DE ANCLA.

Pendet, & haurit aquas, pendentes evomit undas.
Et fluvium vomitura bibit, mirabile factum:
Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas
Volvitur, & veteres haurit nova machina lymphas.

aliud item vetus Epigramma habemus ex eodem libro ἀνέκδοτον, cujus lemma. *In anclas.* ut ab anclo, hæc *ancla*: sic ab orno, hæc orna. *margella* hujusmodi ornaturas & lora Latini etiam vocarunt. *margum* enim vel *margus*, idem quod margo. hinc diminutiva *margulum*, & *margellum*, pro limbo vel margine quo vestis ornatur. Sidonius: *vestimenta puniceo marginata limbis.* Græci recentiores μαργέλλια vocaverunt ex Latino. *margellam putei* pro margine etiam Burgundiones dicunt hodie.

1 *Æris HS. decies.*] Expresse in veteri editione: *sestertium decies.* quam summam notum est centum millia aureorum efficere, quales erant tunc in usu apud Romanos. mirum vero tantam summam, & tantam quidem in ære, Aurelianum Bonoso dari jussisse, cum tantulam in auro, & argento daret. ecce enim in auro dari jubet ei aureos Phillipeos centum, in argento, Antoninianos argenteos mille, hoc est si ad aurum redigantur, aureos quadraginta, in ære autem, centum millia aureorum. atqui solebant tantumdem ferme in ære donare, quantum in auro & argento, aut non multo plus, & aliquando etiam minus, ut ex sequentium locorum collatione patebit. Valerianus Aureliano per epistolam decernit ad sumptus diurnos, *aureos Antoninianos binos, argenteos Philippeos quinquagenos, æreos denarios centum.* argentei quinquageni duobus aureis valebant. sic tantumdem dat in argento, quantum in auro. & ærei denarii centum, qui & sestertii, unum tantum aureum efficiebant. sic dimidio minus datum illi est in ære, quam in auro & argento. idem Valerianus in epistola ad Mulvium Gallicanum, quæ in vita Probi posita est, Probo dari jubet, *aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, & æreos Philippeos decem millia.* decem millia æreorum idem valebant, quod centum aurei. at mille argentei, quadraginta tantum aureis permutabantur. sic multo minus in argento heic datur quam in auro, & ære. eumdem autem omnino auri & argenti numerum in hac epistola Aureliani habemus expressum, quem in illa Valeriani: sed æris summa plane exorbitat, & extra legem modumque tenditur. quis enim credat uni duci vel tribuno ex mera principis liberalitate centum Romanorum aureorum millia, hoc est nostratium ducenta & quinquaginta millia semel fuisse donata, & quidem in ære, præsertim cum centum tantum aureos tam in auro quam in argento acciperet? nemo itaque eripuerit mihi

quin

Hæc me legiſſe teneo de Bonoſo, & potui quidem horum vitam præterire, quos nemo quærebat. Attamen, ne quid fidei deeſſet, etiam de iis quæ didiceram intimanda curavi. ſuperſunt mihi Carus, Carinus, & A. Numerianus: nam Diocletianus & qui ſequuntur, majore ſtylo dicendi ſunt.

quin legendum putem hoc modo: *æris ſeſtertios decem millia.* æreorum ſeſtertiorum decem millia, centum aureos reddunt. ſic tantumdem in ære datum Bonoſo, quantum in auro. & hic numerus auri, argenti, & æris quem Bonoſus juſſu Aureliani heic accipit, juſtis calculis omnino par eſt illi quem Probo Tribuno dari jubet Valerianus in epiſtola ſua. ut hinc ſit manifeſtum, tribunum eo tempore fuiſſe Bonoſum, quo danda hæc illi decrevit. æris ſeſtertios hoc loco vocat Aurelianus, quos *æreos* ſimpliciter dixit Valerianus. *ærei*, & *ærei ſeſtertii*, & *ærei denarii*, & *folles* ea tempeſtate de eodem pecuniæ genere dicebantur, ut alibi pluribus oſtendimus.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

[1] CARUS.

1 FATO remp. regi, [2] camque nunc ad summum evehi, [3] nunc ad minima retrahi, Probi mors satis prodidit. [4] Nam quum ducta per tempora variis [5] vel erecta

CASAUBONUS.

1 CARUS.] In Regio codice libri hujus inscriptio est, CARUS & NUMERIANUS. nam Carini vita in eo exemplari desideratur. Dubito an horum trium vitæ, liber unus & scriptio eadem censeri debeant. nam ut Probum ac Florianum uno, & item altero quatuor tyrannos; ita videtur patrem & duos filios unico libro complexus. censeas tamen aliter, cum in Cari vita legas ista de Carino: *Sed hæc aliâs.* & post pauca: *Sed hæc, ut diximus, aliâs in vita Carini dicenda sunt.* nam videtur ex his Carini vita separatim & scripta & edita: quare non unus liber; sed plures erant libelli. Melius tamen sentias, vitas quidem esse diversas; at librum unicum. Quare titulum hunc ita rescribe, CARUS NUMERIANUS & CARINUS. sequentes vero duos induce.

2 *Eamque nunc ad summum evehi, nunc ad minima retrahi.*] Vet. *vehi*: & *revehi.* quorum utrumque minus probo. sed pro *ad minima*, scribendum *ad ima*, vel *ad imum.* nam summis opponuntur ima, non autem minima.

SALMASIUS.

1 CARUS.] In Palatino codice nulla hujus libri inscriptio est, sed una serie continuatur, cum præcedenti Bonosi vita, nullo intercisus titulo. nec aliter editio princeps, quæ hanc vitam cum superioribus uno contextu jungit, & ejus initium facit ab his verbis Epistolæ Cari, quæ infra habetur, *Ego vero si ita non essem, aliter non fecissem*, reliquis quæ in medio sunt, omissis, ipso etiam epistolæ principio prætermisso. puto jam in antiquis codicibus desideratum fuisse hujus vitæ Cari initium, & inde factum, ut hæc quæ ad vitam Cari pertinebant, quod titulo & principio carerent, uno tenore cum superioribus connecterentur. quod etiam potest videri evenisse ex aliquot paginarum transpositione antiqui codicis, de quo cetera horum libellorum propagata sunt exemplaria. id facile deprehendas ex veteri Palatinæ Bibliothecæ libro, in quo mirifice perturbatæ sunt, & confusæ, horum duorum principum vitæ, Cari, inquam, & Numeriani. hinc non mirum in tali confusione multa in his vitis ad arbitrium suum immutasse correctores, multa corrupisse, nonnulla etiam de suo addidisse. Vopiscum autem tres hos simul imperatores, Carum, Carinum & Numerianum unico libello comprehendisse, nullum dubium est. sic quadrigam tyrannorum supra uno libello complexus est, ut heic trigam imperatorum.

5 *Vel erecta motibus, vel afflicta.*] Pal. *vel erectam motibus, vel afflictam.* quomodo cohærere possit hæc scriptura non video.

GRUTERUS.

3 *Nunc ad minima retrahi.*] Sic Pal. forte *ad imum retrahi.*

CASAUBONUS.

4 *Nam cum ducta per tempora v.*] Non translatitia locutio, *duci per tempora.* quæ

cta motibus vel afflicta, nunc tempestate aliqua, nunc felicitate variata, [1] omnia prope passa esset quæ patitur in homine uno mortalitas, [2] videbatur post diversitatem malorum jam secura [3] continuata felicitatis mensura, post Aurelianum vehementem principem Probo ex sententia senatus & populi, leges & gubernacula temperante. Sed ruina ingens vel naufragii modo vel incendii accensis fataliter militibus, sublato è medio tali principe, in eam desperationem votum publicum redegit, ut timerent omnes Domitianos, Vitellios, & Nerones.[4] Plus enim timetur de incertis moribus principis, maxime in ea Repub. quæ recentibus confossa vulneribus, Valeriani captivitatem, Gallieni luxuriam, [5] xxx. etiam prope tyrannorum cæsa civilium mem-

quæ si cui minus placet, sublata voce *ducta* eadem remanebit sententia. sed nolim mutare: repugnant enim libri. *duci per tempora* nihil aliud quam durare, & ætatem ferre. istas autem fortunæ varietates passa Resp. Rom. tractu longi temporis.

1 *Omnia prope passa esset quæ patitur in homine uno mortalitas.*] Ut singuli hominum nascuntur, variosque ætatis gradus varie decurrunt modo valentes, modo infirmi, tandemque intereunt: sic & Respublica. ideo Florus Romani populi res descripturus, quasi hominem illum considerat: quod & Augustinus facit in digerendis populi Judaici temporibus: idem, sed aliter Vopiscus hoc loco.

2 *Videbatur post diversitatem malorum jam secura, continuata felicitatis mensura.*] Quis ista intelligit? illa vero ita scripta intelligi non queunt. Legendum est, *continuata felicitate usura.* quam conjecturam nostram non mediocriter regius adjuvat, qui præfert *felicitate.* sic & Italicus unus: ubi etiam pro *mensura*, exaratum *mansura.* placet nihilominus quod posuimus.

4 *Plus enim timetur de incertis moribus principis, maxime i.*] Exple sententiam ex libris: *P. e. timetur de i. m. principis, quam speratur: max.*

5 *XXX. etiam prope tyrannorum cæsa civilium membra sibimet vindicantium, perpessa mœruerit.*] Hæc quoque sunt corruptissima. Puteani liber sic: *XXX. etiam prope tyrannorum collisionibus cæsa bellorum membra sibimet eam vindicantium.* Lego, *Tr. & p. tyrannorum collisionibus cæsa membra, bello civili sibimet eam vindicantium, perpessa mœruerit.* elegans verbum *collisio* σύγκρουσις. Horatius:

Græcia Barbariæ lento collisa duello.

GRUTERUS.

3 *Continuata felicitate mansura.*] Ita etiam Pal. nam longe pejus ante editi; *continuata felicitatis mensurâ.*

4 *Plus enim timetur de incertis moribus Principis quam speratur.*] Illud *quam speratur*, male deerat vulgatis; servabant tamen mss. omnes.

SALMASIUS.

3 *Continuata felicitatis mensura.*] Scribe ex eodem Palat. *continuata felicitate mansura.*

5 *XXX. etiam prope tyrannorum cæsa civilium membra sibimet vindicantium perpessa meruit.*] Nihil istis corruptius.

membra ſibimet vindicantium perpeſſa mœruerit.
2 Nam ſi volumus ab ortu urbis repetere quas varietates ſit paſſa Rom. Reſp. inveniemus nullam magis vel bonis floruiſſe vel malis laboraſſe. Et ut à Romulo incipiam vero patre ac parente Reip. quæ illius felicitas: qui fundavit, conſtituit, roboravitque Remp. atque unus omnium conditorum perfectam urbem reliquit? Quid deinde Numam loquar: [1] qui frequentem bellis & [2] gravidam triumphis civitatem religione munivit? [3] Venit igitur uſque ad Tarquinii Superbi tempora noſtra Reſp. ſed paſſa tempeſtatem de moribus regiis, non ſine gravi exitio ſemper ulta eſt. Adolevit deinde uſque ad tempora Gallicani belli: ſed quaſi quodam merſa naufragio, capta præter arcem urbe, [4] plus pene mali ſenſit [5] quam tunc boni habuerat. Reddidit ſe deinde in integrum, ſed eo uſque gravata eſt Punicis bellis ac terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala præcordiorum timore ſentiret. Crevit deinde victa
3 Carthagine, trans maria miſſis imperiis: ſed ſocialibus affecta

non minus corruptus Palatinus codex. nam eandem litteris omnibus lectionem ſervat. ad oram tamen adſcriptum habebat manu recenti: *tyrannorum colluſionibus cæſa civilium vellerum.* quam & eandem ſcripturam in Puteani libro ſe reperiſſe teſtatur Caſaubonus. ſed illa lectio videtur alicujus lectoris eſſe correctio, quæ ad marginem antiqui codicis adpoſita, poſtea ab imperitis librariis, pro vera in libros recepta eſt, & admiſſa multæ mihi in promptu, & ad manum conjecturæ, ſed nulla ad guſtum. exerceant heic acumen ſuum ingenioſi.

GRUTERUS.

5 *Triginta etiam prope tyrannorum cæſa civilium membra ſibimet vindicantium perpeſſa meruerit.*] Sic à prima manu Pal. ſed recentior inde fecit; *tyrannorum colluſionibus cæſa civilium bellorum membra, ſibimet eam vindicantium.*

CASAUBONUS.

2 *Gravidam triumphis civitatem religione munivit.*] Πόλιν ὡς τὰ πολεμικὰ ἐγκύουσαν, & quandoque multos triumphos ſibi parituram. imitatus illud vatis Latini:

Sed fore qui gravidam imperiis, belloque frementem
Italiam regeret.

3 *Venit igitur uſque ad T.*] Scripti, *viguit ig.*

4 *Plus pene mali ſenſit, quam tunc boni habuerat.*] Scrib. *quam adhuc boni habuerat.*

GRUTERUS.

1 *Qui frequentem bellis.*] Pal. *frementem.*

3 *Viguit igitur uſque ad Tarquinii.*] Sic etiam Pal. vulgati enim, *Venit igitur.*

5 *Quam tunc boni habuerat.*] Palat. *quam tumebat boni.* forte, *quam tum habebat boni.*

1 Bellis

affecta discordiis, extenuato felicitatis sensu usque ad
Augustum [1] bellis civilibus confecta consenuit: per
Augustum deinde reparata; si reparata dici potest, li-
bertate deposita. Tamen utcunque (etiamsi domi tri-
stis fuit) apud exteras gentes effloruit: passa deinceps
tot Nerones, per Vespasianum caput extulit. [2] Nec
omni Titi felicitate læata, Domitiani vulnerata im-
manitate, per Nervam atque Trajanum usque ad Mar-
cum solito melior, Commodi vecordia, & crudelita-
te lacerata est: nullum post hæc præter Severi dili-
gentiam usque ad Alexandrum Mammææ sensit bo-
num. Longum est quæ sequuntur universa conne-
ctere. Uti enim principe Valeriano non potuit, & Gal-
lienum per quindecim annos passa est. Invidit Clau-
dio longinquitatem imperii, amans varietatum prope
& semper inimica fortuna justitiæ. Sic enim Aurelia-
nus occisus est, & sic Tacitus absumptus, sic Probus
cæsus, ut appareat nihil tam gratum esse fortunæ quam
[3] ut ea quæ sunt in publicis actibus, [4] eventuum varie-
tate mutentur. Sed quorsum talibus querelis [5] & tem- 4
porum casibus destinemur? veniamus ad Carum, me-
dium (ut ita dixerim) virum, inter bonos magis quam
inter malos principes collocandum, [6] & longe melio-
rem, si Carinum non reliquisset heredem. [7] Cari patria
sic

1 *Bellis civilibus confecta consenuit.*] Pal. *adfecta*, non pejus.

4 *Ev'n'um varietate mutentur.*] Ita etiam Pal.

5 *Et temporum casibus distinemur.*] Pal. *detinemur.*

CASAUBONUS.

2 *Nec omni Titi felicitate lætata, D.*] Propter brevem principatum Titi: cujus bonitate simul propemodum cepit frui ac desiit. nihil mutandum.

3 *Ut ea quæ sunt in publicis actibus eventuum varietate mutentur.*] Scripti, *vnntuum*. perperam. nec *mutentur* satis mihi probum. puto verum, *notentur*. aut *mutari* cape pro [illegible].

5 *Et temporum casibus destinemur?*] Scrib. *distinemur*?

6 *Et longe meliorem, si Carinum non reliquisset heredem.*] Dixisset melius, feliciorem. sic Spartianus in Severo: *Quid Marco felicius, si Commodum heredem non reliquisset?*

7 *Cari patria sic ambigue à plerisque proditur, ut p.*] Omittit auctor super Cari patria sententiam plerisque veterum probatam: Narbone enim genitum scribunt & Sextus Aurelius Victor Schotti, & ille alter vulgaris: ac plures ita crediderunt, ut ex Sido-
nii

sic ambigue à plerisque proditur, ut [1] præsumpte veritatem dicere nequeam quæ illa vera sit. Onesimus enim, qui diligentissime vitam Probi scripsit, [2] dicit Romæ illum & natum & literis eruditum: sed Illyricianis parentibus fuisse contendit. Sed [3] Fabius Cerilianus, qui tempora Cari, Carini, & Numeriani solertissime persequutus est, neque Romæ, sed in Illyrico genitum, neque Pannoniis, sed Pœnis parentibus asserit natum. In ephemeride quadam legisse memini, Carum Mediolanensem fuisse, [4] sed avo juri Aquileiensis civitatis insertum. Ipse, quod negari non potest, ut epistola ejus indicat [5] quam proconsul ad legatum

nii carmine de Narbone apparet. hoc voluit & Zonaras cum scripsit ex antiquioribus Græcis: Κάρος τὸ γένος Γαλάτης ἦν. id est Gallus.

SALMASIUS.

7 *Cari patria sic ambigue à quibusdam proditur.*] Inter varias auctorum de patria Cari opiniones, hæc etiam quorumdam fuit, Narbone enim in Gallia natum asserentium: de qua tamen monere heic omisit Vopiscus, cum multas referret. sed vir summus, Josephus Scaliger falli eos auctores opinatus est, qui Carum Narbonensem è Gallia fuisse dixerunt, cum Narbonensis ex Illyrico fuerit. Narbonam enim nobilem in Illyrico coloniam à Plinio & Ptolemæo memorari. meminit sane Ptolemæus in descriptione Illyrici, Ναρβῶνας κολωνίας ἐπίσημος. Sed Plinius *Naronam* eam non Narbonam vocat. atque ita etiam in itinerario Antonini, & veteri Peutingerorum tabula, *Narona*, inquam, non *Narbona*. non male, ut putat idem Scaliger. sed omnino bene. *Narona* enim hæc colonia appellata est, non *Narbona*. & satis hoc indicat Plinius cum dicit appositam eam esse cognomini fluvio. quis ille fluvius? *Naro*, vel *Nar*. Ptolemæus Νάρωνα vocat, Mela *Narem*. inde igitur duxit appellationem *Narona* colonia. quod miror virum magnum minime animadvertisse. nam Ptolemæum ex Plinio magis, quam ex Ptolemæo Plinium corrigendum judicasset. non dubium igitur quin apud Ptolemæum scribendum sit: Ναρῶνα κολωνία ἐπίσημος.

CASAUBONUS.

1 *Præsumpte veritatem dicere.*] Præcise, & ἀφωρισμένως, vel πεπεισμένως, & cum certitudine. Mirum vero genus loquendi: *ut præsumpte veritatem dicere nequeam quæ illa vera sit.* sed censeo alterutram vocem delendam, aut *veritatem* aut *vera*.

4 *Sed avo juri Aquileiensis civitatis insertum.*] Fortean scripserat, *ab avo*.

5 *Quam proconsul ad legatum scripsit.*] Vetus liber, *quam proconsule ad legatum suum scripsit.*

GRVTERVS.

1 *Ut præsumpte veritatem dicere nequeam.*] Pal. *præsumpta gravitate dicere nequeant.* Forte, *præsumpta gravitate dicere nequeam.*

2 *Scripsit Romæ illum & natum, &c.*] Sic optime Pal. male vulgati adsuesant, *scripsit, dicit Romæ.*

3 *Fabius Cerilianus.*] Palat. *Favius Ceryllianus.* forsan *Cirylliaus.*

tum ſcripſit, quum eum ad bona hortaretur officia, Romanus vult videri. Epiſtola Cari: [1] *Carus* [2] *Manlius Aurelianus proconſul Ciliciæ, Junio legato ſuo. Majores noſtri Romani illi principes in legatis creandis hac uſi ſunt conſuetudine, ut morum ſuorum ſpecimen per eos oſtenderent quibus Rempubl. delegabant. Ego vero,* [3] *ſi ita non eſſet, aliter non feciſſem:* [4] *feci aliter, ſi te juvante non fallar. Fac igitur ut majoribus noſtris,* [5] *id eſt Romanis non diſcrepemus viris.* [6] Vides quod tota epiſtola majores ſuos Romanos vult intelligi. Indicat & oratio ejus ad Senatum data iſtam generis prærogativam. Nam quum primum imperator eſſet creatus, ſic ad ſenatorium ordinem [7] ſcripſit inter cætera. *Gaudendum eſt itaque P. C. quod unus ex veſtro ordine, veſtri etiam generis imperator eſt factus.* [8] *Quare adnitemini ne meliores*

res

CASAUBONUS.

1 *Carus Manlius Aurelianus p.*] Abeſt à regio vox *Carus.* quæ ceteris nominibus in hujus epiſtolæ inſcriptione contra Romanam conſuetudinem antepoſita, mendæ ſuſpicionem movet. vox vero *Manlius* palam corrupta. nuſquam enim illi locus inter hujus imperatoris nomina. poſtremo cur *Aurelianum* ſe hic appellat Carus, alibi ſemper Aurelium? propter has rationes emendandum cenſeo hunc locum, ac ſcribendum: *M. Aurelius Carus.* ſic enim veteres nummi. paullo aliter Pureani codex: *Manlius Valerius Carus pro conſule.* perſpicuo errore.

3 *Si ita non eſſet, a.*] Id eſt, etiam ſi traditum à majoribus noſtris hunc morem non accepiſſem.

4 *Feci aliter, ſi te juvante non fallar.*] Nullus hinc ſenſus. ſcribendum, *non feci aliter.*

5 *Id eſt Romanis.*] Videri poſſunt inſerta hæc à Vopiſco inter deſcribendum.

7 *Scripſit inter cætera.*] Præſtat antiquorum interpunctio: *ſic ad ſenatorium ordinem ſcripſit, inter cætera.* idem ſupra obſervabamus.

8 *Quare adnitemini ne meliores peregrini quam veſtri eſſe videantur.*] Scribe, *adnitemur:* è libris. peregrini imperatores boni non pauci: imprimis Alexander Severus, princeps bonitate nemini ſecundus.

SALMASIUS.

1 *Carus Manlius Aurelianus.*] Omnino ſcribendum: *Marcus Aurelius Carus.* ita paſſim in ſaxis nominatur. ita etiam ejus duo filii: *Marcus Aurelius Carinus, & Marcus Aurelius Numerianus.*

6 *Vides quod tota epiſtola.*] Editio princeps: *vides tota epiſtola majores ſuos Romanos velle intelligi.*

GRUTERUS.

2 *Manlius Aurelianus proconſul.*] Editi amplius, *Carus Manlius.* ſed ea vox non comparet in regio aut Palatin. niſi à manu ſecundaria, & poſtponitur. habet præterea idem Pal. *Manſlius Valerius proconſule.* ſi nummos ſequitur, refingendum, *Marcus Aurelius Carus.*

4 *Feci aliter, te juvante non fallar.*] Ita & Pal. ego non intelligo has argurias.

8 *Quare adnitemur.*] Sic recte ſcripti. peſſi-

res peregrini quam vestri esse videantur. Hoc quoque loco satis clarum est illum voluisse intelligi se esse Romanum, id est Roma oriundum: Hic igitur per civiles & militares gradus, ut tituli statuarum ejus indicant, præfectus prætorii à Probo factus [1] tantum sibi apud milites amoris locavit, ut interfecto Probo tanto
6 principe, solus dignissimus videretur imperio. Non me præterit suspicatos esse plerosque, [2] & eos in fastos retulisse, Cari factione interemptum Probum: sed neque meritum Probi erga Carum, neque Cari mores id credi patiuntur: simul quia Probi mortem & acerrime & constantissime vindicavit. Quid autem de eo Probus senserit, indicant literæ de ejus honoribus ad senatum datæ. *Probus Augustus amantissimo senatui suo salutem dicit.* Inter cætera: *Felix esset nostra Resp. si qualis Carus est, aut plerique vestrûm, plures haberem in actibus collocatos. Quare equestrem statuam viro morum veterum ([3] si vobis placet) decernendam censeo: addito eo, [4] ut publico sumptu, vel eidem exædificetur domus, marmoribus à me delatis. Decet enim nos talis integritatem remunerari viri.* & reliqua. Ac ne minima quæque
7 connectam, & ea [5] quæ apud alios potuerunt inveniri, ubi primum accepit imperium, [6] consensu omnium mili-

pessime editi, *adnitentini*. erat enim in manu Cari, non Senatorum.

CASAUBONUS.

1 *Tantum sibi apud milites amoris locavit.*] Id est collocavit, velut depositum aliquod. nam id vult quod Græci dicerent, *τοσοῦτον ἔρωτα εἰς τὰς τῶν στρατιωτῶν γνώμας κατέθετο.* ita passim: *χάριν καταθέσθαι κτλ.* benefactis aliquem sibi conciliare.

2 *Et eos in Fastos retulisse, Cari factione interemtum Probum.*] Fastos improprie appellat Annales, vel Historias.

4 *Ut publico sumptu vel eidem exædificetur domus.*] Dele τὸ *vel.* quam voculam regius non habet. alioquin defuerit aliquid integrandæ sententiæ. Erat honoris genus apud Romanos cum de publico domus alicui exstruebatur, ut olim Claudio adhuc privato. Suetonius. sic aliis.

SALMASIUS.

3 *Si vobis placet.*] *Si vobis placeat.*

5 *Quæ apud alios.*] Vet. ed. *quæ apud eos.* perperam.

GRUTERUS.

4 *Ut publico sumptu vel eidem exædificetur domus.*] Palat. plane retinet illud *vel.* quod videtur alioquin superfluum, aut mutandum in aliud quid.

6 *Consensu omnium militum.*] Pal. *concessu.*

1 *Libe-*

militum bellum Persicum quod Probus parabat, aggressus est,[1] liberis Cæsaribus nuncupatis: & ita quidem ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret: secum vero Numerianum adolescentem, cum lectissimum, tum etiam disertissimum, duceret. Et dicitur quidem sæpe dixisse se miserum quod Carinum ad Gallias principem mitteret, neque illa ætas esset Numeriani ut illi Gallicanum, quod maxime constantem principem quærit, crederetur imperium. Sed hæc aliâs. [2] Nam extant jam literæ Cari, quibus apud præfectum suum de Carini moribus queritur, ut appa-

CASAUBONUS.

1 *Liberis Cæsaribus nuncupatis.*] Vel ut scripserunt alii, in participatum imperii vocatis. Zonaras, *τοὺς οἰκείους υἱοὺς Καρῖνον καὶ Νουμεριανὸν ἐποιήσατο βασιλικῶν διαδήματι.* non temere autem scripsisse hoc Zonaram, verum ex vetustorum auctorum fide, argumento sunt leges Codicis, quarum hæc inscriptio est: IMPPP. CARVS, CARINVS, & NVMERIANVS AAA. Solent vero inter Cæsares & Augustos parum accurare distinguere: nam etiam Vopiscus Constantium qui fuit Diocletiani Cæsar, imperatorem nostrum nuncupat, in lapidibus dicuntur & Carinus & Numerianus PRINCIPES IVVENTVTIS. Notat vero diserte in Carino Vopiscus ea lege fuisse ejus imperium Cæsarianum, ut omnia faceret quæ Augusti faciunt.

2 *Nam extant jam literæ Cari, q.*] Scrib. *etiam l.* mirum vero de his literis tacere Vopiscum in ipsius Carini vita.

SALMASIUS.

1 *Liberis Cæsaribus nuncupatis.*]Hinc *Cæsares nobilissimi* vocantur in veteri saxo. M. AVRELIO. CARINO. NOBILISS. CÆSARI. M. AVRELIO. NVMERIANO. NOBILISS. CÆSARI. in vetusto tamen Cari nummo etiam Augusti appellantur. VIRTVS. AVGGG. XXII. E. Δ. extant & nummi, ut viri doctissimi annotarunt, in quibus excusum est: IMP. CARINVS. P. F. AVG. in altera superficie: VIRTVS. AVGG. de Caro tantum & Carino intelligi manifestum esse scribit Scaliger. sed cur non de Caro potius, & Numeriano? melius enim jungatur cum Caro Numerianus quam Carinus: nam Carus Numerianum comitem assumpsit in expeditione quam contra Persas susceperat, Carinumque solum in occidente reliquit, ad tuendas Gallias destinatum. præterea Carinus Caro vivente nunquam Augustus appellatus est, nec imperator, hoc est *αὐτοκράτωρ*, ut in illo nummo inscribitur. certum igitur est, & plus quam certum extincto jam Caro, & nuntio nondum perlato de Numeriani morte, qui post patrem etsi fortasse non longo, tamen aliquo intervallo occisus est, nummum illum cusum fuisse, & de Caro & Numeriano esse intelligendum. de quibus etiam accipi debet nummus iste: IMP. C. NVMERIANVS. P. F. AVG. in adversa parte: ORIENS. AVGG. nam post mortem Cari nummus hic cusus est, superstitibus Carino & Numeriano, ut infra multis ostendam ad Carini vitam.

appareat verum esse quod Onesimus dicit, habuisse in animo Carum ut Carino Cæsareum abrogaret imperium.[1] Sed hæc(ut diximus)aliâs [2]in vita Carini dicen-
8 da sunt. [3] Nunc ad ordinem revertamur. [4] Ingenti apparatu, & totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico quod gerebat, contra Persas profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamiam Carus cepit, & Ctesiphontem usque pervenit. Occupatisque Persis domestica seditione,[5] imperatoris Persici nomen meruit. [6] Verum quum avidus gloriæ, præfecto suo maxime jurgante, 'qui & ipsius & filii ejus quærebat exitium, cupiens imperare, longius progressus esset, ut alii dicunt morbo; ut plures, fulmine interemptus est. Negari non potest eo tempore quo periit tantum fuisse subitò tonitruum, ut multi terrore ipso exanimati esse dicantur. Quum igitur ægrotaret atque in tentorio jaceret, ingenti exorta tempestate, immani coruscatione, immaniori, ut diximus, tonitru, exanimatus est. [7] Junius Calphurnius qui ad memoriam

CASAUBONUS.

1 *Sed hæc, ut diximus, alias in vita Carini dicenda sunt.*] Sapiunt alienam manum illa, *in vita Carini.* extant tamen in manuscriptis sic: *in ipsius Carini vita.*

4 *Ingenti apparatu & totis viribus Probi profl.*] Adjectum hoc ad Probi honorem, quem unice miratus est auctor. Sic Lampridius in Alexandro: *Sed omnis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit.*

5 *Imperatoris Persici nomen meruit.*] Extat apud Adolphum Occonem virum eruditissimum veteris nummi inscriptio hæc: DIVO CARO PARTHICO. id est Persico. sic Ctesiphontem urbem Parthiæ dixit in eadem historia Aurelius Victor.

6 *Verum cum avidus gloriæ pr.*] Aurelius Victor: *fusis hostibus cum gloriæ inconsulte avidior Ctesiphonta urbem Parthiæ inclytum transgreditur, fulminis tactu conflagravit.*

GRUTERUS.

2 *In ipsius Carini vita dicenda sunt.*] Ita quoque Pal. noster.

3 *Nunc ad ordinem revertamur.*] Pal. *revertemur.*

7 *Junius Calpurnius.*] Pal. *Julius.*

SALMASIUS.

5 *Imperatoris Persici nomen emeruit.*] Prima editio: *imperatoris Persi.*

CASAUBONUS.

7 *Junius Calphurnius, qui ad memoriam dictabat, t.*] Nihil muto neque audio eruditissimum virum qui emendat: non enim multo aliter Græcis hic dictus est ἀντιγραφεὺς τῆ μνήμης. Flaviana vero periphrasis eleganter exprimit officium magistri memoriæ. ejus enim erant partes curare,

rare, ut quæ quotidie accidebant, quorum memoriam conservare principis intererat, in commentarios referrentur: cui ministerio ipse ingenium potius quam manum ministrabat. ἀντιγραφία vero Græci dixerunt, quod vicem principis cui erat à memoria ipse scriberet aut dictaret. Petrus patricius aut magister, in Excerptis legationum: Γαλέριος καὶ Διοκλητιανὸς εἰς Νίσιβιν συνῆλθον. ἔνθα κοινῇ βουλευσάμενοι, στέλλουσιν εἰς Περσίδα πρεσβευτὴν Σικόριον Πρόβον ἀντιγραφέα τῆς μνήμης.

SALMASIUS.

7 *Julius Calphurnius qui ad memoriam dictabat.*] *Ad memoriam dictare* sic dicebatur, qui memoriæ dictator erat, quemadmodum & *procurare ad alimenta*, qui alimentorum erat procurator: & *procurare ad vicesimam*, qui vicesimam procurabat. ita & parere atque obsecundare ad memoriam dicebantur, quos etiam vulgo obsecundatores memoriæ vocabant. hinc *obsecundatores scriniorum* in Cod. Theod. *de proximis scriniorum*. *parere ad memoriam* dixit Spartianus, de memoriæ magistris, & qui ad memoriam dictabant. dictator igitur ad memoriam, & *dictator memoriæ* idem omnino erat, & is erat plane quem Græci dixerunt ἀντιγραφέα τῆς μνήμης. sic *procurator ad alimenta*, *procurator ad bona damnatorum*, *procurator ad prædia Gallicana*, in veteribus inscriptionibus. vide quæ supra de hoc genere loquendi observavimus. *dictator memoriæ*, est ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης. sic & *dictator epistolarum*, ὁ ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν. & ita de ceteris. quattuor enim erant ἀντιγραφεῖς, sive dictatores: primus libellorum; secundus memoriæ: tertius epistolarum: quartus dispositionum. & totidem scrinia. Anonymus scholiastes in Justiniani Novellas, quæ à Juliano antecessore Latinæ factæ sunt: *quattuor sunt scrinia: primum, quod dicitur libellorum: secundum memoriæ: tertium dispositionum: quartum epistolarum. unde & quattuor antigraphes sunt.* dicti dictatores à dictando. qui epistolas principis dictabat, ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν, *dictator epistolarum*. verba enim tantum commodabant, non etiam manum. Vopiscus: *hanc epistolam Claudius ipse dictavit. verba magistri memoriæ non requiro.* habebant sub se librarios, & scribas, & eos qui scrinium gerebant. Lampridius in Alexandro Severo: *post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis & libellis, & à memoria semper assisterent: nonnunquam etiam si stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum.* quos Græci ἀντιγραφεῖς, eos Latini *dictatores* dixerunt. qui ἀντιγραφέα, *scribam* verteret, erraret. tantum enim differt ἀντιγραφεὺς à scriba, quantum dictator à librario. scribas sub se habebant οἱ ἀντιγραφεῖς. Novella Constantini Porphyrogennetæ, de sportulis scribæ: ἐπειδὴ ὁ Σκρίβας οὐκ ἔστι πλείστου δικαστής, ἀλλὰ καὶ τῶν δημοσιακῶν χαρτῶν καὶ αὐτῶν τῶν ἀντιγραφέων ὑποδέχεται. in Glossis βασιλικαῖς ἀντιγραφεὺς διαθήκης, dicitur testamenti dictator. *antecessorem* enim exponunt, ἀντιγραφέα διαθήκης. Ἀντικήνσωρ, ἀντιγραφεύς· Ἀντικήνσωρ, ἀντιγραφεὺς διαθήκης. antecessor enim est jurisperitus, qui testam. dictat, tabellio qui scribit, qui & νομικός. Hes. Ἀντικήνσωρ ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. ἀντιγραφεὺς igitur est dictator. Gloss. ἀντιγραφεὺς, *dictator, rescriptor*. ἀντιβολεὺς etiam exponitur in optimis Glossis: *dictator*, μόναρχος. ἀντιβολεύς, τιμητής. ἀντιβάλλειν etiam dictare est. Harpocration: ἀντιβληθέντων, ὑπαναγνωσθέντων. ὑπαναγινώσκειν est dictare. ἀντιβολεὺς is proprie dicebatur, qui exemplaria inter se contendebat, & si quid in illis vitiosum esset, corrigebat, & emendabat. unde ἀντιβάλλειν, corrigere Grammatici interpretantur. Hesychius:

ſychius : ἀντιβάλλειν, διορθοῦν, ἐπιστρέφειν. Gloſſæ : ἀντιβάλλειν, *recognoſcere.* id etiam faciebant, epiſtolarum, libellorum, & memoriæ ἀντιγραφεῖς, qui & dictatores dicebantur. nam poſtquam dictaſſent, relegentibus librariis & ſcriniariis, dictata recognoſcebant, & ſi quid corrigendum eſſet, reſcribebant & corrigebant. ἀντιγράφειν etiam recenſere ſignificat, & reſcribere. reſcribere autem opus ſuum dicebatur auctor qui emendandi animo illud recognoſcebat. Suetonius in Julio : *exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe.* ἀντιβολεὺς ſane & ἀντιγραφεὺς idem. Gloſſæ : ἀντιγραφεὺς, *dictator, reſcriptor.* ἀντιγραφὴ, *reſcriptum.* nam id etiam ſignificabat ἀντιγράφειν, alicui ſcilicet reſcribere, vel contra aliquem ſcribere, Gloſſæ : ἀντιγραφὴ, *dictatura, reſcriptum.* hoc ſenſu ἀντιγραφία exponit Ulpianus in Demoſthenem, τὸ ἀντιγράφειν τὰ ὑπὲρ τῆς βουλῆς πρὸς τὸν δῆμον, ἐν οἷς ἂν δέηται. aliter ἀντιγραφεὺς Polluci, ὁ τῇ βουλῇ παρακαθήμενος, καὶ πάντα ἀντιγραφόμενος. ἀντιγράφεσθαι proprie eſt τὸ ἴσον γράφειν, *exemplum ſcribere,* unde ἀντίγραφον, exemplum vel exemplar. quod & ἀντίβολον etiam dicebant. Gloſſæ : *exemplum,* ἀντίγραφον, ἀντίτυπον. *exemplo,* ἀντιγράφω. ἴσον etiam Græci appellarunt. Heſych. ἐξόμπλον, ἴσον. Pollux : εἴποις δ' ἂν ἴσως καὶ ἀπογράψασθαι καὶ ἀντιγράψασθαι, καὶ σημειώσασθαι. eſt ubi idem ſignificant ἀπογράφεσθαι & ἀντιγράφεσθαι. nam ἀπόγραφον, & ἀντίγραφον idem. ἀντιγράφεσθαι Latini etiam contraſcribere dixerunt. ἀντιγράφεσθαι τοὺς λόγους, contraſcribere rationes. & contraſcriptor rationum ὁ ἀντιγραφεὺς τῶν λόγων. unde in veteri inſcriptione : CONTRASCRIPTOR RATIONIS SUMMI CHORAGI. ubi contraſcriptor eſt ἀντιγραφεὺς. vulgo vocamus *contrarotulatorem.* de qua voce nos ſupra. ἀντιγραφία porro cancellarium etiam reddit Iſidorus in Gloſſis : *antigrapheus, cancellarius.* male hodie legitur *antigraphus.* *antigrapheus* Latine ſcriptum declinatumque, ut *hiereus* & *archiereus*, de quibus ſupra. adeo verum eſt autem τὸ ἀντιγραφία dictatorem Latinis dictum, ut Græci recentiores ſummi imperii magiſtratum in veteri repub. hoc eſt dictatorem, ἀντιγραφία verterint, cum tamen ille nihil minus fuerit quam ἀντιγραφεύς. hinc illa in chronico Alexandrino : Πάπιριος Κούρσωρ ἀντιγραφεὺς κατέστη, Δροῦσος στρατηγὸς ἱππέων. quod ineptiſſimum eſt. dictator, qui epiſtolis aut libellis dictandis dat operam, is proprie eſt qui Græcis ἀντιγραφεύς. ſed dictatorem qualis apud Romanos fuit, ſummæ nempe, & regiæ poteſtatis magiſtratum, nemo ſanus verterit ἀντιγραφέα. Dionyſius aliique Græci veteres μόναρχον interpretantur, & ita etiam in Gloſſis : *dictator,* μόναρχος. *dictatores* pro ſcribis etiam infima Latinitas poſuit. & *dictare* pro ſcribere uſurpavit Epiſtola Gregorii quæ in veteribus, & plutéariis libris reperitur, & præfixa legitur notis Tironis & Senecæ : *per dictatos ſuos ſcribendum curavit.* ubi *dictati*, ſunt ſcribæ vel ἀντιγραφεῖς, pro *dictatores.* ut *explorati* pro exploratores, Gloſſæ βασιλικῶν : ἐξπλοράτωρ, πρόσοψις, ἀποκρισιάριοι, καὶ ἐκπλωράτωρες. ita etiam vocantur in Leonis tacticis. ſic *gladiatus* pro gladiator in Gloſſis : *gladiatus,* μονόμαχος, & *manuductus* pro manuductor, in iiſdem : *manuductus,* μανουδούκτωρ. & *ſpeculatus*, pro ſpeculator. *ſpeculatus,* κατάσκοπος ὁ ἀποκεφαλίζων ſic *taurobolíatus*, in antiqua inſcriptione pro *taurobolíator.* ita etiam plane hodie *curatos* vocamus, qui curatores eſſent potius dicendi, quod curam animarum gerant veteres Gloſſ. *dictatum,* ἅμιλλαν exponunt. *dictatum,* ἅμιλλαν. *dictatum,* ἅμιλλα, ἢ ἀναδιδόμενον ἢ μάθημα. ita enim legendum. colloquia Græcolatina : ποίησον τόπον ἵνα γράψῃς ἅμιλλαν : *fac locum, ut ſcribas dictatum.* alia item colloquia ſcholaſtica : *& ego in primo ordine dictatum ſuſcepi.*

cepi. ita vetus liber. nam vulgo est: *certamen suscepi.* in Græco ita habetur: ἐγὼ ἐν τῇ ἑορτῇ περὶ ἁμίλλας ἐξέλαβον. ἁμίλλας, Hesychius interpretatur εἰς τάχος γράφειν. ἁμιλλᾶν, ἐρίζειν, καὶ εἰς τάχος γράφειν. hinc quod pueri certatim scribebant, & ab ore magistri dictantis excipiebant, ἁμίλλας dixerunt. sed de his alibi. qui dictabat ad memoriam, ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης dicebatur. qui ad epistolas, ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν. & ita de ceteris. nam quattuor erant, & totidem scrinia. singula quippe scrinia suum habebant ἀντιγραφέα. Summus Jurisconsultus magistros scriniorum ἀντιγραφεῖς interpretatur. vetus tamen auctor cujus scholia Latina habentur in aliquot Justiniani Novellas, aperte antigrapheos à magistris scriniorum distinguit, his verbis quæ & paulo ante jam retulimus: *quattuor sunt scrinia: primum quod dicitur libellorum: secundum memoriæ: tertium dispositionum: quartum epistolarum. unde & quattuor antigrafei sunt. Nam magistri.* hæc postrema mutila sunt & corrupta. nihilo tamen secius facile constat ex illis diversos esse scriniorum magistros ab antigrapheis. magister scriniorum omnia scrinia curabat, & sub se habebat omnes antigrapheos, qui numero quattuor erant, quot & scrinia. antigraphei igitur non erant magistri scriniorum, sed proximi. proximus dicebatur in unoquoque scrinio, qui primus erat, & in capite constitutus. ut proximus ab epistolis, proximus à libellis, proximus ad memoriam. atque idem omnino proximus qui & ἀντιγραφεύς. iidemque proximi, qui & primi. Glossæ βασιλικῶν πρόξιμοι, πρῶτοι. leg. xi. Cod. Theod. *de proximis: per omnia scrinia nostra singulis annis emensis, qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum.* & leg. x. ejusdem tit. *ad similitudinem proximorum qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur, hi quoque qui priores in scrinio dispositionum fuerint, & comitis acceperint dignitatem.* proximi ergo iidem, qui & priores in scriniis. *obsecundatores scriniorum* vocat eos lex III. tit. quo supra: *obsecundatoribus sacrorum scriniorum, quorum mentibus ingeniisque committimus, quidquid in alios quoque perennium sæpe proferimus sanctionum.* ἀντιγραφεῖς plane expressit. eorum enim ingenio formabantur principis sanctiones, epistolæ, responsa, & rescripta. mentem igitur tantum, non manum commodabant. atque inde *dictatores* dicti, qui idem erant cum antigrapheis. & sub se habebant, librarios, exceptores, & eos qui scrinium gerebant, hoc est scriniarios. atque hi manu tantum non mente in scriniis militabant. de magistris memoriæ dixit Capitolinus, parere eos ad memoriam. *obsecundatores memoriæ* liceat dicere. nam *obsecundatores scriniorum* vocat Theodosius scriniorum proximos. in scrinio dispositionum non dicebantur proximi, sed comites tantum. atque iidem quoque magistri dispositionum audiebant, ut constat ex leg. II. Cod. Theod. *de proximis:* & ex iis quæ tractavimus ad vitam Alexandri Severi. proximi autem ceterorum trium scriniorum, etiam comitum titulo ac nomine ornabantur, & magistri dicebantur. singuli enim proximi singulis præerant scriniis, qui & magistri & principes, & primi illius scrinii audiebant, cui præpositi erant. *proximus memoriæ*, idem & magister erat memoriæ, qui in scrinio memoriæ primus ac princeps militabat, idem dicendum de proximo epistolarum, & proximo libellorum & comite dispositionum. hi omnes ἀντιγραφεῖς appellabantur, & parebant magistro scriniorum. magister scriniorum omnia scrinia curabat: qualem fuisse legimus Ulpianum sub Alexandro Severo & Papinianum sub Bassiano. magister epistolarum, unum tantum curabat scrinium, nempe epistolarum: magister dispositionum, uni scrinio præerat, dispositionum scilicet. ita & de magistro libellorum, & memoriæ. hi omnes singu-

riam dictabat, talem ad præfectum urbis super morte Cari epistolam [1] dedit inter cætera: *Quum* (inquit) *Carus princeps noster verè carus ægrotaret, tanti turbinis subitò* [2] *exorta tempestas est, ut caligarent omnia, neque alter alterum nosceret: coruscationum deinde ac tonitruum in modum fulgurum igniti sideris continuata vibratio, omnibus nobis veritatis scientiam sustulit. Subito enim conclamatum est imperatorem mortuum,* [3] *& post illud præcipue tonitruum quod cuncta terruerat. His accessit quod cubicularii dolentes principis mortem, incenderunt tentorium. Unde fama emersit fulmine interemptum eum quem, quantum scire possumus, ægritudine constat absum-*
9 *ptum.* [4] Hanc ego epistolam idcirco indidi quod plerique dicunt [5] vim fati quondam esse ut Rom. princeps Ctesiphontem transire non possit: ideoque Carum fulmine absumptum quod eos fines transgredi cuperet qui fataliter constituti sunt. Sed sibi habeat artes suas timi-

singulorum scriniorum magistri, sive proximi parebant magistris scriniorum, qui omnia principis scrinia curabat. & sub sua dispositione habebat. sic in admissionibus, quatuor erant admissionum decuriæ. singulis decuriis, singuli præerant proximi, & unusquisque proximus, illius decuriæ cui præerat, magister etiam dicebatur. omnes autem erant sub magistro admissionum, cui quatuor illæ admissionum decuriæ cum suis proximis parebant. idem & in aliis Augustæ domus officiis videre & observare est. qua de re plura dicam vel potius jam dixi in libro de officiis domus Augustæ.

CASAUBONUS.

1 *Dedit inter cætera.*] *Epistolam dedit. inter cætera.*

4 *Hanc ego epistolam idcirco indidi, quod plerique dicunt, vim fati quandam esse, ut R.*] Aurelius Victor de ea re: *Id quidam jure et accidisse referunt: nam cum oracula docuissent adusque oppidum memoratum,* (Ctesiphonta) *pervenire victoria licere, longius delatus, pœnas luit.* Atqui constat Romanos ultra Ctesiphontem & Tigrim provincias habuisse Transtigritanas, quas à Galerio partas, restituit Persis Jovianus.

SALMASIUS.

2 *Exorta subito tempestas est ut caligarent omnia.*] Vetus editio: *ut calegaret omnia.* non putem *caligare* positum à Vopisco pro obtenebrare, & offuscare. sequitur in eadem editione: *neque alter alterum nosceret permittet vis.* omnino scribendum: *neque alteri alterum noscere permitteretur.*

3 *Et post illud præcipue tonitruum.*] Eadem editio: *tonitrum.* esset hic *tonitrus.* sequitur tamen: *quod cuncta terruerat.* itaque legendum esset, *tonitru.* hic *tonitrus*, hoc *tonitru*, & hoc *tonitrum* dicebant. & nihil mutandum.

5 *Vim fati quondam esse.*] Legendum: *vim fati quandam esse.*

1 *Litt*

timiditas calcanda virtutibus. [1] Licet plane ac licebit per ſacratiſſimum Cæſarem Maximianum Perſas vincere, atque ultra eos progredi: [2] & futurum reor, ſi à noſtris non deſeratur promiſſus numinum favor. Bonum principem Carum fuiſſe, cum multa indicant, tum illud etiam quod ſtatim adeptus imperium, Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut invaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed Thracias quoque Italiamque minarentur; [3] ita inter bella patiendo contudit, ut pauciſſimis diebus Pannonias ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus, captis diverſi ſexus viginti millibus. Hæc de Caro ſatis eſſe credo. Veniamus ad Numerianum, [4] cujus & vicinior patri, & admirabilior per ſocerum ſuum facta videtur hiſtoria. Et quamvis Carinus major ætate fuerit, prior etiam Cæſar ſit nuncupatus, tamen neceſſe eſt ut prius de Numeriano loquamur, qui patris ſequutus eſt mortem: poſt de Carino, quem vir Reip. neceſſarius, Auguſtus Diocletianus, habitis conflictibus interemit.

FLA-

CASAUBONUS.

1 *Licet plane ac licebit per ſacratiſſimum principem Maximianum Perſas vincere.*] Hæc eo tempore ſcribebat Vopiſcus, quo Maximianus contra Perſas & Narſeum Armeniæ regem bellum in Oriente gerebat. rerum ab eo geſtarum meminerunt Aurelius Victor & hiſtorici in Diocletiano. Eumenius Pro reſtaurandis ſcholis: *ſibi ad hæc ſingula intuentium animus affingit aut ſub tua Diocletiane clementia Ægyptum furore poſito quieſcentem; aut te Maximiane Cæſar Perſicos arcus pharetraſque calcantem.*

2 *Et futurum reor, ſi à noſtris non deſeratur promiſſus numinum favor.*] Galerium auctor innuit, qui ex invidia, ut creditum eſt, Maximianum impediit, ne finem bello Perſico quem ſperabat, imponeret. conſtituerat enim non prius ab armis recedere quam Perſidem vel Armeniam in provinciæ formam redegiſſet. Aurelius Victor de Maximiano contra Perſas & Armenos belligerantes: *adeo victor, ut ni Valerius, cujus nutu omnia gerebantur, incertum qua cauſſa abnuiſſet, Romani faſces in provinciam novam ferrentur.*

3 *Ita inter bella patiendo contudit, &c.*] Male alii libri *partiendo*. ſignificat victos Sarmatas à Caro patientia & ſtratagematis potius quam ferro.

SALMASIUS.

3 *Ita inter bella patiendo contudit.*] Editio prima: *ita ſic inter bella pariendo contulit.* corruptiſſime.

4 *Cujus & vicinior patri, & admirabilior.*] Eadem: *cujus eſt mentio qui & patri mirabilior per ſocerum.* etiam vitioſiſſime.

GRUTERUS.

3 *Ita inter bella patiendo contudit.*] Palat. *pariendi.*

4 *Cujus & vicinior patri.*] Pal. *hujus & junctior patri.*

[1]FLAVII VOPISCI SYRACUSII
NUMERIANUS.

11 NUMERIANUS Cari filius, moratus egregie & vere dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, [2] adeo ut publice declamaverit, feranturque illius scripta nobilia, [3] declamationi tamen quam Tulliano accommodatiora stylo. Versu autem talis fuisse prædicatur ut omnes poëtas sui temporis vicerit. Nam & cum Olympio Nemesiano contendit, qui [4] ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ, & ναυτικὰ scripsit: [5] quique omnibus coloniis illustratus emicuit, & [6] Aurelium Apollinarem jamborum scripto-

CASAUBONUS.

1 FLAVII VOPISCI SYRACUSII NUMERIANUS.] Tria verba prima delenda, ultimo solum relicto: vel ut in regio, DE NUMERIANO.

2 *Adeo ut publice declamaverit, f.*] Et quidem in tenerrima ætate, adhuc pæne puer. T. Calpurnius ecloga prima:

Aurea secura cum pace renascitur ætas:
Et redit ad terras tandem squallore situque
Alma Themis posito, juvenemque beata sequuntur
Secula, maternis caussam qui lusit in ulnis.

necessario ista vel de Carino capienda vel de Numeriano: sed omnino de hoc potius, quam de illo: Nam & Aurelio Victori Numerianus dicitur, *adolescens bonus facundusque.* Fuisse tamen & Carinum iis artibus in adolescentia prima educatum restantur verba scriptoris incerti apud Suidam: quibus dicitur cædis nonnullorum à Carino occisorum, hanc caussam extitisse, quod sibi adolescentulo declamanti non favissent pro sua voluntate.

4 *Qui Ἁλιευτικὰ, Κυνηγετικὰ & Ναυτικὰ scripsit.*] Latine hi indices scribuntur in veteribus non Græce. pro Ναυτικὰ aliquando suspicabar scribendum Ἰξευτικά. sic enim Oppianus cum venationum materiam tractandam arripuisset, iisdem tribus titulis libros fecerat.

5 *Quique omnibus coloniis illustratus emicuit.*] Ridicule omnes codices *coloniis* pro *coronis.* nam ita scribendum nemo non videt.

6 *Aurelium Apollinarem amborum scriptorem.*] Et hic error vetus ac constans in exemplaribus: *amborum* pro *jamborum.* de quo dubitari non potest.

SALMASIUS.

3 *Declamationi tamen quam Tulliano accommodatiora stilo.*] Vet. editio: *declamationi tamen magis quam Tulliano accommodatiora stilo.* ita veteres loquebantur. *mage majores nugas*, apud Plautum.

GRUTERUS.

4 *Ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ & ναυτικὰ scripsit.*] Pal. vocem mediam Græcis tantum litteris expressit, alias duas Latinis.

6 *Aurelium Apollinarem, jamborum scriptorem.*] Pal. non abit ab illo vulgato *amborum.*

1 *Velu-*

ſcriptorem, qui patris ejus geſta in literas retulit, iiſdem quæ recitaverat editis [1] veluti radio ſolis obtexit, Hujus oratio fertur ad ſenatum miſſa tantum habuiſſe eloquentiæ, ut illi ſtatua non quaſi Cæſari, ſed quaſi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Ulpia, cui ſubſcriptum eſt, NUMERIANO CÆSARI ORATORI TEMPORIBUS SUIS POTENTISSIMO. Hic patri comes fuit bello Perſico: quo mortuo 12
[2] quum nimio fletu oculos dolere cœpiſſet, quod illud ægritudinis genus nimia utpote familiariſſima, confectus anguſtia incurriſſet: & dum [3] lectica portaretur, factione Arrii Apri ſoceri ſui, qui invadere conabatur imperium, occiſus eſt. Sed quum per plurimos dies de imperatoris ſalute quæreretur à milite, [4] concionareturque Aper, idcirco illum videri non poſſe quod oculos invalidos à vento ac ſole ſubtraheret, [5] fœtore tamen

men

CASAUBONUS.

1 *Veluti radio Solis obtexit.*] Atqui Solis radiis res non obteguntur: ſed illuſtrantur. verum eo reſpicit, quod lumen Solis minora lumina, ut lucernæ, obſcurat extinguitque: quod Græci dicunt καταυγάζεσθαι.

GRUTERUS.

2 *Cum nimio fletu oculos dolere cœpiſſet, quod illud ægritudinis genus nimia utpote familiariſſima confectus anguſtia incurriſſet, & dum lectica portaretur, factione, &c.*] Valde divertit ab hac lectione Palatinus, in quo: *cum oculos dolere cœpiſſet, quod illud ægritudinis genus nimia utpote confecto familiariſſimus, ac lectica portatur, factione Apri ſoceri, &c.* ſic Palatinus; at à manu recenti adſcriptum *vigilia* circa vocem *confecto.* quam ſi admittimus, omnia belle ſe habebunt, dummodo reſcribamus, *cum oculos dolere cœpiſſet, quod illi ægritudinis genus, utpote confecto vigiliâ, familiariſſimum fuit, ac lecticâ portaretur, factione, &c.*

4 *Concionareturque Aper.*] Legerim *cautionareturque Aper,* aut ſane *cauſſareturque Aper.*

SALMASIUS.

2 *Cum nimio fletu oculos dolere cœpiſſet.*] Totum hunc locum ita concipit editio princeps: *quo mortuo cum oculos dolere cœpiſſet, quod illud ægritudinis genus nimia ut pote confecto familiariſſimus fuit, ac lectica portaretur.* quæ corruptiſſima ſunt, nec quomodo ſint emendanda reperio, præſertim ope melioris codicis deſtitutus. nam heic nos Palatinus deſeruit. vulgatam lectionem etſi integriorem, ſuſpectam tamen habeo, nec dubium quin à correctoribus ſit.

3 *Lectica portaretur.*] Lectica operta. Joannes Antiochenſis, περὶ ἀρχαιολογίας· Νουμεριανὸς τυφλωθεὶς ἐν κεκαλυμμένῳ φορείῳ ἀπὸ Περσίδος ἐβαστάζετο, ὃν λάθρα ἀνεῖλεν ὁ πενθερὸς καὶ ἐλάθετο νεκρὸς φερόμενος ἕως ἐκ τῆς δυσωδίας ἐδηλώθη.

5 *Fœtore tamen cadaveris res eſſet prodita.*] Joannes Antiochenſis: ἕως ἐκ τῆς δυσωδίας ἐδηλώθη.

men cadaveris res esset prodita, omnes invaserunt Aprum, cujus factio non latere potuit, eumque ante signa & principia protraxere. Tunc habita est ingens
13 concio, factum etiam tribunal. Et quum quæreretur quis vindex Numeriani justissimus fieret, quis daretur Reip. bonus princeps, DIOCLETIANUM omnes divino consensu, cui multa jam signa facta dicebantur imperii, Augustum appellaverunt, [1] domesticos tunc regentem, virum insignem, callidum, amantem Reip. amantem suorum, & ad omnia quæ tempus quæsierat, paratum: [2] consilii semper alti, nonnunquam tamen effron-

CASAUBONUS

1 *Domesticos tunc regentem.*] Ita Victor: alii comitem domesticorum vocant: cujus muneris sæpe Marcellinus meminit. libro XII. Codicis, titulus extat de domesticis & protectoribus. Zonaras hic: δὺξ Μυσίας ἐτύγχανεν· ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί. δομεστίκους δέ τινες τοὺς ἱππέας νομίζουσι. sed errat Zonaras qui domesticos equites solum putat fuisse: nam erant & pedites: qua de re adhibe in consilium ævi nostri Papinianum.

2 *Consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis, sed prudentis.*] Quid appellat *consilium effrons*? Latinis frons pudoris & modestiæ sedes. & *frons tenera* sive *imbecillis* apud optimos scriptores, de homine verecundo dicitur, & eo qui alium offendere quoquo modo non sustineat. igitur *consilium effrons* est audax, immodestum & ejus qui omnes præ se despiciat. & vere quidem hoc Vopiscus de Diocletiano: cujus arrogantiam summam in summis virtutibus omnes historici loquuntur. Aurelius Victor: *Valerius Diocletianus domesticos regens ob sapientiam deligitur, magnus vir: his moribus tamen: quippe qui primus ex auro veste quæsita, serici ac purpuræ gemmarumque vim plantis concupiverit: quæ quanquam plus quam civilia, tumidique & affluentis animi, levia tamen præ cæteris: namque se primus omnium Caligulam post Domitianumque, Dominum palam dici passus, & adorari se, appellarique uti Deum.* mox: *Verum hæc in Valerio obducta cæteris bonis: eoque ipso quod Dominum dici passus, parentem egit.* vides mirum virtutum ac vitiorum temperamentum; quale his verbis significare voluit: qui cum imperante Diocletiano hæc scriberet, libertatem dicti hujus subit mirari. cum dicit Victor, *verum hæc in Valerio obducta cæteris bonis*, versum παροιμιώδη Græcorum exprimit:

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόν δ' ἀπωθοῦντας ψόγον.

quem & Cicero usurpavit.

SALMASIUS.

2 *Consilii semper alti, nonnunquam tamen effrontis.*] Doctissimo viro haud visum miror scribendum esse: *consilii semper alti, nunquam tamen effrontis, sed pudentis.* etiam fortasse legendum: *nunquam tamen effrontis sed pudentis.* nam pudens opponitur effronti. *effrons* qui sine fronte est, quem & *infrontem* quidam dixere. unde *infrontate* apud Fulgentium pro impudenter: *catillare est per alienas domos infrontate gyrare.* ἀμέτωπον apud Anastasium Sinaitam legi pro effronte vel infronte. ut χαλκομέτωπος pro ferreæ frontis homine, apud Chrysostomum legitur. fronto-

effrontis, sed prudentis, nimia pervicacia motus inquieti pectoris comprimentis. Hic quum tribunal conscendisset, atque Augustus esset appellatus, & quæreretur quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum præfectum prætorii ostentans percussit, addens verbis suis, *Hic est auctor necis Numeriani.* Sic Aper seipsum fœdavit, & deformibus consiliis agens dignum moribus suis exitum dedit. Avus meus retulit se interfuisse concioni quum Diocletiani manu esset Aper occisus: percussisse autem dicebat Diocletianum, & dixisse, *Gloriare Aper, Æneæ magni dextra cadis.* [1] Quid ego miror de homine militari, quamvis sciam plurimos plus quam militares vel Græce vel Latine, vel comicorum usurpare dicta vel talium poëtarum? Ipsi denique comici plerunque sic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta usurpare. Nam &, [2] *Lepus tute es, & pulpamentum quæris,* Livii Andronici dictum est: multaque alia quæ Plautus Cæciliusque posuerunt. [3] Curiosum non puto, 14
neque satis vulgare, fabellam de Diocletiano Augusto ponere [4] hoc convenientem loco, quæ illi data est ad omen imperii. Avus meus mihi retulit ab ipso Diocletiano

frontosum tamen pro impudente, & *frontose* pro impudenter etiam alibi notavimus.

CASAUBONUS.

1 *Quid ego miror de homine militari, q.*] Scribe, *quod ego miror d.*

2 *Lepus tute es & pulpamentum quæris.*] Accepit Terentius sive Livius Andronicus à Græcis: Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖς.

3 *Curiosum non puto, neque satis vulgare, f.*] Ego non dubito auctorem scripsisse, *Curiosum puto neque satis vulgare, f.* nam Vopisco semper, ut in superioribus monebamus, *curiosus*, est ὁ πολυμαθείας ἐραστής: & *curiositas*, aviditas aliquid noscendi quod non sit vulgare. quare *curiosum puto*, interpretari debes hoc loco, δοκῶ σοῖς πολυμαθείας ξυνθεῖναι.

4 *Hoc convenientem loco.*] *Huic.*

GRVTERVS.

1 *Quod ego miror de homine militari.*] Sic melius membranæ Palatinæ, quam editi, *quid ego.*

4 *Hoc convenientem loco.*] Sic & Pal. pro *huic.*

SALMASIUS.

1 *Quid ego miror de homine militari.*] Scribe: *id ego miror de homine militari.* vel, *quod ego miror.* cum Casaubono.

tiano compertum. Quum (inquit) Diocletianus[1] apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, [2] & cum Druide quadam muliere [3] rationem convictus sui quotidiani faceret, [4] at illa diceret, *Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es:* joco non serio Diocletianus respondisse fertur, [5] *Tunc ero largus quum imperator fuero.* Post quod verbum Druias dixisse fertur, *Diocletiane, jocari noli: nam imperator eris quum Aprum occideris.*

15 Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conscio atque avo meo, [6] cujus hoc dictum à Druide ipse retulerat. Denique ut erat altus, risit & tacuit. [7] Apros tamen in venationibus, ubi fuit facultas, manu sua semper occidit. Denique quum Aurelianus imperium accepisset, quum Probus, quum Tacitus, quum ipse Carus, Diocletianus dixit, *Ego semper apros occido, sed alter semper utitur pulpamento.* Jam illud notum est, atque vulgatum, quod quum occidisset Aprum præfectum prætorii, dixisse fertur, *Tandem Aprum fatalem occidi.* Ipsum Diocletianum idem avus meus dixisse dicebat, nullam aliam fuisse sibi causam occidendi manu sua Aprum, nisi ut impleret Druidis dictum, & suum firmaret imperium. Non enim tam crudelem se innotescere cuperet, primis maxime diebus imperii, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis attraheret. Dictum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, superest nobis Carinus.

CASAUBONUS.

1 *Apud Tungros in Gallia.*] Belgica, ubi Germania inferior. nam Tungri, populus Germanicus.

5 *Tunc ero largus cum imperator fuero.*] Similem historiam vel fabellam narrat Spartianus in Severo.

6 *Cujus hoc dictum à Druide ipse retulerat.*] Scrib. *cui sibi hoc dictum à Druyde i. r.*

GRUTERUS.

3 *Rationem convictus sui quotidiani.*] Pal. *curationem conv.*

4 *Atque illa diceret.*] Sic Pal. non *at*, ut prius cusi.

6 *Cui hoc dictum à Druyde.*] Ita Pal. non *cujus hoc dictum.*

7 *Apros tamen in venationibus.*] Pal. *venatibus.* nihilo pejus, quam vulgg.

SALMASIUS.

2 *Et cum Druide.*] *Cum Dryade.* & ita semper scriptum in Palarino. vide quæ supra notavimus. paulo post lege: *cui hoc dictum à Dryade.*

FLA-

[1] FLAVII VOPISCI SYRACUSII

CARINUS.

[2] CARINUS homo omnium contaminatissimus, 16
[3] adulter, frequens corruptor juventutis (pudet dicere quod in literas Onesimus retulit) [4] ipse quoque male usus genio sexus sui. Hic quum Cæsar decretis sibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Britanniis & Africa, relictus à patre Cæsarianum teneret imperium, sed ea lege ut omnia faceret quæ Augusti faciunt, enormibus se vitiis & ingenti fœditate maculavit. [5] Amicos optimos quosque relegavit: pessimum quen-

CASAUBONUS.

1 FLAVII VOPISCI SYRACUSII.] Tollenda hæc isto loco, ut ante monuimus.

2 CARINUS *homo omnium contaminatissimus, adulter, fr.*] Idem est judicium de Carini moribus apud omnes historicos: fuisse omni genere luxus perditum, crudelem etiam, & superbum. Quare disertissimus scriptor Synesius, qui in elegantissima & gravissima oratione De regno Carinum laudat ut principem sobrium, moderatum, & magni exempli, sine controversia falsus est: Carinum enim nominat quem debuerat Carum. quod manifestissimum est è principio ejus narrationis. Ait enim accidisse illa cum imperator in expeditione Persica versaretur: quam obiisse constat Carum patrem cum Numeriano filio, non Carinum qui statim à patre destinatus fuit in Gallias.

3 *Frequens corruptor juventutis.*] Vetus scriptor apud Suidam de Carino: παίδων δὲ γιγνομένων ὕβρεις, διὰ τὸ σύνηθες, οὐδ' ὕβρεις ἐνομίσθησαν, ἀλλ' ἦν ἰσχύλιον αὐτῷ καὶ προέχειν τοιαύτας ἁμαρτάνειν.

4 *Ipse quoque male usus genio sexus sui.*] Id est sexu suo. amat Vopiscus similes periphrases.

SALMASIUS.

3 *Adulter, frequens corruptor juventutis.*] Vetus editio aliter distinguit: *adulter frequens, corruptor juventutis.* sequor vulgatam distinctionem.

4 *Ipse quoque male usus genio sexus sui.*] Græci ὥραν πωλεῖν dicunt, qui genio sexus sui male utuntur. *genius*, est ἡ ὥρα. unde *geniatus*, ὡραῖος.

5 *Amicos optimos quosque relegavit.*] Omisit Vopiscus, quod alii non tacuerunt, insigne crudelis animi, & vindictæ cupidi signum in Carino, quod eos qui ipsum olim pueri puerum in scholis lusissent, ac derisissent, non dimiserit inultos. Joannes Antiochensis: Καρῖνος ὠμότατος ἦν· ὃς καὶ τοὺς ποτὲ ἐν τῷ παιδευτηρίῳ σκώψαντας εἰς αὐτὸν ἠμύνατο. Aurelius Victor: *condiscipulis quoque qui eum in auditorio verbi fatigatione taxaverunt, perniciosus fuit.* ubi notandum *fatigationem* posuisse ἀντὶ τοῦ σκώμματος.

quenque elegit aut tenuit: [t] præfectum urbi unum ex can-

τῷ. nam & *fatigare* simpliciter & absolute dicebant, pro maledictis, & conviciis incessere, vel jocis vexare. vetus Juvenalis interpres ad illud,

— *& salibus risum movisse facetus.*

id est facetiis urbicis abundans, id est urbanus: id est qui solebat in conviviis jocis omnes fatigare. sed & *fatigare* simpliciter pro jocari, & ludere. Severus Sulpitius in Dialogis: *facis*, inquit, *Sulpici, tuo more qui nullam occasionem si qua tibi porrecta fuerit, omittis quin nos edacitatis fatiges.* & paulo post: *sed supersedendum est ne Gallus sese existimet fatigari.* hinc *fatigatio*, τὸ σκῶμμα apud eumdem: *tum ille sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens dum fatigationem meam accepit.* Valerianus Homelia VI. *otiosa verba sunt figurata convitia, stulta fatigatione composita, dulcibus, ut aliqui putant, sed multis accincta plagis, ac mortiferis insuper armata suppliciis. nam quamvis lætitiam excitent, odia tamen frequenter indicunt.* quem locum nobis suggessit optimus Juretus noster. *fatigare* igitur est ludere vel jocari, quod *tangere* etiam & *taxare* dixerunt Latini. Donatus ad illud Comici,

Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio.

tetigerim, inquit, *luserim, fatigaverim. nam tangere cum multa, tum etiam hoc significat.* θιγεῖν etiam Græci eodem sensu videntur usurpasse. inde ἀθικτος, urbanus, & facetus, & qui in jocis & responsis argutus est. Polybius de Philippo: ἦν γὰρ εὔθικτος καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀπεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους. Aristophani veteres Critici τὸ εὔθικτον tribuunt. hoc est, τὸ περὶ τὰ σκώμματα εὔστοχον. *taxare* Latinis idem quod tangere, hoc est jocis, & maledictis fatigare. hinc *taxatores* scenici olim dicebantur, quod alter alterum maledictis tangerent. *taxare* autem inclinatum à veteri verbo *tago*, pro tango, *tetigi, taxum, & tactum.* ut à figo, *fixum* & *fictum.* à veho, *vexum*, & *vectum*. inde vexare, & vectare. necto, *nexum*, & *nectum*. & similia sexcenta. sic *taxare* idem quod *tangere*, nam & à verbo tango inflexum est. *taxare* vero pro æstimare, & pretium ponere, ut diversæ significationis, sic diversæ etiam originationis est. à verbo enim Græco τάττω deductum est. τάττω, τάξω, & inde Latinum *taxo*, & taxare. sic μαλάττω, μαλάξω, & inde *malaxare*. φυλάττω, φυλάξω, *phylaxare*. hinc *phylaxatores*, custodes. χαράττω, χαράξω, *charaxare*. κάμπτω, κάμψω. *campsare*. παύω, παύσω, *pausare*. μύω, μύσω, *musare*. sed hæc alibi. *tangere* igitur, & *taxare*, quod à tango venit, & *fatigare*, idem significant. *fatigare* apud Virgilium pro increpare:

— *sociosque fatigat.*

& *boves fatigare*, apud eumdem, pro stimulis increpare, & agitare.

— *versaque juvencum*
Terga fatigamus hasta.

hinc *fatigare jocis* aliquem pro lacessere, & mordere. quod postea *fatigare* absolute dixerunt.

CASAUBONUS.

t *Præfectum Urbi unum ex cancellariis suis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit aliquando nec dici.*] Scribendum, *quo fœdius nil nec cog.* deest enim aliquid implendæ sententiæ. possis etiam scribere, *quo fœdius nec cogitari potuit aliquid aliquando, nec d.* omissiones hoc genus frequentissimæ sunt. Duplex autem ex his verbis fœditas intelligenda: in persona; quia non dubium est spurcissimis moribus fuisse hunc Carini cancellarium, quem tantopere ipse amaret. altera fœditas in re ipsa & conditione personæ nam præfectura urbis dignitas fuit summa. in lege prima Cod. De præf. præt. vel

vel urb. ajunt imperatores præfectum Urbi & præfectum prætor. ac magistros equitum ac peditum, pares atque indiscretas esse dignitates: constat vero præfecturæ prætorianæ potestatem regiæ proximam fuisse: ut jure dixerit Eunapius eam esse βασιλείαν ἀπόρφυρον. atqui præfectus Urbi in nonnullis etiam supra præfectum ipsum prætorii fuit. princeps enim quodammodo senatus erat, sedebatque in curia ante patricios, consules, consulares, præfectum præt. magistros militum & cæteros illustres, ut est in Novella LXII. itaque lege tertia Cod. de præf. Ut. *præfectura Urbis*, inquiunt Impp. *cunctis quæ intra Urbem sunt antecellat dignitatibus*. At cancellariorum ea ætate non dicam mediocris, sed omnino nulla erat dignitas. neque enim publici muneris adhuc id fuit nomen, verum ministerii in aulis principum & aliorum procerum. Erat moris ut principum & magistratuum secreta, (ita vocarunt loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant) in aditu primo vela, & deinde cancellos haberent: Græci hos vocant, κιγκλίδας, δρυφάκτους, Polybius historia XV. θύρας δικλινεῖς διαφανεῖς, ut & Cassiodorus, *fenestratas januas*. qui vela servabant, *velarii* dicti: ut in veteri lapide, VELARII. DE. DOMV. AVG. qui cancellos, *cancellarii*. vox non admodum antiqua, nec multo ante Vopisci tempora cepta usurpari: nam in Digestis nullam cancellariorum mentionem factam invenio: nisi fallit me tamen memoria: in Codicis vero titulo De assessoribus, & alibi, *ministerium cancellariorum* sæpius leges. id vero cujusmodi fuerit luculenter describit Agathias. narrat ille libro primo, Narsem ducem Justiniani, qui in Italia contra Gotthos bellum gerebat, Ravennam aliquando venisse, solis famulis suis comitatum ac satellitibus, & iis, inquit, ὅσοι τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπηρέται ἐτύγχανον ὄντες, οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπιτρέπεσθαι, τῆς ἄλλης εὐκοσμίας πέρι, καὶ ὅπως μὴ χύδην ἅπαξ τοῖς βουλομένοις ὡς αὐτὸν εἰσιτητέα εἴη. τούτους δὴ ἰδίως Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν κιγκλίδων ἐπονομάζειν καὶ τῆς ἐν τούτοις ἐπιμελείας. vides appellari ὑπηρέτας & ministros τῆς ἀρχῆς: præcipuumque fuisse eorum munus, ut ad cancellos hærerent, admissiones curarent, & ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, audiretur, prospicerent. Simillimum munus hodie in curia eorum qui *huissiers* sive ostiarii dicuntur. quare etiam ut re, sic & nomine conveniunt, quod acceperunt hi ab ostio, illi à cancellis, quæ pro ostio erant. Hæc prima institutio & munus antiquissimum cancellariorum: ut non sine gravi caussa pronuntiet hic Vopiscus rem indignam & fœdam fuisse, quod Carinus unum è suis cancellariis in illustrissimo loco Reip. collocasset: quod quid aliud erat quam veteris comœdiæ proverbium tollere?

ὁ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπερμέγας.

Accessit postea aliquid dignitatis huic generi hominum, sed multo post Carini & Vopisci tempora. nam Cassiodorus in formula cancellariatus libro XI. sic munus hoc describit, ut appareat ipsius ætate cancellarium, non ut olim ostiarii solum munus sustinuisse, verum ex parte etiam eorum qui hodie in aulis principum à secretis nominantur, & à libellis supplicibus: adhuc tamen, ut ibi dicitur, *fores tenebat & claustra patentia:* adhuc, *judicum jussionibus obsecundabat.* Sic passim apud scriptores citimæ vetustatis leges fuisse in obsequiis imperatorum, regum, & majorum utriusque imperii magistratuum cancellarios, quorum ministerio varie utebantur. Sed de his plura discere est è lucubrationibus præstantissimorum virorum Jacobi Cujacii & Petri Pithœi. Cum in his essem, commodum affertur mihi musteus adhuc liber pantosophomastigis illius magistelli, de quo jam ante mentionem fecimus. promittebat libri index emendationes & interpretationes scilicet

licet novas vitæ Titi Suetonianæ. etsi genus scriptorum hominis suo judicio doctissimi satis notam; inspicio tamen & avidus emendationes istas aut explicationes novas quæro, qua rum caussa præcipitanda ejus libri editio fuerit,

Μητις χῦδ@ ἄροιτ βαλών, ὁ ᾗ δύσπρ@ ἴλθοι.

quid quæris? non omnino frustra fui: nam etsi quod ad rem faceret inveni plane nihil boni, quod non aliis prius esset dictum; quædam tamen nova prorsus mihi esse inventa, non nego, atque ultro etiam profiteor. Novum mihi, Strabonis locum emendari, qui emendationis non eget: nam falsissimum est inserendam esse vocem πόζαμν, quam nec scripta manu exemplaria, quæ iste nulla unquam, ne per somnium quidem vidit, agnoscunt, neque sententia desiderat. atqui hæc falso credita emendatio tanti visa auctori suo, ut extra ordinem, in ipso vestibulo eam collocarit. hæc laurus illius postes ornat: hoc illi ὀρχηθμῦ ἴργυ ϖόσσωποι πλαωγίς. Sed quæ ratio hujus consilii fuerit, non ignorant, qui norunt cumque hominis mores. nam aliorum juveniles in nobilissimum illum scriptorem curæ huic sunt ἀλγηδὼν ὀφθαλμῶν, & quod Themistocli Miltiadis tropæa. nunc istam subtilissimam emendationem leget nemo, quin aliorum omnium vigilias fastidiat, & de locuplete penu omniscii magistri mira omnia sibi promittat. Euge vir subtilissime! hoc nempe est,

Πόλλ᾽ οἶδ᾽ ἀλώπηξ, ἀλλ᾽ ἐχῖν@ ἓν μέγα.

Novum mihi potuisse huic probari partitionem librorum Suetonii in libros octo quam in editione nostra Suidæ auctoritate freti instituimus. hoc quia scimus docti & recti judicii viris probatum, placere isti potuisse miramur atque adeo indignamur. Sed quod ait, ex Suida & Lampridio factam esse hanc partitionem, vigilans hoc scripsit an somnians? nam de Lampridio somnium merum est. somnium item est, & quidem ægrotantis non corpore, sed animo, quæ ibidem subjicitur de consilio Suetonii ex Suidæ verbis divinatio. Novum mihi, patrem Vespasianum fuisse dictum, *amorem ac delicias generis humani*. quam hariolationem omnes antiqui historici ridiculam esse dum tacent clamant. quæ autem ad illum locum adnotantur, partim ex Animadversionibus sunt descripta ad verbum, ut fere quicquid boni in illa farragine: partim vere sunt illius; falsa enim sunt & καχεθείας γέμει: atque uno verbo, ϖατρὸς τὸ παιδίον. Suidam laudat qui illa, *deliciæ humani generis* vertit τρυφὴ ᾗ ἀνθρωπίνης φύσεως. audiamus magistrum. *ad Latini verbi*, inquit, *significatum proxime accessit.* rem magnam nos docet: nam ante illum nesciebamus τρυφὴν esse delicias. simile est quod Plutarchi locum emendat, cujus verba descripsit ex Animadversionum libro secundo, ubi totidem literis habetur. in loco Sophronii stupendam Græcatum literarum imperitiam suam pari malignitate junctam prodit manifestissime. Scripseramus videri Sophronium depravatis codicibus usum, qui hæc verba Hieronymi, *Antoninum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur*, sic verterit, τὸν ᾗ Ἀντῖνον ἐν τοῖς μείζῳ τῶν αἰδλικιων ἐσχηκέναι Ἀδριανόν τινες συγγράφουσι. hujus observatiunculæ si isti venisset in mentem, vera haut dubie esset: nunc quia ab alio proficiscitur, vera non est. quid igitur novi affert? scilicet scripsisse Sophronium τῶν ἠλικιων: adeoque infeliciter in Græcis literis ostendit se institutum, ut putet Græcam orationem futuram, si illa, *in deliciis habuisse* vertantur, ἐν τοῖς μείζῳ τῶν ἠλικιων ἐσχηκέναι. Novum mihi est, defendi apud Suetonium libri primi capite LV. hanc lectionem, *Eloquentia militari. Quare.* quæ inepta scriptura nisi χρυσόχαλων aut φαρμακῶν probari non potest. sed omnia isti improba, quæ exquisitioris judicii viri aut invenerint

rint aut approbaverint. quod enim ait, non ibi agi de militari virtute Cæsaris; ei objectioni abunde satisfactum in Animadversionibus. eloquentiam vero Cæsaris militarem appellare, μωρῦ φωτὸς ἄδε βυλά. scilicet nescivit M. Tullius de stilo & dictione Cæsaris recte judicare. sed novus hic eloquentiæ professor Ciceronem facit non tanti: quem alibi *scurram & mimum*, quæ ejus modestia est, appellat: neque oratorem, sed *scurrilem dicentarium*. Oro te, hæc sunt sani hominis verba, an furentis Orbilii μεμεθυσμένα ῥήματα? Sed pergamus: imo vero ne ulterius pergamus: nam si castigare velim omnes ejus libelli errores,

Πάρεργον ἔργυ μεῖζον ἂν γένοιτό μοι.

cætera igitur missa faciam: unum modo addam, cujus occasione natus nobis, cum minime quæreremus, omnis hic sermo est. nam & Vopisci hunc locum ibi corrumpit, & de cancellariis veteribus atque hodiernis, ea tradit quæ omnes fateantur nova. Adnotatum est à principe jurisconsultorum nostri seculi Jacobo Cujacio, Quæstorem sacri palatii eum esse, quem in aula cancellarium vocamus. hæc cum ille scriberet, non dignitates inter se comparabat: verum utriusque muneris officia ac partes spectabat. quare verissimam ejus sententiam esse, nemo negabit, qui rationes considerarit, quas ille affert cur ita sentiret. neque obstat, quod hodie Cancellarii suprema dignitas est; Quæstoris palatii olim modica. sunt enim res diversæ, munus ipsum & dignitas muneri attributa. Neque novum est, ut idem munus pro temporum aut locorum diversitate, plus minusve honoris secum trahat. Exemplo sunt scribæ quos vocamus hodie secretarios: horum ministerium apud Romanos vile habitum & mercenarium: apud Græcos vero magna olim fuit scribatum dignatio, ut in Eumene observat vetus auctor, sive is est Cornelius Nepos, sive Æmilius Probus. Idem observabis in multis magistratibus, si mores nostros vel cum antiqua historia componas, vel cum aliarum gentium institutis. Non vidit hoc, aut si vidit, malo animo dissimulavit Margites redivivus: qui, ut ille Homericus, ἐπίστατο μὲν πολλὰ, κακῶς δ' ἐπίστατο πάντα. hic igitur ad caput VI. vitæ Titi Cujacium eo nomine sugillat. istud quidem non novum: solens enim facit. Novum illud & incredibilis cujusdam stuporis argumentum; quod affirmare non erubescit, Cancellarium hodie re & nomine eundem esse cum veteris Romæ cancellario. Musas, vestram fidem! tantumne inscitiæ in eum potuisse cadere, qui de omnium eruditorum scriptis censuram uni sibi vindicat? Sed esto: liceat illi in literis quicquid voluerit: solus sit qui aliquid videat: unus sit τὰ πάντα: modo ne celsissimam hanc militiæ togatæ dignitatem impune in ordinem cogat: modo ne illustrissimo Franciæ cancellario hanc insignitam rat factum injuriam, ut de summo loco ubi regiæ majestati proximus sedet ad cancellos secreti regii vel curiæ eum retrahat: ut fores ei tenendas committat: ut denique collegas ei, rem hactenus inauditam, dare audeat: & quidem non unum aut alterum, sed numero prope infinitos: nam ita fuit olim; cum & principes & omnes potestate aliqua prædit in obsequiis suis plures haberent cancellarios. Tantum hunc errorem hausit acutus criticus ex verbis Cassiodori perperam acceptis: quorum mentem aperiunt satis quæ ante diximus. Nicetam vero Choniatam scriptorem adeo recentem, ab eo laudari, qui de veteris Romæ ritu disserere promiserit se dictutum, stuporem nescio dicam an amentiam. Equidem lapsus ex ignoratione, nedum ἐξ ἀπροσεξίας, facile aliis condonamus, qui in nobis quotidie experiamur, quam sit humanum falli decipique; at veniam meretur nullam infi-

infinita ista alios reprehendendi libido: qua scabie vix aliquis unquam mortalium æque infectus fuit. atque hic è trivio ludimagister est. De Vopisci emendatione, cujus hunc locum obtorto collo in suam sententiam trahit, quid judicii faciendum sit, nemo expectat jam ut dicam.

SALMASIUS.

1 *Præfectum urbi unum ex cancellariis suis fecit.*] De cancellariis quis non aliquid dixit, aut cui non cantatus hic Hylas? tam multa sane de his jam dicta sunt, ut quædam etiam malim non dicta ab eruditissimis viris. inter quæ illud est, cancellariorum nomen vetus non esse admodum, nec multo ante Vopisci tempora cœptum usurpari. rationem hanc addunt: nullam enim in Digestis cancellariorum mentionem factam inveniri: in Codice vero, titulo *de adsessoribus judicum*, & alibi: *ministerium cancellariorum* non raro legi. hæc ratio plane sine ratione est. an quia nulla in Digestis cancellariorum mentio, ideo Jurisconsultorum illorum ætate, è quibus Pandectæ compilatæ sunt, nulli prorsum fuere cancellarii? immo & cogniti tunc temporis *cancellarii*, quia & cancelli etiam tunc in usu fuere, quo tempore vixere Jurisconsulti, & multo ante illorum ætatem. tam vetus igitur *cancellariorum* nomen, quam & cancellorum. nam *cancellarii* dicti, qui à cancellis erant, ut *velarii* qui à velis. an & *velarios* vocem non admodum antiquam esse dicemus quod nulla eorum in Digestis mentio occurrat? nulla profecto hodie velariorum uspiam extaret mentio, nisi eorum nobis memoriam conservasset una aut altera inscriptio vetus, quæ *velariorum domus Augustæ* meminere. atqui domus jam olim Augusta haud minus cancellarios suos habuit quam suos velarios. in aliorum quoque magnatum ac principum ædibus, quæ cancellos, & vela foribus obtenta habebant, cancellariorum velariorumque ministerium notum & usitatum fuisse oportet. cancellorum velorumque junctim meminit Jurisconsultus leg. XLI. D. de leg. I. *sed si cancelli sunt vel vela, legari poterunt.* cancellos autem in veterum ædibus, fores fuisse cancellatas, & translucidas ex lignis reticularim compositis textas nemo paulo humanior ignoret. δικτυωτὰς θύρας Græci dicunt, hoc est *reticulatas fores.* κιγκλίδας una voce ejusmodi fores iidem Græci sed veteres appellant: nam recentiores etiam καγκέλλους & καγκελλοθύρια vocarunt. de his foribus elegans extat Epigramma Græcum in quinto Antholog. εἰς κάγκελλον τῆς οἰκίας·

> Ἢν κλείσῃς με ἀνέῳγα, καὶ ἢν οἴξῃς σύ με κλείσεις.
> Τοῖος ἐὰν τηρεῖν τὸν δόμον οὐ δυνάμεθα.

igitur qui ad hujusmodi cancellos stabant ostiarii, cancellarii dicebantur, ut velarii qui ad vela, quibus fores obtendebantur. Tertullianus in Scorpiaco: *quas mihi potestates janitrices adfirmas juxta Romanam superstitionem, Carnam quamdam, & Forculum & Limentinum, quas à cancellis ordinas potestates?* cancellariorum nomen ætate Tertulliani fuisse usitatum de his ministris, qui cancellos servabant, hæc ejus verba satis indicant. Carna, Forculus & Limentinus ostiorum dii fuere apud Romanos qui cardinibus, foribus, & liminibus præsidere existimabantur. hos eleganter Tertullianus *potestates janitrices*, & *potestates à cancellis* vocat. servi à cancellis, uno verbo vocabantur *cancellarii*, ut *custodiarii*, qui à custodiis erant: *scriniarii*, qui à scriniis: *argentarii*, qui ab argento: *arcarii*, qui ab arca: *Bibliothecarii*, qui à Bibliothecis: *quæstionarii*, qui à quæstionibus: *cubicularii*, qui à cubiculo. cancellariorum, hoc est ostiariorum qui à cancellis erant, meminit Epitome Dionis in Severo his verbis: καὶ μόνον εἰσιόντα οἱ θυρωροὶ οἱ ἐπὶ τῶν κιγκλίδων μόνον εἰσεδέξαντο, οὐδ' εἴασαν οὐδένα αὐτῷ συνεισελθεῖν. ubi θυρωροὶ

οἱ ἐπὶ κιγκλίδων ad verbum sunt, ostiarii ad cancellos, hoc est cancellarii. horum munus, & ministerium fuit, principem adire volentes admittere, aut repellere. κιγκλίδες, sunt cancelli. Hesychius: κιγκλίδες, θύραι ἃς ἡμεῖς κιγκλιδωτὰς λέγομεν. sic *cancellarii* in domo Augusta fuere jam olim, ut & *velarii*: nec adeo recens est cancellatiorum nomen, ut paulo ante Vopisci ætatem usurpari cœpisse putandum sit, quemadmodum sibi persuasere doctissimi viri. nam si res ipsa, ac munus eorum ministeriumque jam antiquitus in usu notitiaque fuit, quis de nomine quin veteribus quoque cognitum fuerit, dubitabit? ex his domus suæ cancellariis, unum Carinus urbi præfectum fecit. quod valde pudendum, dictuque ac cogitatu fœdum visum esse tunc fuisse scribit Vopiscus, ut homo infimi loci, vilisque in aula ministerii servus repente & uno saltu ad summam dignitatem eveheretur. cancellarii enim illi nihil aliud fuere, quam meri janitores & ostiarii. præter hos cancellarios qui in domo Augusta, aliorumque procerum ædibus, pro foribus cancellatis, vel cancellis stabant, & admissiones curabant, sui etiam fuere judicibus cancellarii, qui ex Codice noti sunt, tit. *de adsissoribus, & cancellariis judicum.* nam in tribunalibus septa quibus arcebantur turbæ, *cancellos* dicebant: Græci δρύφακτα. vetus scholiastes Aristophanis σανιδώματα δικαστηρίου interpretatur, διὰ τὸ ἐκ σανίδων καὶ ξύλων τῆς ἐκ δρυὸς εἶναι κατεσκευασμένα. idem σανιδώματα quoque vocat, hoc est, tabulata & septa. idem etiam θώρακας ξυλίνους, hoc est ligneos pluteos exponit: δρύφακτοι, ξύλινοι θώρακες, τὰ διαφράγματα ἢ τὰ περιτειχίσματα. θώραξ vel θωράκιον pluteum vel loricam significat. Vitruvius in descriptione testudinis, pluteum thoraculæ similitudine *ornatum* reddit, quod in Græco scriptore θωράκιον dicitur. legitur apud Vitruvium, *turricula similitudine.* quod nec valde improbarim. nam & turres ligneas quæ elephantorum dorso imponebantur, θωράκια vocat Ælianus in libris de hist. animalium. θωράκια apud Polybium sunt plutei. lib. VIII. ταύτης ἐκτείνων τὸ πλάτος δρυφακτώσαντες, καὶ σκεπάσαντες ὑψηλοῖς θωρακίοις, hoc est *prealtis pluteis vel loricis.* hinc δρυφάκτους, θώρακας ξυλίνους interpretantur. Etymologicum magnum: δρυφάκτους, ξυλίνους θώρακας, ἢ τοὺς νῦν καλουμένους κιγκλίδας. Pollux, τὰς κιγκλίδας, καὶ τὸ δρύφακτον, partes esse vult τοῦ δικαστηρίου. τὰ δὲ, inquit, τοῦ δικαστηρίου μέρη, ἐπεὶ καὶ ἡ κιγκλὶς καὶ δρύφακτος. δρύφακτος igitur & κιγκλὶς differebant. δρύφακτος enim proprie dicebatur totum fori judicialis conseptum, quod ex tabulis compactum erat, & pluteis undiquaque munitum. *parquetum* hodie vocamus diminutive. nam *parquum* περίβολον, hoc est septum appellamus. κιγκλίδες autem erant reticulatæ vel cancellatæ fores τοῦ δικαστηρίου. Grammatici: κιγκλὶς, ἡ τοῦ δικαστηρίου κάγκελλος. κάγκελλον Græci Latina voce dixerunt jannam cancellatam vel ex cancellis factam. cancellos quoque proprie Latini ejusmodi fores appellarunt. *lucidas fores*, appellat Cassiodorus, *claustra patentia, fenestratas jannas.* sic κιγκλίδες sunt proprie cancelli. οἱ ἐπὶ κιγκλίδων, *cancellarii.* κιγκλίδα Græci, τὴν τοῦ δικαστηρίου θύραν passim interpretantur. Latini tamen cancellos non tantum fores τοῦ δικαστηρίου, sed etiam omne conseptum appellant. Græci quoque, δρύφακτον & κιγκλίδα sæpe confundunt, & δρυφάκτους, καγκέλλους passim exponunt. nam δρύφακτοι, ut dixi, proprie sunt septa judicialium secretorum. hinc *cancellorum septa* vocat Ammianus Marcellinus lib. XXX. de advocatis: *cum intra cancellorum venerint septa, & agi cœperint alicujus fortuna vel salus. fori cancel-*

 lorum

lorum mentio alicubi apud Ciceronem. Glossæ veteres: *caules, cancelli tribunalis ubi sunt advocati.* pro *caules* legebam aliquando *canales.* nam fori cancelli etiam canales videntur esse dicti. inde *canalicolæ, forenses homines dicti quod circa canales fori consisterent,* inquit Festus. Gellius: *qui jurabat cavillator quidam & canalicola, & nimis ridicularius fuit.* canalicolæ sunt, οἱ παρὰ τῇ κιγκλίδι ζῶντες, ἀεὶ περὶ τ' δούφαντος ποιούμενοι τὸν βίον. Tertullianus de pallio, & pro pallio: *jam & de negotio provocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla rostra praeoccupo, nulla prætoria observo, canales non adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo, causas non latro.* ita enim ex veteri codice legendum conjeci, in quo planis & apertis litteris scriptum reperi, *carnales non adoro.* sed plura nos ad illum Tertulliani locum de fori canalibus. nunc in illis Glossis *caules* retinemus, & caulas esse putamus. sic *furcilles*, & *furcillas* dicebant, & alia ad hunc modum sexcenta. *caulæ* proprie erant munimenta, & septa ovium. inde & ad alias res traducta hæc vox. *caulas corporis, caulas palati, caulas ætheris* passim dicit Lucretius. caulæ quoque pro septis sive cancellis tribunalium usurpatæ. optimæ Glossæ quæ in Bibliotheca doctissimi P. Puteani servantur: *caula, cancellum ante judicem, vel ingressus.* Servius: *caulæ, munimenta & septa ovium. est autem Græcum nomen, c detracto. nam Græci* αὐλὰς *vocant animalium receptacula. unde in sacris ædibus, & in tribunalibus septa quæ turbas prohibent, caulas vocamus.* Græci quoque αὐλὰς & ὀρχεῖα tam in sacris ædibus quam in tribunalibus hujuscemodi septa sive caulas prohibendis turbis, vocare consuerunt. Suidas: αὐλὴ τὸ νεὼ ὀρχεῖον κιγκλιδωμένον. idem: ὀρχεῖα, τὰ χωρία κλειστά. secretaria scilicet judicum, & tribunalia. ὀρχεῖα quoque in templis dicebantur. Pollux de templo: ὀρχεῖον ἱερὸν, ὀρχεῖον θεῖον. principia quoque in castris ubi jura tribuni reddebant, ὀρχεῖα appellata. in templis cancelli etiam facti ad prohibendas turbas. intra quos cancellos solis licebat clericis stare. capitularia Caroli Magni l. vii. cap ccxci. *ut nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, vel intra cancellum stare, aut sedere.* eod. lib. cap. cciii. *pars illa quæ cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum.* *cancellum* etiam numero singulari dicebant recentiores Latini. unde illæ Glossæ supra nobis citatæ, *caulam, cancellum ante judicem*, exponunt. sic *caula*, & *cancellum* in sacris ædibus & in secretariis judicialibus appellabatur conseptum quo turbæ discludebantur. in summis Galliæ Tribunalibus hujusmodi cancellum, vulgo *barrellum* vocitamus. nam *barræ* in idiomate nostro sunt repagula. hinc & *barrellos* dicimus, clathros ferreos in fenestris. ab his cancellis, quibus judicum secreta muniebantur, & claudebantur, cancellos etiam dixerunt regionum limites, & terminos agrorum. Jordanes lib. de success. regnorum, *cancellos Tusciæ* dixit pro limitibus Tusciæ. fragmentum vetus ex veteri scheda quam nobis commodavit Franciscus Juretus, *cancellos* vocat, terminos, hoc est lapides, quibus agri limitantur, quibus olim sacra faciebant pagani. *nullus Christianus ad fana vel ad petras, aut ad fontes vel ad arbores, aut ad cancellos, vel per trivia luminaria faciat, aut vota reddere præsumat.* hinc *cancellatio* pro limitatione vel metatione apud Sæculum Flaccum, & apud Hyginum *regio cancellata* pro limitata. *cancellare* proprie est delineare, & lineas transversim & in obliquum ducere. *limares* autem *limites* vocabantur, qui in obliquum erant discreti, & agros per centurias sive per jugera divisos coërcebant. hi & minores dicebantur, ut scribit Servius ad Georg. i. inde formam & typum agrorum ita delineatorum, & per centurias divisorum, *cancellatio-*

nem agrimensores appellabant & *centuriationem* & *perticam*. Saculus Flaccus: *& quamvis una rei sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typum.* inde regio *cancellata*, quæ ad hunc modum delineata, & per centurias ac jugera divisa esset. Hyginus: *si universa regio quæ cancellata erat, coloniæ jurisdictioni accederet.* inde & *cancelli* pro terminis. *deliniare* quoque pro eodem dicebant. Frontinus: *quidquid autem secundum hanc conditionem in longitudinem est deliniatum, per strigas appellatur: quidquid per latitudinem, per scamna.* libri ibi habebant *delimatum*. ex quo nos fecimus *deliniatum*. & falluntur qui aliter putant legendum. apud eosdem agrimensores ex libro Balbi: *omnem territorium provinciæ Piceni deliniatum est per rationem arcarum vel ripaeum, &c.* sic & *deliniationem* in iisdem auctoribus legi pro determinatione, & cancellatione. *delimatio* tamen fere ubique cum vitio scriptum legitur, eodem plane errore quo *collimare* quidam hodie scribunt αὐτὸ τὸ *colliniare*. sic *sublineatum* os apud Symmachum legendum, ubi libri omnes os *sublimatum* præferebant scriptum. *deliniare* igitur & *cancellare* idem in re agrimensoria. at *cancellare* apud Jurisconsultos aliud est. cancellatum enim instrumentum, vel testamentum vocant, quod inductum est, & multis decussatim tractis lineis conscribillatum. *cancellare* idem quod inducere. significat etiam concerpere, & concidere instrumentum, scissuris in decussem scalpello factis. Isidorus in Glossis: *cancellat, concidit, battuit*. Græci recentiores, περικλουβίζειν dixerunt. titulus est in synopsi Basilicῶn, περὶ τῶν ἐν διαθήκῃ χαραχθέντων, ἢ περικλουβιωθέντων, ἢ ἀπαλειφθέντων. in Digestis idem titulus ita concipitur: *de his quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.* τὰ περικλουβιωθέντα. vocant auctores Græci, quæ inducta sunt in testamento. scribit Jurisconsultus prima leg. eod. tit. *id vero quod non jussu domini scriptum, inductum, deletumve est, pro nihilo est.* hæc Græci βασιλικῶν auctores ita reddiderunt: τὰ χαραχθέντα ἢ περιγραφέντα, ἢ ἀπαλειφθέντα. ἐν ᾧ μὴ κατὰ πρόνοιαν ἢ εἴδησιν τοῦ διαθεμένου, ἄκυρα ἐστι. τὰ περιγραφέντα vocant quæ inducta sunt. περικλουβιωθέντα in titulo dixerant pro eodem. Glossæ βασιλικῶν: περικεκλουβισμένα, κεχαραγμένον. περικεκλουβισμένον, & περικλουβιωθὲν nihil aliud significat, quam cancellatum, & inductum. κλωβὸς Græcis cavea est. recentiores κλουβὸς, & κλουβίον dixere. Nicetas, κλουβία, οἰκίσκοι ὀρνίθων. sic κουνούπια pro κωνώπια dicebant: λοῦρος pro λῶρος, λουράκιον pro λωράκιον· κουδούνια pro κωδώνια. ita igitur & κλουβὸς pro κλωβός. Tzetzes in Chiliadibus: ἰσοζυγῶν, καὶ τῷ αὐτῷ κλουβῷ συνεμβιβάζων. hoc est, *æquo in bancee habens, & in eamdem caveam compingens.* frustra igitur sunt, qui κλουβὸν *sigillum* interpretantur. quod autem illæ avicularum caveæ ex virgis decussatim inter se connexis cancellorum in morem contextæ essent, inde κλουβίζειν, & περικλουβίζειν pro cancellare. sed ad nostros cancellos cancellariosque judicum redeamus. hi nomen habuerunt à cancellis. id est foribus secretarii judicialis, quæ cancellatæ erant, & in modum retis factæ. Græci κιγκλίδας appellant, & tales ut plurimum in judicialibus secretis fieri solitas fores adnotant Grammatici, quod omnium facillime aperirentur, & clauderentur, propter frequentes ad judicem ingressus & egressus. κιγκλὶς ἡ κιγκλοθυρίς, θύρα δικτυωτή, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τοιαῦται ἦσαν, ἵνα ταχέως ἀνοίγωνται καὶ κλείωνται. συνεχῶς γὰρ εἰσῄεσαν καὶ ἐξῄεσαν. Elegans porro illud ænigma in Græco epigrammate, quod paulo ante adduximus de cancello: *Si claudis me, aperior: sin me aperis, clausus sum. talis*

quum sim, qui possum domum vestram tutari? cancelli enim quum claudebantur, nihilominus tamen quodammodo aperti manebant. nam διαφανεῖς erant, & visum transmittebant. at ubi revera aperiebantur, tum vel intra septa reducti, vel ad parietem reclinati, non amplius apparebant, aut pariete opposito visum non amplius transmittebant, & sic quodammodo clausi erant. simile est quod dicit Cassiodorus de cancellario: *tenes quippe lucidas fores, claustra patentia, fenestratas januas. & quamvis studiose claudas, necesse est, ut te cunctis aperias.* cancellarii igitur qui ab his cancellis denominabantur, admissiones & ingressus ad judicem ut sine confusione, & tumultu fierent, curabant, judici præsentandos admittebant, responsa judicum exequutioni mandabant, & idem plane officium sustinebant, quod hodie solent in curiis regiis qui *ostiarii* dicuntur. Agathias de cancellariis: οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπιφρουρεῖσθαι τῆς αὐλῆς διηγεμονίας πέρι καὶ ὅπως μὴ χύδην ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἐς αὐτὰ εἰσιτητὰ εἴη. τούτους δὲ ἔθος Ῥωμαίοις ἐκ τῶν κιγκλίδων ἐπονομάζειν καὶ τῆς ἐν τούτοις ἐπιμελείας. hæc verba Agathiæ ad hunc locum Vopisci produxit vir doctissimus, jam ab aliis eruditis hominibus passim citata. sed errat in eo quod istis cancellariis aliquid dignitatis accessisse post Vopisci & Carini tempora existimat, idque colligit ex Cassiodoro in formula cancellariatus, ubi hoc munus ita describit ut manifestum sit ejus ætate cancellarios, non meros fuisse ostiarios, sed ex parte muneris idem administrasse, quod hodie solent qui à secretis nominantur, & supplicum libellorum magistri. nam perperam confundit cancellarios domus Augustæ, aliorumque procerum, qui solum munus ostiariorum sustinebant, cum cancellariis judicum, qui præter officium admissionis quod ipsorum curæ incumbebat, totius secreti judicialis curam gerebant, ut ex Agathia constat & Cassiodoro. nam & expediendis judicum jussis, edictis & epistolis dictandis signandisque, relationibus formandis operam dabant, & responsis portandis, & sic iidem plane cum secretariis erant. hinc passim apud infimæ vetustatis scriptores, *cancellarios* pro scribis vel dictatoribus legas, quos Græci ἀντιγραφεῖς vocant. secreta custodiebant cancellarii. Cassiodorus in formula cancellarii: *ut consistorii nostri secreta fideli integritate custodias.* & sub finem: *isto potius conceptaculum quod audita custodias, quod suscepta non fundas. quia nihil proderit, si auribus tuis transitura placeant, & in cordis finibus se omnia non defigant.* erant igitur à secretis *cancellarii* judicibus. sic qui Græcia ἀντιγραφεῖς, Latinis fuere cancellarii. vetus edictum Turci Aproniani præfecti urbis, quod inter antiquas inscriptiones à Gruttero nostro relatum est: COMMODIS. OMNIBVS. ET. PRÆDA. DAMNATA. QVAM. TRIBVNVS. OFFICIVM. CANCELLARIVS. ET. SCRIBA. DE. PECVARIIS. CAPERE. CONSVERANT. *Cancellarius & scriba*, ἀντιγραφεὺς καὶ γραμματεύς. Glossæ Isidori: *antigrapheus, cancellarius.* antigrapheus plus erat quam scriba. Novella XI. Constantini Porphyrogennetæ: ὁ σκρίβας ὑπουργῶν τῷ ἀντιγραφεῖ. ejusdem Constantini Novella X. cancellarios à notariis distinguit, & digniores facit. hi in apertione testamentorum, quæ apud Quæstorem aperiebantur, colligebant & exhibebant testes, & heredes ab intestato, & legatarios, aliosque omnes qui quacunque de causa adesse debebant. unum igitur solidum primo cancellario dari jubet illa Novella, & duobus notariis unum pro aperiendo testamento. in legibus quoque Langobardorum cancellarii separantur à notariis. lib. II. tit. XL. *volumus ut nullus cancellarius pro ullo judicio aut scripto aliquid amplius accipere audeat nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis: de minoribus autem infra dimidiam libram.* & paulo post: *nota-*

cancellariis suis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Præfectum prætorii quem habebat, occidit: in [1] ejus locum Matronianum, [2] veterem

notarii autem hoc jurare debent, quod nullum scriptum falsum faciant. cancellarius est *ἀντιγραφεὺς, notarius γραμματεύς. cancellarium* tamen etiam passim ætas illa pro tabellione usurpavit, qui manu sua publica instrumenta, & privata conscribit. Anianus *ad leg. Cornel. de falso.* Cod. Theod. leg. 1. *Tabellio vero qui amanuensis nunc vel cancellarius dicitur.* hinc passim in legibus Langobardorum, & capitulariis Caroli Magni, & aliis antiquis legibus mentio *chartarum publicarum privatarumque manu cancellarii scriptarum vel firmatarum.* sic qui olim in scriniis memoriæ, epistolarum & libellorum, peragendis signandisque responsis principum militabant, qui & notarii secretorum dicebantur, eiti ma ætas cancellarios appellavit. hi & referendarii aliquando dicti sunt. nam *Referendarius*, secundum Sigebertum ad annum DCXXXVII. *dicebatur ad quem publicæ conscriptiones referebantur, ut per eum anulo seu sigillo regis confirmarentur.* atque inter hos principis secretarios & referendarios qui principem locum obtinebat, primum & summum regni cancellarium majores nostri appellarunt, & etiam nunc appellamus. hic sub se omnes secretarios vel notarios secretorum habebat. Hincmarus: *cui*, apocrisiario, *sociabatur summus cancellarius, qui à secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent.* °*summum* itaque *cancellarium* dicebant, primum & principem cancellariorum, hoc est secretariorum regis. *cancellarium* hodie κατ' ἐξοχὴν vocamus. Græci recentiores μέγαν λογοθέτην τῶν σεκρέτων vocabant. unde λογοθετεῖν τοῖς σεκρέτοις, *cancellarium agere* apud Nicetam, & λογοθέτης τῶν σεκρέτων passim apud eumdem pro cancellario. καγκελλάριον etiam alicubi vocat, & λογοθέτην interpretatur. λογοθέτης, ἀντιγραφεὺς τῶν λόγων, est quem Latini *contrascriptorem rationum*, dictatorem & *cancellarium* dixere. sed de antigrapheis, apocrisiariis, referendariis, notariis secretorum, cancellariis, distinctius accuratiusque tractamus in libro de officiis domus Augustæ.

CASAUBONUS.

1 *In ejus locum Matronianum veterem conciliatorem fecit.*] Lenonem & productorem. notum enim obscena verba esse *conciliare* & *conciliatura.* sic *conciliatrix* pro lena etiam apud Jurisconsultos, lege prima Cod. Theod. De repudiis. etsi Festus aliter interpretatur. Glossæ: *Conciliator*, συμβιβαστής, συναγωγεύς.

SALMASIUS.

2 *Veterem conciliatorem.*] Id est veterem lenonem. *Conciliator*, leno. & *conciliatrix*, lena. Lucillius apud Nonium:

Ætatem & faciem, ut saga, & bona
conciliatrix.

veteres Glossæ nondum editæ: *conciliator, lenocinator. conciliat, lenocinatur. conciliare* quoque absolute usurpavit Claudianus pro lenocinari, & lenonem agere. in Eutropium lib. 1.

Te magis ah demens, veterem si respicis artem,
Conciliare decet.

ubi *conciliare*, est lenocinium facere, & lenare, ut etiam loquebantur. vetus Epigramma:

—— lenandi callidus arte.

item aliud Epigramma nondum editum, *in lenonem:*

Quod si formosas redeas lenare puellas,
Et dederit quæstus quotidiana Venus.

verbum illud *lenare*, ut hoc obiter adnotem, non à voce *leno* venit, sed à *lenus*. nam *lenus* & *leno* dicebant. unde *lenulus* diminutivum, & *lenullus* apud Plautum in Pœnulo. à *leno*, *lenunculus*: à *lenus*, *lenullus*, & verbum *lenare*. Isidorus in Glossis: *lenullus, parvus lecator*. *lecare* idem quod scortari, & lenocinari, à Græco λαικᾶν, & λαικάζειν. idem Isidorus: *leno, lecator, mediator. lecator, gulosus. lenocinium, lecacitas. conciliare* igitur est lenocinium agere. Isidorus: *conciliatrix ob societatem flagitiosæ consensionis, eo, quod intercurrat, alienumque nundinet corpus. hanc etiam & lenam vocant. curraterriam* hodie vocamus ab intercurrendo. nam & lenones intercursores, & internuncii dicti. honestæ voces olim *conciliare*, & *conciliator* ad hoc turpe ministerium postea sunt traductæ. contra, lenones, flagitii propudiique ministros, ad rem honestam Trogus usurpavit pro fecialibus & legatis. Justinus lib. I. *primus Scythis bellum indixit Vexores rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent.* paulo post *legatos* appellat. *ambasciatores* infima Latinitas dixit. quod vocabuli ex bona & veteri Latina voce factum est. *ambactus* veteribus Latinis servum mercenarium significabat, qui hac & illac circumagitur, & circumducitur, mercedis gratia. *ambagere* vetus verbum pro circumagere: ut *ambire*, circumire. optimæ Glossæ: *ambactus*, δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. Glossæ Placidi: *ambacti, servi*. Festus: *an, præpositio loquelaris, significat circum. unde servus ambactus, id est circumactus dicitur.* sequitur paulo post apud eumdem Festum vel ejus abbreviatorem: *ambactus apud Ennium lingua Gallica servus dicitur.* scripserat Festus: *ambactus apud Ennium servus dicitur.* voces illas, *lingua Gallica*, liquet mihi à Paulo additas esse, qui *ambactus* apud Cæsarem in rebus Gallicis legerat, & putabat vocabulum esse Gallicum. verba Cæsaris ex sexto Commentario belli Gallici: *atque eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet.* ex his verbis non magis liceat colligere Gallicam vocem esse *ambactos* quam *clientes*. cur non enim & *clientes* vox Gallica? quos heic *ambactos* vocat Cæsar, paulo infra *servos* appellat & cum clientibus jungit: ac paulo supra hanc memoriam servi & clientes quos *ab his delectos esse constabat*. frustra igitur vir magnus ad Festum qui notavit *ambactus* quum servum significat, Latinum esse: at cum pro cliente sumitur, Gallicum. *Ambactus* pura Latina vox, ὁ περιφέρητος, ὁ περιφερόμενος. *ambaxus* etiam pro eodem dicebatur. Festus: *ambaxi, qui circumeunt, & catervatim.* ambaxus & ambactus idem. nam ut à figo, *fixus* & *fictus*: à tago, *taxus*, & *tactus*; à veho *vexus*, & *vectus*: sic ab ago *actus*, & *axus*. unde *axiosæ* mulieres pro *actiosæ*. Plautus apud Varronem:

Axiosæ annonam caram è vili concinnant viris.

ita enim legendum, non *axitiosæ*, ut vulgo. Festus: *axiosi factiosi dicebantur, cum plures una quid agerent facerentque. axitiosi* tamen etiam potest retineri. *axites* mulieres & Dii apud eumdem una agentes. Glossæ: *axites*, ὁμοπλεονεκται. sic *ambaxus*, & *ambactus* idem. atque inde *ambactia*, vel *ambaxia* servitium vel opera mercede conducta. pro quo recentiores Latini *ambasciam* scripserunt, ut *ascellam* pro axilla. in legibus Burgundionum: *quicumque asinum alienum extra domini voluntatem præsumpserit aut per unum diem aut duos in ambascia sua, jubemus ut & ipsum & alium talem ei cujus asinus est, consignet.* hinc & verbum *ambasciare*, & *ambasciator* pro legato vel internuncio, & intercursore, & domestico etiam & adsecula. sic *lenones* pro legatis, & adseculis, & domesticis. Glossæ Isidori: *lenones, adseculæ, domestici. ambaxatores* Hispani dicunt ab *ambaxus*. nam *ambaxus* vel *ambactus*, servus

rem conciliatorem fecit. [1]Unum ex his notarium
quem ſtuprorum & libidinum conſcium ſemper atque
adjutorem habuerat[2] invito patre conſulem fecit. Su-
perbas ad ſenatum literas dedit. [3] Vulgo urbis Romæ
quaſi populo Rom. bona ſenatus promiſit Uxores
ducendo ac rejiciendo novem duxit, [4] pulſis plerîſque
prægnantibus. Mimis, meretricibus, pantomimis,
cantoribus atque lenonibus, Palatium implevit. Fa-
ſtidium ſubſcribendi tantum habuit ut impurum
quendam cum quo ſemper meridie jocabatur, ad ſub-
ſcribendum poneret, [5]quem objurgabat plerunque
quod bene ſuam imitaretur manum. [6] Habuit gem- 17
mas in calceis: [7] niſi gemmata fibula uſus non eſt. Bal-
teum etiam ſæpe gemmatum. [8]Regem denique illum
Illy-

ſervus qui ultro citroque diſcurrit portandis nunciis, & qui dominum mercede conductus ſequitur, eique præſtat obſequium. ſed hæc præter rem.

GRUTERUS.

1 *Unum ex his notarium, &c.*] Pal iſthæc accommodare videtur Marioniano. habet enim; *unum ex his notariis quem ſtupr. lib: conſc. ſemp. atque adjut: habuerat. Invito patre Conſul proceſſit.* quam ſcripturam excutient otioſiores.

4 *Pulſis plerîſque prægnantibus.*] Pal. *prægnatibus.*

SALMASIUS.

2 *Invito patre conſulem fecit.*] Vet. ed. *conſul proceſſit.* perperam.

7 *Niſi gemmata fibula uſus non eſt.*] Optimus Palatinus: *niſi gemma fibula uſus non eſt.* quod probo. nam gemma plerumque unica fibulæ vicem præſtabat. Claudianus:

—— *& fulva nodatur iaſpide pectus.*

& alibi:

—— *viridique angustat iaſpide pectus.*

plura parcam adſcribere, quæ in promptu ſunt.

8 *Regem denique illum.*] Editio princeps: *ut regem denique illum Illyrici plerique vocitarent.* ſed male, ut opinor.

CASAUBONUS.

3 *Vulgo urbis Romæ, q.*] Id eſt plebi infimæ, & peſſimis quibuſque.

5 *Quem objurgabat plerumque quod bene ſuam imitaretur manum.*] Suprema vitioſitatis linea eſt, cum neque probamus quod rectum eſt, neque vitium diſſimulamus, ſed eo gloriamur: quod notat hic Vopiſcus in Carino. ſolent principes qui ſubſcribendi faſtidium habent, aliquem ad ſubſcribendum ponere, qui manum ipſorum probe imitetur. ita diſſimulatur utcumque principis incuria. iſte ſubſcriptori ſuo iraſcebatur, quod bene ſuam imitaretur manum. gaudebat nempe infamia, & bonæ menti in totum renuntiaverat.

6 *Habuit gemmas in calceis.*] Non igitur primus Diocletianus, ut ſcribit Aurelius Victor. habuit & Heliogabalus. ſed tulit Alexander, inquit Lampr.

8 *Regem denique illum Illyrici plerique vocitarunt.*] Faciunt hic quæ notamus ad vitæ Hadriani illa verba: *Ergo converſit regio more militibus.*

 1 *Præ-*

Illyrici plerique vocitarunt. [1] Præfectus nunquam coss. obviam processit. Hominibus improbis plurimum detulit, eosque ad convivium semper vocavit. Centum libras avium, centum piscium, mille diversæ carnis in convivio suo frequenter exhibuit. Vini plurimum effudit. Inter poma & melones natavit. Rosis Mediolanensibus & triclinia & cubicula stravit. [2] Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ.

CASAUBONUS.

1 *Præfectus nunquam Coss. obviam processit.*] Lego, *Præfectis aut consulibus.* sic enim ad Hadrianum Spartiani emendabamus. ubi caussa est exposita. Non leve hoc genus honoris habitum, excipi ab occurrente principe: proximus huic honoris gradus erat, si stans exciperet, non sedens. Spartianus de Hadriano: *Ad convivium venientes senatores, stans excepit.* & Sueton. in Tiberio cap. XXXII.

2 *Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ.*] Cellæ suppositoriæ medii temperamenti erant inter vulgares balneas & frigidaria, sive cellas frigidarias. hoc tuto satis pronuntiare possumus ex isto loco. cæterum cellas istas alibi non legi, aut legere non memini.

GRUTERUS.

1 *Præfectis nunquam Consulibus obviam processit.*] Proposui lectionem codicis Pal. ejecto vulgato, *Præfectus nunquam Coss. obviam*, quod propius accederet ad veritatem. nimirum excidit vox *nunquam*; rescribendumque, meo judicio; *Præfectis nunquam, nunquam Consulibus obviam processit.*

SALMASIUS.

2 *Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ.*] Cellarum suppositoriarum nemo est auctor præter hunc qui meminerit. sed ex numero cellarum quas in balneis usurparunt antiqui, facile colligi potest, quænam heic vocentur cellæ suppositoriæ. tres erant igitur apud veteres balneorum cellæ: frigidaria, tepidaria, & caldaria. οἴκους, & οἰκήματα Græci vocant. *frigidariam cellam* ψυχρὸν οἶκον, & ψυχροδόχον οἶκον appellat Lucianus in dialogo, Ἱππίας ἢ βαλανεῖον· ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν ψυχροδόχον οἶκον εἰς βορρᾶν προσκεχωρηκότα ἐποίησε. *tepidariam* idem ἠρέμα χλιαινόμενον οἶκον vocat, & ἠρέμα θερμὸν οἴκημα in eodem libro. *calidariam*, θερμὸν οἶκον. Galenus lib. I. θεραπευτικῆς μεθόδου, τρεῖς οἴκους βαλανείου nominat: ἐπ' ἐκείνῃ ἐν ᾧ προσφέρομεν τῶν τριῶν οἴκων τοῦ βαλανείου μεταφέρεσθαι γυμνασθέντα. & paulo post: καὶ τὸν περιζώσαντες εἰς τὸν τρίτον οἶκον εἰσάγουσιν, εἰς τὴν δεξαμενὴν ἀποκομίζοντες αὐτόν, ὥστε δεόντως χρῆσθαι μόνῃ τοῖς τρισὶν οἴκοις τοῦ βαλανείου. aliud igitur οἶκος, aliud δεξαμενή. ex piscina quam δεξαμενὴν proprie vocabant, & κολυμβήθραν, aqua per omnes cellas defluebat, & de frigidaria primum in tepidariam influebat, deinde ex tepidaria, in caldariam. Galenus ibidem: ἔστω δὲ καὶ ὁ ἀὴρ τῶν ἁπάντων οἴκων μήτε θερμὸς ἄκρως μήτε ψυχρὸς, ἀλλ' εὔκρατος ἱκανῶς καὶ μετρίως ὑγρός. ἔστω δὲ τοῦ περικεχυμένου ὕδατος εὐκράτου διαψιλῶς ἐκ τῆς δεξαμενῆς, ὡς διαρρεῖν διὰ πάντων τῶν οἴκων. in sequentibus κολυμβήθραν vocat: ἐν αὐτῇ

αὐτῷ δὲ τῷ τοῦ κολυμβήθρας ὕδατι χρονίζειν μετρίως, ὀχύμενος ἐπὶ τοῦ σινδόνος. Latinis *piscina* dicitur, & semper opponitur calidariis. Lampridius in Alexandro Severo: *atque ita unctus lavabatur, ut caldaria vel nunquam vel raro, piscina semper uteretur.* Lucianus in frigidaria balneorum Hippiæ tres fuisse dicit *κολυμβήθρας*, hoc est tres piscinas: *καὶ μέσος οἶκος*, inquit, *ὕψει τε ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας.* at in tepidaria & caldaria tres alveos ponit: *ἑξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται διάδρομος νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος καὶ ὡς πορφύρᾳ διηνθισμένος, τρεῖς καὶ οὗτος θερμὰς πυέλους παρέχεται.* *πυέλους* vocat alveos vel solia balnearia in quæ descendebant loturi, & in quibus sedebant. qui alvei in tepidariis & caldariis cellis locum tantum habebant, ut in frigidariis piscinæ. piscinæ enim sive *κολυμβῆθραι* frigidariarum erant, ut alvei caldariarum. hinc alveus de caldaria apud Varronem: *mihi puero modica una fuit tunica, & toga: sine fasciis calciamenta: equus sine ephippio: balneum non quotidianum, alveus rarus.* In frigidariis natabant, unde *κολυμβῆθραι* dictæ œcorum frigidariorum. in tepidariis & caldariis sedebant in solio lavantes, & ibidem aqua perfundebantur à balneatore vel mediastrino. quas Lucianus *πυέλους*, Plinius *descensiones* dixit, hoc est *ἐμβάσεις*, & totidem in caldaria ponit, quod Lucianus *θερμὰς πυέλους*, in œco calido: *frigidaria cella connectitur media, cui sol benignissime præsto est, caldaria magis, prominet enim. in hac tres descensiones.* hoc est, *τρεῖς θερμαὶ πύελοι, τρεῖς ἐμβάσεις.* Græci etiam *ἀσαμίνθους* vocant, & *σκάφας.* unde *σκαφολουσίας*, & *σκαφολυτρεῖν* apud medicos Græcos. Alexander Trallianus lib. XII. *διόπερ οὐδὲ τοὺς ἰσχνοὺς ἀσθενεῖ πάνυ τὴν δύναμιν δεῖ σκαφολυτρεῖν, ὃ ἐστὶ παρὰ Ῥωμαίοις εἰς πύελον ἐμβαλεῖν, ἀλλ' ἐκείνους ἐμβιβάζειν δεῖ ὅσοις ἡ δύναμις ἀντέχει τε καὶ φέρειν δύναται. τὴν ἀπὸ τοῦ χλιαροῦ γινομένην ἔκλυσιν τε καὶ διαφόρησιν.* ita legendus ille Tralliani locus. *μάκτρας* etiam vocabant alveos istos balneares. Pollux: *τὴν δὲ ἔπι νεωτέραν τις Εὔπολις καὶ τὴν πύελον τὴν ἐν τῷ βαλανείῳ μάκτραν ὠνόμασεν, ὡς οἱ νῦν. λέγει γοῦν ἐν τοῖς Διαιτῶσι· εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συνεμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν.* Alcæus eleganter olim dicebat meretrices balneatoribus similes esse, in eodem enim alveo & bonos & malos lavare. *ἐν ταύτῃ πυέλῳ.* sed de his alibi fusius. œcorum autem vel cellarum in balneis dispositiones ita erant factæ ut de frigidaria in tepidariam aqua influeret, de tepidaria in caldariam. Vitruvius lib. V. cap. X. *ahena supra hypocaustum tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, & ita collocanda ut ex tepidario in caldarium quantum calidæ aquæ exierit, influat de frigidario in tepidarium ad eundem modum.* ita distinguenda sunt Vitruvii verba. cellæ itaque tepidariæ junctæ semper erant, & suppositæ cellis frigidariis. Lucianus postquam descripsit frigidariam, ita statim infert: *ἐξελθόντας δὲ*, (hoc est, egressos è frigidaria. male hodie *εἰσελθόντας* legitur) *ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνῶς τῇ θέρμῃ προσαπαντῶν.* media igitur semper erat tepidaria inter frigidariam, & caldariam posita, & frigidariæ supposita. Lucianus de caldaria: *τρεῖς καὶ οὗτος θερμὰς πυέλους παρέχεται. λουσαμένῳ δὲ ἔνεστί σοι, μὴ τὴν διὰ τῶν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχεῖαν τὴν ἐπὶ τὸ ψυχρὸν δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος.* *Liceat*, inquit, *tibi jam caldaria loto, non per eosdem œcos reverti, sed recta & compendiaria ad frigidarium redire per tepidariam cellam.* hoc dicit, quia in superiori

œcorum deſcriptione, duas cellas poſuerat inter tepidariam, & caldariam. nam ſtatim poſt tepidariam ſequi fecerat ἐν δεξιᾷ, unctuarium œcum, & poſt illum alteram cellam omnium pulcherrimam ad ſtandum, & inſidendum jucundiſſimam, ad immorandum innocentiſſimam. & ad volutandum commodiſſimam. poſt quas duas cellas, caldariam collocat. qui volebat igitur à caldaria ad frigidariam reverti, non neceſſario tranſeundum ei erat per illos duos œcos, qui inter caldariam & tepidariam intercedebant, ſed poterat breviore via ſtatim è caldaria cella in tepidariam tranſire, ac de tepidaria in frigidariam. Plinius in epiſtolis tepidariam cellam frigidariæ connectit, & mediam eam vocat, quod inter frigidariam & caldariam media eſſet. lib. v. epiſt. vi. *frigidaria cellæ connectitur media, cui ſol benigniſſime præſto eſt, caldariæ magis: prominet enim.* *ſuppoſitorias* igitur *cellas* minime dubium eſt à Vopiſco dici tepidarias, quod frigidariis connexæ & ſuppoſitæ eſſent, utpote quæ exeuntem è frigidaria aquam exciperent. nam de piſcina quam Græci δεξαμενὴν dicunt, aqua per frigidariam cellam primum, deinde per tepidariam, influebat in caldariam dicit Vopiſcus Carinum balneis, hoc eſt caldariis uſum eſſe, non plus calidis, quam ſolebant eſſe tepidariæ cellæ. tepidariis igitur ita frigidis utebatur, ut vulgi eſſe conſueverant frigidariæ cellæ: at frigidariis ſemper nivalibus. ſic cum omnes vulgo in balneis caldarias, tepidarias & frigidarias cellas uſurparent, Carinus tepidarias, frigidarias, & nivales ſolebat uſurpare. *ſuppoſitorias* aliter interpretari non poſſumus. ſubibat & ſuppoſitorias de frigidariis hoc loco capi poſſe, & ſatis convenire videbatur: ſed quare frigidariæ ſuppoſitoriæ dicerentur non ſuccurrebat. præterea ſuppoſitorias à frigidariis heic diſtinguit Vopiſcus. præter has tres balneorum cellas, etiam *aſſa cella* ex veteribus nota eſt, quam & *ſudatoriam* dicebant. Gloſſæ: *aſſa cella*, ἀφιδρωτήριον. *ſudatorium* Senecæ dicitur epiſt. xv. *quid mihi cum iſtis calentibus ſtagnis? quid cum ſudatoriis, in quæ ſiccus vapor corpora exhauſturus includitur?* *ſudatoriorum* enim meminit lib. de vita beata. quæ Senecæ *ſudatoria*, Ciceroni *aſſa* ſimpliciter dicuntur in epiſt. ad Quintum fratrem: *in balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant poſita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubjectum cubiculi ſubgrundæ.* aſſum non eſt hypocauſtum, ut volebat vir magnus, ſed *aſſa cella* in qua vaporarium, & in qua ſicco vapore corpora ſudoribus exhauriebantur. *aſſum*, & ſudatorium idem, ut *aſſa cella*, & *ſudatoria cella* eadem. πυριατήριον etiam Græci vocant hanc cellam, & λακωνικόν. Vitruvius *Laconicum ſudationeſque tepidario conjungendas eſſe* ſcribit l. v. cap. vi. ubi per Laconicum & ſudationes rem eamdem intelligit, iſthæc nempe λακωνικὰ πυριατήρια καὶ ἀφιδρωτήρια. male vir doctus ad Petronium qui *aſſam cellam* & *Laconicum* cum caldaria confundit. nec melius Fulvius Urſinus qui in balneis tres tantum cellas agnoſcit, ſuperiorem aëris calidi, quam & caldaria dictam eſſe vult, & ſudatoriam: *mediam*, calidæ aquæ ſive tepidæ: *infimam* aquæ frigidæ, hoc eſt frigidariam. nihil iſtis falſius. perperam enim caldariam cum tepidariam unam facit, & ſudatoriam ex tribus balneorum cellis unam fuiſſe vult, & caldariam nominat, & ſuperiorem omnium cellarum conſtituit, quam tepidario conjungi debere dicit Vitruvius. quos omnes errores alibi ſingillatim caſtigabimus. *aſſa* autem *cella* vocabatur, quod in ea per *aſſum*, id eſt ſiccum vaporem ſudor eliceretur. ſic *aſſo ſole* apud Ciceronem. ſic *parietes de aſſis lapidibus* id eſt ſiccis apud Servium. ita & *aſſæ ſudationes* Cornelio Celſo pro ſiccis ſudationibus. ξηροὺς ἱδρῶτας Græci vocant. *aſſa* igitur *cella*, & *ſudatoria* idem erat

positoriæ, [1] frigidariis semper nivalibus. Quum hyemis tempore ad quendam locum venisset [2] in quo fons erat

erat & *unctuaria cella* in balneis, in qua ungebantur. *unctuarium* appellat Plinius epistola supra citata. ἀλειπτήριον οἶκον Lucianus, quem ita describit: μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος εὖ μάλα φαιδρὸς, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. meminit & unctuariæ cellæ dialogus Adriani imperatoris cum Epicteto, sed verba hodie inquinatissime scripta circumferuntur hoc modo: *prima tepidaria unctuaria: secunda sudatoria: tertia assa: quarta frigidaria.* nihil istis contaminatius. primum *caldaria cella* heic nulla est, qua nullæ tamen balneæ caruerunt. deinde tepidariam cum unctuaria tam male conjungit & confundit, quam male assam à sudaroria disjungit, cum eandem esse constet. sic igitur totus ille locus refingendus ac recudendus est, *prima caldaria: secunda tepidaria: tertia unctuaria: quarta assa sudatoria: quinta frigidaria.* quæ emendatio indubitatissime vera est. ubi observandum est primam caldariam ab auctore statui, & ultimam frigidariam. cum reliqui tamen auctores in descriptione harum balnearium cellarum, primam semper frigidariam, postremam caldariam collocent. sic Plinius primo loco frigidariam memorat, secundo tepidariam, tertio & ultimo frigidariam. hunc etiam ordinem servavit Lucianus in dialogo Ἱππίας ἢ βαλανεῖον. Galenus quoque ex tribus balnei œcis, primum œcon ponit frigidarium: secundum, quem τὸν μέσον vocat, tepidarium: tertium, calidarium. quomodo igitur hæc conciliabimus? facile poterimus. in balnearum dispositionibus, ita videntur ædificatæ fuisse cellæ, ut primo & summo loco statuerentur frigidariæ, medio tepidariæ, tertio & ultimo caldariæ, juxta naturam scilicet aquæ decurrentis. quæ de piscina in frigidariam cellam, de frigidaria in tepidariam, de tepidaria postremo in calidariam influebat. at secundum lavandi usum & consuetudinem post balnea calentis, & sudationes in frigidam descendebant, & frigidariam omnium postremam usurpabant. & hæc causa est quare auctor suprascripti dialogi frigidariam quintam nominarit, quartam assam sudatoriam: nam ab assa sudatione, ad frigidam exibant. Petronius: *itaque intravimus balneum, & sudore calefacti momento temporis ad frigidam eximus.* siccum sudorem intellige qui in assis sudatoriis, sicco vapore exprimebatur. Senec. ep. LXXXVII. *nisi Thasius lapis quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdederit, in quas multa sudatione corpora nostra exsoniata demittimus.* sic assæ cellæ inter tepidarias, & frigidarias erant ædificatæ, quo eas loco ponit auctor dialogi. Vitruvius quoque tepidario conjungendas esse dixit. unctuariam post tepidariam collocat idem dialogus. Lucianus etiam τὸν ἀλειπτήριον οἶκον tepidario subjungit. sed de his alibi plura, nunc enim properamus.

GRVTERVS.

1 *Frigidariis semper nivalib. &c.*] Pal. *frigidalis.*

2 *In quo fons erat aquâ pertepidâ, ut soles, &c.*] Pal. *in quo fontana esse per tedia ut adsolet:* ut videatur legendum, *in quo fontana esset pertepida, ut adsolet.*

SALMASIUS.

2 *In quo fons erat aqua pertepida.*] Vetus Palatinus: *in quo fontana erat aqua pertepida. fontana* pro fonte, qui idiotismus erat illorum temporum. *fontanam* quoque inde vocamus hodie fontem.

1 *Ut*

erat aqua pertepida, [1]ut ſolet per hyemem naturaliter, eaque in piſcina uſus eſſet, dixiſſe balneatoribus fertur, *Aquam mihi muliebrem præparatis*: [2] atque hoc ejus clariſſimum dictum effertur. Audiebat pater ejus quæ ille faceret, & clamabat, *Non eſt meus*. Statuerat denique Conſtantium (qui poſtea Cæſar eſt factus, tunc autem præſidatum Dalmatiæ adminiſtrabat) in locum ejus ſubrogare, [3]quod nemo tunc vir melior videbatur: illum vero (ut Oneſimus dicit) occidere. Longum eſt ſi de ejus luxuria plura velim dicere. [4] Quicunque oſtiatim cupit noſcere, legat etiam Fulvium Aſprianum uſque ad tædium geſtorum ejus uni-
18 verſa dicentem. Hic ubi patrem fulmine abſumptum, fratrem à ſocero interemptum, Diocletianum Auguſtum appellatum comperit, majora vitia & ſcelera edidit, [5] quaſi jam liber à frenis domeſticæ pietatis [6] ſuorum moribus abſolutus. Nec ei tamen defuit ad vindicandum ſibimet imperium vigor mentis. Nam contra Diocletianum multis præliis conflixit. [7] Sed ulti-

SALMASIUS.

1 *Ut ſolet per hyemem naturaliter.*] Idem liber: *ut adſolet.*

5 *Quaſi jam libera frænis domeſticæ pietatis ſuorum moribus abſolutus.*] Aſſentior doctiſſimo Caſaubono legenti: *ſuorum mortibus abſolutus.*

GRUTERUS.

6 *Suorum moribus abſolutus.*] Sic & Pal. ſed melius Caſaubonus, *mortibus.*

CASAUBONUS.

2 *Atque hoc ejus clariſſimum dictum effertur.*] Id eſt, laudatur ab omnibus: vel lege, *fertur*. Cauſſa autem cur hoc Carini dictum laudaretur, id fuit, quod ut ſæpe dictum eſt, excaldationes pro magno luxuriæ argumento habuerunt.

3 *Quod nemo tunc vir melior videbatur.*] Scribas melius, *quum*.

4 *Quicumque oſtiatim cupit noſcere, l.*] Scrib. *Quæ quic.* vox Marci Tullii elegans, *oſtiatim* pro ſingiliatim.

5 *Quaſi jam liber à frenis domeſticæ pietatis, ſuorum moribus abſolutus.*] Et hoc quoque ineptiſſime. quid enim eſt *ſuorum moribus abſolutus*? Scribendum eſt, *ſuorum mortibus*. ne Zoili quidem negaverint ita corrigendum. ſimilis ſententia veteris ſcriptoris in iis quæ de Carino Suidas: γνώριμος ἐν ἐξουσίᾳ βελτίστως κύριος.

7 *Sed ultima pugna ad Murtium commiſſa, victus occubuit.*] Scimus legi varie loci hujus nomen: ſed verum eſt Margus. quod ſervant Eutropius cum Pæanio, & vetus exemplar Petavianum Chronici Euſebiani. declarat propius loci ſitum Eutropius, narrans prælium habitum ad Margum, cum eſſet deſertus à ſuis inter Viminatium atque Aureum montem. Margum

ultima pugna apud Margum commiſſa, victus occubuit. Hic trium principum finis fuit, Cari, Numeriani, & Carini: poſt quos Diocletianum & Maximianum principes dii dederunt, jungentes talibus viris Galerium atque Conſtantium: [1] quorum alter natus eſt, qui acceptam ignominiam Valeriani captivitate deleret: alter qui Gallias Romanis legibus redderet. Quatuor ſane principes mundi, fortes, ſapientes, benigni, & admodum liberales, [2] unum in Republica ſentientes: [3] præterea ſenatus Rom. moderati, populo amici,

gum & Viminatium duo Mœſiæ oppida vicina erant, ut indicio eſt hiſtoria, quam narrat Priſcus rhetor initio Excerptorum de legationibus. Idem Priſcus in Gotthica hiſtoria ſcribit, Margum ad Iſtrum fuiſſe ſitam, è regione Conſtantiæ. ἡ Μάργος, inquit, πόλις ἐστὶ τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ, ἀντικρὺ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην κειμένου.

SALMASIUS.

7 *Sed ultima pugna ad Murtium commiſſa.*] Idem liber cum veteri editione, habent, *ad Marcum*. omnino ſcribendum, *ad Margum*. quod jam viderat ex conjectura Caſaubonus. *Margum* oppidum Mœſiæ, cujus plurimi auctores meminere. *Marcum* etiam ſcribitur in itinerario Antonini. *Aureo monte* M. P. XXIIII. *ab Aureo monte Vinceia* M. P. VI. *Marco* M. P. VIII. pro quo in veteri Peutingerorum tabula habetur: *Monte aureo* XIIII. *Margum flumen* X. forte & urbs & flumen ibidem ejuſdem nominis. mentionem etiam *horreorum Margi* in eadem Mœſia ſuperiore habent illa tabula Peutingerorum, & itinerarium Antonini. ſed nihil illa *horrea Margi* mihi videntur habere commune cum hac urbe Margo. longius enim diſſita ſunt, & horrea Marci potius dicenda judico, ut horrea à Marco imperatore in illis locis condita accipiamus, ſed hæc alibi diſcutiemus.

CASAUBONUS.

1 *Quorum alter natus eſt, q.*] Conſtantius qui bello Perſas vicit ſupra.

3 *Præterea ſenatus Rom. moderati, p.*] Videtur ſcribendum *ſenatui*. de imperatoribus enim loquitur. *moderati ſenatui* nove dictum pro moderati erga ſenatum.

SALMASIUS.

2 *Unum in rep. ſentientes: præterea Senatus Rom. moderati, populo amici, poteſtate graves.*] Fœdiſſime turbatus & corruptus hic locus etiam in Palatinis membranis, in quibus ita concipitur totus: *unum in remp. ſitientes ſpe reverent Romani ſenatus moderati populi amici peſacte graves religioſi*. quæro an quicquam poſſit inveniri corruptius. omnibus tamen emaculatis ſordibus, quibus oblitus eſt, tam purum nitidumque mihi videor poſſe reddere, quam ab auctore relictus eſt, ita nimirum legendo: *unum in rep. ſentientes, reverentes Romani ſenatus, moderati, populi amici, ſancti, graves, religioſi*. de qua correctione dubitet licebit, qui meliorem excogitare poterit.

GRUTERUS.

2 *Unum in Republica ſitientes: præterea Senatus Rom. moderati.*] Pal. *Remp. ſitientes ſpe reverent Romani Senatus, moderati populi, amici peſacte*, vel etiam *peſcite*, ſcriptura veteri Saxonica. ut forte fuerit, *ſentientes, ſemper reverentes Romani Senatus, moderati populo, amicis perſancti*.

amici, poteſtate graves, religioſi, & quales principes ſemper oravimus: quorum vitam ſingulis libris Claudius Euſthenius, qui Diocletiano ab epiſtolis fuit, ſcripſit: quod idcirco dixi, [1] ne quis à me tantam rem quæreret, [2] maxime [3] quum vel vivorum principum
19 vita non ſine reprehenſione dicatur. [4] Memorabile maxi-

SALMASIUS.

1 *Ne quis à me tantam rem requireret.*] Idem Pal. *ne quis amare tanta tam requiret.* corruptiſſime. ſcribendum: *ne quis à me rem tantam requirat.*

2 *Maxime cum vel vivorum principum vita.*] Ita & Palatinus. vetus vero editio legit: *cum vel virorum principium.* vitioſe. nullus autem heic defectus, ſed *vel* poſitum pro *&*. quod paſſim in his auctoribus licet obſervare.

CASAUBONUS.

3 *Cum vel vivorum principum vita non ſine reprehenſione dicatur.*] Tò *vel* niſi vacat & ſubdititium eſt, defectus eſt certum argumentum.

GRUTERUS.

3 *Cum vel vivorum Principum.*] Sic & Pal.

SALMASIUS.

4 *Memorabile maxime & Carini & Numeriani hoc habuit imperium quod ludos Romanos novis ornatos ſpectaculis dederunt.*] Hic Vopiſci locus de ludis Romanis à Carino & Numeriano editis, viro magno magnum meuris æſtum movit, dum quærit in animadverſionibus ad Euſebium, quî potuerint ambo ludos iſtos edere, cum ſatis inter omnes conſtet Numerianum poſt patris obitum pedem ex Oriente non extuliſſe, ſed ibi interfectum eſſe. poſtquam ſe in omnes partes verſavit, & incertus diu, certavit hoc dubium ſolvere, tandem pæne concludit; poſt mortem Cari Numerianum in Europam trajeciſſe, ibique occiſum fuiſſe. dederis hoc illi, nihil ambigui reſtabit. ſed quis verum iſtud eſſe conceſſerit, quum omnino certum ſit, Numerianum ex quo patris comes in Orientem profectus eſt, nunquam poſt illa Europam vidiſſe? quomodo igitur ratio Vopiſco conſtabit, qui Numerianum cum Carino Romanos ludos ediſſe dicit, cum Numerianus poſt patrem non diu imperarit, & poſt ejus mortem in Europa pedem non poſuerit? Vopiſcus pro ſe reſpondebit, & librario ſuo, non ſibi rationem defuiſſe dicet: nec enim à Carino & Numeriano ſolis ludos illos editos eſſe, unquam ſe ſcripſiſſe. ſed à Caro ſimul, & Carino & Numeriano. ſcribendum igitur heic ex Palatino codice: *memorabile maxime Cari, & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos novis ornatos ſpectaculis dederunt.* & priuſquam librum Palatinum ita conſuluiſſem, ita ex ſola conjectura legendum jam olim videram. Vopiſcum autem ita ſcripſiſſe, teſtis dabitur ipſe Vopiſcus, qui paulo infra ludorum illorum editionem Caro tribuit his verbis: *Diocletiani denique dictum fertur, quum ei quidam largitionalis ſuus editionem Cari laudaret, dicens multum placuiſſe principes illos cauſa ludorum theatralium, ludorumque circenſium. Ergo, inquit, bene riſus eſt in imperio ſuo Carus.* Carum heic ſolum nominat, & tamen principes illos multum placuiſſe dicit ob illorum ludorum editionem. per *principes* minime dubium quin intelligat Carum cum filiis ſuis, Carino & Numeriano. Carus ergo, priuſquam in Orientem ad bellum Perſicum proficiſceretur, memorabiles illos edidit ludos, cum Carino & Numeriano filiis, qui Cæſarianum imperium tene-

tenebant, cum Augusto patre. Calpurnius ultima Ecloga, qua hos mirabiles Indos describit, ab uno tantum principe editos fuisse scribit, hoc est ab Augusto Caro. solus enim ille tunc Augustus, nam filii ejus Cæsares tantum erant. verba Calpurnii:

O utinam nobis non rustica vestis adesset,
Vidissem propius mea numina. sed mihi sordes
Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu
Obfuerunt. utcunque tamen conspeximus ipsum
Longius, ac nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus & Apollinis esse putavi.

hæc de Caro accipienda sunt, non de Carino, ut censet vir eruditissimus. nam de Carino qui potest? an pater Carus Augustus una cum Cæsaribus filiis Indos Romanos dedit. sic Cari editionem laudabat Largitionalis ille Diocletiano, sic Diocletianus Carum propter editionem illam multum in imperio suo risum esse dicebat. Carum igitur etiam intelligit Calpurnius, à quo illi ludi commissi fuerunt, cum quo una imperabant filii Carinus & Numerianus, sed in Cæsariano tantum imperio. Superest aliud ambiguum solvendum, ab eodem illo incomparabili viro suscitatum. Olympius Nemesianus Cynegetica sua Carino dedicavit, patre Caro jam mortuo, his verbis:

Nec taceam primum quæ nuper bella sub Arcto
Felici, Carine, manu confeceris, ipso
Pæne prior genitore Deo.

eadem tamen hæc vivente etiam tunc Numeriano scribebat, sic enim subjicit:

—— Jam gaudia nota
Temporis impatiens sensus, spreterque morarum
Præsumit, videorque mihi jam cernere fratrum
Augustos habitus, Romam, clarumque senatum.

loquitur heic Nemesianus, inquit ille, quem dixi, vir summus, de Carino & Numeriano tanquam in eodem loco positi essent, quum tamen paucos dies patri superfuerit Numerianus. immo enimvero nihil necesse est in eodem loco positos fuisse. vivebat Numerianus, aut vivere existimabatur, cum hæc scriberet Nemesianus. adhuc tamen in Oriente versabatur. nec enim adeo paucos dies patri superstes vixit, ac videri volunt. extincto in Persica expeditione Caro, curatum ejus funus est, missi ad Carinum statim, & ad Senatum de ejus morte nuntii. consecratio etiam facta est, ut & nummi indicant qui à viris doctis descripti sunt. Atque hæc omnia facta sunt, vivente adhuc Numeriano, ut paret, & in Euphratensi provincia consistente. ubi & patrem mortuum aliquandiu flevit, adeo ut ex nimio fletu oculorum ægritudinem contraxerit: & cum propter oculorum dolorem lectica in itinere portaretur & Apri soceri factione occisus esset, per plurimos dies mors ejus celata est, donec fœtore cadaveris res in apertum venit, & facinus Apri detectum apparuit, ut scriptum reliquit Vopiscus in Numeriano. quare non modicum temporis à morte Carini ad necem Numeriani intercessisse verisimile est. mortem quidem patris Numerianus sequutus est, etsi non longo intervallo, haud ita tamen modico, ac prope nullo, ut sibi persuadet vir doctus. illa igitur quæ supra videtur scripsisse Nemesianus illo tempore quo jam de Carino palam factum erat, & vivebat adhuc Numerianus, saltem nondum de ejus morte nuntius venerat. illo ipso medio tempore & cusus est iste nummus quem nobis descripsere viri docti: IMP. C. NVMERIANVS. P. F. AVG. & in adversa parte: ORIENS. AVGG. non de Caro & Numeriano Augustis capiendus hic nummus, sed de Numeriano & Carino, qui Caro superstites fuere, & Augusti post ejus mortem sunt appellati. nam vivente Carino Cæsares tantum appellabantur. de iisdem Augustis interpretandus & ille

maxime & Carini & Numeriani hoc habuit imperium, [1]quod ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt, [2]quos in Palatio [3]circa porticum stabuli pictos vidi-

ille nummus: IMP. NVMERIANVS. F. AVG. & in altero orbe: PROVIDENTIA AVGG. accipimus etiam de Carino & Numeriano illud nomisma: IMP. CARINVS. P. F. AVG. in contraria facie: VIRT. AVG. quæ omnia nomismata post Cari interitum, ante Numeriani obitum cusa fuisse plusquam manifestum est. de tempore cædis Numeriani omnia incerta, ut & de loco. putem ego non in provincia Euphratensi occisum esse, sed in itinere, cum jam rediret. in Europam eum trajecisse, & ibi fuisse occisum post mortem patris, nec verum, nec veri simile est.

GRUTERUS.

1 *Quod ludos populo Romano novis &c.*] Sic Palat. melius quam vulgati, *ludos Romanos.*

3 *Circa porticum stabuli.*] Ita & Pal.

CASAUBONUS.

2 *Quos in Palatio circa porticum stabuli pictos vidimus.*] De more pingendi ludos ad tradendam posteris magnifici apparatus memoriam, ad vitam Pescennii dictum est. Refer ad morem hunc Basilii locum ex homilia in psalmum LXI. ubi sic scribit vir sanctus: ὁ δεῖνα τὸν πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχαις προαναλίσκων καὶ ταῖς ματαίαις τῶν δήμων φωναῖς ἐπαγαλλόμενος, φυσᾶται τοῖς ἐπαίνοις καὶ μέγα φρονεῖ, τὴν δόξαν ἔχων ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ. ὅς γε καὶ ἔγγραφον ἐν τοῖς ἐπιφανέσι τόποις τῆς πόλεως τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν ἐπὶ τῶν πινάκων δείκνυσιν. interpretabar hic aliquando πίνακα ἔγγραφον de indice ludorum proponi publice solito: qui satis notus mos est. Trebellius in Claudio vocat libellum munerarium. sed præstat accipere de pictis ludis in illustri urbis loco ad conservandam magnificentiæ memoriam. *portici stabuli* retinent veteres: non, [1]ut suspicabantur viri eruditissimi, *Statilii.* non putem alienum à verisimilitudine, quia horum ludorum pars magna spectaculum Circense fuerat: propterea in ea potissimum porticu ludos fuisse depictos, quæ propter vicinitatem porticus stabuli dicebatur. quanquam vox *stabulum* varie à Latinis accipitur.

SALMASIUS.

2 *Quos in palatio circa porticum stabuli pictos vidimus.*] Ut magnificos & mirificos istos quos edidit, ludos Rom. Carus ad eorum memoriam posteritati conservandam, in Palatio circa stabuli porticum pingendos curavit. sic Gordianus olim, memorabilem sylvam, quam in editione ludorum suorum quæstor exhibuerat, in domo rostrata Pompeji Magni, ne memoria scilicet ejus intercideret, pingi fecerat. Capitolinus in Gordianis: *extat sylva ejus memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeji, quæ ipsius & patris ejus & proavi fuerat. porticum* autem *stabuli* hoc loco accipio, non aliquam porticum illi stabulo vicinam, quæ propter vicinitatem *porticus stabuli* diceretur, ut sententia est viri eruditissimi: sed revera porticum stabulo Palatino additam, & ante ipsum stabulum ædificatam. sic templis, & aliis celebrioribus publicis ædificiis porticus addi solebant. mentio est apud Vopiscum in vita Aureliani, porticuum templi Solis: *argumento est quod in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur, non gratuita populo eroganda sed pretio.* vetus lapis Puteolanus: AEDEM. CVM. PORTICIBVS. A. SOLO. SVA. PECVNIA. FECIT. meminit & aliud vetus saxum, si bene memini, *porticus ante thermas Vasienses ædificatæ.* ante domos

vidimus. [1] Nam & [2] neurobaten, qui velut in ventis cothur-

domos etiam & insulas Nero porticus extrui Romæ curaverat. ad quem finem narrat Suetonius in ejus vita: *formam ædificiorum urbis novam excogitavit: & ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur: easque sumptu suo extruxit.* ad quem locum in nostris ad illum auctorem notis plura de his porticibus dicam. male igitur vir doctus qui hoc loco *porticum Statilii* corrigebat. stabulum equorum Augusti heic intellige.

CASAUBONUS.

1 *Nam & neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit.*] Neurobatæ etiam apud Firmicum leguntur & in Hesychii Glossis. τὸ β cum υ sæpe confundunt Græcorum librarii. itaque dubitandum esserne istorum verum nomen νευροβάτης, an νεβροβάτης: hinnulorum etiam nota agilitas. ita autem antiqua exemplaria, *neurobaten*: non ut aliquando nobis vox *ventis* pæne persuaserat, *anemobaten*. de istis autem & neurobatis & tichobatis & omni hoc θαυματοποιῶν genere multa alibi dicturi sumus, studiose collecta ex antiquis.

GRUTERUS.

2 *Neurobaten.*] Sic quoque eædem membranæ. forsan recte. Scaligero tamen, Commentariis ad Manilium, videbatur reponendum *anemobaten.*

SALMASIUS.

1 *Nam & neurobaten qui velut in ventis cothurnatus ferretur.*] Neurobaten qui heic & apud Firmicum sollicitant, de alia voce reponenda sollicitos esse vero. hæc enim recta est. mira vero doctissimum virum hoc loco dubitare utrum verior sit scriptura νευροβάτης, an νεβροβάτης ἀπὸ τῶν νεβρῶν, quia nota, inquit, hinnuleorum agilitas. quid tum si nota? quid enim hoc attinet ad hos neurobatas? utrum hinnuleos inscendi & insideri ab hoc genere hominum, qui neurobatæ dicebantur, voluerit, an vero ita dici, qui hinnuleos velocitate & agilitate adæquarent, nescio. illud ratione plane caret, istud ratio verbi non admittit. inter veterum θαυματοποιοῖς non solum fuere σχοινοβάται hoc est funambuli, qui & hodie notissimi sunt, sed etiam νευροβάται, quales nulli fortasse nunc visuntur. σχοινοβάται erant, qui super funes crassiores inambulabant, & saltabant, ut fieri etiam hodieque videmus. neurobatæ vero longe majorem artem, & audaciam professi, nervis ac fidiculis incedebant ac filis tenuissimis, ita ut vix apparentibus præ tenuitate ac subtilitate filis super quæ ambulabant, quasi in ventis ferri viderentur. funambulos certe à neurobatis distinguit Firmicus lib. VII. *erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent. oribatæ* Firmico sunt ὀρειβάται. & male vir magnus *aerobatæ* apud Firmicum pro *oribatæ* legendum putavit. qui Firmico ὀρειβάται, κρημνοβάτας vocat Hesychius, sed cum *neurobatis* perperam, ut puto, confundit. κρημνοβάτης, νευροβάτης, ita legimus in Hesychio. neurobaten eleganter expressit Tertullianus his verbis ex libro de pudicitia: *age tu funambule pudicitiæ & castitatis, & omnis circa sexum sanctitatis, qui tenuissimum filum disciplinæ ejusmodi veri avia, pendente vestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam fide moderans, oculorum metu temperans.* generaliore vocabulo funambulum dixit, qui verius erat dicendus *neurobates.* funis de tenuissimo filo non dicitur. at qui tenue filum, sive nerviam ingrediebatur, is plane νευροβάτης. funambulum elegantissimis versibus describit Manilius, qui ita legendi sunt ex vestigiis veteris scripturæ:

— *aut tenues ausus sine limite gressus*

cothurnatus ferretur, exhibuit: [1] & tichobaten, qui per parietem urso eluso cucurrit: & ursos mimum agentes: & item [2] centum salpistas uno crepitu concinen-

Certa per extentos ponit vestigia funes,
Et cœli meditatus iter, vestigia perdit
Per vacuum, & pendens populum suspendit ab ipso.

non possum autem viri maximi sententiam probare, qui in notis ad Manilium *anemobaten* pro *neurobata* tam apud Firmicum quam in hoc Vopisci loco judicabat reponendum, inductus his Vopisci verbis: *neurobaten qui velut in ventis cothurnatus ferretur.* non dixit absolute neurobaten in ventis ferri, sed velut in ventis ferri: nervo enim subtenso ferebatur. sic funambuli cursum fune & aura ferri, dixit veteris Epigrammatis auctor:

Præsenti exemplo firmatur fabula mendax,
Ecce hominis cursus funis & aura ferunt.

de funambulo hoc αἰνιγματῶδες in antiquo codice manu exarato reperi: *vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* quod ex tempore in distichon Græcum sic coegi:

Εἶδον ἐγὼ, μέγα θαῦμα, ἐν ἠέρι πεζὸν ὁδίτην
Μείονας ἐν ποσὶν ἴχνος ἀταρπιτοῦ.

[1] *Et tichobaten.*] *Tirchobates*, pro *techobates*, est enim τοιχοβάτης. sic *picile* in Hadriano pro *pæcile.* ubi vide quæ observamus. sic *ingarum* in antiquis Apicii excerptis nondum editis pro *œnogarum*.

2 *Centum Salpistas uno crepitu concinentes, & centum camptaulas.*] Καμπταύλην volunt esse tibicinem inflexæ modulationis artificem: nam κάμπτειν Hesychius interpretatur, καμπὰς ἐν τῇ ᾠδῇ ποιεῖν. ponamus & verum sit, ut sane verum est, tibicines in tibiarum flatu, itidem sollicitos esse spiritum inflectere, ut cantores vocem, inter canendum; proprium hoc non fuerit unius generis tibicinum, sed omnium. aliis placet camptaulas esse dictos à tibiarum figura quas inflabant. scio curvæ tibiæ genus olim quoddam notum fuisse, quæ præcipue locum habebat in sacris Bacchi. Virgilius:

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi:

ad quem locum Servius: *curva tibia, symphoniacorum. Bacchi autem ideo quia apud veteres ludi theatrales non erant nisi in honorem Liberi patris.* ita corrigendus Servius. πλαγίαυλον Græci tibiam illam vocant non καμπταύλον. sequitur enim apud Servium: *hanc tibiam Græci vocant πλαγίαυλον, Latini vascam tibiam, & est Dionysia cum maxime, ea Satyri utuntur.* de vasca tibia, & de plagiaulo nos alibi. nemo dixerit καμπταύλον, esse πλαγίαυλον. nemo enim auctor ita hanc tibiam nominavit. καμπταύλαι porro qui dicantur, si quærimus, non alii fuerint interrogandi, quam correctores. eorum hæc vox est, quam inflexerunt, finxeruntque ex scriptura primæ editionis quæ habuit, *capitaulas.* nonnihil etiam illa corrupta, & inflexa ab antiqui codicis scripta lectione, quam in Palatino offendi: nam is exaratum habuit, *capetaulas.* multis locis in illo codice *p* pro *r* positum observavi. sic in vita Antonini *parum* pro *rerum.* & alibi *petunsus* pro *retunsus*: *precognovit*, pro *recognovit*: *Arpianus* pro *Arrianus.* ita scriptum hoc loco *capetaulas* pro *caretaulas*, quod & ipsum transpositum est, pro *ceratulas*, quæ vera est hujus loci lectio. *ceratulæ*, sunt cornicines, & recte heic junguntur cum salpistis, id est cum tubicinibus. sic enim distinguendum heic apud Vopiscum: *& item centum salpistas uno crepitu concinentes, & centum ceraulas: choraulas centum, etiam pythaulas centum: pantomimos & gymnicos mille.* σαλπιστὴς est tubi-

nentes, & ¹ centum camptaulas, ² choraulas centum, etiam

tubicen, κεραΐαύλης *cornicen*. optimæ Glossæ: κεραΐαύλης, *cornicen*. bene ergo juncti heic *salpista*, & *ceratanlæ*, ut tubæ & cornua passim apud veteres in bello: κέρατα ἢ σαλπιγγες. Athenæus: Τυῤῥηνῶν ἢ ἐσὶν εὑρήματα, κέρατα καὶ σάλπιγγες. σάλπιγξ Græcis proprie quæ Latinis tuba, hæc ex ære recto, ut cornua ex ære flexo, & in se recurvo ad similitudinem veri cornus, vel quod olim revera ex cornu bubulo fierent, quæ postea ex ære facta sunt. Ovidius:

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

tuba, & *tubus* solo genere differebant, nam idem significabant. hinc *tubi* in sacris dicebantur, quibus tibicines canebant, ut scribit Varro. formam oblongam, & directam & concavam Latini veteres *tubum* dixerunt, ex voce Græca τύπος, unde forma in aquæ ductibus pro tuba. *tubus* igitur, est τύπος. sic qui tumultuatur in loquendo, & inarticulate pronuntiat, Græci ἄτυπον, Latini *atubum* dixere. Glossæ: *atubus*, μογίλαλος, μόγις. μογίλαλος, *qui parle à peine*. ita & τύπος, *tubus* & *tuba*.

CASAUBONUS.

1 *Centum camptaulas.*] Hesychius: κάμπτειν, τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπτὰς ποιεῖν. appellant rhetores καμπτὴν in dictionis ornatu flexionem quandam & συστροφὴν circa periodi finem. Tale quid videtur denotare Hesychius in cantu servari solitum: quod si & in tibiarum inflatu locum habuit, non male καμπταύλην tibicinem ejus modulationis artificem appellaveris. sed non displicet eorum sententia, qui à tibiarum figura dictas camptaulas existimant.

SALMASIUS.

2 *Choraulas centum.*] Omnes qui cum choro canerent tibiis, choraulæ dicti. unde & tibicines qui saltantibus pantomimis operam in scena dabant, ut saltantium vigorem excitarent, quia & choro canenti respondebant, choraulæ appellati. olim quoque in comœdiis quando chorus canebat, choricis tibiis artifex concinebat, atque is choraules dicebatur, ut refert Diomedes Grammaticus lib. III. postea choraulæ à comœdia sese segregarunt, & res suas partesque seorsim in scena agere cœperunt ut & pythaulæ, & pantomimi, qui omnes primis temporibus in comœdia canebant. Diomedes: *primis temporibus, ut asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur, in comœdia agebantur. nam pantomimus, & choraules, & pythaules in comœdia canebant.* quæ verba infra explicabimus. postquam igitur à comœdia seipsos separaverunt choraulæ, & seorsim artis suæ specimen in scena exequi cœperunt, chorum etiam suum habuerunt, qui ubique eos comitabatur. nunquam enim choraules sine choro. chorus ille ex septem constabat cantoribus. Hygin. *Pythaules qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est choraules.* sed male pythaulem, postea scribit appellatum esse choraulem, quum semper pythaulæ, & choraulæ diversi fuerint, ut infra dicemus. de his choraulis Lucillius in epigrammate nondum edito:

Οὐκ ᾔδειν σε τραγῳδὸν, Ἐπίκρατες,
οὐδὲ χοραύλην,
Οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν ὅλως ὧν χορὸν ἐστὶν
ἔχειν·
Ἀλλ' ἐκάλουν σε μόνον, σὺ δ' ἔχων χορὸν οἴκοθεν ἥκεις
Ὀρχησοῦ, αὐτοῖς πάντα δίδους ἐπί-
σω.
Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστι, σὺ τοὺς δούλους κα-
τάκλινον,
Ἡμεῖς δ' αὐτοί σοι τοὺς πόδας ἐρ-
χόμεθα.

hinc Martialis optimum convivium esse

etiam [1] pithaulas centum, [2] pantomimos & gymnicos mille:

esse dicit, *in quod choraules non venit.* Epicratea ille de quo queritur in Epigrammate supra scripto Lucillius, inviratus, adduxerat secum in convivium chorum symphoniacorum puerorum, aut gregem tragœdorum, servorum scilicet suorum, quibus pone triclinium ad pedes stantibus omnia quæ in mensa erant adposita, tradebat domum perferenda, & sibi servanda in crastinum, ut de his domi posset iterum cœnare. hunc morem plerique olim habebant, qui ad convivia invitabantur. de quo non semel in libris suis & conquestus est, & jocatus simul Martialis lib. III. Epigrammate XXIII.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

sensum plane expressit ac reddidit versuum illorum Lucillii:

Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶ, σὺ τοὺς δούλους κατάκλινον,
Ἡμεῖς δ' αὐτοὶ σοὶ πρὸς πόδας ἐρχόμεθα.

si, inquit, hoc tibi facete decretum est, ut pueris retro omnia obsonia porrigas, cur non illos jubes discumbere, & nos ad pedes tibi stabimus eorum vicem? παῖσι διδόναι ὀπίσω dixit Lucillius. Martialis ad verbum: *omnia retro obsonia tradere.* τοὺς δούλους κατακλίνειν apud Lucillium idem omnino est, *quod mensam sternere à pedibus* apud Martialem. qui jubet enim servos à pedibus discumbere ad mensam, idem mensam sternit à pedibus. sed ad choraulem redeamus. choraulas & symphoniacos divitum conviviis olim adhiberi solitos tralatitium est. septem igitur symphoniaci chorum constituebant, & qui symphoniæ cantanti concinebat tibiis, *choraules* proprie dicebatur. choraulem tamen etiam appellabant eum qui ad tibias saltabat. sic χοραύλης significat, καὶ τὸν αὐλητὴν τῷ χορῷ συναυλοῦντα, καὶ τὸν χορευτὴν πρὸς αὐλὸν χορεύοντα. hoc sensu *choraules* Petronio dicitur,

Manu puer loquaci
Ægyptius choraules.

ubi choraules dicitur puer, ὁ πρὸς τὸν αὐλὸν χορεύων, qui ad tibias saltat. ita & accipiendus in veteri inscriptione Græca: Μυρισμῷ Νάνῳ χοραύλῃ. Nanum choraulem ita describit Propertius:

Nanus & ipse suos breviter contractus in artus
Jactabat truncas ad cava buxa manus.

jactare manus ad cava buxa, nihil aliud est, quam saltare, καὶ χειρονομεῖν ad tibiam. nec aliter choraules accipitur apud Sidonium Apollinarem, ut jam viri docti observarunt. Isidorus in Glossis: *choraula, jocularius.* quo sensu choraulam acceperit, ex interpretatione quam apposuit, statuere non possis. *jocularium* dixit, verbo illius sæculi, qui & idem cum *joculator.* Græce παιγνιώτης. sic autem vocant Græci recentiores, tubicines, tibicines, cymbalistas, & omnes id genus artifices, quos etiam hodieque jocatores vocamus. ita igitur vocare potuit Isidorus choraulam, tibicinem qui ad chorum canebat. potuit nihilominus & jocularium appellare, qui ad tibiam saltat, & gesticulatur. ex voce *joclator*, hodie vocamus *jongleur*, gesticulatorem, præstigiatoremque quemlibet.

1 *Pithaulas centum.*] Palatinus liber heic scriptum habet, *pythaulas.* atque ita passim ac semper hoc nomen, ubicumque ejus mentio occurrit in veterum libris, repetitur scriptum. *pythaules*, inquam, non *pithaules.* quæ scriptura vel unice facit ad eorum opinionem confutandam, summorum alioquin virorum, qui *pithaules* dicendum censent, & ἀπὸ τῶν πίθων hanc vocem deducunt. quasi ulli unquam cogniti fuerint doliarea aut doliis cantantes tibicines. profecto de hoc tibicinum genere qui doliis cantarent,

rent, vastum apud antiquos silentium. unde igitur istos expiscati sunt doliarios cantores eruditi viri? ex loco Senecæ Natural. Quæst. lib. VI. cap. XIX. cujus hæc sunt verba: *quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leviter mota, tamen circuit, non sine tactu ejus tumultuque, quo inclusa est.* ibi veteres omnes libri habent: *quomodo cum in dolio cansatur, vox illa per totum.* omnino scribendum: *quomodo cum in dolio cantatur, vox illa per totum cum quadam discussione discurrit.* retineamus etiam licebit vulgatam lectionem, quis ex ea mihi probare poterit aliquos olim fuisse doliorum tibicines? ubi mentio tibiarum apud Senecam eo loci? nemone canere potest in dolio sine tibiis? sane & cantare aliquem assa voce, & loqui etiam posse in dolio dubitet nemo. non de tibicine igitur, sed de eo qui simpliciter in dolio cantat, ore super os dolii posito, accipiendum apud Senecam. narrat enim ibi, & ostendit ex sententia Metrodori Chii, quæ causa terræ motus faciat. sic enim ajebat Metrodorus: vastas sub terra speluncas habere aërem suum. aërem illum, simul ac alio superne incidente percussus esset agitari solere, haud aliter quam inania dolia indito clamore sonant. si quis enim in dolio cantet, per totum vocem illam cum quadam discussione percurrere consuevisse, ac resonare, & quamvis leviter motam tumultuari tamen intus, & cum bombo circuire. sic motum spiritu fieri conabatur ostendere Chius ille philosophus. tibicinum doliariorum nulla ibi vola nec vestigium. nec usquam alibi tales posse reperiri putem. contenderunt tamen & eos aliquando eruere ex illo Propertii versu:

—— carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis.

sed postea melioribus locum dantes, *Cados* in illo versu de urbe Lydiæ debere accipi, non de cadis sive doliis agnoverunt. in quo etiam magno mihi videntur errore confudisse πίθους, & κάδους, cados & dolia. præter formæ differentiam, cados ex ligno, dolia, hoc est πίθους, fictilia fuisse ignorat nemo. hinc proverbium Græcum, ut alia omittam testimonia, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. nec videre me fateor, quis usus potuerit esse hujusmodi ingentium ac fictilium vasorum, qualia fuisse dolia liquet, ad canendum tibiis. gravissime etiam in eo peccarunt eruditissimi viri quod *pithaulem*, quem ἀπὸ τοῦ πίθου deducunt, aut omnino eumdem esse cum *ascaule* aut parum differre putarunt. quasi parum interfuerit, ἀσκὸν inter & πίθον, dolium & utrem. sed quum nulli unquam fuerint pithaulæ à doliis nuncupati, & nulla usquam extet eorum apud veteres mentio, frustra quis ab ascaulis eos fuisse diversos satagat monstrare. ἀσκαύλην Latini utricularium verterunt. de quo nos alibi. dicam heic tantum, perperam virum magnum de utriculario sive ascaula censuisse capiendum Maronis illum sive incerti potius auctoris versiculum in Copa:

Ad cubitum raucos excutiens calamos.

quis eum homo, vel quæ ratio indúxit ut ita censeret, cum nemo non videat, nulla non ratio evincat de crotalistria eum esse intelligendum? totum locum heic vide & considera:

Copa Syrisca caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta movere latus:
Ebria formosa saltat lasciva taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.

nullum in his versibus utrem habes, nullum utricularium: sed eadem illa Syrisca χαμαιλὶς, quæ ante tabernam suam sub crotalo saltat, crotalum quoque manu quatit, & bracchio crispante æreos calamos excutit, qui raucum concussu crepitum reddebant, unde raucos eos appellat. mulieres enim crotalistriæ, saltabant gesticulabanturque, & crotalum simul

mul quatiebant. Epigramma Græcum:

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον — *cum crotalis saltatricem*, significat. ad cubitum autem calamos excuti, dixit auctor Copæ, quod non solum manibus, sed bracchiis gesticularentur, crotalum simul quatientes. Græcum epigramma de saltatrice:

Ἐξαγκωνισαμένη τῷ πήχει χειρονομοῦντι.

Apulejus de sistro: *pauca virgulæ trajectæ crispante bracchio, tergeminos ictus reddebant*. crotalum ex duabus æneis laminis, aut virgulis constabat, quæ manu agitatæ ex collisione sonum edebant argutum. δίζυγα χαλκὸν Græci poëtæ vocant. Claudianus versibus his nondum editis εἰς κροταλιστρίαν·

Μάχλας δ' ἐκ κροτάλοισιν ἀναδάζουσα χορείας
Δίζυγα παλλομένοισι πνάγησα χαλκὸν ἀέρσοις.

Nonnus Dionysiacῶn lib. XLVI.

— χεῖρα δὲ δοιὴν
Θηλυμανὴς ἐλέλιζεν ἀμοιβαδὶς δίζυγι χαλκῷ,
Οἷα γυνὴ παίζουσα χοροιτύπος.--

δίζυγα χαλκὸν appellant illi, duas virgulas aut laminas æneas, quæ manibus versatæ concutiebantur, & inter se collidebantur, ut sonum ex ipso collisu redderent. hoc proprie crotalum dicebatur. crotalum etiam similiter fiebat, ex arundine per medium fissa, cujus duæ partes sic movebantur, ut ex collisione sonarent. hinc Græci Grammatici κρόταλον, σχιζόμενον κάλαμον interpretantur. idem hodie fieri videmus ex duobus ossibus, quæ digitis agitata & invicem collisa crepitant, & crotalum efficiunt. Ciconia quoque rostri sui superiorem partem cum inferiore collidendo, mera crotalistria est, & sic à veteribus dicebatur. non crotalum, ut viri doctissimi existimarunt, sed sistrum Ægyptiacum describit Apulejus his verbis de Iside: *nam dextra ferebat æneum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam trajectæ mediæ pauca virgulæ crispante bracchio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum.* sistrum Ægyptiacum, ovalis erat figuræ, cujus per medium tres æneæ virgulæ trajiciebantur. manubrium præterea habebat, quo tenebatur, & agitabatur. & hanc figuram assimilat Apulejus baltheo. nihil similius. lamina enim recurvata in modum balthei, ovalem plane figuram exhibet. cui si manubrium addas, formam plane habebis reticuli pilaris quo hodie in lusu parvæ pilæ ad expellendas pilas, utimur. *raquettam* vocamus. vide si lubet, sistri effigiem in libro antiquarum inscriptionum Grutteri pag. LXXXII. num. 3. & 4. & fateberis ipsissimum esse quod describitur ab Apulejo. *crepitaculum* ille vocat sistrum. sic Martialis crepitacula, quibus avocantur infantes, appellat *sistra*. crotalum etiam de sistro quidam dixere. & nescio an apud Virgilium ubi Scopa illa Syrisca sub crotalo latus movere dicitur, & ad cubitum calamos raucos excutere, de sistro accipiendum sit. *calamos raucos* fortean vocarit virgulas illas ferreas quæ per laminam sistri mediam, in modum balthei recurvatam trajiciebantur, quæque bracchio crispante concussæ tergeminis ictibus resonabant, & crepitabant. At male vir summus, ita ut pejus non potuerit, calybam hoc est καλύβην in eodem Copæ carmine exponendam censet de sono vel crepitu æreorum vasorum baculo ferreo pulsatorum. quod vulgo in Gallia *caribarium* appellamus. ipse autem *calybarium* putat appellatum à *calyba*. quæ vox sonum & tinnitum æris percussi significat. sed quis auctor unquam, vel Græcus vel Latinus, hanc significationem voci καλύβη attribuit? quis calybam in eo sensu ac notione usurpavit? sane aliter accipi debet in hoc ipso poëmate de Copa. sic enim versus ille scribitur in antiquis membranis:

Sunt topia & calybæ, cyathi, rosa, tibia, chorda,

Et trichila umbrosis frigida arundinibus.

Copa ut transeuntes alliciat ad devertendum in suam tabernam, omnia tabernæ bona & delicias enumerat. sunt inquit, in mea taberna topia, calybæ, heic, cyathi, rosæ, tibiæ, barbiti citharæq; & trichila sive porticus viridea, & alia multa quæ ibidem memorantur bibentibus accommoda, & iis qui genio volunt indulgere. ibi *calybæ* nihil aliud sunt, quam quod omnis semper Græcia nomine καλυβῶν intellexit, pergulæ nempe, & attegiæ, quales in meritoriis tabernis vulgo fieri solebant, in quibus ganeones potarent. cujusmodi καλυβῶν quæ in diversoriis ad huncusum struebantur, meminit Harmenopulus l. II. tit. IV. περὶ καπηλείου· μὴ ἐξεῖναι δὲ τῷ τὸ οἶνον πωλοῦντι ἐν νέῳ, καλύβας ποιεῖν ἢ σανίδας, ἢ ψιάθια πρὸς τὸ τοῖς πίνειν θέλουσι διδόναι, ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἢ τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ μόνον ἔσω ἐν τῷ οἴκῳ τὴν τοῦ καπηλείου χρῆσιν ποιεῖν. at in Græco Epigrammate aut vox καλύβη mutanda est, aut aliter venit exponenda. sic autem ibi legendum videtur:

Ἡ Κυβέλη καὶ δοῦπος ἐνίσπετο, ἡ φιλοπαίγμων
Στωμυλίη, μήτηρ ἣν ἐφίλησε θεῶν.

sic enim & in sequente Epigrammate:

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκαις
Καὶ Κυβέλῃ πλοκάμους ῥίψαι ἐπισταμένη.

utrumque enim epigramma de mulieribus scriptum est Cybeles ministris, quæ in ejus honorem caput jactabant, & cum crotalis & cymbalis saltabant. quod si utrobique legimus καλύβη, ut in priore epigrammate scriptum exhibent etiam vetustissimæ membranæ quas vidimus, καλύβη non erit sonitus crumatum, ut censebat vir summus, sed παστὰς & θάλαμος matris Deum, circa quam saltabant hujuscemodi mulieres ministræ & θαλαμηπόλοι Cybeles. cum tympanis & crotalis, caputque jactabant bacchabundæ. Epigramma Græcum:

Ἀχρυλὶς ἡ Φρυγίη θαλαμηπόλος, ἡ περὶ πεύκαις
Πολλάκι τοὺς ἱεροὺς χευαμένη πλοκάμους.

tædæ autem, & cymbala, & tympana, & crotala, initia ac crepundia fuere sacrorum Cybeles. in veteri ara marmorea matris Deum & Attinis, quæ Romæ adhuc visitur, in dextro latere habentur incisæ faces transversæ, & invicem implicatæ cum cymbalis: in altera parte, curva & recta tibia cum fistula. vide pag. XVII. antiquarum inscriptionum Grutteri. Pindarus apud Strabonem:

Σοὶ μὲν κατάρχειν, μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι, κυμβάλων,
Ἐν δὲ κεχλάδειν κρόταλα,
Αἰθομένα τε δαῒς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.

καλύβη igitur idem quod παστὰς & θάλαμος. Hesychius: καλύβη, σκηνή, παστάς. καλύβος, παστός. καλύβαι οἶκοι erant in interiore ac secretiore sacratioreque templorum parte, in quibus Deorum simulacra & pulvinaria. unusquisque Deorum suam καλύβην habebat, & in ea suum pulvinar, & simulacrum, θάλαμον etiam dicebant. unde θαλαμηπόλος, Dei minister, qui & νεωπόλος. sic θαλάμη accipitur in veteri epigrammate Græco nondum edito:

— Ἴδαιης ἀμφίπολος θαλάμης.

sic ergo accipienda καλύβη in Græco illo epigrammate quod paulo ante adduximus, de calyba & thalamo matris Deum. ita etiam καλύβη debet accipi in hoc oraculo:

Εἴπατε τῷ βασιλῆϊ, χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά.
Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μάντιδα δάφνην,
Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

templnm Apollinis Delphici cecidisse,

se, ac penitus eversum esse, nec Phœbum amplius suam καλύβαν habere hoc oraculo significabatur quod aliquando Oribasio redditum est, quem Julianus miserat ad Apollinem Delphicum consulendum. καλύβη, ὁ καλυβίτης id est θαλαμηπόλος, non autem κρυμμόβωτος. hinc Gallum matris Deum sacerdotem, calybitam vocat auctor Copæ;

Huc calybita veni, vester jam sudat asellus,

Parce illi, vestrum delicium est asinus.

ubi *calybita* idem est quod θαλαμηπόλος, ὁ περὶ τὴν καλύβην τῆς Κυβέλης ἀναστρεφόμενος, ὁ τῆς καλύβης ἐπιμελούμενος, quasi dicas cubicularium matris Deum. nam & pulvinaria & lectos suos in illis thalamis & καλύβαις structos & stratos habuisse veterum numina, & notissimum est, & alibi pluribus ostendam. *calybitam* igitur malim in illo versu Gallum matris Deum Cybeles, aut Syriæ Deæ θαλαμηπόλον interpretari, quam tabernarium, qui calybas meritoriarum tabernarum frequentet. etsi sciam in tabernis & ganeis plurimum olim versari solitos hujusmodi semiviros Cybeles, & Syriæ Deæ sacerdotes & ministros. delicium Gallorum asinum esse idem auctor dicit. & ita etiam Phædrus de Gallis Cybeles, qui asinum suum mortuum excoriaverant, ac de pelle tympanum fecerant:

Rogati mox à quodam, delicio suo
Quidnam fecissent, hoc loquuti sunt modo.
Putabat se post mortem securum fore,
Ecce alia plaga congeruntur mortuo.

ita enim distinguendum apud Phædrum: *delicio suo quidnam fecissent*, id est, quidnam asino suo fecissent, quem ducere secum solebant, sarcinas bajulantem. ceterum quo sensu asinus Gallorum delicium vulgo vocabatur, docebit te Apulejus in octava metamorphosi. nunc ad tibias nostras redeamus, & ad pithaulem, qui *pythaules* scribendus est. nec enim ἀπὸ τῆς πίθου, sed ἀπὸ τῆς πυθίου dictus est, qui pythia scilicet cantabat, & pythicas tibias inflabat. sed quominus inde dictum putemus pythaulem, intercedit vir ille summus de quo supra, & inscitiæ insimulat, qui ita censent, quum πυθικαύλης non πυθαύλης dicendum esse inde colligeretur. moveri possem auctoritate tanti viri, nisi & sic viderem σπονδαύλην appellatum, non σπονδιαύλην, qui σπονδεῖα caneret, & spondiacis tibiis uteretur. *spondaula* Latinis, ut choraulæ & pythaulæ. Marius Victorinus de spondeo: *dictus à tractu cantus ejus qui per longas tibias in templis à supplicantibus editur: unde spondaulæ appellantur, qui hujusmodi tibias inflare assuerunt.* perperam apud Victorinum editur *spondulæ*. *spondaula*, ὁ σπονδαύλης, ut *pythaula*, ὁ πυθαύλης & *choraula*, ὁ χοραύλης. igitur σπονδαύλης qui spondiacas tibias inflabat, ut πυθαύλης qui pythicas. σπονδειακῶν αὐλῶν mentio apud Pollucem, ut & πυθικῶν. ἡρμοσμένοι δὲ, inquit, πρὸς ὕμνους μὲν οἱ σπονδειακοὶ αὐλοὶ, πρὸς παιᾶνας δὲ οἱ πυθικοί. verum subtilius hæc, & grammaticalius exigenti, nomen hoc σπονδαύλης ἀπὸ τῆς σπονδείου, aut σπονδειακῶν αὐλῶν formatum nullo modo videri potest, ut nec πυθαύλης ἀπὸ τῆς πυθίου aut πυθικῶν αὐλῶν. dicendum enim plane esset, σπονδειαύλης, & πυθικαύλης. quare σπονδαύλης ἀπὸ τῆς σπονδῆς dictus tibicen, qui inter libationes & sacrificia deorum tibiia canebat. πυθαύλης quoque vocabulum non ἀπὸ τῆς πυθίου factum est, sed ἀπὸ τῆς Πυθοῦς, ab urbe Pytho. quod enim in urbe Apollinis Πυθοῖ ejusmodi cantus frequens & celebris esset, quo pæanes in laudem Apollinis ad tibiam cantari solebant: hinc πυθαύλης tibicen dictus, qui pæanes in honorem Apollinis in urbe Pytho tibiis canebat. eadem plane forma πυθόκραντον appellarunt *Pythiam vatem*. unde πυθόκραντος ἑστία apud Sophoclem, nisi me fugit memoria. sic & πυθόχρηστον formarunt & πυθόληπτον.

λεκτόν. Hesychius: πυθόληπτος, ὑπὸ τοῦ Πυθίου εἰλημμένος. ita ergo & πυθαύλης factus. Suidas: Πυθικὴ βοή, ἡ μετ' αὐλοῦ γενομένη βοή. τὸ πύθιον μέλος. ἔνθεν καὶ πυθαύλης λέγεται. οὕτω δ' ἔλεγον τὸν παιᾶνα. πυθικὸν autem αὔλημα semper sine choro cantari consuerat. ideo πυθαύλης nunquam ad chorum aut cum choro canebat. & pythaulæ ubique distincti à choraulis. Pollux: ὡς παιᾶνας δὲ οἱ πυθικοί. τελείους δ' αὐτοὺς ὠνόμαζον· ηὔλουν δὲ τὸ ἄχορον αὔλημα, τὸ πυθικὸν hinc in canticis comœdiarum, quod una ibi tantum persona locum haberet, artifex qui responsabat, pythaules dicebatur; at qui choro canenti concinebat, choraules. Diomedes: *quando enim chorus canebat, choricis tibiis id est chorau!icis artifex concinebat, in canticis autem py:haules pythicis responsabat.* priscis temporibus, ut idem Grammaticus ex Suetonio observat, pythaulæ in comœdia canebant, postea seorsim in scena res suas agere cœperunt, & à comœdia separati, de artificio suo in ludis musicis per se contenderunt, & de palma in certamen soli descenderunt. Seneca epist. LXXVI. *Quoties scholam intrant, præter ipsum theatrum Neapolitanum, ut scis, transiundum est, Metronactis pesentibus domum. illud quidem fartum est, & ingenti studio qui sit pythaules bonus judicatur. habet tibicen quoque Græcus, & præco concursum; at in illo loco ubi vir bonus discitur, paucißimi sedent.* ita legendus ille Senecæ locus. choraulæ quoque seorsim certabant in musicis agonibus, qui olim in comœdia partes suas agebant, & artis suæ specimen edebant. idem & de pantomimis scripsit Suetonius, quod in sequenti animadversione explicabimus. choraulæ autem & pythaulæ heic junctim apud Vopiscum memorati, ut apud Athenæum in his Charetis historici verbis de nuptiis Alexandri: παρῆλθον δὲ καὶ αὐλητικοὶ οἱ κράτιστοι τὸ πυθικὸν ηὔλησαν, εἶθ' ἑξῆς μετὰ τῶν χορῶν Τιμόθεος, Φρύνιχος, Συμφισίας, Διο-φαντος, ἔτι δὲ Εὔιος ὁ Χαλκιδεύς. αὐλητικοὶ οἱ τὸ πυθικὸν αὐλοῦντες, sunt πυθαῦλαι· οἱ μετὰ τῶν χορῶν, χοραῦλαι. choraulæ quoque & pythaulæ in Glossis junctim positi. cap. de spectaculis: *pythaula*, πυθαῦλαι. *choraula*, χοραῦλαι. corruptissime hodie locus ille vulgatur. legitur in eodem capite: *plagiola*, φολεγγίση. scribe: *plagiaula*, φωτιγγίσης. Glossæ manuscriptæ quæ penes me sunt: *ydraules, hidraula. fotinestes, plagiaula.* lege: ὑδραύλης, *hydraula.* φωτιγγίσης, *plagiaula.* φῶτιγξ genus tibiæ, quæ πλαγίαυλος dicebatur. hinc πλαγιαύλης, & φωτιγγίσης idem. Latine *plagiaula*. de photinge vel plagiaulo vide Athenæum lib. IV. Pythaulæ porro in comœdiis antiquis Latinis, duabus tibiis simul flabant, aut dextra & sinistra: aut duabus dextris aut duabus sinistris. quum dextram & sinistram inflabant, imparibus tibiis canere dicebantur; quum duas dextras, duabus dextris paribus: quum duas sinistras, duabus paribus quoque sinistris. qui aliter sentiunt doctissimi viri, nihil plane sentiunt. omitto heic, ut brevis sim, eorum sententiam qui pares & impares tibias, quæ magnitudine æquales aut inæquales essent, interpretati sunt: item eorum, qui singulares tibias hoc est μοναύλους impares dici acceperunt, geminas autem pares. hoc enim pæne ridiculum est. nec enim pares aut impares tibiæ intelligi possunt nisi de geminis. falsi etiam illi qui pares tibias eas fuisse existimant, quæ uno spiritu animarentur. nam & uno eodemque flatu inspirabantur quoque impares tibiæ. qui duas impares simul inflabat, uno ore & uno flatu id utrique agebat. qui enim aliter poterat? inter ænigmata nostra Græca, unum extat longe elegantissimum de flatore, duas tibias animante, quod heic ponemus:

Εἷς ἄνεμος, δύο νῆες, ἐρέττουσιν δέκα ναῦται,
Εἷς δὲ κυβερνήτης ἀμφοτέρας ἐλάει.

εἷς ἄνεμος, flatus est tibicinis: δύο αὐλοί, duæ tibiæ: δάκτυλοι δέκα, decem digiti, qui foramina tibiarum percurrendo, quasi remigant: εἷς κυβερνήτης, tibicen qui utramque tibiam moderatur. Apulejus Hyagnidi inventionem geminarum tibiarum tribuit. *primus*, inquit, *Hyagnis in canendo manus discapedinavit, primus duas tibias uno spiritu animavit, primus lævis & dextris foraminibus, acuto tinnitu, gravi bombo concentum musicum miscuit.* Plinius Marsyæ, non Hyagnidi dat: *obliquam tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias Marsyas in eadem gente.* ut ut sit, inter omnes constat à Phrygibus manasse geminarum tibiarum usum, dextræ, & sinistræ, quarum dextra gravem bombum, sinistra acutum tinnitum emittebat. ideoque dextra incentiva erat, sinistra succentiva. hæ parem inter se foraminum numerum non habebant, eoque impares dicebantur. Festus impares tibias quæ numero foraminum discreræ essent interpretatur. dextra tibia à sinistra discernebatur foraminum numero. scribit Varro lib. 1. de re rustica cap. 11. inferiorem fuisse sinistram à dextra foraminibus. ita enim ejus verba legenda sunt: *quocirca & succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra à dextra foraminibus.* vulgo editum est: *à dextræ foraminibus.* notabis genus loquendi, *inferior à dextra*, pro, Inferior dextra, vel inferior quam dextra. cujus locutionis multa mihi cum apud antiquiores, tum apud recentes auctores observata exempla. pauca ex multis huc adferemus. Hyginus de limitibus constituendis: *actuarii latitudinem habent* XII. *ped. quidam ex his latiores sunt à* XII. *pedibus.* ita enim in Palatinis schedis scriptum. pro, latiores sunt duodecim pedibus. incertus auctor de limitibus: *duos lapides invenies finales, qui terminus dici non potest, eo quod plus à tribus pedibus habeat.* ita etiam eo loco eædem schedæ habebant, & paulo post in iisdem exaratum reperi: *in quadrifinio vero si plus à quattuor lapidibus fuerint inventi.* quod est, si plus quam quattuor lapides fuerint inventi. sic multis locis loquutus est Donatus. ut in Hecyram: *adolescentior hæc comparatio minus à positivo sonat, & vim diminutivam exprimit. minus à positivo*, pro, minus quam positivum, vel, minus positivo. in Adelphos ad illud, *totus sex mensibus. totis, quasi longi sunt: id est integris, ut ne unum quidem diem minus à sex mensibus sciat quid capturus sit filius.* sic vetus auctor de origine gentis Romanæ, *ulterius à Romulo* dixit pro ulterius Romulo. sed quo sensu dixit Varro sinistram tibiam foraminibus inferiorem esse dextra? an intellexit dextram tibiam plura habuisse foramina, quam sinistram? sic enim sinistra foraminibus inferior. at Servius ex eodem Varrone notat ad x. Æneid. dextram Phrygiam unum foramen habuisse, sinistram duo. ubi etiam dicit foraminum sinistræ, unum acuto sono fuisse, alterum gravi quod si verum est, & graves simul & acutæ fuerint sinistræ tibiæ. atqui levitatem acuminis sinistris tibiis omnes auctores attribuunt tantum, ut gravitatem dextris. dextra enim & sinistra conjunctæ concentum musicum miscebant ex gravi & acuto. omnia igitur foramina sinistræ tibiæ acuti soni erant, ut dextræ gravis. nec dubium etiam est sinistram tibiam plura habuisse foramina quam dextram. acutius enim tinniunt tibiæ & clarius, quæ pluribus foraminibus apertæ sunt, quam quæ paucioribus, & graviore bombo sonabant, quæ unum tantum foramen habebant, ut dextræ. aliter igitur accipienda verba Varronis, quibus dicit agriculturam pastorali succinere, quod est inferior, ut tibia sinistra dextræ foraminibus. vult enim agriculturam quæ pastoritia vita inferior erat ætatis gradu, sic pastorali succinere, & post eam esse ut sinistra tibia dextræ succinit. pastoralem itaque vitam incentivam esse, agricolarum succentivam. ejusdem autem carminis modos incinebat dextra, succinebat sinistra. incentivas tibias *præcentorias* vocat Solinus

cap.

cap. XI. *insula est arundinum ferax, quæ accommodatissimæ sunt in omnem sonum tibiarum, sive præcentorias facias, quarum locus est ad pulvinaria præcinendi; sive vascas quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt.* præcentoriæ & incentivæ eædem cum dextris, quæ propter gravitatem soni ad pulvinaria deorum & aras inflari solebant, tales & spondiacæ tibiæ, quibus σπονδεῖα μέλη canebantur, quæ & ἐπιβώμια dicebant. vascæ vero tibiæ, quæ numeris foraminum præcentorias antecedebant, eædem fuere cum sinistris, & vascæ dictæ sunt, à vasco sono quem edebant. nam propter levitatem acuminis, quod levioribus & acutioribus modis insonarent vascæ sunt appellatæ. *vascum* idem est quod leve, & inane. atque hæc una vox est ex ducentis quas Latino sono redonavimus, & penitus jam obliteratas in notitiam reduximus. optimæ Glossæ manuscriptæ quæ penes me sunt: *vascum, inane, leve.* hanc vocem & Livio restituimus. ita enim lib. XXIV. sub finem legi debet ex vetustissimi codicis auctoritate qui servatur in Bibliotheca amicissimi & clarissimi P. Puteani: *& ad id multitudine hominum regnum abundare: sed armandi ordinandique, & instruendi eos artem ignorare. omnia, velut forte congregata turba, vasca & temeraria esse.* corruptum etiam hoc vocabulnm apud Gellium non uno loco, ut alibi indicabimus. *vascam tibiam*, μελετητικὸν αὐλὸν interpretantur Gloss. vet. quod in his scilicet levioris & vasci soni tibiis flandi artem experiri meditarique consuessent tibicines. symphoniacorum quoque tibias, *vascas* vocatas annotat Servius, quas de istis acutioribus & levioribus fuisse apparet. Pares igitur tibiæ, ut eo redeamus unde digressi sumus, quæ parem foraminum numerum habebant. ut contra impares, quæ in numero foraminum disconveniebant. dextra & sinistra cum jungebantur, semper impares erant. plura enim in sinistra foramina quam in dextra. at duæ dextræ pares, duæ item sinistræ pares. cum igitur legis fabulam actam esse imparibus tibiis, de dextra & sinistra debere intelligi, meminisse debes. cum vero paribus, aut duabus dextris, aut duabus sinistris paribus. Andria Terentii dicitur acta esse tibiis paribus dextris & sinistris. cave censeas actam fuisse dextra simul & sinistra, quæ impares erant: sed intellige tibiis paribus dextris primum modulatam fuisse, deinde & paribus sinistris. sæpe enim modulationes in eadem comœdia mutabantur, exemplo sint Adelphi. Donatus in præfatione ad eam fabulam scribit, modulatam esse tibiis dextris, id est Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus comœdiis utitur Terentius. in inscriptione vero illius fabulæ habetur, modos fecisse Flaccum tibiis Serranis. inde aliquis induci posset, tibias Serranas & Lydias fuisse easdem. sed Lydias Donatus in ea præfatione dextras interpretatus est, quæ gravitatem ostendebant: Serranas vero pro sinistris accepit in prologomenis de comœdia & tragœdia, quæ acuminis levitate jocum in comœdia significarent. non possunt igitur eædem esse, Serranæ & Lydiæ, quæ omnino diversæ. verum certo certius est, Adelphos Terentii actam esse Lydiis simul, & Serranis, hoc est paribus dextris & sinistris. nam Donatus qui in præfatione dixit illam fabulam modulatam fuisse Lydiis tibiis, addidit statim: *sæpe tamen mutatis per scenam modis, cantica mutavit: quod significat titulus scenæ habens subjectas personis literas, M. M. C.* significabant autem hæ tres litteræ singulates, *mutatos modos cantici.* sic ejusdem Heautontimorumenos inscribitur acta primum tibiis imparibus, hoc est dextra & sinistra, duabus dextris, hoc est paribus. cantica comœdiarum componebantur ad tibias. αὐλῳδικοὺς νόμους Græci dicunt. modis temperabantur, vel ut Apulejus loquitur modificabantur, hoc est, ἐμελοποιοῦντο, à perito artis musicæ factis. non omnia iisdem modis in uno cantico ageban-

agebantur, sed sæpe mutatis. *ut significant*, inquit Donatus, *qui tres numeros in comœdiis ponunt, qui tres continent mutatos modos illius cantici.* hujusmodi modi fiebant, aut tibiis imparibus, hoc est dextra & sinistra: aut duabus dextris: aut duabus sinistris, quas pares tibias vocabant. atque hi tres erant modi. nam pro mutatione modorum, mutabantur & tibiæ. *dextra tibia*, ut scribit Donatus, *sua gravitate seriam comœdiæ dictionem pronuntiabant.* has & Lydias vocatas idem refert. *sinistra & Serranæ*, hoc est Tyriæ, *acuminis levitate jocum in comœdia ostendebant. ubi autem dextra & sinistra acta fabula inscribebatur, mistim joci & gravitates denuntiabantur.* dextra & sinistra Phrygiæ dicebantur. quæ licet impares essent, diversa tamen ac dispari modulatione compositæ non erant, ut sentire videtur Servius, sed ejusdem carminis modos, dextra quidem incinebat, sinistra vero succinebat, & gravius illa, acutius ista sonabat. & hæc fortasse causa est, quare diversam illis tribuat modulationem Servius. in his paribus & imparibus tibiis explicandis longe diversus abit à Donato Diomedes, cujus hæc verba animadversione digna sunt: *sed quod paribus tibiis aut imparibus invenimus scriptum, quod si quando monodio agebat artifex, unam tibiam inflabat; si quando synodio, utramque.* paribus tibiis tunc egisse artificem intelligit, cum unam tibiam inflabat; imparibus, cum utramque. per utramque tibiam, dextram & sinistram sine dubio vult intelligi. atque hæ impares erant tibiæ. sed pares tibiæ quomodo de una tibia dici queant, non video. nam quæ ratio est, ut paribus tibiis agere dicatur artifex, qui una tantum agebat? pares esse non possunt nisi geminæ. an qui pares tibias inflabat, sive duas dextras, sive duas sinistras inflaret, una tantum tibia agere intelligebatur, quod unius generis & formæ tibias animaret? nam duæ dextræ numero foraminum & modulatione prorsus inter se pares. idem de duabus sinistris. si ita sensit Diomedes, non male sensit: sin aliter, erravit. sed eum puto erravisse. peccat enim etiam in eo graviter, quod artificem si quando monodio ageret, unam tibiam inflasse dicit; si quando synodio, utramque. per *monodium*, cantici cantum intelligit; per *synodum*, chori concentum. in canticis enim una tantum persona canebat. atqui omnes illæ antiquæ comœdiæ quæ inscribebantur, *acta tibiis paribus aut imparibus*, choro prorsus carebant, & solis canticis ornatæ erant. in illis igitur solis canticis quæ μονῳδίαι tantum erant, habuere locum pares & impares tibiæ. agebantur enim paribus & imparibus. synodio vero nusquam locus in antiquis illis fabulis Latinis, quæ chorum non habuere. à voce autem pythaules, deductum πυθιαύλιος pro πυθιαυλον, aut πυθαυλον, quo nomine hodierni Græci tibiam appellant. atque hæc de pythaulis, tibiis paribus & imparibus, quæ hactenus viris etiam doctissimis ignorata fuere. de tota vero hac materia tibiarum buccas alibi latius elatiusque inflabimus.

2 *Pantomimos.*] Habemus heic, choraulas, pythaulas, & pantomimos. scribit Suetonius apud Diomedem omnia quæ in scena versabantur, in comœdia primis temporibus agi consuevisse. *Nam pantomimus*, inquit, *& pythaules, & choraules in comœdia canebant.* quæ verba si vera sunt de pantomimo, quid illis faciendum, qui pantomimorum artem sub Augusto primum repertam, cum antea non esset, & in scenam introductam scripsere? atqui nec futiles nec vani auctores, sed fide in primis digni ita scriptum reliquerunt. hoc traditum Athenæo, hoc Zosimo, aliisque. τὴν παντόμιμον saltationem Augusti temporibus à Pylade primum inventam, & usurpatam, cui & Bathyllus ὁμότεχνος adjungitur. clare Zosimus de Augusti imperio: ἥ τε παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότε-

πρότερον ὄντα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. si nullum, ut volunt, ante Augustum, liberaque rep. pantomimorum in scena vestigium, quomodo ratio constabit Suetonio, qui primis temporibus pantomimos in comœdia cecinisse apud Diomedem asserit? sane qui putant ante Augusti tempora nulla hujuscemodi saltationis extitisse vestigia, quæ manibus loquebatur, & gestibus omnia effingebat atque imitabatur, tota re falluntur: quique sibi persuadent Pyladem aut Bathyllum eam sub Augusto saltandi rationem excogitasse & invexisse, quæ antea penitus erat incognita. notum enim usitatumque etiam veteres ac longe Augusti sæculo priores genus illud saltationis habuere, quæ motu corporis & gestu quidvis exprimeret. Narrat Athenæus Telesiam quemdam sive Telesten *ὀρχηστοδιδάσκαλον* multas schemas & gestus invenisse & manibus omnia quæ dicerentur graphice ostendisse: *πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνύουσιν.* quid enim aliud tam proprium pantomimi quam *τὰ λεγόμενα χερσὶ δεικνύειν*, hoc est *verba manibus expedire?* Cyprianus pantomimum ita describit in libro de spectaculis: *homo fractus omnibus membris, & vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire.* Plato VII. legum, *τὴν ὀρχηστικὴν* dicit esse *μίμησιν τῶν λεγομένων σχήμασι γενομένην, imitationem eorum quæ dicuntur, gestibus peragi solitam.* & sane adeo res vetus fuit hæc *chironomia*, à qua *chironomi* pantomimi sunt appellati, ut tradat Quintilianus lib. I. cap. XI. eam ab ipsis temporibus heroicis ortam esse, & à summis Græciæ viris, ab ipso etiam Socrate probatam, à Platone quoque in parte civilium positam virtutum, & à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis, non omissam. tres fuere antiquissimæ & celeberrimæ scenicæ saltationis species, tragica, comica, & satyrica. nulla non harum manibus & corporis gestibus exprimebat, quidquid in fabula ageretur, sive tragici illud esset argumenti, sive comici, sive satyrici. refert Athenæus lib. I. Telestem quo saltatore utebatur Æschylus in tragœdiis, adeo bonum ejus rei fuisse artificem, ut cum *τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* desaltaret, omnia quæ illic agebantur, gestibus peregerit, & oculis spectatorum subjecerit: *Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως.* quid plus præstare potuisset Pylades si eam tragœdiam temporibus Augusti saltandam suscepisset? in comœdiis quoque Latinis histriones qui cantica saltabant, ita resque in fabulis erant agendæ, gestibus repræsentare consueverant, & oculis subjicere, ut populus facile inde cognoscere posset, quam fabulam acturi essent. sed tempus fuit quum iidem simul canerent saltarentque. postea quia vocem motus corporis ex anhelitu interturbabat, & rursum vox multum gestibus incommodabat, melius visum est, ut aliis accinentibus, ipsi tantum saltarent, & taciti gesticulationem peragerent. Lucianus in libro *περὶ ὀρχήσεως*, de pantomimis loquens: *πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο. εἶτα ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἆσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν.* & hoc est quod ajebat Suetonius, primis temporibus pantomimos in comœdia canere solitos esse. Gellius de mimis: *saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt.* scribit Livius lib. VII. Livium antiquissimum apud Romanos fabularum actorem eumdem & poëtam, id quod omnes tum erant, quum in saltando canendoque cantico, quod tum omnes faciebant histriones, vocem obtudisset, & venia petita puerum ad canendum ante tibicinem statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigenti motu,

quia

quia nihil usus vocis impediebat. *inde*, inquit, *ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.* hæc verba Livii sunt, ut in editis leguntur. sed quis ea mihi sana esse & incorrupta præstabit? quid enim est, *ad manum cantare*? hoc contra mentem auctoris est, qui post illud Livii factum histriones canere desiisse vult, & qui antea voce motuque cantica agerent, solo motu, & tacita gesticulatione exinde agere cœpisse, & diverbia tantum ipsorum voci relicta. nam diverbia pronuntiabant histriones, cantica saltabant, puero accinente & responsante tibicine. ante Livium poëtam & cantu simul, & motu corporis ea peragebant. Valerius Maximus lib. II. cap. IV. de poëta Livio: *isque sui operis actor cum sæpius à populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri & tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit.* inde igitur mos deductus, ut pantomimi in comœdiis taciti cantica desaltarent. quare legendum apud Livium: *inde ad manum saltari histrionibus cœptum, & diverbia tantum ipsorum voci relicta.* dubitatione prorsus caret hæc emendatio. *saltari* in *cantari* mutaverunt qui non intelligebant, quid esset *ad manum saltare*, & mentem Livii non percipiebant. *ad manum saltare*, est manibus saltare & gesticulari. verbum Græcum non poterat melius exprimi. nam χειρονομεῖν omnino est, *ad manum saltare*. genus autem hoc ipsum loquendi vulgare & protritum Latinis, *ad manum*, aut *ad manus saltare*, pro, manibus saltare. sic *ad tibias canere*, pro tibiis canere.. Lampridius in Heliogabalo: *ipse cantavit, saltavit, ad tibias dixit.* sic *ad tabulam ludere. ad manum lapides jactare* apud Vegetium. ita etiam *ad digitum pugnare* dicebant, pro digitis pugnare, quod uno verbo, *micare*. Quintilianus lib. VIII. cap. V. *contra eumdem fororem gladiatoris, cujus modo feci mentionem, ad digitum pugnavi.* ita in vetustissimo & optimo codice legebatur, quem olim à Bongarsio habui, τῷ πάνυ. vulgo editur: *at digito pugnavi. ad digitum concurrere* dixit incertus auctor veteris epigrammatis:

> *Lex erat ad digitum posita concurrere palmæ.*

quem ego versum semper & ita legendum, & de micatione intelligendum judicavi. quod alibi pluribus probabo. *decernere digitis* apud Calpurnium Eclogæ II.

> *Et nunc alternos magis ut distinguere cantus*
> *Possitis, ter quisque manus jactate micantes.*
> *Nec mora, decernunt digitis.*

igitur *ad digitum pugnare*, & *digitis pugnare* idem, ut *ad manum saltare*, & *manibus saltare*. quod est χειρονομεῖν. Hesychius: χειρονόμος, ὀρχηστής. Cum ex his omnibus quæ diximus satis liquido constet, multo ante Augusti ætatem, & prius quam nasceretur Pylades, pantomimicam saltationem veteribus usitatam fuisse, & in scena frequentatam, quid aliud restat quam ut concludamus non eam primum à Pylade inventam esse, aut invectam? sed quid illis opponemus qui ejus inventorem Pyladem perhibent? interpretandi nobis sunt non refutandi. nam & verum illi dixerunt, si recte capiantur. saltatio, qualis Augusti temporibus in scena versabatur, & quæ post illa tempora passim viguit, quæque nihil amplius commune aut conjunctum habebat cum comœdia aut tragœdia, sed seorsim in orchestram veniebat, inventum procul dubio Pyladis fuit & & Bathylli. res vero ipsa, & ars illa, saltandique modus, quo omnia quæ dicerentur, manibus expediebantur, quoque ipse etiam Pylades in sua saltatione usus est, longe ante Pyladem nota scenæ, & in usu posita fuere, sed in tragœdia tantum, & comœdia & satyris locum habebant. nusquam enim sola per se ante id tempus ὄρχησις in orchestra comparuerat. primus Pylades saltationis artem à tragœdia & comœdia separatam, in scenam Latinam introduxit, eamque ex tribus saltationibus compositam, tragica,

ca, comica, & satyrica excoluit & expolivit, & Italicam vocavit, quod Romæ primum specimen ejus in Latino theatro ediderit. natione enim ipse Cilix fuit. Suidas: Πυλάδης Κίλιξ ἀπὸ κώμης Μισθαρσῶν ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ εὑρέθη, ἀπὸ τῆς κωμικῆς κολλωμένης ὀρχήσεως ἥτις ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια, καὶ τῆς Σατυρικῆς ἥτις Σίκιννις. Athenæus Bathyllum Alexandrinum, qui Pyladi contemporaneus vixit, Italicæ illius saltationis inventorem, & primum auctorem facit. excerpta libri primi: τῆς δὲ κατὰ τοῦτον ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητὴς γέγονε Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ὃν φησι Σεμμέμως ὀρχήσασθαι Σίλλυκος. at Aristonicus ibidem ejus saltationis inventionem Bathyllo pariter & Pyladi tribuit. sic autem verba Athenæi legenda sunt: τοῦτον τὸν Βάθυλλόν φησιν Ἀριστόνικος, καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια· καὶ τῆς Σατυρικῆς ἣ ἐλέγετο Σίκιννις. scribit etiam Zosimus Pyladem & Bathyllum primos pantomimicam saltationem exercuisse: Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρότερον αὐτὴν μετελθόντων. atque hi non solum ὁμότεχνοι, sed etiam ἀντίτεχνοι fuere. primas in tragœdia & tragicis argumentis saltandis obtinebat Pylades: in comœdia, & comicorum argumentorum de saltatione principatum sibi vindicabat Bathyllus.. primi igitur Pylades & Bathyllus pantomimos à tragœdia & comœdia separatos in orchestra Latina ostenderunt, & seorsim rem artis suæ excoluerunt & exequuti sunt, quæ antea semper cum tragœdia & comœdia fuerant conjuncta. egregiè huc facit, & mirifice hoc quod diximus illustrat Suetonii locus apud Diomedem Grammaticum, quem heic integrum placet adscribere: *Primis temporibus, ut asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur, in comœdia agebantur. nam pantomimus & pythaules & chorantes, in comœdia canebant. sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, si qui erant inter actores comœdiarum pro facultate & arte potiores, principatum sibi artificii vindicabant. sic factum est ut nolentibus cedere mimis in artificio cæteris, separatio fieret reliquorum. nam dum potiores inferioribus, qui in omni ergasterio erant, servire dedignabantur, seipsos à comœdia separaverunt: ac sic factum est ut exemplo semel sumpto, unusquisque artis suæ rem exequi cœperit, neque in comœdiam venire.* hæc ipsissima Tranquilli esse verba stilus indicat, descripta è libris quos ille dederat de spectaculis & ludis apud Romanos. Suidas duos eum libellos scripsisse refert, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ ἀγώνων. atque ex his doctissimi ac disertissimi scriptoris verbis liquet pantomimorum arti locum fuisse in antiquis comœdiis Romanis, priusquam ejus artis separatio à comœdia fieret. quod evenit sub Augusto ex Pyladis & Bathylli nova institutione ac professione, qui primi saltationem à tragœdia & comœdia segregatam artificio suo vindicarunt, ac separatim in scena actitarunt *pantomimos* vocat Suetonius, histriones, qui antiquarum fabularum Latinarum cantica, gestibus ac motu corporis peragebant, adhibito pueri, & tibicinis, qui pythaules dicebatur concentu. nam & illi histriones pantomimi erant revera, haud minus quam isti novi, qui ab Augusti temporibus, omnia manibus imitari cœperunt. Etsi autem Italica illa saltatio, cujus auctores memorantur Pylades & Bathyllus, ex tragica, comica & Satyrica saltationibus esset composita, haud ita tamen ex omnibus mixta erat, ut confunderentur, & ex tribus una fieret species saltationis. sed cum omnia tragœdiarum comœdiarumque & Satyrorum argumenta primi saltare instituissent, tragœdias secundum tragicæ saltationis leges, comœdias vero

juxta

juxta comicæ saltationis instituta, desaltabant. hinc & inter ipsos auctores & inventores artis facta divisio est, & in diverso saltationis genere contraria quoque factio instituta, quam ad discipulos suos, & artificii per longam seriem successores uterque transmiserunt. Pylades in tragœdia, Bathyllus in comœdia excellebat. tragicam saltationem magis excolebat Pylades, comicam Bathyllus. tragicas tamen ὑποθέσεις & saltabat aliquando Bathyllus, & comicas Pylades. sed in fabulis tragici argumenti saltandis multum sibi dispar inveniebatur Bathyllus, & in comicis Pylades. Seneca lib. III. controvers. *& ut ad morum meum te vocem, Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia multum à se aberant.* tantum denique inter saltationem Pyladeam, & Bathylleam distabat, quantum inter tragœdiam & comœdiam. Pyladea saltatio, gravis, seria, fastuosa, superciliosa, & affectuum plena, & tragica tota. ejus ὑποθέσεις, antiquorum poëtarum tragœdiæ, Deorum heroumque factæ personæ ut in tragœdia, Divi, duces, heroes, & reges. Bathyllea contra, hilaris, jocosa, pedestris, quæque tota in rebus lætis versaretur, per omnia comicæ saltationi affinis. hæc aut saltantem Satyrum, & cum Amore comissatum euntem inducebat, aut Panem aut Echo, aut Ledam à cygno compressam, & cetera ejusdem argumenti. Juvenalis:

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.

Athenæus de Pyladis saltatione: ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις, ὀγκώδης παθητική τε καὶ πολύκοπος. lege: καὶ πολυπρόσωπος. ita enim Plutarchus, qui hæc tria similiter saltationi Pyladeæ tribuit, τὸ ὀγκῶδες, τὸ παθητικὸν, καὶ τὸ πολυπρόσωπον. Sympos. problem. lib. VII. cap. VII. ἀποτρίψαντα δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν Πυλάδειον ὀγκώδη καὶ παθητικὴν καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. sequitur apud eumdem Plutarchum de Bathyllea, quæ Pyladeæ opposita: ὀρχήσομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πεζὰν, τὸν κόρδακα ἀποθέμενος, Ἠχοῦς ἢ τινος Πανὸς ἢ Σατύρου σὺν ἔρωτι κωμάζοντος ὑπόρχημα διατιθέμενος. ita enim hæc postrema ex conjectura magni Casauboni sunt emendanda. vulgo ὑπ' ὀρχήματος ἀνατιθέμενον in editionibus habetur. at pro αὐτόθεν πεζὰν, male idem αὐτόθεν παίζουσαν emendabat. nos πεζὰν fecimus mutato tamen accentu. πεζὰν vocat hoc est pedestrem Bathylli saltationem, quæ tota comica, & per hoc tragicæ opponebantur, ὀκλαδίς & cothurnatæ. comœdiam & Satyros, musam pedestrem auctores passim vocant. atqui circa hæc omnis Bathylli saltatio versabatur. ὑπορχήματα autem propria facere videtur Plutarchus Bathylleæ saltationis, ut & Athenæus: ἡ δὲ Βαθύλλειος, inquit, ἱλαρωτέρα. καὶ γὰρ ὑπορχηματικόν τι τούτου διατίθεσθαι. ὑπορχηματικόν τι, ut Panis, Satyri, Echus, Ledæ, aut similium personarum. alias legendum esset, ὑπορχήματα διατίθεσθαι. ὑπόρχημα dicebant canticum quod cum saltatione peragebatur. Proclus apud Photium: ὑπόρχημα δὲ, τὸ μετ' ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο· καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ὑπὸ, ἀντὶ τοῦ μετὰ, πολλάκις ἐλάμβανον. cantica, quæ in comœdiis antiquis Latinis, ad manum ab histrionibus saltabantur, ὑπορχήματα vera fuerunt. ὑπορχήματα quoque comœdiæ adjudicat Eunapius in Ædesio: πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμέναις ψυχαῖς τὸν γέλωτα ἐπεισαγαγὼν καὶ τὰ ἐπὶ σκηνῆς κινήσας ὑπορχήματα. scripserat etiam ὑπορχήματα Pindarus, sed ea ad lyram canebantur, & saltabantur, non ad tibiam, ut comica & satyrica ὑπορχήματα. qui sub cantu tibiæ aut lyræ, aut alius cujuslibet organi saltabant, proprie etiam ὑπορχεῖσθαι dicebantur. sic accipiendum puto ὑπόρχημα Πανὸς, & Σατύρου apud Plutarchum, de Panis & Satyri saltatione sub tibicine. talia ὑπορχήματα ut plurimum Bathyllus pantomimus

in sua saltatione exhibebat, quæ revera fuit ὑπορχηστική. uniformis enim ac simplex erat, & nihil aliud ferme quam saltabat. nullam enim moram, nullum πάθος admittebat, sed concitatissimo ferebatur motu. Φορτικὰ χήματα Baccho & Veneri adsignat Lucianus in libro περὶ ὀρχήσεως, id est, *concitatas & celeres gesticulationes.* talis etiam satyrica saltatio. Athen. Σίκιννις ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἣν οἱ Σάτυροι ὀρχοῦνται, ταχυτάτην οὖσαν· οὐ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ βραδύνει. ita cum viro doctissimo lego, qui ita emendat ex epitoma Hœschelii. eum vide in libello de Satyrica poësi. vulgo in Athenæo scribebatur: διὸ οὐδὲ ἀναδύνει. Saltationes quæ πάθος habent, non ita concitatæ poterant esse. τὰ πάθη enim moram generant. exemplum petamus ex Pyladea saltatione, quam maxime παθητικὴν fuisse omnes consentiunt. Hylas primi illius Pyladis discipulus, cum canticum quoddam saltaret, cujus clausula erat, τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα, sublimem ingentemque se faciebat, ut verba illa cantici exprimerer, in quibus *magnus Agamemnon* dicebatur. non tulit hoc Pylades, atque ut ejus errorem castigaret, exclamavit è cavea, *Tu longum, non magnum facis.* Σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς. tunc populus eum coëgit idem canticum saltare, cumque ad eum locum venisset, quem reprehenderat, expressit Agamemnonem cogitantem. quod nihil magis conveniret magno duci, quam pro omnibus cogitare. multum πάθους habuit illa μίμησις ducis cogitantis, sed multum etiam moræ. cum enim in eo esset pantomimus, ab omni motu gestuque cessabat, nisi qui cogitanti conveniret. talem μονὴν saltatio Bathyllea non recipiebat: nam & πάθους carebat ac semper in motu erat ac φορᾷ. ideoque ejusmodi ferme tantum ὑποθέσεις & personas eligebat, quas saltare semper & moveri deceret, ut Panes, Satyros cum Amore comissabundos, & lascivientes, & alias similes jocis, & saltaribus adsueras, quales ex comœdia & satyrica notæ sunt multæ. in Bathyllea unica tantum fere persona saltabat, ut Pan, aut Echo, aut Satyrus. hinc ὑπορχήματα Bathyllum saltare consuevisse tradit Athenæus, Panis, aut Echus, aut Satyri nimirum. Pyladeæ vero saltationis histriones, etsi ὑπορχήματα etiam ipsi saltarent, & ὑπορχήσασθαι non minus dicerentur quam Bathyllei, non nudum tamen aliquod aut simplex siccumque ὑπόρχημα desaltabant, sed plura aliquando in uno argumento ὑπορχήματα. multiplex enim & multiformis eorum saltatio. & quum poëtarum antiquorum tragœdiis saltandis operam darent, in una eademque ὑποθέσει plures plerumque personas unus & idem histrio sustinebat. Lucianus περὶ ὀρχήσεως, de barbaro quodam qui nunquam saltantem pantomimum viderat: ἰδὼν πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρεσκευασμένα, τοσοῦτον γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα ἦν, ἐζήτει, ἕνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστὴν, τίνες οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ὑποκρινούμενοι τὰ λοιπὰ πρόσωπά εἰσιν. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι αὐτὸς ὑποκρινεῖται, καὶ ὑπορχήσεται τὰ πάντα, ἐλελήθεις, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν τοῦτο ἓν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων. hinc apparet quare πολυπρόσωπον Pyladeam saltationem appellarint Plutarchus & Athenæus. Pyladis porro primi illius, & saltationis conditoris, quæ ab ipso Pyladea cognominata est, omnes successores & discipuli, *Pyladæ* sunt vocati, ut & *Bathylli*, qui à primo illo Bathyllo diversam saltationis sectam & hæresin per manus traditam accepere. Seneca: *stat per successores Pyladis & Bathylli domus. harum multi discipuli sunt, multique doctores.* quemadmodum autem illi duo primi pantomimicarum familiarum auctores & conditores diversum genus saltationis exercuere, & tragicam magis excoluit Pylades, & comicam Bathyllus: sic eandem quoque sectæ diversitatem eorum

eorum posteros securos esse animadvertere est. nam semper in tragœdiis Pyladæ, in comœdiis Bathylli operam suam & artem collocaverunt. Mediolanensis lapis:

THEOCRITO
AVGG. LIB.
PYLADI
PANTOMIMO
HONORATO
A SPLENDIDISSIMIS
CIVITATIS. ITALIÆ
ORNAMENTIS
DECVRIONALIB. ORNA.
GREX
ROMANVS
OB. MERITA. EIVS
TITVL. MEMORIÆ
POSVIT.

à sinistro latere vitilis est effigies palliata, quæ supra caput adscriptum habet, IONA. ad dextrum alia effigies chlamydata, quæ sinistra manu lanceam gerit, dextra personam sive larvam attollit, cum hoc titulo: TROADAS. & supra illum titulum hæc verba: SVI TEMPORIS PRIMVS. non dubium est per hæc significari Pyladem illum pantomimum in his duabus Euripidis tragœdiis saltandis, Ione & Troadibus, cum alios omnes ἀντιτέχνους vicisse, tum seipsum superasse, & sui temporis primum fuisse. Scaliger in animadversionibus ad Eusebium, Τρῳάδας καὶ Ἴωνα Pyladem istum vicisse existimat. sed minime ἐναγώνιος erat ars pantomimorum; nec enim illi in thymelicis agonibus de artificii sui præstantia certabant, ut ceteri scenici artifices. hoc dicit Lucianus, & simul causam adfert istam: εἰ δὲ μὴ ἐναγώνιος ἡ ὄρχησις, ἐκείνην φημὶ εἶναι αἰτίαν, τὸ δόξαι τοῖς ἀγωνοθέταις μεῖζον καὶ σεμνότερον τὸ πρᾶγμα, ἢ ὥστε εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι. idem tamen ibidem statim subjicit, Neapolitanos in agone, qui apud eos celebratur, quinquennali etiam locum dedisse pantomimis. ἀλλ᾽ ἐῶ λέγειν ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους ἡ ἀρίστη καὶ τοῦτο ὥσπερ τι κόσμημα, τῷ παρ᾽ αὐτοῖς ἀγῶνι προστέθεικεν. hinc *pantomimi hieronicæ* mentio in veteri inscriptione, qui in sacro certamine Neapolitano coronatus scilicet fuerat.

P. ÆLIVS. AVG. LIB. PYLADES.
PANTOMIMVS. HIERONICA.
INSTITVIT.

L. AVRELIVS. AVGG. LIB. PYLADES. HIERONICA. DISCIPVLVS. CONSVMAVIT.

meminit item alius lapis, *M. Ulpii Apolausti maximi Pantomimorum, coronati adversus histriones, & omnes scenicos artifices.* Quod igitur in saltatione duarum illarum Euripidis tragœdiarum victoriam adversus ceteros histriones reportaverat, vel quod eas omnium optime desaltasset Pylades, ideo ambarum tituli sepulcro ejus incisi. sic sepulcro Sophoclis Electram aut Antigonem insculptas olim legimus, quod inter illius poëtæ tragœdias principatum facile obtinerent. extat super ea re elegantissimum Dioscoridis Epigramma. sed quia corruptissime vulgo in Anthologia excusum est, nec à doctissimis viris intelligitur, heic illud partim ex ingenio, partim ex vetusti codicis auctoritate emendatum, ut emendari debet, subjiciam & explicabo:

Τύμβος ὅδ᾽ ἐστ᾽ ὤνθρωπε Σοφοκλέος, ὃν παρὰ Μουσῶν
Ἱρὴν παρθεσίην, ἱερὸς ὤν, ἔλαχον.
Ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα,
Πρίνινον, ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο,
Καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἁλουργίδα. τοῦδε θανόντος
Εὔθετον ὀρχηστὴν τῇδ᾽ ἀνέπαυσα πόδα.
Ὄλβιος ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν. ἡ δ᾽ ἐνὶ χερσὶ
Κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;
Εἴτε σοι Ἀντιγόνην εἰπεῖν φίλον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
Εἴτε καὶ Ἠλέκτρην, ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.

Tumu-

Tumulo Sophoclis imposita erat Bacchi statua, quæ manu personam, sive larvam κουρίμου παρθένου sustinebat. Bacchus igitur in hoc epigrammate viatorem alloquitur, & dicit: *Tumulus hic Sophoclis est, ô homo, quem Musæ mihi sacræ Virgines, sacro ipsi ac divo, custodiendum mandarunt. ille me Phliunte profectum, adhuc sentes & rubos inambulantem, & ex acerno stipite, properanti falce dedolatum, in aureum habitum reformavit, & delicata purpurea veste induit. Sed postquam morti datus est, saltationum oblitus, agilem & salium pedem quieti dedi, & heic super ejus sepulcro reposui.* respondet viator: *ô felicem te, qui talem stationem sortitus sis! sed unde hæc κούριμος, quam manibus retines, aut ex quo dramate sumpta est?* ad hæc Bacchus viatori: *sive tibi Antigonen eam accipere placeat, sive Electram, non erraveris. utraque enim summam inter ejus Tragœdias obtinet.* ἡ κούριμος, est ἡ κούριμος παρθένος. & erat persona tragica, quam ita Pollux describit: ἡ κούριμος παρθένος ἀντὶ ὄγκου ἔχει τριχῶν κατεψηγμένων διάκρισιν, καὶ βραχεῖα ἐν κύκλῳ περικέκαρται. ὕπωχρος δὲ τὴν χροιάν. ἡ δὲ ἑτέρα κούριμος παρθένος, τὰ ἄλλα ὁμοίως πλὴν τῆς διακρίσεως, καὶ τῶν κύκλῳ βοστρύχων, ὡς ἐκ πολλοῦ δυστυχοῦσα. tales Antigone & Electra virgines in tragœdiis cognominibus. verba illa Pollucis pessime accepit interpres. nos alibi explicamus, quid sit ὄγκος, quid διάκρισις, quid κατεψηγμέναι τρίχες. mirum enim quam longe à se abierint, & ab auctoris mente summi viri, qui tria illa capita apud Pollucem exponere aggressi sunt, περὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν, καὶ τραγικῶν προσώπων. Ad Pyladem nostrum redeamus, & saltationem hanc peragamus. Bacchi cum Bacchis & Satyris bacchantis comissationem ab illo primo Pylade saltatam maxime commendant, & celebrant illius temporis poetæ: vel quod eam primam omnium hypothesin in Latino theatro saltaverit, vel quod in ea desaltanda ars ejus maxime emicuerit. Antipater Thessalonicensis, qui eodem tempore vixit, & Pyladem saltantem vidit, Epigrammate εἰς στήλην Πυλάδου ὀρχηστοῦ.

> Αὐτὸν βακχευτὴν ἐνέδυ θεόν, ἡνίκα Βάκχας
> Ἐκ Θηβῶν Ἰταλὴν ἤγαγε πρὸς θυμέλην.
> Ἀνθρώποις Πυλάδης τερπνὸν θέος οἷα χορεύων,
> Δαίμονος ἀκρήτου πᾶσαν ἔπλησε πόλιν.
> Θῆβαι γιγνώσκουσι τὸν ἐκ πυρός. οὐράνιος δὲ
> Οὗτος ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.

in tertio versu τερπνὸν θέος legimus pro τερπνὸν δέος, quod inepte in vulgatis editionibus legitur, & ineptius defenditur. τερπνὸν θέος, est τερπνὸν θέαμα. de qua voce dicam in nostra Græcorum Epigrammatum editione. Boëthus Elegiographus idem illud argumentum, τοῦ Βάκχου σὺν Σατύροις κωμάζοντος, ab eodem Pylade desaltatum celebravit hoc epigrammate:

> Βοηθοῦ τοῦ ἐλεγειογράφου εἰς Πυλάδην τὸν ὀρχηστὴν ὑποκρινόμενον τὸν Διόνυσον.
>
> Εἴ τοιος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον
> Κωμάζων Λιώαις σὺν ποτὲ καὶ Σατύροις,
> Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
> Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τίθμια μουσοπόλων,
> Παυσαμένη ζήλου Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη,
> Ἐψεύσω Σεμέλη, Βάκχον ἐγὼ δ' ἔτεκον.

in quarto versiculo magnum mendum esse, vir magnus pronuntiavit: atque ita emendandum judicavit:

> Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο, κεῖνον
> Κόρδακα, καὶ τραγικῶν τίθμια μουσοπόλων.

ſed talis emendationis libenter illi
gratiam fscimus. nihil illa opus. re-
cta enim eſt vulgata ſcriprura, quæ
ſignificat Pyladem, Bacchum ſalta-
viſſe ſecundum rectas leges & inſti-
tuta rragicorum ὀρχηστοδιδασκάλων.
οἷον ὠρχήσατο κεῖνος, ſubaudi Διόνυσον.
quis de hac loquutione poſſit aut ve-
lit dubitare? *chironomiam* Quintilia-
nus interpretatur *legem geſtus*. tragicæ
chironomiæ antiquæ aliquot ſche-
mas & geſtus recenſet Pollux lib. IV.
c. XV. καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ
σχήματα, σιμὴ χείρ, ὁ καλαθίσκος,
χεὶρ καταπρανής, ξύλου παράληψις,
διπλῆ θερμαστρίς, καὶ τὰ λοιπά,
perperam apud Pollucem editur:
χειροκαλαθίσκος, & χεὶρ κατα-
πλανής. χεὶρ σιμὴ, & χεὶρ καταπρα-
νὴς contraria erant ſchemata. corri-
gendus & in hac voce Heſychius:
σιμὴ χείρ, σχῆμα τραγικόν. male
legitur hodie σιμήχειρ una voce. his
addenda, & ὑπόσκοπος χείρ. quæ
etiam inter ſchemas tragicas nume-
rabatur. geſtus autem eſt eorum qui
intente aliquid & diligenter ſpeculari
volunt. manum enim fronti obren-
dunt, ne ſol oculis officere & proſpe-
ctum impedire poſſit. hoc ſchema
χεῖρα ὑπόσκοπον dicebant, & σκο-
πὸν, & σκόπευμα. nam σκοπεύειν,
& σκοπεῖν & ἀποσκοπεῖν idem. He-
ſychius: ὑπόσκοπον χέρα. Αἰσχύ-
λος. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες, ὑπο
κιλδῶσι σχηματίσωσι τὴν χεῖρα, καθά-
περ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. σχῆμα δέ ἐστιν
ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός. perperam apud
Heſychium corrigunt eruditi viri, ὁ
σκώψ. aliud erat σκώψ. ſic enim et-
iam vocabant ſaltationis genus quod-
dam, in quo frequenter cervicem
inflectebant, & caput circumfere-
bant, ad illius avis, quæ σκώψ di-
citur, imitationem. σκώψ & σκωπίας
dicebatur hæc ſaltatio. de qua vide
Pollucem. at χεὶρ ὑπόσκοπος, &
σκοπὸς, & σκόπευμα omnino alia
res. Heſychius: σκόπευμα, τὸ σχῆ-
μα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθε-
μένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. male
σκοπευμάτων hodie legas in Heſy-
chio. Panem ἀποσκοποῦντα, nam
cum hoc ſchemate Panes vulgo pin-
gebantur, hoc eſt manu fronti ob-
tenta ſpeculantem, & paſcua luſtran-
tem ſic eleganter deſcribit Silius Ita-
licus:

Obtendenſque manum, ſolem inferveſ-
cere fronti
Arcet, & umbrato perluſtrat paſcua
viſu.

multa σχήματα τραγικὰ invenit olim
Teleſtes vel Teleſias ὀρχηστοδιδάσκα-
λος, quibus omnia quæ in tragœdia
pronuntiabantur, ipſe ſaltando ex-
primeret & oculis ſubjiceret. Athe-
næus: Τελεσίας πολλὰ ἐξεύρηκε σχή-
ματα ἄκρως ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα
δεικνύοντας. longe plura excogitavit,
& de novo adinvenit hic Pylades de
quo nunc ſermo eſt, qui temporibus
Auguſti, hanc ſaltationem quæ ma-
nibus peragebatur, non quidem no-
vam & antea ignotam introduxit, ſed
multis partibus ampliavit & expoli-
vit. ſcribit Macrobius, *eum mutaſſe*
rudis illius ſaltationis ritum, quæ apud
majores viguit, & venuſtam induxiſſe
novitatem. narrat etiam Lucianus ſal-
tationem illam, perfectionem ſuam
& ſummam manum à Pylade acce-
piſſe Cæſaris Auguſti ævo: ἀλλά τοι
γε ἐν τῷ παρόντι μοι τὸ κεφάλαιον τοῦ
λόγου ἐστὶ τὴν νῦν ὄρχησιν καθεστῶσαν
ἐπαινέσαι, καὶ δεῖξαι ὅσα ἐν αὑτῇ
τερπνὰ καὶ χρήσιμα περιλαβοῦσα ἔχει.
οὐ πάλαι ἀρξαμένη ἐς τοσοῦτον κάλ-
λος ἐπιδιδόναι, ἀλλὰ κατὰ τὸν Σεβαστὸν
μάλιστα. Hieronymus in Chronico:
Pylades Cilix pantomimus, quum veteres
ipſi canerent & ſaltarent, primus Romæ
chorum ſibi & fiſtulas præcinere fecit.
quod ait veteres pantomimos, ceci-
niſſe ipſos & ſaltaſſe, & hoc primum
mutaſſe Pyladem, qui ſibi fiſtulas &
chorum præcinere fecit, in eo lon-
giter errat, aut Euſebius, ſi ab eo
accepit. nam longo ante Pyladem
tempore, jam inde ab antiquiſſimi
fabularum auctoris & actoris Livii
ætate,

ætate, pantomimi qui cantica fabularum saltabant, canere ipsi desierant ac desuerant. puero enim præcinente, & accinente tibicine ipsi taciti tantum saltabant. quod supra multis ostendimus. nihilominus tamen verum est Pyladem Cilicem primum fistulas & chorum sibi saltanti ut præcinerent curavisse. nam ante illum sine fistulis, & choro pantomimi saltabant, solo adhibito pueri canentis & tibicinis concentu. Pylades iste ab Augusto interrogatus quid saltationi contulisset, respondit:

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.

antiqui mimi ad unius cantum tibicinis gesticulationem expediebant. plures adhibuit Pylades. plures enim saltandi tibiæ accinebant, ut constat ex hoc Luciani loco de pantomimo saltante Ajacem furiosum: *εἷς δὲ τῶν ὑπαυλούντων τὸν αὐλὸν ἁρπάσας, καὶ Ὀδυσσέως πλησίον ἑστῶτος, καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα φρονοῦντος διεῖλε τὴν κεφαλήν.* alias falsum Pyladem primum τοὺς αὐλοὺς saltationi contulisse. de fistulis certo certius ab eo primum esse inventum, ut saltantibus pantomimis præcinerent. Lucianus de pantomimi scena & apparatu: *ὁ δὲ ὀρχηστὴς τὰ πάντα ἔχει συλλαβών. καὶ ἔνεστι ποικίλην καὶ παμμιγῆ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, ποδῶν κτύπον, κυμβάλου ψόφον, ὑποκριτοῦ εὐφωνίαν, ᾀδόντων ὁμοφωνίαν.* & paulo post: *εἴτε αὐλοῦ καὶ σύριγγος τὸ λιγυρώτερον, ἄλλως καὶ τούτων ἐν ὀρχήσει ἀπολαύσειεν σοι πάρεστιν.* non male igitur Hieronymus dixit Pyladem fistulas & chorum sibi præcinere fecisse. apparet in Græcis Eusebii quæ vertit ita fuisse: *πρῶτος τὰς σύριγγας καὶ τὸν χορὸν ἑαυτῷ ὑπᾴδειν ἐποίησε.* quod ad chorum attinet, inter omnes convenit chorum à Pylade in saltatione fuisse adhibitum. idque ipse designavit verbis illis Homerici versiculi: *ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.* per hæc enim τὴν τοῦ χοροῦ ὁμοφωνίαν intellexit. Pythaulæ antiquis histrionibus accinebant, sine choro. Pyladi saltanti choraules præcinebat, cum choro. hinc fortasse exponendus Hyginus in his verbis: *pythaules qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt. unde postea appellatus est choraules.* alioquin pythaulæ semper à choraulis distincti, nec unquam choraulæ pro pythaulis accepti, aut contra. præter tibias, fistulas, & chorum saltantibus pantomimis præcinentes, addit etiam citharas Lucianus: *καίτοι τὸν μὲν αὐλὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν κιθάραν παρῶμεν, μέρη γὰρ τῆς τοῦ ὀρχηστοῦ ὑπηρεσίας καὶ ταῦτα.* adjungit & cymbalorum crepitum: *καὶ ἔνεστι ποικίλην καὶ παμμιγῆ τὴν παρασκευὴν τοῦ ὀρχηστοῦ ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, ποδῶν κτύπον, κυμβάλου ψόφον, ὑποκριτοῦ εὐφωνίαν, ᾀδόντων ὁμοφωνίαν.* ubi vides ποδῶν κτύπον ad eam quoque saltationem adhiberi solitam. non semel autem meminit Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως, τῶν ποδὶ κτυπούντων, qui pede sonitum faciebant, dum saltabat pantomimus. κτυποῦντας etiam quodam loco simpliciter appellat. de pantomimo quodam: *καὶ ὑπέχειν γε αὐτὸν αὐλοῦ καὶ ᾀσμάτων ἐπίδειξιν αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἐποίησεν. ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτυποῦσι, καὶ τοῖς αὐλοῦσι καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ.* per κτυποῦντας intellige τοὺς ποδὶ κτυποῦντας. idem paulo supra: *ἐπεί γε καὶ αὐτὸς ὁμοίως σοι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς λέγων τὰ αὐλοῦ καὶ τῶν συρίγγων καὶ τῶν κτύπων πάρεργόν τι τῆς ὀρχήσεως εἶναι.* saltante igitur pantomimo, alii tibiis canebant, alii vocibus concinebant, alii fistulis sibilabant, alii cymbala concrepabant, alii pede sonabant, atque hi ποδοκτύποι & ποδοψόφοι dicebantur. in omnibus veterum choris mesochori quos τοῦ χοροῦ κορυφαίους Græci appellant, qui cæteris ad canendum praibant, &

 mo-

modum canendi dabant, pede in eam rem pulpitum aut ſolum tundere conſueverant. pedem enim levantes, & cum ſono ponentes, æquali ſemper ac perpetuo quodam tenore, cantici modulationem temperabant ac moderabantur. hoc idem hodieque, ſed manu, fit in muſicis ſymphoniacorum concentibus ab eo qui reliquis una canentibus modum dat, levata poſitaque manu menſam aut librum feriendo. & *menſuram percutere* vulgo dicitur. id apud veteres in choris pedum ſupploſione fieri ſolebat. Lucianus de Laconicis choris, & tibicine qui ad chorum ſimul flabat, & terram pede plaudebat: καὶ αὐλητὴς μὲν ἐν μέσῳ κάθηται, ἐπαυλῶν καὶ κτυπῶν τῷ ποδί. οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι, σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες. in theatris qui pede pulpitum percutiebant ad incentivum dandum, quo clarior ſonus eſſet, & ab omnibus melius intelligeretur, ligneas ſoleas ſub pedibus habebant, ad hunc uſum ſolum factas. κρουπέζια Græci vocant, ſic dicta ἀπὸ τοῦ κρούειν, καὶ τὰ πέζας. à pedis plauſu, & percuſſione. Pollux: τὰ δὲ κρουπέζια, ξύλινον ὑπόδημα, πεποιημένον εἰς ἐνδόσιμον χοροῦ. ita etiam vocabantur lignei calcei quibus ad frangendas oleas utebantur. Heſychius: κρουπεζόμενος. τὰ ξύλινα σανδάλια, κρουπέζια λέγεται. καὶ ὑποδήματα ξύλινα, μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. θέλει οὖν λέγειν τοὺς τραχεῖς πόδας ἔχοντας. mendum eſt apud Heſychium in illa voce κρουπεζόμενος. nec enim ei interpretatio iſta reſpondet, τοὺς τραχεῖς πόδας ἔχοντας. forte legendum κρουπέζης, aut κρουπέζης ὄνους, aut certe κρουπεζοβάμονας, aut aliquid tale. κρούπαλα idem ſignificabant. Heſychius: κρούπαλα, ξύλινα ὑποδήματα, καὶ κλειοί, καὶ κρουπέζια. perperam κρούπανα ſcribunt editiones. κρούπεζαι etiam apud eumdem ſunt ξύλινα ὑποδήματα. ligneis igitur ſandaliis percutiebant, qui choro ἐνδόσιμον dabant. atque hi ſunt omnino, quos ποδοκτύπους, & ποδοψόφους appellabant, qui ποδὶ κτυποῦντες Luciano dicuntur. tales multi erant qui ſaltantibus pantomimis, pede ſtreperent, atque ut majorem ſonantioremque ſtrepitum crepitumque ederent, non ligneas ſed ferreas ſoleas ad eam rem habebant. Lucianus de pantomimo qui in Ajace furente prodierat, & talem deſaltabat, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τις ἔδοξεν. ἑνὸς γὰρ τῶν τῷ σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπούντων τὴν ἐσθῆτα κατέῤῥηξεν, ἑνὸς δὲ τῶν ὑπαυλούντων τὸν αὐλὸν ἥρπασεν. omnes igitur οἱ ποδὶ κτυποῦντες in choris, & ſaltationibus veterum, calceolo ferreo aut ligneo hoc faciebant. hujuſcemodi lignea ſandalia Latini videntur appellaſſe *ſcabella*, quod inſtar ſcabellorum eſſent, & ex ligno fierent, pedibuſque ſubjicerentur ut ſcabella, quæ Græcis ὑποπόδια inde dicta ſunt. Gloſſæ: *ſcabellum*, ὑποπόδιον. ad verbum etiam Latini *ſuppedia*. hinc σουππίδια apud Nicetam pro ſcabellis quæ pedibus ſupponuntur. *ſuppedanea* quidam dixere: ποδαρέλια Græci recentiores. Nicetas: εἰς σουππίδια καὶ ποδαρέλια κατεσκεύαζον. ita codex Barbaricus. nam in Græco pro illis habetur: εἰς ἕδρας καὶ ποδῶν θρανίδας. Euſtathius ποδαρέλια, ὑποπόδια γυναικεῖα interpretatur in Odyſſ. η. πολλῶν δὲ παραγομένων ἐκ τοῦ αἴθειν, παραδίδοται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἡ παρὰ τῷ Σουΐδᾳ αἴθεροχος, ἢ καὶ ἀνθερέχλη. ὡς ἐκεῖνος λέγει. δηλοῖ δὲ τὸ ἰδιωτικῶς λεγόμενον ποδαρέλιον. apud Suidam αἴθεργος hodie legitur, non αἴθεροχος. atque ita ſcribendum. αἴθεργον autem Suidas, γυναικεῖον ὑποπόδιον exponit; ἐν ᾧ ὡς δι' ὀπῆς αὐτοῦ θερμαίνονται κάρβωσιν. idem in voce ἀνθερέχλη. ἀνθερέχλη διὰ τοῦ λ ἐνι-

κῶς

χῶς, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου. γυναιξὶν ἐπιχαρίζεται ἀνδρεῖχλης. *pedicula* autem Latini videntur vocasse ista ποδοψόφια vel ὑποπόδια. nam pedicularii sunt ποδοψόφοι, ut paulo post dicam. *scabella* vero nihil aliud sunt quam ποδοψόφια, & idem significant quod *pedicula*. fortassean etiam revera habuerint *scabella* in hunc usum parata, quæ pedis pulsu, lignea solea vel ferrea percussa sonarent. interpres vetus Statii, ad illud:

— *& ad inspirata rotari*
Buxa. —

Buxa, tibia vel scabillum, quod in sacris tibicines pede sonare consueverunt. hinc *scabillorum crepitus* apud Arnobium: *etiamne tympanis? etiamne symphoniis? quid efficiunt crepitus scabillorum? crepitus scabillorum*, sunt ποδῶν ψόφοι. *scabilla*, ποδοκτύπια, vel ποδοψόφια. quemadmodum ποδῶν κτύποι saltationi pantomimorum adhibitum scribit Lucianus, ita & *scabellorum crepitum* iisdem saltantibus fieri solitum docet Suetonius his verbis de Caligula: *saltabat autem nonnunquam etiam noctu: & quondam tres consulares secunda vigilia in palatium accitos, multaque & extrema metuentes super pulpitum collocavit: deinde repente magno tibiarum & scabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.* non audiendus vir maximus qui *scabillorum crepitum* pro testarum crepitu accipit. nec illi item alteri viro summo auscultandum qui *scabilla* in hac significatione posita, Latinam vocem non magis esse censet quam barbitus, sambuca, nabla, & alia pleraque musicorum instrumentorum vocabula. Latinam ego contra & quidem Latinissimam esse contendo. nusquam enim in alia lingua nisi Latina liceat hujus vocis, aut originem reperire aut mentionem. à Latino *scamnum* diminutiva sunt, & *scabillus* & *scabellum*, & *scamillus* & *scamellum*. tot enim modis scripta inveniuntur apud veteres hæc ὑποκοριστικά. *scabillum* igitur vel *scabellum*, unde *scabillorum crepitus*, instrumentum erat, in modum scabelli ex ligno factum, vel scabellum potius erat revera, hoc est ὑποπόδιον, quod pede feriebatur cum lignea aut ferrea solea, ut major ederetur crepitus. hoc crepitaculi genus & in sacris, & in theatris fere semper cum symphoniis, tibiis, cymbalis, aliisque crotalorum generibus jungebatur. sic *scabella* accipienda apud Ciceronem in ea pro Cœlio: *mimi ergo est jam exitus non fabulæ: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.* de his scabellis illustris apud Augustinum locus lib. IV. de Musica: quem etsi jam attulere viri docti, nobis tamen heic necessario producendus est. sic igitur ille: *Quæro ex te utrum possint copulari sibi pedes, quos copulari oportet, perpetuum quendam numerum creare, ubi nullus finis appareat: veluti cum symphoniaci scabella & cymbala pedibus feriantur, certis quidem numeris, & his qui sibi cum aurium voluptate junguntur, sed tamen tenore perpetuo: ita ut si tibias non audias, nullo modo ibi notare possis, quousque procurrat connexio pedum, & unde rursus ad caput redeatur.* quæ *scabella* Augustinus, Isidorus in Glossis *scamella* vocat. *scamellum, symphoniaci.* aliquid deest. forte voluit dicere aut dixit etiam, *symphoniaci instrumentum.* an legendum, *scamellum, symphoniam?* nam in Originibus idem *symphoniam* dicit, *vulgo appellari lignum cavum ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc inde musici feriunt.* scribit quoque Hieronymus in epistola ad Damasum, quosdam de Latinis putavisse *symphoniam* genus esse organi musici. sic fuere etiam de Latinis quidam qui putarunt *chorum* genus esse instrumenti. auctor epistolæ ad Dardanum, quæ Hieronymo vulgo tribuitur: *antiquis temporibus fuit chorus quoque simplex pellis cum duabus cicutis æreis, & per primam inspiratur, secunda vocem emittit.* utriculum intelligit, à quo utricularii qui Græcis

δοκαῦλας. fuit cum legendum existimarem apud illum auctorem: *antiquis temporibus dorus quoque simplex pellis*. nam δορὸς Græcis est pellis vel uter. Hesychius: δορὸς, θύλακοι, δερμάτινοι, κώρυκοι, δέρματα. sed hæc alias. scamellum vel scabellum symphoniaci in Glossis Isidori nihil aliud est quam scabellum quo symphoniacus utitur, quod ad symphoniacum pertinet. *scabella* autem illa quod sine ulla toni variatione, tenore quodam continuo, & æquali, ad pedem feriebantur, inde etiam *syntona* sunt appellata. σύντονον enim Græci, non tantum, quidquid vehemens est, rigidum, & incitatum dicunt, sed etiam quod unius toni, ejusdemque tenoris est. Hesychius συνεχὲς inter alia interpretatur. σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχές. hinc σύντονα ἕλκειν apud Euripidem, *æquali nisu trahere*. apud eumdem σύντονα quæ in tono consentiunt, & ejusdem toni sunt. in Aulide: λέγε καὶ σήμαιν' ἵνα καὶ γλώσσῃ σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ. nam σύντονον, ut σύμφωνον, συνῳδὸν, & similia. ex eo scabella symphoniacorum, quæ, ut ait Augustinus, certis quidem numeris sed tenore perpetuo percutiebantur, *syntona* etiam vulgo dixerunt. sic accipiendi sunt syntonorum modi apud Quintilianum lib. IX. cap. IV. *in universum autem si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quam effœminatam & enervem, qualis apud multos. & quotidie magis lascivimus syntonorum modis saltitantes*. paulo supra in eodem capite orationem numeris contortam ferri vult non rhythmis: *neque enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferrentur. in quo si hoc sentimus, rhythmis contorta, dissentio. nam rhythmi, ut dixi, neque finem habent certum, neque ullam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione ac positione ad finem usque decurrunt. oratio non descendit ad strepitum digitorum*. dicit orationem quæ rhythmis alligari non vult, nec syntonorum modis saltitare debet, in strepitum digitorum ac pedum crepitum non descendere, quemadmodum rhythmi solent, quorum tempora Musici pedum digitorumque ictu metiuntur & signant. rhythmi, ut idem scribit, certum non habent finem, nec ullam in contextu varietatem, sed continui sunt, & iisdem semper eunt numeris, ac quo cœperunt modo ad finem usque decurrunt. sic in scabellis & cymbalis & testulis percutiendis perpetuus quidam numerus servabatur, adeo ut finis nullus appareret, & si tibias non audires, notare tibi non posses, quousque procutteret connexio pedum, & unde rursus ad caput rediretur, ut ait Augustinus. Hæc autem omnia crepitaculorum genera, ut scabella, cymbala, crotala, testulæ solis rhythmis constabant, & in ea musicæ parte ponebantur, quam rhythmicam vocarunt veteres. quare & syntonorum nomine censeri possint. hinc plus æquo numerosam compositionem, rhythmiceque incedentem, quæ quasi continua esset, & in eosdem semper iret pedes, similique, ut vocamus, cadentia perpetuo clauderetur, *syntonorum eam modis saltitare* dixit Quintilianus. hanc vocem nemo hactenus apud Quintilianum intellexit, & ut moris est, qui non intelligebant, corrumpere tentarunt. à syntonis, *syntonarius* qui scabella aut cymbala pede percutit. optimæ Glossæ: *pedicularius*, συνθετάριος. *pedicularium* vocant, τὸ ποδόψοφον, τὸ ποδὶ κλυπτόμενον. *pedarii* etiam vel *podarii* dicebantur. aliæ Glossæ: ποδόψοφοι, *podarii*. in iisdem Glossis: ποδόψοφιον, *crepitaculum*. Excerpta ex veteribus Glossis: *crotalum*, ποδῶν ψόφος. perperam *crystallum* editiones habent. hujusmodi pedum crotala & crepitacula ἀσκάρους etiam videntur Græci vocitasse. nam ἄσκαρος est genus calcei. Hesychius: ἄσκαρος εἶδος ὑποδή-

ὑποδημάτων, ἢ σανδαλίων, οἱ δὲ κρούπαλα. σινυβράριος autem ἀπὸ τῶ σινυβίων, ut τονάριος, ἀπὸ τῶ τόνων. hinc fiſtulæ quoddam genus dictum τονάριον, quo vocis modos regebant ac temperabant muſici. ita veteres libri apud Quintilianum habent ſcriptum lib. I. cap. X. *ut uno interim contenti ſimus exemplo C. Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti poſt eum conſiſtens muſicus, fiſtula quam tonarion dicunt, modos quibus deberet intendi, miniſtrabat.* quare tonarion diceretur hoc fiſtulæ genus, oſtendit Plutarchus περὶ ἀοργησίας: Γαΐῳ μὲν οὖν Γράκχῳ τῷ ῥήτορι καὶ τὸν τρόπον ὄντι χαλεπῷ καὶ περιπαθέστερον λέγοντι, ἡρμοσμένον ἦν συρίγγιον ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ ἐπ᾽ ἀμφότερα διὰ τῶν τόνων ἄγουσι. καὶ τοῦτο ἔχων οἰκέτης αὐτοῦ λέγοντος ὄπισθεν ἑστὼς ἐνεδίδου τόνον ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον, ᾧ τὴν κραυγὴν ἀνεκαλεῖτο καὶ τὸ τραχὺ καὶ θυμικὸν ἀφῄρει τῆς φωνῆς. quod igitur διὰ τόνων vocem modo remitteret, modo intenderet, τονάριον appellatum illud συρίγγιον. diverſi tamen in ea de Graccho narratione Quintilianus & Plutarchus, niſi legas in Quintiliano: *modos quibus deberet retendi miniſtrabat.* qua voce & alibi idem utitur in ea ſignificatione. ſed ad rem. præter ſcabellorum crepitum, ſolebat etiam teſtarum crepitus ſaltantibus pantomimis adhiberi. vetus Juvenalis interpres ad illud,

> —— *audiat ille*
> *Teſtarum crepitus.*

teſtis enim antea percutiebant ſaltantibus pantomimis. quia tunc non erat ut meſochori percuterent manibus. ita emendavimus illum ſcholiaſtæ locum, qui vulgo corruptiſſimus. quomodo autem manibus percuterent meſochori, docuit me auctor Epiſtolarum quæ ſub Ariſtæneti nomine circumferuntur, quem poſt Conſtantinum vixiſſe ſcimus, & eodem fortaſſe tempore quo vetus ille Satyrici ſcholiaſtes. digitis igitur dextræ manus contractis & in unum reductis, lævæ ſubjectæ palmam percutiebant, ut ſic invicem comploſæ cymbalorum in modum reſonarent. verba ipſa Græci ſcriptoris ſubjiciam: καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ὀρχουμένην, καὶ εἰς τὸ μέλος ἐκρουσμένως ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον. ἑτέρᾳ δὲ τοῖς ἀσμάτιον ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑποστελλομένοις, ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν᾽ ὦσιν αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. meſochori quid eſſent, nobis alibi dictum. hi vero ſic appellati quod in medio chori conſiſtentes reliquis inde auſpicium canendi modumque darent. magiſter enim chori, qui & κορυφαῖος, in medio ſemper ſtabat. Athenæus lib. IV. ὅπου δὲ πλείονες συνδειπνῶσι, κάθηνται μὲν ἐν κύκλῳ, μέσος δὲ ὁ κεράστης, ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων ἢ κατὰ τὴν πολεμικὴν εὐχέρειαν, ἢ κατὰ τὸ γένος, ἢ κατὰ τὸν πλοῦτον. Heſiodus Apollini cum Muſis in cœlo cithara perſonanti, ſedem aſſignat

> —— χορῷ ἔνι μέσσῳ.

inde vox compoſita μεσόχορος quæ chori præſulem ſignificat. *manuductorem* Gloſſæ interpretantur. *manuductor*, μεσόχορος. veteres autem etiam ad teſtarum crepitum ſaltaviſſe notius quam ut pluribus debeat doceri. corrigendus tantum ſuper hac re Heſychius. κρεμβαλιάζειν, κογχύλια ἢ ὄστρεα ἄμα συγκρούοντας εὔρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. vulgo legitur, τοὺς ὀρχουμένους. Caſaubonus ad Athenæum reponebat, ὀρχουμένους, ſed ὀρχουμένοις verum eſt. Scholiaſtes Ariſtophanis: Δίδυμος δὲ παρασκευάζειν ὅτι εἰώθασιν ἀντὶ λύρας κογχύλια ἢ ὀστράκια κρούοντες εὔρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. ſic tibiarum, fiſtularum cum citharis cantus,

tus, chori concentus, cymbalorum, scabellorum, testularumque crepitus, & manuum plausus, hæc omnia simul ad saltationem pantomimis adhiberi olim solita ex his quæ diximus constat. Quod ad vocem *pantomimus* attinet, ita saltatorem ab Italiotis vocari scribit Lucianus. οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν, παντόμιμον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ δρωμένου σχεδὸν. ubi Ἰταλιῶτας accipe non Italos, sed Græcos qui partem eam Italiæ incolebant quæ major Græcia dicebatur. ita capiendus Hesychius cum dicit: βαστά, ὑποδήματα, Ἰταλιῶται. & βράσκη, κράμβη, Ἰταλιῶται. inde Latinum *brassica*. sed de his alibi. Romani *histrionem* τὸν παντόμιμον proprie vocabant. Glossæ: *histrio*, παντόμιμος. olim histrio Latinis veteribus dicebatur quilibet ὑποκριτής. quo nomine tam eos qui voce fabulas agerent, ac pronuntiarent, quam qui solo gestu easdem exhiberent desaltarentque, significabant. postea de solis saltatoribus ac pantomimis id vocabuli cœptum proprie usurpari. quod in illis præcipue auctoribus licet observare qui post Augusti ævum scripsere, postquam hæc artificia scenica separata sunt, saltandi & canendi. *histriones* enim passim vocant pantomimos id est saltatores, *cantores* autem tragœdiarum comœdiarumque actores, qui voce sua fabulas pronuntiabant. hinc apud Horatium:

— *donec cantor, vos plaudite, dicat.*

ubi *cantorem* posuit pro comico actore. sic *tragicus cantor* pro tragœdo, Prudentio. sic tragœdos & histriones distinguit Suetonius in Caligula: *canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus & tragœdo pronuntianti concineret; & gestum histrionis, quasi laudans vel corrigens effingeret.* idem in Nerone: *& sunt qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo quasi gravem adversarium.* ibi Paris histrio, est παντόμιμος. in veteri inscriptione: M. VLPIVS. AVG. LIB. APOLAVSTVS. MAXIMVS. PANTOMIMORVM. CORONATVS. ADVERSVS. OMNES. HISTRIONES. id est, στεφανωθεὶς κατὰ πάντων τῶν ὀρχηστῶν. sane si vocis hujus originem spectamus, *histrio* nihil aliud est quam ὀρχηστής. Tuscis enim *hister* ludio vocabatur, hoc est saltator. inde Romani & rem pariter cum nomine accepere. nam ut tradit Livius l VII. *acciti primum Romam ex Etruria ludiones, sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Thusco dabant.* hinc Romanis artificibus nomen histrionibus inditum. hi primo saltabant simul canebantque, & utrumque uno eodemque tempore faciebant. impletas enim modis satyras cantu motuque peragebant. secundum hæc de mimis Gellius scripsit: *saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt.* stantes mimos canere sua ætate dicit Gellius, qui fabulas voce sua pronunciabant, quod faciebant stantes. canere autem dicebatur tragicus aut comicus actor, dum fabulam voce imitaretur & ageret. hinc *cantores*, ut diximus, appellari comœdi tragœdique. post Livii antiquissimi poëtæ ætatem, qui primus in scena fabulas dictavit, cantica fabularum ad manum taciti saltarunt histriones, diverbia vero sola cecinerunt, hoc est pronuntiarunt. quod jam ipsius Livii temporibus cœperat, ex eo facto quod supra recitavimus. sic ab ævo Livii poëtæ usque ad Augustum iidem histriones in scena canebant simul saltabantque. cantica enim fabularum saltabant, fabulas ipsas voce agebant, id est canebant. primus sub Augusti ætatem Pylades Cilix pantomimus, saltationem ab actu fabularum, qui voce fiebat, separavit, & diversum in scena artificium ut esset effecit, fabulas saltare & canere. exinde qui proprie loquuti sunt, *histriones* de pantomimis vel saltatoribus usurparunt: eos autem

qui

qui voce fabulas imitantur, *cantores* appellarunt. ante id tempus *histriones* de utroque artificum genere dicebantur, quia diversi non erant, sed iidem fabulas saltabant, & canebant. saltabant in canticis, canebant in diverbiis. non errasset Hieronymus vel Eusebius si de hoc genere saltandi canendique intellexisset, cum dixit, *Pyladem pantomimum, quum veteres ipsi canerent & saltarent, primum Romæ chorum & fistulas sibi præcinere fecisse.* sed fine dubio de eo saltandi canendique modo accepit qui ante Livium poëtam obtinebat, & qui Livii ætate mutatus est, quum histriones & ipsi canerent, & voci congruentes consonosque motus simul darent. Quod autem saltationes omnes à Satyris, testis Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως his verbis: τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος καὶ σικιννίδος καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ᾽ αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. hinc Σάτυροι & Σατυρισταὶ pantomimi, & saltatores: & σατυρίζειν pro saltare. Hesychius: σάτυρος, χορευτής. Glossæ veteres: *ludio*, σατυριστής. *ludionem* dici saltatorem nemo qui Latine scit nescit. ita accipiendi σατυρισταὶ apud Dionysium Halicarnasseum: σατυριστῶν χοροί, ludiorum chori. inde etiam *satyros* Latini pro pantomimis dixerunt. Persius:

Tres tantum ad numeros satyri moveare Bathylli.

ubi *satyrum Bathyllum* vocat, pantomimum Bathyllum. ita omnes antiqui libri in eo versu legunt. at doctissimi viri *satyrum* ibi malunt, & exponunt. sic *satyrum gestum* dixit Manilius pro gestu pantomimico. lib. v. de pantomimo:

Et si tanta operum vires commenta negarint,
Externis tamen aptus erit nunc voce poëtis,
Nunc satyro gestu, referetque affectibus ora,
Et sua dicendo faciet, solusque per omnes
Ibit personas, & turbam reddet in uno.

nec audiendus vero vir magnus qui *saturo gestu* ibi legendum contendit. *lentiones* etiam Latinis dicti sunt saltatores, quod corpus in saltando lentarent & inflecterent, lentique & soluti in gestu faciendo essent. lentus enim est flexibilis. unde *lentum vimen*. Glossæ: *lentio*, ὁ ἐν τοῖς πάθεσιν ὀρχούμενος. Σατυριστὰς vocat Dionysius: εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίνης τοὺς Σατυριστῶν χοροὺς κινουμένους τὴν σίκιννιν ὄρχησιν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τῶν εὐδαιμόνων κήδεσι. sic σατυρισταὶ Dionysio qui *lentiones* in illis Glossis, quod lentis nimirum lateribus essent, & totum corpus, nimium quantum ad omnes motus flexibile haberent. vetus Epigramma *de pantomimo*:

Mascula fœmineo derivans pectora flexu,
Atque aptans lentum, sexum ad utrumque latus:
Ingressus scenam populum saltator adorat
Sollerti spondens prodere verba manu.

ita enim ex vetustissimo codice debet emendari. hi & *ludii ludionesque*. Glossæ: σατυριστὴς, ὁ σαλευτικός, *ludio*. nam *ludius* & *ludio* saltator proprie Latinis, non à *ludendo*, ut placet doctis viris, sed à Lydis qui inter nationes saltationi bacchationique deditas. *Ludum* igitur & *Ludio* dixerunt, pro *Lydius*, & *Lydio*. sic *Surus*, & *Suria*, pro *Syrus* & *Syria*. *Lydius* tamen etiam dicebant. inde *Lydii barbari*. & *vel si Lydi*: apud Plautum. Ovidius:

Lydius æquatam ter pede pulsat humum.

Catullus:

Lydiæ lacus undæ.

male faciunt eruditi homines qui hanc scripturam damnant. Λύδιον quoque Græci videntur appellasse τὸν χορευτήν. nam λυδίζειν, dicunt saltare, à Lydis. Hesychius: λυδίζειν,

[1] mille: pegma præterea, [2] cujus flammis scena conflagra-

ζειν, χορδῶν, ἀπὸ τῶν Λυδῶν, οἳ σώζονται μὲν, διαπεφωνημένοι δέ εἰσιν. Dionysius περὶ ἀρχαιολ. καὶ εἰσὶν οὗτοι τῆς ποιητῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης. Λυδίαντες, εἰκότες ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τῶν Σαλίων. Ceterum quod paulo ante notavimus, Pyladis & Bathylli qui primi hanc saltationem pantomicam in Romanam thymelem introduxerunt successores vocatos esse Pyladas & Bathyllos, non eo spectat, quasi omnes qui post illa fuere pantomimi, his tantum nominibus sint appellati: multos enim aliter nominatos fuisse scimus. sed sane sciendum est, diu per successores stetisse Pyladis & Bathylli domum, ut Seneca testatur, & multos horum discipulos doctoresque fuisse, qui Pyladæ vocabantur & Bathylli. Ætate Galeni hoc est Marci philosophi, tres nobilissimi pantomimi orchestram calfaciebant, qui vicibus saltabant & in orbem. duos nominat Galenus, περὶ τῆ προγινώσκειν, Pyladem & Morphum: tertium non nominat, sed is proculdubio Bathyllus fuit. vide quæ supra super his notata nobis sunt. Mithæci cujusdam pantomimi forma præcellentis meminit Plinius lib VII. cap. XXXIII. *& quos nostra adnotavit ætas duo equestris ordinis in eodem pantomimo Mithæco tum forma præcellente.* ita legimus apud Plinium. vulgo habetur *mythico.* & inde fabulæ doctorum hominum, qui nescio quos fabulares pantomimos sibi sunt imaginati ex illo Plinii loco. hinc & duo genera pantomimorum fecere, scenicos & mythicos. nihil fingi poterat μυθικώτερον. Μίθαικος nomen Græcum est, & proprium illius pantomimi. vix ullum repetias in historia Romana pantomimum, nisi Græco nomine appellatum. sed profecto jam satis saltavimus. valde vereor ne hæc de pantomimis observatio nimis longa in παντομίμους incidat, quorum hodie larga est annona. ἀλλὰ μωμήσεταί τις μᾶλλον, &c.

1 *Et Gymnicos mille.*] Palatinus liber: *Gimnicos.* ita sæpe in libris manuscriptis, *e* pro *y*. sic *megalinas pelles* alibi observamus pro *mygalinas.* sic *Hippodiarretus* pro *diarrytos.* & similia sexcenta. sic antiqui *mattea* dixerunt, quæ Græcis erat ματτύη.

2 *Cujus flammis scena conflagravit.*] Idem liber & vetus editio, *scæna* heic & alibi semper scribunt. ita scribebant veteres. nec enim alia in saxis & veteribus monumentis hujus vocis habetur scriptura. sed quæsivere ex doctis nonnulli, cur aut unde diphthongus in hac voce, cum Græce sine diphthongo sit σκηνή. Latini igitur, ut in aliis plerisque, & in hoc sequuti sunt Æoles. illi σκαινὰ dicebant pro σκηνά. & Αἰσκλαπιὸς pro Ἀσκληπιός. hinc Latinis *Æsculapius*, qui Græcis Ἀσκληπιός. sic & μέλαις pro μέλας, τύψαις pro τύψας solebant dicere. φαισὶν pro φασίν. contra ἀρχαῖος pro ἀρχαῖος. Ἀλκαῖος pro Ἀλκαῖος. Bœoti quoque qui antiqua Æolide dialecto utebantur, αι diphthongum pro η usurpabant, & η in αι mutabant. hinc ἀρχηὸς pro ἀρχαῖος; παληὸς pro παλαιός· & Ἀχηὸς pro Ἀχαιὸς, κατὰ τὴν τροπὴν τῆς αι διφθόγγου εἰς η, ut notatur in Etymologico magno. iidem etiam λεγόμεθα pro λεγόμεθαι proferebant, & ποιεύμεθη pro ποιεύμεθαι & Μήσεις pro Μαίσεις, ut alicubi observat Eustathius. at contra σκαινὴ pro σκηνὴ dicebant. Æolum etiam est σκοῦβμαμα pro σκοῦβαλον. ut σκαινὰ pro σκηνά. inde igitur Latinum *scæna*. constans hæc scriptura in veteribus libris, & antiquis inscriptio-

flagravit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit. Mimos præterea undique advocavit. [1] Exhibuit & ludum Sarmaticum quo dulcius nihil est.

scriptionibus. *scæna*, *scænicus*, *proscænium*. eam scripturam quoque agnoscit Priscianus, & Æolicam esse ostendit. ita autem scribendus Grammatici locus ubi de diphthongo *æ* loquitur: *ponitur pro e longa, ut σκηνὴ, scæna, & pro a, ut Æsculapius pro Ἀσκληπιὸς, in quo Æoles sequimur. illi enim Νύμφαις pro Νύμφας, & φαεσὶν pro φαεσὶν dicunt*. sed de his alibi in nostro commentario de Dialectis Græcorum.

1 *Exhibuit & ludum Sarmaticum quo dulcius nihil est.*] Ludus Sarmaticus quis aut qualis fuerit, juxta scio cum illis qui omnino nesciunt, nisi desultorium ludum ita esse dictum mihi quis concedat, à Sarmatis qui optimi ac præstantissimi equorum desultores. exhibebantur autem olim in circo desultores, qui missus nunciarent. Cassiodorus lib. III. Variarum, epist. LI. *biga quasi Lunæ, quadriga Solis imitatione reperta est. equi desultorii per quos Circensium ministri missus denuntiant exituros, Luciferi præcursorias velocitates imitantur.* Isidorus de Circo: *quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, sejuges Iovi, desultores Lucifero & Hespero consecraverunt.* alii Castori & Polluci consecratos prodidere. vetus epigramma de Circo:

Lunæ biga datur semper, Solique quadriga.
Castoribus simpli rite dicantur equi.

Hyginus: *unde & Romani institutum servant, cum desultorem mittunt: unus duos equos habet, pileum in capite, de quo in equum transilit, quod ille sua, & fratris vice fungatur.* ita legendum in Hygino. *simplos* autem *equos* vocat epigrammatarius ille, singulares, quos & solitarios dicebant. sed *desultorios* intelligit, qui & singulares dicti ad differentiam eorum qui junguntur ad currum. sic Homerus κελητίζειν de desultore dixit Odyss. ο.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς.

κέλης enim Græcis, & equus est singularis καὶ ἄζυγος, & eques qui solo ac singulari equo vehit, quem *singulatorem* Latini dixere. optimæ Glossæ: *singulator*, ἱππαστής, κέλης. Hesychius μονάτωρα appellat, hoc est *monatorem*. ita enim Latinos ex Græco dixisse censeo. nec video quomodo Græce μονάτωρ possit deduci. κέλης, ἵππος καὶ ἱππαστὴς, καὶ εἶδος νεὼς, καὶ μονάτωρ. *monatorem* etiam eo sensu in veteribus Glossis legi. sed nunc locus non succurrit. τὸν κέλητα Græci μόνιππον & μονάμπυκα vocant. μονάμπυξ Latine ad verbum *aureax*. ἄμπυξ enim est frenum equi Græcis, Latinis *aurea* vel *orea*. inde aureax equus singularius vel eques singulator. Glossæ Isidori: *aureax, eques solitarius*. Festo placet aurigam esse. sic enim scribit: *aureax, auriga: aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur, orea quo ora coërcebantur.* sed de illa differentia quam inter auream, & oream statuit, plane fallitur. *aurea* enim idem quod *orea*. sic *cotes* & *cautes* dicebant, *aulam* & *olam*, *clodo* & *claudo*, *auriga* & *origa*, & similia sexcenta. sic *aurea* pro *orea*. nam & *aurichalcum* dicebant pro *orichalcum*, ὀρείχαλκον. *orea* frenum est ab ore. Græce στόμις eodem modo ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucilius:

Trulleus pro stomide huic ingens de naribus pendet.

dicit loco stomidis & oreæ, trulleum ingentem illi, de quo loquitur, sive equo sive mulo, de naribus pendere. legerat apud Lucillium Nonius in illo versu, *po stomide* vitiose ἀντὶ τοῦ *pro stomide*, atque inde *postomidem* unica voce finxit. *postomide* autem non *postomis*

postomis etiam hodieque in antiquis Nonii exemplaribus scriptum exhibet ille Lucillii versus. ex quo satis liquido patet scripsisse Lucillium *pro stomide*, & depravatæ scripturæ vitio deceptum Nonium *pestomidem* commentum esse. στομὶς igitur est *orea*, vel frenum quod ori equi imponitur. Pollux de variis equorum frenis aut frenorum partibus: καὶ στόμια καὶ στομίδας, καὶ ὑποστόμια καὶ ἐχῖνος καὶ τροχοὺς καὶ δακτυλίους, καὶ σκληροὺς καὶ μαλακοὺς χαλινοὺς ἔχεις ἐν τοῖς ἱππικοῖς. ab orea igitur, & *oreax*, & *origa*, ὁ ἡνίοχος, quem & *aurigam*, & *aureacem* dixere. at freni genus nullum esse putem quod ab auribus equi denominatum sit. ineptiunt igitur more suo Grammatici qui *auream* ab auribus deducunt. sed de desultoribus dum agimus, etiam plane desultorem agimus. itaque ad rem redeamus, & Sarmaticum ludum, quem eumdem fuisse arbitror cum desultorio. Manilius lib. v. eum ludum sic describit:

Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas
Per quos vadit equos & ludet per terga volantum.
Aut solo vectatus equo nunc arma movebit,
Nunc licet in longo per cursus præmia circo
Quidquid de tali studio formatur habebit.

ita enim locus ille Manilii interpungendus. distinguit singulatores, hoc est equites solitarios, qui solo equo vectantur, à desultoribus qui binos equos habebant, & alternis modo hunc, modo illum ascendere soliti erant, ac de uno in alterum transibant. singularium autem equitum duo genera facit; unum eorum qui militabant, quales omnes in bello equites erant, & quicunque inter equites, & in equestri militia operam navabant. de hoc genere intelligit Manilius isto versu:

Aut solo vectatus equo, nunc arma movebit.

alterum genus illud fuit, quod arma non movebat, nec militabat, sed in circo præmii palmæque gratia, cursu contendebat. hujusmodi singularium equitum, qui in circo currebant meminit Isidorus, l. XXXVIII. & eos à desultoribus separat. μονίππους Græci appellant. Pausanias apud Eustathium: μόνιππος, ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ἀγωνιζόμενος δρόμῳ. locus ille Manilii non solum male interpunctus, sed etiam male intellectus interpreti, viro illustri. *desultores* autem Græcis μεταβάται, dicti quod saltu equos transirent, transilirent, & transcenderent, & trajicerent. equos enim binos, aut quaternos aut senos dicebatur transire, aut transilire Latine, qui desultorie binis aut quaternis equis uterentur. Græci quoque μεταβαίνειν pro eodem dicunt. Florus de Teutobocho: *certe rex ipse Teutobochus quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum quum fugeret ascendit.* desultorios illos equos fuisse, quos quaternos, aut senos transiliebat Teutobochus, omnino intelligendum est. sic igitur quaternos, & senos equos ducere solitus erat, ut de alio in alium transsultaret, desultorio more. mentio apud Homerum desultoris ejusmodi, qui quaternos equos transiliret. Iliad. ο. ubi Eustathius notat ex vetustis scholiis Demetrium quemdam dicere vidisse se desultorem talem, qualis ab Homero describitur, qui per quaternos nimirum eqnos desultorie trajiceret, idque Romæ vulgo solere fieri. addit Eustathius & sua ætate visum esse desultorem qui per binos equos desultaret, & difficile admodum esse in quaternis desultorem agere: verba Eustathii: ἐν δὲ παλαιοῖς σχολίοις γέγραπται ὅτι Δημήτριος φησὶ τεθεωρηκέναι τινὰ μεταβαίνοντα, ὡς ὁ ποιητὴς λέγει, κατέχοντα τοὺς χαλινοὺς, ἀπαραποδίστως τηροῦντα τὸν δρόμον τῶν ἵππων, καὶ ὅτι νῦν ἐν

Ῥώμῃ

eſt. [1] Exhibuit Cyclopem adornatum. & Græcis artificibus & gymnicis hiſtrionibus & muſicis aurum & ar-

Ῥώμῃ τῶν γένει]· καὶ ἐφ' ἡμῶν δέ ποτε ἐστάθη διὰ δύο ἵππων κελητίζων, ὡς δυοχρεὶς ὢν διὰ τεσσάρων. de quaternis equis deſultorium in modum trajici ſolitis accipienda Firmici verba quibus Manilium interpretatus eſt: *aut qui ſaltu quadrigas tranſeat. ſaltu tranſire*, nihil aliud eſt quam tranſilire, & μεταβαίνειν. quod facit ſcilicet deſultor, qui & μεταβάτης. at *quadrigas* Firmicus, non pro curru poſuit quaternis equis juncto, ſed pro quaternis equis ſine curru, quos deſultor tranſiliebat. conquaternatos igitur equos ſimpliciter, *quadrigas* vocavit. *vertumnum* etiam Latini dixere deſultorem, à vertendis, & mutandis, vel alternandis equis. Propertius:

Eſt etiam aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

per *vertumnum* ſimplicem equorum deſultorem intelligit Propertius. & *aurigam* appellat, equorum deſultoriorum agitatorem, hoc eſt vertumnum. *Vertumnus*, inquit, ſpecies eſt aurigæ, & ejus quidem aurigæ qui equos deſultorios agitat; *mutator equorum* Valerio, dicitur, qui Propertio *vertumnus*. Homerus de deſultore:

Θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται.

male illum Propertii verſum accipiunt eruditi.[b] deſultorium autem illum equeſtrem ludum, Sarmaticum videntur illis temporibus appellaſſe Romani, quod vulgo tunc Sarmatis in circo uterentur ad equos deſultorios agitandos, quia Sarmatæ optimi equorum deſultores. idque etiam eo magis mihi verum eſſe perſuadeo, quod Carus qui Sarmaticum hunc ludum exhibuiſſe dicitur, Sarmatico bello profligato videtur Sarmatas captivos in circum induxiſſe, & populo ſpectandos oſtendiſſe, qui ex more & exercitio gentis ſuæ in equis deſultoriis currerent. arte porro & exercitio deſultandorum equorum Sarmatas olim claros fuiſſe notum ex Æliano in Tacticis: τέτακται δὲ, inquit, τὸ τοιοῦτον σχῆμα μάλιστα παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάροις, οὓς καὶ ἀμφίππους ἔλεγον, ὡς εἰθισμένους μεταπηδᾷν ἀπὸ ἄλλων εἰς ἄλλους ἵππους. inter Danubii accolas etiam Sarmatæ. unde *Sarmaticus Iſter* Symmacho. ἀμφίπποι ſunt deſultores. ἅμιπποι aliud erant.

1 *Exhibuit Cyclopem adornatum.*] Locus corruptiſſimus. legendum ex veſtigiis veteris ſcripturæ: *exhibuit Cyclopea. donatum & Græcis artificibus, & gymnicis & hiſtrionibus, & muſicis aurum & argentum: donata & veſtis ſerica.* de Cyclopeis diximus in vita Gallienorum ad illum locum: *Inſtrunt Cyclopea omnes apinarii.*

CASAUBONUS

1 *Exhibuit Cyclopem adornatum.*] Optime liber Puteani: *Exhibuit Cyclopem. Donatum eſt & Græcis artificibus, & gymnicis, & hiſtrionibus, & muſicis, aurum & argentum: donata & veſtis ſerica.* ita concipiendus locus: nam *Cyclops adornatus*, nugæ. de ſaltatione qua fabulam Cyclopis exprimebant, multa apud veteres mentio.

GRUTERUS.

1 *Exhibuit Cyclopem. Donatum eſt & Græcis, &c.*] Abduxit me auctoritas librorum ab optimo Puteano excuſorum, ut receſſerim à lectione vulgarà, præſertim cum ab eâ aliquantum etiam abiret Pal. nam pro eo quod ii habeant *Exhibuit Cyclopem adornatum Græcis, &c.* idem ſervabat, *Cyclopem adornatum eſt Græcis, &c.*

1 *Nullius*

argentum donata, & vestis serica. Sed hæc omnia nescio quantum ad populum gratiæ habeant, [1] nullius certe sunt momenti apud principes bonos. Diocletiani denique dictum fertur, quum ei quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret, dicens multum placuisse principes illos causa ludorum theatralium ludorumque circensium, *Ergo* (inquit) [2] *bene risus est imperio suo Carus.* Denique [3] quum omnibus gentibus advocatis Diocletianus daret ludos, [4] parcissime usus liberalitate, dicens, *castiores esse oportere ludos spectante censore.* [5] Legat hunc locum Junius Messala, quem

ego

CASAUBONUS.

1 *Nullius certe sunt momenti apud principes bonos.*] Imo vero optimus quisque princeps corollaria scenica & histrionicas donationes coërcuit: ut habes supra tum in aliis principibus maxime in Pio, Marco, & Alexandro.

3 *Cum omnibus gentibus advocatis Diocletianus daret ludos, &c.*] An *omnibus generibus*? nempe histrionum, & τῶν Διονύσου τεχνιτῶν, quorum plerosque modo enumeravit. non damno quidem *gentibus*, sed tamen scimus morem eum tempestate illa non fuisse: nisi eo ipso gentes vocabantur, cum tabula ludos promittens multo ante proponebatur.

5 *Legat hunc locum Iunius Messala, quem ego libere culpare audeo.*] Similis reprehensio Furii Placidi in vita Aureliani. Ambrosius Officiorum l. II. cap. XXI. *Prodigum est popularis favoris gratia exinanire proprias opes: quod faciunt qui ludis circensibus vel etiam theatralibus & muneribus gladiatoriis, vel etiam venationibus patrimonium dilapidant suum, ut vincant superiorum celebritates.*

SALMASIUS.

2 *Bene visus est imperio suo Carus.*] Scribe ex veteri editione: *bene risus est in imperio suo Carus.*

4 *Parcissime usus liberalitate, dicens castiores esse oportere ludos spectante censore.*] Non reprehendo hanc lectionem *liberalitate*, sed nec ipse reprehendi debeo, si aliam in libris doceo extare. legunt igitur illi: *parcissime usus libertate.* in qua scriptura asserenda mea quoque quodammodo libertate utar. comparat editionem ludorum Cari & Diocletiani. illa Cari editio multum libera & jocosa, & in illis ludis multa populo ridendi præbita materia. hinc Diocletianus dicebat bene risum esse in imperio suo propter illos ludos Carum. ludi vero quos edidit Diocletianus, non ita liberi & lascivi, sed longe castiores & severiores. & tales debere esse dicebat ipse, quos censor spectaret. *libertatem* tunc vocabant, ridendi jocandique ac lasciviendi, & quodcumque animo volupe esset, faciendi dicendive licentiam. hinc *libertas vitæ* in Faustina reprehensa. hinc *liberos homines* vulgo dicebant, voluptuarios, & genio suo libere indulgentes. ἐλευθέριος, & ἐλευθεριάζειν Græci eodem sensu dixerunt, ut supra notare memini. sic *libera vindemia* in vita Heliogabali, quam cum omni jocorum libertate, & omni libidinandi popinandique licentia celebrabant: sic *libera lustra* apud Plautum accipienda in Asinaria:

Is apud scortum corruptela, & liberis
lustris studet.

quem

ego liberte culpare audeo. Ille enim patrimonium suum scenicis dedit, heredibus abnegavit: [1]matris tunicam dedit mimæ, lacernam patris mimo: [2]& recte si aviæ pallio aurato atque purpurato, pro syrmate tragœdus uteretur. [3]Inscriptum est adhuc in choraulæ pallio tyrianthino, quo ille velut spolio nobilitatis exultat, [4]Messalæ nomen & uxoris. [5]Jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, [6]plumandi difficul-

quem locum perperam sollicitant viri docti. sic *liber locus* in ganeo apud eumdem, ubi libere potatur, amatur, in Pœnulo:

Ait se peregrinum esse hujus ignarum oppidi:
Locum sibi velle liberum præberier
Ubi nequam faciat.

parcissime igitur libertate usum esse Diocletianum dicit in ludis dandis, quos non ita voluptuosos & liberos edidit, ut fecerat Carus, sed castos & restrictos, & quales esse deceret spectante censore.

CASAUBONUS.

1 *Matris tunicam dedit mimæ, l.*] Lampridius in Alexandro: *pretiosas vestes, quas Heliogabalus scenicis dederat, sustulit.*

3 *Inscriptum est adhuc in choraule pallio Tyrianthino, q.*] Scribe, *choraulæ.* hic choraules histrio acceperat à Messala tricliniare pallium Tyrianthinum pictum, cui nomen ipsum Messalæ & uxoris literis aureis erat intextum. pallium & virilis & muliebris vestis est, & præterea usus multiplicis, ut & Ulpianus adnotat.

5 *Jam quid lineas petitas Ægypto loquar?*] De his ad Aurelianum.

6 *Plumandi difficultate pernobiles.*] Refero ad paragaudias tunicas plumariorum arte pictas, ut testatur diserte locus ex Fastis Græcis quem ante attulimus. de plumaria arte fusissime alibi.

. T 3 . II.

SALMASIUS.

2 *Et recte si aviæ pallio aurato atque purpurato pro syrmate tragœdus uteretur.*] Nonnulla heic deesse videntur. nec enim hæc satis capio, ut concepta sunt. nec cohæret orario. nam quæ illa avia? aut quare non recte uteretur pallio aurato & purpurato tragœdus? syrmata & pallia tragœdorum aurata & purpurata fuisse quis nescit, aut quis negat? vetus editio heic habet: *& recte Flaviæ pallio aurato atque purpurato.* adhuc idem dubium manet, nec magis ex hac quam ex illa lectione extricare me possum. quænam illa Flavia? materne an uxor Messalæ? disquirant hæc alii. satis habeam de mendo monuisse. nam sine ope melioris & integrioris exemplaris hunc locum emendari posse despero.

4 *Messalæ nomen & uxoris.*] Pal. & vet. editio: *Messalæ nomen uxoris.* pallium illud Tyrianthinum quod Junius Messala choraulæ donavit, uxoris erat, & in eo nomen uxoris ejus inscriptum extabat, non etiam & Messalæ. forte igitur distinguendum: *inscriptum est adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino, quo ille velut spolio nobilitatis exultat Messalæ, nomen uxoris.* exultabat choraula velut spolio nobilitatis Messalæ, quod pallium gestaret sibi à Messala donatum, in quo nomen uxoris ejus erat inscriptum. hæc distinctio vera est, & lectio.

6 *Plumandi difficultate pernobiles.*]

 Plu-

Plumandi ars, sive plumaria, ἡ ποικιλτικὴ τέχνη. *plumare*, ποικίλλειν. *pluma*, ποίκιλμα. inde & *plumarii*, qui plumas in vestibus faciunt, & plumis eas variant, & acu pingunt. *plumas* autem vocarunt veteres, notas ex auro vel purpura rotundas, & in modum plumarum factas, quibus vestes intertexebantur ac variabantur. sic laminas rotundas, vel circulos ferreos è quibus loricæ succudebantur, *plumas* etiam dixerunt, quod plumarum similitudinem referrent, & *squamas*, quod squamarum. unde *plumata lorica* ex laminis ferreis in modum plumæ factis consertæ. Virgilius:

—— quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.

sic & *plumatæ vestes*, & *plumatiles*, & *plumata Babylonica*, quæ pluribus ejusmodi notis ex auro purpurave, acu intextis, sparsa erant & variata. σημεῖα Græcis, Latinis notæ, & signa, hæc vestium ποικίλματα. unde χρυσόσημος vestis, & πορφυρόσημος, aureis purpureisque notis insignita. ut contra ἄσημος, quæ nihil auri aut purpuræ intextum haberet. Latini signa, & notas dixerunt. Virgilius:

—— pallam signis auroque rigentem.

hoc est, *signis aureis asperam*, χρυσόσημον. *notas* appellat Ovidius:

Purpureasque notas filis intexuit albis.

Quintilianus lib. VIII. cap. V. *porro ut adfert lumen clavus purpuræ loco insertus, ita neminem deceat intertexta notis pluribus vestis.* *claves* autem etiam Latini vocabant hujuscemodi notas, ut Græci ἥλυς, à figura. variis enim figuris, qua rotundis, qua quadratis veterum luxuria lusit in vestibus auro purpurave illudendis. quæ rotundæ erant, & in circulum flexæ, *plumas*, ut dixi, vocitarunt Latini, & fortasse etiam *clavos*. clavorum enim capita rotunda. unde ἀσπιδίσκους Græci vocant. dixerunt & *oculos*. hinc *vestes purpura oculare* apud Tertullianum. lib. de pudicitia: *sed enim plerosque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem in vestibus purpura oculandis sæpissime evenire est.* purpura clavare vestem, & purpura oculare, idem erat. Hebræi quoque maculas in vestibus rotundas acu plumarii intextas, *ocellos* vocitare consueverunt. hinc verbum שבץ, *vestem oculare*, & *opere plumario oculos vestibus intexere*. & תשבץ, *quod oculatum est, & oculis intextum*. palas annulorum, & istos vestium ocellos eodem nomine appellarunt. sic Græci σφραγῖδας, & de annulorum palis, & de vestium signis sive clavis dixerunt. Hesychius: σφραγῖδες, αἱ ἐπὶ τῶν δακτυλίων, καὶ τὰ τῶν ἱματίων σημεῖα. σφραγὶς est gemma ipsa. *pala* autem est pars annuli quæ gemmam cohibet, quæ & *palea*, & *paleta* dicebatur. Glossæ: *paleta*, σφενδόνη δακτυλίου, εἰς ἣν γλύφος. rotunda erat & cava, ut gemmam insertam & inclusam teneret. Hesychius: σφενδόνη, τὸ τοῦ δακτυλίου περιφερὲς, ἡ σφραγίς. hinc & vestium clavi rotundi ita etiam dicebantur à figura. πυελίδα Græci palam annuli etiam vocant. Hesychius: πυελὶς, σφραγιδοφύλαξ. ἔνθα ἡ ψῆφος ἐν δακτυλίῳ. σφραγιδοφύλαξ autem dicebatur, quod gemmam conclusam cohiberet, & adservaret. Latini *obstrigillam* nuncuparunt, quod gemmam constringeret, & obstrigillaret. optimæ Glossæ: *obstrigillum*, σφραγιδοφύλαξ. male hodie in Glossis, *vistrigillum*. *ubstrigillum* pro *obstrigillum* scriptum reperit illius auctor Glossarii. *obstrigillare*, & *obstringere* idem. unde *obstrigilla* calceorum, de quibus nos alibi. nunc ad rem. σφραγῖδες igitur, & in vestibus & in annulis dictæ. sic & σημεῖα. nam & ἄσημος δακτύλιος dicebatur, qui σφραγῖδα non habebat. & ἄσημον item χιτὼν, in quo nullum intextum erat σημεῖον, & qui sine clavo erat. diximus supra, ubi & κάλχας notavimus

mus Grecos appellasse hujuscemodi rotundas macularum formas, quibus vestes intertexi ac distingui solebant. Athenæus lib. XII. ἴδοι δ᾽ ἄν τις φησὶ καὶ τὰς καλυβίδας ἀξίας, ὅπερ ἐστὶ καὶ πολυτελέστατον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιβλήμασι. ἔστι δὲ τοῦτο συναφαντὸν ἰσχύος καὶ κουφότητος χάριν, καταπέπασται δὲ χρυσοῖς κέγχροις. οἱ δὲ κέγχροι ἐκ τοῦ πορφυροῦ πάντες εἰς τὴν εἴσω μοῖραν ἅμματ᾽ ἔχουσιν ἀνὰ μέσον. κέγχρους etiam appellarunt poculorum emblemata, & signa quibus asperantur, quod milio simillima essent. rotundas enim quasdam asperitates in poculis extantes, & globulis similes hoc nomine designarunt. tales fiebant & in clypeorum extremitatibus, & in poculorum labris. hinc κερχνωτὰ, τετορευμένα, ἀπὸ τοῦ χείλους τῶν ποτηρίων, ὥσπερ κερχνοειδῆ, ποικίλα, τραχέα, πολύπτυχα. ita enim legendum apud Hesychium. idem: κερχνώμασι, τραχύμασι, κυκλώμασι, σπιλισμοῖς. καλοῦσι δὲ καὶ τὸν περὶ τὰς ἴτυς ἀσπίδων κόσμον καὶ ποτηρίων ἐπίχειλον. ita etiam corrigendus Hesychius. κεγχρώματα idem alibi περιφερείας interpretatur. κεγχρώμασι, ταῖς περιφερείαις. sciendum autem est, κέρχνον & κέγχρον idem esse. κέρχνωμα & κέγχρωμα· κερχνὶς & κεγχρίς. sed hæc alibi. fiebant porro, & intexebantur vestibus etiam quadrati clavi. Salaminii κύβους vocabant, à forma tesserarum, quas constat esse quadratas. Hesychius: καὶ οἱ Σαλαμίνιοι λέγουσι κύβον, τὸ τοῦ ἱματίου σημεῖον. *tesseras* Latini hujusmodi *clavos* vocarunt, ut supra probavimus allato Plinii loco. recentiores Græci ταβλία vel ταυλία, hoc est *tabulas*. ita enim & tesseras dicebant. *tabulas* tamen infimæ Latinitatis auctores appellarunt etiam orbiculos illos ligneos vel eboreos, hoq est, calculos quibus in tabula luditur. *tabulas* etiam hodieque dicimus. hinc *tabulis ludere* dixerunt recentiores Latini, pro calculis ludere. apud Eusebium, τάβλαις καὶ κύβοις παίζει: *calculis & tesseris ludit*. ita enim liceat interpretari. sic *tabulæ*, & ταβλία in vestibus, rotundi clavi fuerunt. Anastasius in Leone III. *& præclarus pontifex fecit in circuitu altaris beati Petri Apostoli nutritoris sui tetravela rubea holoserica alithina habentia tabulas, seu orbiculos de chrysoclavo depictos historiis cum stellis de chrysoclavo.* passim alibi sexcentis in locis meminit idem auctor tabulsrum & orbiculorum quibus vestes aut vela clavabantur. ταβλία χρυσᾶ & πορφυρᾶ pro clavis aureis & purpureis notavimus supra ex Fastis Græcis. *plumas* Latini, ut jam diximus, nominarunt, à similitudine plumarum. Græci recentiores ex Latino πλουμία. nam *pluma*, πλουμίον: ut *fibla*, φίβλιον: *lectica*, λεκτίκιον: *tabula*, vel *tabla*, ταβλίον. *pluma* igitur Latinis, & πλουμίον Græcis, est clavus. notus Procopii locus περὶ κτισμάτων Ἰουστ. χιτὼν ἐκ μετάξης ἐσχηματισμένος χρυσοῖς πανταχόθεν ὡραϊσμένος, ἃ δὴ νενομίκασι πλουμία καλεῖν. clavos aureos haud dubium est intelligi. Glossæ Basilicorum· πλουμία, ποικιλτὰ ὑφάσματα. πλουμίον proprie non est ποικιλτὸν ὕφασμα, sed ποίκιλμα τοῦ ὑφάσματος. Fasti Græci: φορέσας στέφανον Ῥωμαίων καὶ χλαμύδιον ἄσπρον ὁλοσηρικὸν ἔχων αὐτὴ πορφυροῦ, χρυσοῦν βασιλικὸν ταβλίον, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ στηθάριον ἀληθινὸν μικρὸν τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος Ἰουστίνου, καὶ στιχάριον ἄσπρον, παραγαύδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμία βασιλικά. hæc postrema ita vertenda erant: *& tunicam albam, paragaudiam, quæ & ipsa habebat clavos aureos regios intextos.* πλουμία χρυσᾶ sunt clavi aurei. & notabis obiter ibi ταυλίον & πλουμίον confundi, & utramque pro eodem accipi. nam ταυλία χρυσᾶ βασιλικὰ, & πλουμία χρυσᾶ βασιλικὰ idem significant, clavos nempe aureos, quibus imperatoriæ chla-

mydes tunicæque inoculabantur. perperam autem ex illo Fastorum loco eruditissimus Casaubonus, lineas quas heic memorat Vopiscus, *micantes purpura; plumandi difficultate pernobiles*, ad paragaudias tunicas referebat, plumariorum arte pictas. non parvum enim discrimen inter paragaudas vestium, & plumas sive clavos. paragaudis hoc est loris auratis vestes circumtexebantur: plumis autem, hoc est clavis aureis aut purpureis intertexebantur. tunica illa cujus Fasti meminere, paragaudia quidem erat, hoc est paragaudis sive limbis auratis per circuitum erat ornata, sed præterea clavos etiam intextos aureos habebat, quæ πλουμία Græci recentiores vocabant, Latini *plumas*. hinc Nonius *plumatile*, clavatum interpretatur. vestem clavis purpureis intertextam, μεσοπόρφυρον Græci appellant: loris vero purpureis sive paragaudis circumtextam, περιπόρφυρον. Latini etiam *prætextam*. Hieronymus in Esaiam χιτῶνα μεσοπόρφυρον, *tunicam clavatam purpura* interpretatur. Esaiæ cap. III. καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα, καὶ τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν. ubi περιπόρφυρα sunt, purpura prætextæ vestes, μεσοπόρφυρα, purpura intertextæ. eadem differentia dicebatur μεσόλευκον, & περίλευκον. μεσόλευκον χιτῶνα Græci vocabant, quæ clavis albis erat interstincta tunica; περίλευκον quam candida fascia vel instita per extimam oram, in circuitu prætexebat. Hesychius: Σαληνόν, Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ, βαρβαρικὸν χιτῶνα, οἱ δὲ μεσόλευκον εἶναί φασι. idem: Σάραπις, Περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος, ὡς Κτησίας. Lucianus Dialogo Ἀλέξανδρος, ἢ ψευδόμαντις. μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκώς, hoc est *candidis clavis distincta, purpurea tunica indutus*. at περίλευκον Græce dicitur velum aut vestimentum quod oram in circuitu habet albo prætextam. Athenæus lib. V. αὕτη δ' ἐπεπέπλιστο κατὰ μέσον ἐφεστρίδι κοκκινοβαφεῖ περιλεύκῳ. hoc est, *circa medium cooperta est papilione coccineo, candida fascia per extremitatem ornato*. magno errore doctissimus Casaubonus ibi κοκκινοβαφῆ περίλευκον vertit, *coloris coccinei vergentis in albedinem*. nec minore idem ibidem μεσόλευκα ἐμπλάσματα reddit, *mediocriter albicantia*. verum de his alio loco, & alio in opere. à plumis igitur illis, hoc est clavis, quibus vestes intertexebantur, *plumarii* textores dicti, non solum qui clavos vestibus insuerent & intexerent, sed & qui quocumque genere picturæ, quibuscumque coloribus & figuris variatas vestes, acu pingerent. hinc *plumare*, τὸ ποικίλλειν, *& plumatum opus* τὸ ποικίλον, τὸ πεποικιλμένον. Plinius scribit, *diversos colores picturæ intexere; Babylonem maxime celebravisse, & nomen imposuisse*. *Babylonica* dicebantur. Martialis:

— Babylonica picta superbe
Texta Semiramia quæ variantur acu.

Babylonicum plumatum Publio Syro dicitur, hoc genere pictum.

Plumato amictus aureo Babylonico.

hinc veteres Glossæ *plumarium* ψιλοβάφον exponunt. *plumarius*, ψιλοβάφος: ita nos primi legendum vidimus, itaque etiam scriptum invenimus in manu exarato codice antiquissimo, cujus nobis copiam fecit clariss. P. Puteanus. vulgo editur: πιλοβάφος. ψιλοβάφος autem dicebatur qui *psilas*, genus taperis erat minime villosi, variis coloribus pingebat. eædem Glossæ: *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. eædem: *aulæum*, ψιλή. vetus auctor apud Eustath. ψιλαὶ Περσικαὶ ἄκρασιν τὴν διαχωρισμένην τῶν ὑφασμάτων ἔχουσαι ζώων. Lucill. *psila atque amphitapa*. βαπτὸν autem Græci etiam ἀντὶ τοῦ ποικίλλειν posuerunt. hinc βαπτὸς ὄρνις, ὁ ποικίλος. & βαπτοὶ χιτῶνες οἱ ποικίλοι. Lycophronis Schol. τοὺς ἁπλῶς βεβαμμένους διὰ πολλῶν βαφῶν, καὶ πεποι-

πεποικιλμένας καὶ πολυμερεστέρως λέγει. inde igitur *plumarius*, ψιλοβάφος, qui pilas pingit diversis coloribus & figuris. quemadmodum autem à plumis Latini *plumare* fecerunt pro variare & pingere. sic citimæ ætatis Græci πλουμίζειν ἀπὸ τοῦ πλουμίου deduxerunt, atque ἀντὶ τοῦ ποικίλλειν usurparunt. Eustathius: ἐκ τοῦ ὑφαίνειν δὲ καὶ τὸ ὕφος. ἔτι δὲ καὶ ἡ παρυφή. ἔτι δὲ αὐτὰ καὶ τὰ Α᾽θηναῖον κόσμου εἶδος ἐν ἱματίῳ, οὐκ εὐδιαφθάρτως ἤδη πάνυ σαφῶς, ὁποῖα ἴσως τὰ λεγόμενα ἐξομπλωτὰ καὶ πλουμιστά. vides eum πλουμιστὰ & ἐξομπλωτὰ eadem facere. ita vocabant vestes variis exemplis & argumentis figuratas & ornatas. ἔξομπλον dicebant quod Latinis *exemplum*, Hesychius: ἔξομπλον, ἴσον. hinc ἐξομπλωτὸν, exemplatum, & variis figuris descriptum ac depictum. sic ἐξομπλωτὰ τάβλια apud Nicetam in codice barbarico, tapetes exemplati & figurati, pro quo in Græco est, ἀλουργεῖ πέπλοις. alibi apud eundem ἐξάμιτα τάβλια dicuntur. vide quæ supra de marmoreis exemplis, & marmoribus in exemplis sive exemplatis notavimus ex Anastasio, huc enim pertinent. ποικίλον & ζωγραφητὸν vetus Græcia dixisset, quod recens & barbara, πλουμιστὸν καὶ ἐξομπλωτὸν dixit. ποικίλη ἐσθὴς Græcis est, quam Latini *pictam vestem* vocant. Hesych. ποικίλον, ἱμάτιον, ζωγραφητόν. sic *tunicæ pictæ Saliorum* Livio, sunt ποικίλοι χιτῶνες Dionysio. & quæ toga picta scriptoribus Latinis eidemque Livio dicitur, eamdem semper ποικίλην στολὴν idem Dionysius nominat. proprie igitur loquendo multum distat apud Latinos *picta* vestis à *clavata*. *clavata* vestis dicebatur quæ unius formæ clavos, aureos aut purpureos suis locis insertos, & insutos haberet. *picta* quæ diversis coloribus intexta esset, ac varias rerum animaliumque formas acu expressas ostenderet. exemplum hujus differentiæ in toga picta & palmata tunica Romanorum evidens habemus. utraque vestis purpurea & triumphalis, sed altera picta, nempe toga: altera clavata, nempe tunica, quæ & *palmata* dicebatur à latitudine clavorum Dionysius in illis vestibus Græce reddendis differentiam istam ubique religiose retinet & observat. nam palmatam tunicam χρυσόσημον semper appellat, hoc est auro clavatam, vel aureos clavos habentem: *pictam* vero *tunicam*, ποικίλον περιβόλαιον, & ποικίλην ἐσθῆτα vertit. lib. III. χιτῶνά τε πορφυροῦν χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς. per χρυσόσημον χιτῶνα, *palmatam tunicam* intellexit: per περιβόλαιον ποικίλον, *togam pictam*. paulo post: ταῦτα δ᾽ αὐτῶν ἀφῃρέθη μόνα πλὴν ὅταν ἐκ πολέμου νίκην κατορθώσαντες, θριάμβου διὰ βουλῆς ἀξιωθῶσι, τότε καὶ χρυσοφοροῦσι καὶ ποικίλαις ἁλουργίσιν ἀμφιέννυνται. χρυσοφοροῦσι referendum ad tunicam palmatam, vel auro clavatam, quam χρυσόσημον alibi vocat. ἁλουργίδες autem ποικίλαι, sunt togæ pictæ: quas alio loco, πορφυρᾶς ἐσθῆτας ποικίλας appellat. idem lib. v. de ovatione loquens: ἐπειδ᾽ ὅτι οὐ τὴν ποικίλην καὶ χρυσόσημον ἀμφιέννυνται στολήν. per τὴν ποικίλην στολὴν accipe *togam pictam*: per χρυσόσημον, *tunicam palmatam*. Livius tunicam triumphantium semper palmatam appellat, togam vero ipsam, modo *pictam*, modo *purpuream*: purpurea enim simul erat, & picta. olim purpurea tantum fuit, sine pictura. Festus: *picta quæ nunc toga dicitur, antea vocabatur purpurea, eratque sine pictura*. sane Romulo triumphanti, à quo & mos triumphandi deductus, ἁλουργίδας tantum tribuit Dionysius: πλὴν αὐτός γε τῆς πομπῆς αὐτὸς ἐπορεύετο, ἐσθῆτα δὲ ἠμφιεσμένος ἁλουργῆ, δάφνῃ κατεστεμμένος κόμας. postea igitur purpuræ addita pictura. Scribit Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *vestes pictas jam apud Homerum fuisse, unde trium-*

phales nata. certe apud Homerum Helena inducitur, vestem purpuream texens, & in ea Græcorum Trojanorumque pugnas intexens:

— ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε
Δίπλακα πορφυρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους
Τρώων θ' ἱπποδάμων, καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

Eustathius ἐμπαικίλλειν καὶ ζωγραφεῖν interpretatur, illud ἐμπάσσειν. sed quo genere aut quo argumento picta fuit, illa toga triumphalis? Appianus sua ætate stellas aureas intextas habuisse ostendit. an ita semper fuerit, nescio. vocat enim illam togam, πορφυρᾶν, ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων. sub toga gerebant tunicam purpuream & ipsam, non pictam, sed aureis clavis insignitam. communes Romanorum tunicæ albæ erant, purpura clavatæ: at triumphales, purpureæ totæ, auro clavatæ, quas *palmatas* dicebant à clavorum latitudine postea tamen & ipsæ quoque pingi cœperunt, & palmatæ dici à picturæ genere, quod palmas scilicet intextas haberent. Festus: *tunica autem palmata à latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ appellatur.* postquam igitur & tunicæ quoque triumphales pingi cœptæ sunt, & à picturæ argumento palmatæ sunt appellatæ, inde factum est, ut & pictis togis hoc idem nominis donaretur, & palmatæ passim ipsæ vocarentur. nec enim aliter ævi medii scriptores eas appellitare consueverunt, quam togas palmatas. olim tunicæ tantum ita nuncupabantur, quæ clavatæ essent, togæ vero pictæ. Livius lib. XXXI. *Masinissæ dona missa vasa aurea, toga purpurea, & palmata tunica.* & lib. XXX. *Masinissa toga picta, & palmata tunica donatus.* at sub imperatoribus ubicumque mentio fit *palmatæ* apud auctores, de toga picta accipiendum est, quæ omnibus consulibus dabatur ab imperatore, & *Capitolina palmata* vocabatur, quum soli olim triumphantes, die triumphi togam pictam & tunicam palmatam acciperent. narrat Sallustius apud Macrobium lib. III. cap. XIII. *Metello accumbenti pictam togam fuisse amictui.* Valerius in eadem narratione *vestem palmatam* dixit, scribens *Metellum cum palmata veste semper accubuisse.* palmatam togam dubio procul intellexit. Tertullianus de corona militis: *præferuntur illis Etruscæ. hoc est nomen coronarum quas gemmis & foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt.* sub imperatoribus igitur, ut dixi, vestis quam consules accipiebant, & in qua prodibant, quum sollemnes suas processiones facerent, palmata dicebatur, & picta, & trabea. & fallitur vir summus Turnebus, qui aliam fuisse vestem palmatam, aliam trabeam existimavit. vestem consulatem, quæ omnibus consulibus dabatur ab imperatore, quam de Capitolio accipiebant, unde & Capitolina palmata dicebatur, *trabeam* etiam vocabant. Claudianus:

Quotandem flexus trabeas auctore crepantes
Induerit, fastisque suum concesserit annum.

sed clarius Ausonius in gratiarum actione: togam enim eamdem & *pictam* vocat, & *trabeam*, & *palmatam*. *Tu mea causa per Gallias civilium Deorum indumenta dispensas, in procinctu & maxime dimicaturus, palmatæ vestis mea ornamenta disponis.* paulo post: *namque iste habitus, ut in pace consulis est, sic in victoria triumphantis.* *trabeam* ibidem statim appellat: *ab hac enim litterarum ad me datarum parte digressus, eo quoque descendisti, ut quæreres qualis ad me trabea mitteretur.* paulo post *pictam* vocavit: *hæc plane, hæc est picta, ut dicitur vestis, non magis auro suo quam tuis verbis.* Illa autem palmata Ausonii pro argumento intextum habebat Constantium imperatorem, ne quis putet eodem semper genere fuisse pictas, aut quia palmatæ dicerentur, semper habuisse palmas intextas, ut à primo quum pingi cœperunt, habuere. sed de his alibi. hæc autem heic omnino nobis

bis enotanda fuere, ut ostenderemus quid discriminis esset inter pictam vestem, & clavatam. picta vestis semper alicujus rei figuram acu factam, atque aureis, aut variis filis intextam & expressam exhibebat, ut florem, stellam, hominem, avem, belluam, & similia. clavi vero tam aurei, quam purpurei, particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tanquam emblemata quædam vestibus inserebantur, atque insuebantur, quæ etiam à veste poterant separari, & inde eximi, ut in aliam vestem transferrentur, & de novo consuerentur. quod in pictis vestibus non licebat. nam quod in illis pictum erat, si quis inde eximere voluisset, alio transferendum, rem totam perdidisset. clavi vice accessionis cedebant vestimentis, ut & institæ quibus vestes ornabantur. leg. XXIII. D. *de auro argento.* leg. XIX. eod. tit. mentio est clavorum nondum vesti consutorum, quos tamen veste legata contineri dixit Jurisconsultus: *quemadmodum clavi aurei & purpurei pars sunt vestimentorum. idem Pomponius libris epistolarum, etsi non sunt clavi vestimentis consuti, tamen veste legata contineri.* princeps Jurisconsultorum, magno nec ferendo errore putavit latum clavum senatorum, & Tribunorum, vel angustum clavum equitum, nihil aliud fuisse quam clavum vesti non consutum, sed supra eam demissum in pectus usque, istum arctius, illum latius. an potuit ignorare vir tantus, Latinos cum latum clavum senatorum appellant, aut angustum clavum equitum, non de uno clavo non consuto intelligere; sed *tunicam laticlaviam* aut *angusticlaviam* ita vocare, quæ pluribus latis clavis & angustis esset insignita? qualitate clavi discernebantur equites à senatoribus. tunicam isti habebant, cui consuti erant multi latiores clavi. equitum vero tunica clavos angustiores insutos habebat. hinc illa *laticlavia* dicebatur, hoc est πλατύσημος: ista angusticlavia, στενόσημος. ψιλόσημοι etiam veteres Glossæ interpretantur, quasi quæ micas tantum purpuræ, non clavos haberet. accedebat & illa differentia, quod senatores, & reliqui omnes, quibus lati clavi jus erat, non cingerentur, sed laticlaviam tunicam rectam pectore demitterent, cinctura minime strictam inde accipienda illa Horatii:

— & latum demisit pectore clavum.

equites autem super tunicam angusti clavi cingebantur. clare de hoc discrimine Quintilianus lib. XI. cap. III. *cui laticlavi jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua, posterioribus ad poplites medios usque perveniant. nam infra mulierum est, supra centurionum. ut purpuræ rectæ descendant, levis cura est, notatur interim negligentia. latum habentium clavum modus est, ut sit paulum cinctis summissior.* quid apertius quam laticlavios non cingi, quorum tunicis hunc modum esse vult, ut paulo summissius descendant, quam eorum qui cingebantur, hoc est angusticlaviorum? quod autem ait *levem esse curam, ut purpuræ rectæ descendant*, eo ostendit & plures clavos in una tunica fuisse, & quadratos. nam si rotundi fuissent, quoquomodo descenderent, recti essent. notatus olim in Cæsare habitus peculiaris & proprius, quod super latum clavum cingeretur verba Suetonii: *usum enim lato clavo, ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura.* non una re notabilis hic ejus cultus fuit, ac præter ceterorum morem. primum lato clavo vel tunica laticlavia nunquam aliter usus, nisi cum cinctura, & ea quidem fluxiore. quod cingebatur super latum clavum, id præter morem laticlaviorum; quod fluxiore cinctura, hoc mollitiem vel negligentiam arguebat. deinde & illud contra omnium tunc Romanorum consuetudinem quod fimbriatam tunicam haberet, & manicatam. hoc enim illa verba indicant: *ad manus fimbriato.* at tunicæ Romanorum tam laticlaviæ, quam angusticlaviæ manicis carebant, &

colobæ plane erant. inde & colobia vel colobiones dicebantur. ex duabus igitur plagulis constabant, & consutæ erant, una anteriore, altera posteriore, & utraque clavis latis aut angustis insignita, prout dignitas ejus cui parabatur exigeret. Varro lib. VIII. de lingua Latina: *nam si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis: utraque pars in suo genere caret analogia.* atque hæc in transcursu de clavis vestium. aliud igitur clavata vestis, aliud picta. pictas vestes, & tunicas & chlamydes Servius apud Virgilium interpretatur phrygionis acu & arte pictas. proprium enim phrygionum acu pingere. primos Phryges acu facere invenisse traditum Plinio. inde *phrygiones*, οἱ βελονοποικιλταί, *acupictores*. sunt quos hodie vocamus *brodeurs*: & opus phrygionicum, *ouvrage en broderie*. hi variis argumentis vestes, pulvinaria, stragula, soliaria & cetera id genus depingebant. Varro apud Nonium: *phrygio qui pulvinar poterat pingere, soliar defigebat.* ita legendum in illo Varronis loco, ex veteri scriptura quæ habet *devigebat*. proprium phrygionis & ejus qui acu pingit, *defigere*. Græci κεντεῖν & καταστίζειν de iisdem dicunt. Hesychius: καταστικτὸν ποικίλον, καὶ Σώφρων κεντήματα φησί. Pollux: ὁ δὲ καταστικτός χιτὼν ἐστὶν ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα. κεντητὸν etiam opera dicebant, quæ arte phrygionis erant laborata, & acu picta. Epictetus in Enchiridio: ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. hoc quo diximus genere laboratum calceum, sive acupictilem, sive acupunctilem dixeris, κεντητὸν vocat, & facit pretiosiorem aurato, & purpureo. hinc & πολυκέντητον. idem Hesych. πολύκεστον, πολυκέντητον, ἐξ οὗ τὸ ποικίλον δηλοῖ. *defigere* igitur pulvinar, *defigere* vestem dicitur phrygio, dum eam vel illud acu pingit. ad verbum Græci διακεντεῖν τὸν χιτῶνα eodem sensu Hesychius: κεστὸν ἱμάντα, τὸν ποικίλον ἱμάντα, ἢ χιτῶνα ποικίλον. ἢ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἱμάντα, καὶ ὁ διακεκεντημένος χιτών. sic nos à punctis *contrapunctores* hodie vulgo vocamus. *plumarii* etiam veteribus dicebantur. Varro apud Nonium: *etenim nulla, quæ non didicit pingere, potest bene judicare, quid sit bene pictum plumario textori in pulvinaribus plagis.* ita correximus apud Varronem. nam vulgo lectum est hactenus, *bene pictum plumario aut textore*. *plumarios textores*, junctim appellabant textores qui acu lintea variabant, qui & acu texere dicebantur. Hesychius: βελονοποικιλτής, ὁ τῇ ῥαφίδι ὑφαίνων καὶ ζωγραφῶν. *acupictor, qui acu texturas facit & pingit.* artem enim plumariam, τὴν ποικιλτικὴν τέχνην, texturæ speciem veteres pronuntiarunt. Pollux: ποικιλτὴν δὲ Αἰσχίνης Τιμάρχου κατηγορῶν εἶπεν· ἔστι δὲ καὶ τῆς ὑφαντικῆς εἶδος. inde *plumarii textores*. Firmicus: *faciens linteones, aut tunicarum textores plumarios*. linteones in tela lintea texebant, plumarii textores acu lintea variabant, qui & texeræ dicebantur, non pectine sed acu. hinc *plumariorum textrinæ* apud Vitruvium lib. VI. cap. VII. inde & *plumare* pro texere positum Adelmo *de laudibus virginitatis*:

Candida post sequitur cum binis martyra sertis:
Integritas nitidam, nec non & passio rubram
Plumabant pariter macta virtute coronam.

rapio lintea texere pro acu pingere, reperi in vetustis schedis manuscriptis quæ Honorii scholastici nescio cujus, nonnulla pro clientibus acute dicta, factave continebant: *Aliqua nobilissima mulierum duo tenuia lintea palladiis artibus unius in telæ volumine rapio delicatiore texuerat.* ubi *rapium delicatius*, est acus delicatior. à verbo ῥάπτω, ῥαφίς, & ῥαπίον. inde *rapium*. sic, κοπίς & κοπίον, ἀπὸ τοῦ κόπτω. & σκαφίς ἀπὸ τοῦ σκάπτω. ῥαφίς & ῥαφίον etiam dicebant, ut ῥαφίς & ῥαπίς. *rapium* igitur est acus, quo suitur. Glossæ:

Glossæ: *rapium*, ῥαφίς. male vulgo *rapilum*. legendum in iisdem Glossis: *rapinm*, ῥαπίς. perperam hodie, *rupiam*. à *rapium*, verbum *rapiare*, pro suere. eædem Glossæ: *rapiat*, ῥάπτει ὁπήλιον. corrupte editum: *rupiat*. *plumarii* porro etiam vocati qui Babylonica peristromata variis coloribus intextis pingebant, quod Babylonem maxime celebravisse refert Plinius, & nomen imposuisse. Tertullianus Phrygum in pingendis vestibus artificium, & Babyloniorum in pingendis peristromatis ita separat, ut Phrygibus insuendi artem, Babyloniis intexendi tribuat. sic enim in libro *de habitu muliebri* scribit: *Age nunc si ab initio rerum & Milesii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges insuerent, & Babylonii intexerent*. sane Babylonii stragulis vestibus, quas pingebant, diversos colores intexebant: sed ars tamen hæc eorum pingendi acu tota peragebatur. quare non minus *insuere* quam *intexere* dici possent. nota illa Martialis jam à nobis allata:

—— Babylonica picta superbe
Texta Semiramia quæ variantur acu.

hinc ῥαπτὰ Græcis tapetia Babylonico opere picta. Xenophon: ὑποβεβλημένων δὲ τῶν θεραπόντων ῥαπτὰ, ἐφ' ὧν καθίζουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς. *consuta tapetia* videtur vocare Plautus;

Tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia
Advexit nimium bonæ rei.

consuta, ῥαπτὰ, κεντητὰ, ῥαπιδοποίκιλτα. ῥαπιδοποιοὶ Græcis, οἱ ποικιλταὶ, *qui acu faciunt*, ut de Phrygibus dicit Plinius. Hesychius: ῥαπιδοποιόν, τὸ ποικιλτὴν Δωριεῖς. dicebant & ῥαφιδευτήν. in Exodo: ποικιλίας ῥαφιδευτοῦ *variatione plumarii*. & ῥαφιδευτὰ opera, *acu picta*. *insuere* igitur non minus proprium Babylonicorum plumariorum quam *intexere*. E contrario rursum *intexere* non minus de Phrygibus sive phrygionibus dici queat, quam *insuere*. nam & hi vestibus quas acu pingebant ac variabant, aurum insuendo, & diversicoloria fila intexendo, plumariorum quoque sibi textorum nomen vindicarunt. sed etsi utrique acu uterentur, constat tamen diversum phrygionum, & eorum qui babylonica variabant, plumariorum, fuisse artificium, & in diversis operibus artem eos exercuisse. phrygio non ipse pulvinar aut vestem faciebat, sed jam factam accipiebat, ut variis operibus eam ornaret & picturis variegaret. Plautus in Menæchmis:

Pallam illam quam dederas dudum, ad phrygionem ut deferas,
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur quæ volo.

non solum pallam suam vult reconcinnari, & quæ in ea corrupta erant ac læsa, sarciri, sed etiam alia quædam adjici ornamenta picturasque ad eas quas jam habebat, acu phrygionis factas. at babylonicorum plumarius diversos colores picturæ intexendo, uno simul in opere, eademque opera totum babylonicum acu pertexebat & conficiebat. præterea, quod in pulvinari aut veste pinxerat phrygio, id opus ita expressum in veste extabat, ut extra corpus vestis emineret, & qua parte insutum aurum, aut colores acu intexti essent, ea parte vestis asperior ac rigidior reddebatur. Babylonicus vero plumarius adeo unitum atque æquabiliter pictum totum opus suum dabat, atque adeo omnia exæquabat, ut figura figuram non superscanderet, sed lævis & plana ubique totius contexti facies appareret, licet pluribus coloribus intexta, variisque picturis distincta esset. Nonius: *Tapete, tegmen unite pictum de coloribus variis*. ψιλὴν intelligit sive babylonicum, quod nihil inæquale habebat, sed omnia unite picta, & mera æquabilitate expressa, homines, belluas, gryphes, & alia id genus quibus variari solebant. quod etiam hodieque videre est in nostris tapetibus & aulæis, quæ acu pinguntur. Ceterum præter hos phrygiones plumariosque, fuere & *polymitarii* qui

ſtragula multis liciis texebant, quæ *polymita* inde Græcis vocabantur. hunc texendi modum & artem Alexandriæ primum inſtitutam fuiſſe teſtis Plinius. *plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit.* inde etiam *Alexandrina* dicebantur, quæ ad eum modum erant texta. non acu operabantur Alexandrini illi polymitarii, ſed pectine. nam in tela, & textoriis inſtrumentis artem ſuam exercebant, ac per hoc vere & proprie texebant. tantum tamen eorum artificium fuit, & induſtria, ut majore ferme varietate eorum opera diſtinguerentur, quam quæ acu Babylonia aut Phrygia picta eſſent. hinc non dubitat pronuntiare Martialis Babyloniam acum debere concedere Ægyptiaco pectini; quod hoc ejus Epigramma teſtatur, cui lemma impoſitum, *Cubicularia polymita:*

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera. victa eſt.
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

certum igitur eſt, hujuſcemodi Alexandrina polymita, tam varia olim texi conſueviſſe, tamque variis coloribus, & picturis intexi, quam ipſa babylonica ſolebant, & phrygionica opera quæ acu plumabantur. nam & in his & belluarum & hominum, & avium aliarumque rerum formæ exprimebantur, haud ſecus atque in babylonicis. *Alexandrinorum belluatorum* meminit Plautus, & hæc polymita de quibus loquimur intellexit. in Pſeudolo:

Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

mentio *Alexandrini veli* apud Anaſtaſium, duodecim phaſianos intextos habentis in Gregorio IV. *immo vero & in diaconia beati Georgii martyris fecit velum Alexandrinum habens phaſianos duodecim, & velum ante januas lineum plumatum unum.* ubi notandum eſt *velum plumatum* diſtingui à velo Alexandrino quod erat polymitum, hoc eſt multis liciis textum in tela per textoria inſtrumenta. *plumatum* vero velum acu laboratum & pictum accipere debes. ſic *polymitum opus*, & *plumarium* proprie loquentibus diverſum & diſtinctum. polymitorum enim textores connexione ſtaminis ad ſubtemen, varietate plurimorum liciorum intercurrente, in tela ipſa texturaque quaſcunque figuras vellent, exprimebant ac fingebant. at plumarii acu hoc idem faciebant, ac diverſis animalium rerumque formis tapetia pingebant. utriuſque operis artifices etiam hodieque videntur, & habentur. *tapetiarios* vulgo vocamus. ad polymitum opus referri mihi placet & *hexamita* veſtimenta tapetiaque, quorum apud veteres occurrit non rara mentio. apud Nicetam: βλαττία χρυσᾶ καὶ ἑξάμιτα καὶ ἕτερα βλαττία ποικίλα καὶ κεντητά. τὰ ποικίλα & κεντητὰ diſtinguit & ſeparat ἀπὸ τῶν ἑξαμίτων. nam τὰ ἑξάμιτα, ut & πολύμιτα in tela de liciis variantibus texebantur: τὰ κεντητὰ & ποικίλα acu defigebantur & variabantur. σεδουκία ἑξάμιτα idem alibi nominat: μετὰ βλαττίων χρυσῶν καὶ σεδουκίων ἑξαμίτων κατακοσμῶν τε καὶ ἐκκαλλωπίζων. ubi σεδουκία ἑξάμιτα opinor eadem eſſe, quæ alibi idem σεδουκία ἐξομοιωθέντα vocavit. hoc eſt picta, & figurata. σεδουκία vel ἐπεδουχία recentioribus & barbaris Græcis tapetia ſunt. Euſtathius in Iliad. ψ. οἱ δὲ τάπητες πολλαχῆ φαίνονται ὑποκείμενοι κατά τι εἶδος στρωμνῆς, ὁποῖα ἴσως καὶ τὰ καλούμενα ἐπεδουχία. idem alio loco: ἄλλοι τάπητες ἢ οἱ δαπίς καὶ τριχωτοί, ὁποῖα τὰ κοινῶς λεγόμενα ἐπεδουχία. ex illa voce ἑξάμιτον, *ſamitum* fluxit infimæ Latinitatis, & noſtrum antiquum Gallicum *ſamis*, de quodam panni ſericei genere. de *dimitis*, & *trimitis* alibi dicemus. *Polymita* porro Iſidorus in originibus multicoloria interpretatur. *polymitum enim*, inquit, *textus multorum colorum eſt.* ita ſane erat, & quo plurium erat liciorum textus, eo quoque plures habebat colores. quia vero & qui acu pingebant, plurimis etiam filis utebantur, & varios veſtibus intexebant colores, inde factum

ut &

ut & polymitum quoque eorum opus vulgo vocaretur. sic *Babylonicum* veteres Glossæ ψιλὸν πολύμιτον interpretantur, hoc est psilam plumario opere variatam. nam Babylonica plumarii acu texebant, ut notum est. vetus quoque interpres Bibliorum, ἔργον ποικιλτοῦ, hoc est opus plumarii, modo *polymitum opus*, modo *plumarium* reddit, & hæc duo non semel confundit. Hesychius ποικιλτικὴν τέχνην, *artem plumariam*, quæ acu faciebat, πολυμιταρικὴν exponit: ποικιλτικὴν, πολυμιταρικὴν τέχνην. *plumare*, ut initio diximus, nihil aliud erat, quam plures notas in modum plumæ factas vestibus cum pictura intexere, aut acu addere. postea id verbi de quacunque variegatione cœptum est usurpari. inde & plumarii dicti, οἱ ποικιλταί, cujuscunque illi generis essent & quocunque modo variate scirent vestes & pingere. idem video usu venisse in verbo *virgare*. nam cum proprie significet virgis in longum latumque transversim positis variare, ac maculis quadratis, operi reticulato similibus, aliquid distinguere, quo genere solebant Gallorum vestes ornari, non dubitarunt auctores, quamlibetcumque macularum varietatem exprimere volentes, eam hoc verbo usurpative designare. sic *virgatas tigres* poëtæ Latini dixerunt. Silius Italicus:

Stat sonipes vexatque ferox humentia frena,
Caucaseam instratus virgato corpore tigrim.

Claudianus:

— *virgatas figere tigres.*

Sic Valerius Flaccus Threicicas mulieres, quæ variis compunctæ notis erant, *virgatas* appellat, lib. II.

Jam veniet durata gelu, sed me quoque pulsam
Fama viro, nostrasque toros virgata tenebit.

Pictam supra dixerat, quam heic *virgatam*:

Picta manus, ustaque placet sed barbara mento.

Threiciscam mulierem ita appellat, quæ stigmata in manibus, & mento habebat. sed & toto corpore stigmatis erant notatæ. quis hoc potest ignorare? Herodotus, ut alios omittam de Thracum mulieribus: τὸ μὲν ἐστίχθαι, εὐγενὲς κέκριται, τὸ δὲ ἄστικτον ἀγεννές. *virgata* igitur apud Valerium, est ἡ ἐστιγμένη, & stigmatis compuncta. male Turnebus & Catrio doctissimi viri, *virgatam* accipiebant virgatis vestibus ornatam. ῥαβδωτοὺς quoque Græci de quibuslibet maculis, notisque dicunt. Strabo ῥαβδωτοὺς hinnuleos facit, qui sparsam albo pellem habent: atq; illis hinnulorum maculis, similes etiam esse dicit camelopardalium maculas, easque ῥαβδωτὰς quoque appellat. locus habetur l. XVI. qui ita legendus est; γίνονται δὲ ἐν τόποις τούτοις καὶ αἱ καμηλοπαρδάλεις, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαι παρδάλει. τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χρόας νεβρίῳ μᾶλλον ἔοικε, ῥαβδωτοῖς σπίλοις κατεστιγμένον. hoc est, *virgatis maculis distincta*, vulgo legitur, ῥαβδωτοῖς πίλοις, & ridicule doctus interpres, *virgatis pilis*. ubinam didicerat, πίλους Græce dici *pilos*? σπίλοι sunt maculæ. ῥαβδωτοὺς σπίλους vocat Strabo, maculas oblongas, & segmentis similes. tales habere hinnuleum, tales & camelopardalim dicit: ideoque quod ad tergi varietatem, nullo modo similem videri posse pardali. maculis enim orbicularis, & oculeis variatum esse pardum, camelopardalim oblongis & segmentatis. pantherarum maculæ, *oculi* Plinio dicuntur, Solino *orbiculi*, & *oculati circuli*, ὀπωπὰς etiam vocat mellitissimus Oppianus libro III. κυνηγ.

Γυῖος δαιδαλέος, χροιή τ' ἐπὶ παμφαίνουσα
Ἠερόεις, πυκινῇσι μελαινομένῃσιν ὀπωπαῖς.

alibi σφραγῖδας appellat, ut lib. II.

οἷά τε θηρῶν
Πορδαλίων σφρηγῖδες ἐπὶ χροῒ μαρμαίρουσι.

& lib. I. σφρηγῖδας εὐτροχάλους. σφραγῖδας in vestibus dici rotundas notas sive clavos acu textos supra obter-

observavimus. dicebantur & oculi annulorum quoque palæ, & gemmæ palis inclusæ *σφραγῖδες* Græcis dictæ. inde & maculæ pantherarum *σφραγῖδες* Oppiano ob similitudinem. eas etiam idem *ὀπωρινὰ* vocavit, quod fructuum qui autumno proveniunt, orbicularem figuram referant lib. IV. *κυνηγ*. de pardis:

— *κατέγραψεν δ' ἐπὶ νώτῳ*
Ῥαιὸν ὀπωρινοῖσι.

pomellatum etiam hodie vulgo appellitare consuevimus, quidquid hujuscemodi orbiculis pictum est, ac veluti pomulis variatum. perperam doctus interpres Oppiani *ὀπωρινὰ* reddidit, *flores autumnales*. mallem, *fructus*, vertisset. aliter porro maculatæ tigres, quam pantheræ vel pardi. pantheræ brevibus, & oculatis orbibus erant sparsæ, tigres lineis & segmentis distinctæ, & virgatis, ut loquitur Strabo, maculis. hinc *virgatæ* poëtis satis proprio epitheto appellantur. Oppianus maculas tigridum, *ταινίας* vocat. ita enim lib. I. Cynegeticῶν, τὸ ποικίλον tigrium & pantherarum distinguit:

Τοὶ μὲν γὰρ δέρμα, καὶ ἀλλήλοισι δ' ἀραιὰ νῶτα
Γέγραπται δολιχῇσιν ἐπήτριμα ταινίῃσι.
Τίγριες οἷα θοοί, κρατεροῦ ζεφύροιο γενέθλη.
Τοὶ δ' ἄρ' ἐϋτροχάλοισι περίδρομα δαιδάλλονται
Σφραγῖσιν πυκινῇσιν ὁμοῖια πορδαλίεσσι.

sic ergo *virgatæ tigres*, quæ tæniis distinctæ. *virgatum* tamen, ut docui, quibuslibet etiam maculis variatum dixere. sic & *scutulatum*, quod idem est ac virgatum. nam *scutulatos equos* appellabant veteres equisones, quos nunc *pomellatos* dicimus. Isidorus: *scutulatus vocatus propter orbes quos habet.* at virgata proprie scutulataque Gallorum sagula veteribus, quæ pluribus virgis, hoc est viis transversim decussatimque ductis erant distincta, unde multæ in medio quadratæ notæ relinquebantur, quales in retibus, aut reticulatis operibus apparent. maculas retium *ῥαβδοειδὲς σχῆμα* efficere tradit Pollux, si extendatur rete. Dionysius Halicarnasseus libro II. *ῥαβδοειδῆ θυρεὸν* vocat scutum quadrangulum, & oblongum, quales erant peltæ Thraciæ: *τῇ δ' εὐωνύμῳ κατεῖχε πέλτην Θρᾳκίαν ἢ δ' ἐστὶ ῥαβδοειδεῖ θυρεῷ στενοτέρους ἔχοντι τοὺς λαγόνας ἐμφερής.* peltæ Thraciæ quadratæ. de illis accipienda verba Suidæ: *πέλται, ἀσπίδια τετράγωνα.* at peltæ Amazonicæ hederæ folio similes. perperam utrumque peltæ genus confundit Lipsius de militia Romana. sed de his alibi. hujuscemodi autem quadras, & *ῥαβδοειδεῖς* figuras in vestibus Gallorum Diodorus Siculus *πλινθία* vocavit, ut jam animadversum Scaligero ad Varronem. scribit enim Gallos gestare, *σάγους ῥαβδωτούς, πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένους.* tales erant & *ῥόμβοι*, quos vestibus suis intextos gerebant Ephesii, de quorum luxu ita scribit Democritus Ephesius apud Athenæum lib. XII. *τὰ δὲ τῶν Ἰώνων ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ καὶ κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντά.* qui *ῥόμβους* ibi accipiunt instrumenta textoria, tota re falluntur. in his est Eustath. *ῥόμβοις ὑφαντὰ* vestimenta dicuntur quæ rhombis, & figuris *ῥομβοειδέσι* distincta erant ac virgata, qualia fuisse Gallorum sagula scribunt veteres. de hoc genere etiam fuisse arbitror *laculatam vestem* quam ita describit Isidorus: *laculata vestis, quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.* libenter legerim apud Isidorum, *lacuata* pro *laculata*. *lacuata* enim vestis quæ lacus habet. sic *lacuata tecta* Ciceroni in Tusculanis: *tectis cælatis, lacuatis.* ita legit Servius pro *laqueatis*. laqueata vel lacuata à genere cælaturæ dicta, quod lacus quadratos haberent. inde *lacunar*, & *laquear*. lacus autem in veste figura etiam quadrata, & idem quod *πλινθίον*. inde *lacuatæ vestes*, *τοῖς πλινθίοις διειλημμέναι*. Vitruvius

difficultate pernobiles? ¹ Donati sunt ab Atrebaticis birri

vius πλινθίον *lacunar* Latine reddit. *nonnulli dicunt Apollonium plinthium sive lacunar.* ῥομβοειδὲς & ῥαβδωειδὲς σχῆμα idem. idem etiam πλινθίον, & lacus. sic virgatæ vestes & rhombis distinctæ, & laterculis divisæ, & lacuatæ, eædem omnino, & iisdem modis variatæ. quibus adde *scutulatas*, quæ & eædem cum virgatis. nam scutulatum & virgatum idem significant. ut & scutula & virga. sic Græcis σκυτάλη & ῥάβδος. *scutula* autem est σκυτάλη, ut supra ostendimus. sic βίτελος, *vitulus.* ματάλη, *matula.* βότελος, *botulus.* de quibus nos alibi. Glossæ: *scutula*, σκυτάλη. fallitur doctissimus Turnebus, qui *scutulam*, à quo *scutulatum rete*, deducit à voce *scutum.* atqui prima in *scutum*, longa est, brevis in *scutula.* Juvenalia:

— *scutulata & galbina rasa.*

Prudentius de scutulatis vestibus:

— *scutulis perfundere corpus.*

quomodo igitur derivati poterit à *scuto*? *scutula* etiam & *scutella* genus lancis aut disci. sed quum & primam quoque corripiant illæ voces, à scuto non possunt diminutionis forma deduci; & quum rotundæ fuerint non quadratæ, ab his scutulatum rete, & scutulatas vestes dici non posse palam est. *scutula* ig. & *scutella* quum discum significant, manifesto à principali *scutra* trahunt originem, per diminutionis formam. Glossæ: *scutra*, χαλκίον. Siculi σκύθραν dicebant, quæ aliis Græcis χύτρα. inde Latini *scutra*: ut χύτον, *scutum.* de quo nos alio loco. at *scutula*, unde vestis scutulata, & scutulatum rete, omnino est σκυτάλη. nam *scutulatum* est ῥαβδωτόν. & *scutula*, ῥαβδωειδὲς vel ῥομβοειδὲς σχῆμα. σκυτάλη enim Græcis est ῥάβδος. hinc *scutulas* posuit Cæsar pro phalangis, & virgis quæ subjiciuntur navibus cum impelluntur in mare, aut aliquo transducuntur. de vestibus scutulatis nos in alio opere plura. ῥάβδοι Græcis etiam pro prætextutis vestium purpureis, & limbis, qui circa imam vestis oram currunt. idem significabant & κάλαμοι, & ἄγγελοι. Pollux: καὶ μὴν τοι ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυροῖ ῥάβδοι, παρύφαι καλοῦνται. *scutulas* etiam Latini videntur vocasse hujusmodi institas & ornaturas, in ima parte vestis circumcurrentes. nam σκυτάλιας in superioribus notavimus apud Heronem appellari vestium limbos & prætexturas. sane si Græci ῥάβδον, limbum vestis purpureum vocarunt, non dubium est quin & σκυτάλην vocarint. & sic Latinos etiam *scutulam* dicere potuisse in eadem significatione nullomodo dubitandum est. inde σκυτάλις Heroni, fascia qua vestis prætexitur. verum nihil illæ Heronis scutulationes, & ῥάβδοι Pollucis, commune habent, cum scutulatis & virgatis vestibus de quibus paulo ante agebamus. sed jam tandem satis & plus quam satis variatus & virgatus hic cento. nullum unquam plumatum babylonicum, nullum Alexandrinum polymitum, nullum denique phrygionicum pulvinar æque varium fuit, atque est hæc observatio. quid facerem? de plumariis, & arte plumaria tractanti, plane plumarius erat agendus. talem præstitimus.

CASAUBONUS.

1 *Donati sunt vel atrebaticis biri.*] Melius, *ab Atrebatis birri.* vel *Atrebatici birri.* Atrebaticarum vestium etiam ante habita mentio. Canusinæ lanæ & vestes ex antiquis Plinio, Martiali, aliis notæ sunt. *Africanas opes* intelligit tunicas ex Africa petitas, vel propter materiam, vel propter artem, vel denique ob colorem in pretio & fama.

GRUTERUS.

1 *Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti.*] Palatinus non agnoscit voculam *ab*,

ab, habetque *Atrebaticis birri petiit.* Videsis & ad hunc locum Jacobi Nicolai Epiphyllides libro sexto capite quinto.

SALMASIUS.

1 *Donati sunt ab Atrebaticis viri petiti.*] Pal. *donati sunt Atrabaticis birri petiis*, legendum; *donati sunt ab Atrabatis birri petiti. Atrabata* autem in libris frequenter, pro *Atrebatæ.* sic *Alamanni* fere semper libri scriptum exhibent, quos editiones pleræque *Alemannos* scribunt. *Atrabatici birri*, heic dicuntur, quæ *Atrabatica saga* in vita Gallienorum, ut ibi quidem emendavimus, pro *trabeatis sagis* quod præferebant editiones, & doctissimi viri asserebant: *non sine Atrabaticis sagis tuta resp. est?* Ἀτραβατικαὶ χλαμύδες apud Suidam & Codinum, de quibus ante diximus. *birrum*, lacernam esse, & chlamydem, aut etiam sagum vel pænulam, omnes noverunt, & supra sat multis id probavimus. sed unde hæc vox deducta, Græcane sit an Latina, paucis, immo fortasse nemini notum. sciendum est, nisi si forte id omnes sciunt, in re vestium sollemne esse Græcis Latinisque, ut sæpe sola adjectiva sine substantivis usurpentur. sic Græci, πορφυρᾶ, ἰοβαφῆ, κρόκινα sæpe dicunt, & subintelligunt ἱμάτια. sic πορφυροῦς, ἰοβαφεῖς, φλογίνας, θαλασσοειδεῖς, & subaudiunt, ἐσθῆτας. hoc Latinis quoque familiare est loquendi genus, & adjectiva vestium pro ipsis sustantivis ponunt. sic *albam* dicebant, pro alba tunica, & genus quoddam tunicæ proprie ita appellabant. *albæ* frequens mentio est in libris superioribus. in vita Claudii: *albam subsericam, paragaudiam, trinuncem unam.* sic *Dalmatica* absolute pro tunica Dalmatica, quæ à Dalmatis veniebat. sic *prætexta*, pro tunica quæ purpura prætexta erat. unde *prætextati*, qui prætexta induti. sic passim, *galbina, scutulata, pexa, rasa*, pro vestimentis rasis, scutulatis, galbinis, pexis. unde & *galbinati*, & *pexati*, qui hujuscemodi vestibus pexis, & galbinis induti, & sic de ceteris. eodem etiam modo *limum* veteres dixere genus vestis, quæ limam purpuram hoc est flexuosam in extremo sui haberet. vide Servium. ita & *colobum*, curtam vocarunt tunicam quæ manicas non habebat. nam κολοβὸς χιτὼν, opponitur χειριδωτῷ. lex 1. Cod. Th. *quo habitu uti oportet intra urbem*, colobos hujusmodi tunicas vocat: *sed chlamydis terrore deposito quieta colob̄orum ac pænularum induant vestimenta.* ubi *colobi*, sunt κολοβοὶ χιτῶνες. quos *colobiones* & *colobia* etiam appellarunt. & ita etiam fortasse legendum in illa lege: *colobiorum ac pænularum.* sed *coloborum* potest retineri, ob eam rationem quam posuimus. ad eumdem plane modum & exemplum, *byrrum* vocitarunt, lacernam byrri coloris, hoc est russei. *byrrum* dixi, nam ita in melioribus & antiquioribus libris passim scribitur. & sic in leg. 1. Cod. Theod. scribi reperies titulo quo supra: *servos tamen omnium, quorum tamen dominos sollicitudine militiæ constat non teneri aut byrris uti permittimus, aut cucullis. byrrus* Latinis idem quod rufus vel russus ex Græco πυῤῥός. πυῤῥὸς, *byrrus*, ut Πυῤῥίας nomen proprium, apud Latinos veteres comicos, *Byrrias* dicitur. Scaurus de orthographia: *B cum P etiam consentit, quoniam origo eorum non sine labore conjunctione revelli à quoquam potest. Græci Πυῤῥίαν, nostri Byrriam. & quem illi Πυῤῥὸν, antiqui Burrum. Burrum* enim dicebant veteres Latini, qui Græcis Πυῤῥος, Achillis filius. Quintilianus: *sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde proprium Burrus, & Bruges & Balana.* ita enim ex veteri codice corrigendus ille Quintiliani locus. *Burrus* proprium nomen Latinum, à colore comæ. idem Quintilianus: *& quæ ex habitu corporis, Rufos, Longosque fecerunt, ubi erit aliud secretius, Sullæ, Burri, Galbæ, Plauti, aliaque.* quem locum ita etiam emendavimus ex optimo codice Bongarsii. *Burra* prænomen muliebre apud Romanos à colore sic dictum, videndus Valerius in epitoma de no-

de nominibus. Festus: *Burrum dicebant ant.qui, quod nunc dicimus rufum. unde rustici burram appellant buculam quæ rostrum habet rufum. pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.* sic genus equi brevioris, à colore Græci πυῤῥίχον, Latini *burrichum* appellarunt, ut nos alibi pluribus confirmamus. *mannos* Latini etiam dixere. Glossæ: *manni, burrichi.* sic enim omnes breviores equulos vulgo vocabant cujuscunque coloris essent. abusive. nam *burrichus* proprie fuit dicendus, qui coloris erat burrei, qui Græcis πυῤῥίχος. Glossæ veteres: *burrus*, πυῤῥός. non solum autem *burrum* veteri scribendi more, sed & *byrrum* dicebant pro eodem. Servius: *Pyrrhus à colore comæ sic dictus, qui Latine byrrus dicitur.* byrrus igitur color, Latine est rufus. Glossæ nostræ veteres nondum editæ: *birrus*, *rufus.* idem habetur in Glossis Isidori, *birrus* pro *byrrus.* hinc *tubruci byrrei* apud Paulum Diaconum de gestis Langobardorum. sic enim *byrrus* & *byrreus*, ut *russus* & *russeus*: lib. IV, cap. XXIII. *postea vero cœperunt hosis uti, super quas equitantes tubrucos byrreos mittebant.* tubruci byrrei sunt κοκκινοβαφεῖς, vel russei. vetus interpres Juvenalis: *quod Græci coccum, Latini veteres birrum vocarunt: birrum* pro rubro posuit. sic enim Isidorus in Originibus: *κόκκον Græci, nos rubrum seu vermiculum dicimus.* hinc *birrum lacernum* pro lacerna rubra, in actis passionis B. Cypriani: *in agrum Sexti perductus est, & ibi lacerno byrro se expoliavit.* ubi *lacernum* pro lacerna, ut *cavernum* pro caverna in Glossis: *cavernum*, τρύπημα. *Byrrus* igitur proprie dicebatur, lacerna byrra, πυῤῥὸς φαινόλης. cum *byrrus* autem diceretur, subintelligebatur, aut *sagus*, aut *mantus*, aut *cucullus*, aut *habitus*, aut aliquid tale. familiaris vero & frequens byrrus color olim in lacernis vulgarium, & præcipue in Gallia. Martialis:

— vestitur Gallia rufis,
Et placet hic pueris, militibusque color.

lacernæ quoque honestiorum & delicatiorum rubri coloris, ut plurimum, sed coccineæ, aut purpureæ. Tres heic enumerantur à Vopisco byrrorum species, ex diversis locis venientium, quos & olim in fama fuisse, & byrro colore constat tinctos. Canusini byrri, ex lana Canusina facti, quæ ruruli velleris erat: sine dubio etiam & ipsi rutuli sive rufi. hinc *canusina rufa* Martiall. meminit tamen idem fuscarum etiam Canusinarum, & fuscis Romanos magis vestiri, Gallos rufis notissimo epigrammate restatur. Birri Atrabatici, ejusdem ferme coloris, cum Canusinis, hoc est byrrei. Suidas Ἀτραβατικὰς χλαμύδας coloris fuisse xerampelini tradit his verbis: ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τοῖς ἐπινικίοις, καὶ παρόντων πρεσβέων ἐνεδίδοσαν χιτῶνας καὶ χλαμύδας ποικίλας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας, καὶ ἄλλως πως πολυτελεῖς. ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς σινώδοις ξηραμπελίνας τὸ χρῶμα, ὡς ἐκάλουν ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσι. eadem verba leguntur apud Codinum. sed falluntur, quod Atrabaticas lacernas ab atro colore dictas dicunt, cum certum sit, ab Atrebatis populis Galliæ appellatas. falsum etiam est atrum colorem eumdem esse cum xerampelino. sed fuscum illi intelligebant, & mulso turbato similem, qualem tribuit Canusinis fuscis Martialis. xerampelinum colorem inter coccinum & muricem medium esse scribit vetus interpres Juvenalis. hoc constat byrros Atrabaticos qui colorem illum præferebant, vere nominis sui fuisse, hoc est vere byrros. tales etiam fuisse suspicor byrros Africanos, ex lanis Africanis textos, quæ Bæticis similes, quod ad colorem. Sed de byrris plura in nostro de re vestiaria commentario. Ceterum *burrus* Latinis etiam pro hispido, & villoso: quod ut diversæ significationis, sic etiam originationis ab illa voce *burrus*, quæ rufum significat. *burrus* est ὁ πυῤῥός, qui rufus: *burrus* est ὁ βιῤῥός,

birri petiti, [1] donati birri Canuſini, Africanæ opes in
21 ſcena non prius viſæ. Et hæc quidem idcirco ego in literas retuli, quo futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia ſua, proſcriptis legitimis heredibus, [2] mimis & ba-

ῥὸς, qui hiſpidus. Heſychius: βεῤῥὸν, δασύ. βέῤῥος, *burrus*: ut πύῤῥος. *pullus*: καταπέλτης, *catapulta*: Σικελὸς, *Siculus*: Βρέττιοι, *Bruttii*, & ſimilia ſexcenta, de quibus alibi latius. hinc *burra* veſtis villoſa & hiſpida. vetus Epigramma:

Nobilis horribili jungatur purpura burræ.

burram horribilem, vocat veſtem villis denſam, & hirtam. hinc compoſitum *reburrus*, quod duplicem habet ſignificationem. nam valde hiſpidum ſignificat, ut *ſimus*, *reſimus*. Iſidorus: *reburrus*, *hiſpidus*. *reburrus* nobis etiam hodieque dicitur, homo horridus & aſper, terricuſque & viſu tæter. Latini autem etiam *reburrum* poſuere pro eo qui burrus non eſt, ut reprobus dicitur, qui non eſt probus. inde Gloſſæ veteres reburrum ἀναφάλαντον interpretantur. *reburrus*, ἀντίπιλος, ἀναφάλαντος. ita Græci vocant eum qui capillos non habet, qui calvus eſt. aliud porro *baburrus*, & ab alia origine. Iſidorus in Gloſſis: *baburrus*, *ſtultus*. Gloſſæ noſtræ: *baburrus*, *ſtultus*, *ineptus*. legendum in Gloſſario vetere: *baburra*, ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος. Græcum eſt, ὁ βαβύῤῥας, *hic baburra*, & *baburrus*. Heſychius: βαβύῤῥας, ὁ παράφρων. male apud Heſychium, βαβύρζας. ſed iſthæc burræ ſunt & quiſquiliæ. ſatis igitur burrarum, baburrarumque eſt.

1 *Donati birri Canuſini, Africanæ opes in ſcena non prius viſæ.*] Quænam iſtæ opes Africanæ? vix dubito quin legendum ſit ac diſtinguendum: *donati byrri Canuſini, Africani, opes in ſcena non prius viſæ.* vel, *res in ſcæna non prius viſa.*

CASAUBONUS.

2 *Mimis & balatronibus deputarent.*] Egnatius legit, *ballionibus*. de qua voce ſatis ad Athenæum. ſed aliter veteres libri, in quibus vel *hiſtrionibus* exaratum, vel ut in editis. vox *balatrones* extat apud Feſtum.

SALMASIUS.

2 *Mimis & balathronibus non deputarent.*] Egnatius legebat, *ballionibus*. βαλλίωνες Græce dicebantur vel lenones ipſi, vel in domo lenonia meretricularum miniſtri. ſic enim appellabant eos, qui meretricibus ad lavandum aquam aggererent, vel eas lavantes aqua perfunderent, ut mediaſtini ſolebant in balneis, quos Græci ἀπεχόντας aut παρεχόντας vocant. Qui tale miniſterium apud Latinos ſuſtinebant, aquarii vel aquarioli vocitabantur. Spartian. in Commodo: *aquam geſſit, ut lenonum miniſter.* id eſt, *aquarius fuit*. Feſtus: *aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi adſeclæ.* veteres Gloſſæ, ὑδροφόρον & βαλλαντίαν, & πορνοδιάκονον, interpretantur. apud Plautum in Pœnulo meretricula de meretricularum lavatione ita verba facit:

Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ,
Eæ nos lavando, eluendo operam dederunt:
Aggerundaque aqua duo ſunt viri defeſſi.

viri illi qui lavantibus meretricibus aquam aggerebant, aquarii proprie dicti. falluntur qui in illo Plauti loco, *ab gerunda* legunt pro *aggerunda*. ſic enim alibi loquitur, ut in Rudente:

——— *repperi negotium*,
Si quidem bis ultro mihi aggerunda etiam eſt aqua.

aquarii igitur iidem Latinis, qui βαλλίωνες Græcis. Axionicus Comicus apud Athenæum:

O' Πε-

& balatronibus deputarent. Habe, mi amice, meum munus, quod ego (ut sæpe dixi) [1] non eloquentiæ caussa, sed curiositatis, in lumen edidi: id præcipue agens ut

Ὁ Πυθόδωρος οὗτος ἰσοβαλλίων. ἰσοβαλλίων in illo versu dicitur, *æque impurus & scelestus, atque aliquis ballio.* βαλλάδες etiam dicebantur. optimæ Glossæ: *Aquarioli*, βαλλάδες. utrumque autem, & βαλλὰς, & βαλλίων, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ὕδωρ, ab aqua jacienda & effundenda. eædem Glossæ: *aquarius*, ὑδρηχόος, ὑδροφόρος. sic enim βαλλὰς ἀπὸ τοῦ βάλλω, ut καταφαγὰς, *comestor* & *degulator*, ἀπὸ τοῦ καταφαγεῖν. Glossæ: *comestor*, καταφαγάς. eædem: *belluo*, ἄσωτος, καταφαγάς. alibi: *degulatores*, καταφαγάδες. *bacariones* etiam appellati isti aquarioli, à bacarione, quod vasis erat genus aquarii, longiore manubrio. *trullam quandam appellabant*, inquit Festus. eo aquam in balneis hauriebant mediastini, quam super lavantes jactarent, & funderent, ad eos perfundendos & eluendos. hinc *bacariones* aquarioli dicti, qui hujusmodi munus obibant in domo lenonia, & lavantibus meretriculis ministrabant, in aqua aggerunda, & effundenda. Glossæ: *bacario*, πορνοδιάκονος. vas huic rei serviens in balneis, ἀρύταινα Græce. Theophrastus in Ethicis characteribus, περὶ ἀναισχυντίας· καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως αὐτὸς αὑτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν ὅτι λέλουται), αἰτιῶν Zenobius in explicatione proverbii, ἐμαυτῷ βαλανεύσω· παροιμία, οἱονεὶ ἐμαυτῷ διακονήσω. λέγεται δὲ ὅταν ὁ βαλανεὺς νωθρεύηται, καὶ ἑαυτῷ τις λαμβάνῃ τὴν ἀρύταιναν καὶ διακονῇ. hoc idem vas aut simile, ἀρύβαλλον etiam dicebant. Pollux inter balnearia instrumenta recenset, αἰπόλιον, πύελον, κρωσσὸν, ἀρύταιναν, ἀρύβαλλον. ἀρύβαλλος, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν τὸ ὕδωρ. inde igitur & βαλλάδες sive βαλλίωνες dicti. hinc etiam & βάλλαστρον pro balneo. nam ἀπὸ τοῦ βάλλω, paragoga βαλλίζω & βαλλάζω. unde βάλλαστρον. Isidori Glossæ & nostræ manuscriptæ: *ballastrum, balineum.* προσβάλλειν ὕδωρ in balneis idem quod προσαντλεῖν. quod opus faciebant balneatores. Alexander Trallianus: μὴ προσαντλείτω εἰς αὐτὸν, μήτε κινείτω εἰς ὅλως τὸ ὕδωρ. προσβάλλειν in eodem significatu usurparunt. hinc οἱ προσβαλλόμενοι, qui lavantur, & quibus aqua προσαντλεῖται. Græci βασιλικῶν interpretes, *argentum balneare.* cujus mentio leg. XXXII. D. *de auro & arg.* reddiderunt, ὁ τῶν προσβαλλομένων ἄργυρος· κόσμου γυναικείου λεγατευθέντος, οὔτε χρυσοῦ κόσμια, οὔτε λίθοι, οὔτε ἐσθὴς περιέχεται), ἀλλ' ὁ τῶν προσβαλλομένων ἄργυρος. ita enim ibi veteres libri legunt, ut etiam notavit doctissimus noster Labbæus. nec assentior principi jurisconsulto, qui emendabat, ὁ πρὸς βαλανεῖον ἄργυρος. Ceterum hoc loco *ballionibus* scribi pro *balatronibus*, non probem, nisi id fiat ex auctoritate veteris alicujus exemplaris.. vetus & princeps editio habet scriptum: *& latronibus.* sed *balatronibus* retinendum. sic enim *mimos* & *balatrones* junxit, ut Horatius mimas & balatrones:

Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne.

qua de voce nos plura in nostro Etymologico. nam docti homines, qua veteres qua recentes, in ea exponenda ac deducenda nugantur.

CASAUBONUS.

1 *Non eloquentiæ caussa, sed curiositatis.*] Πολυπραγμοσύνης & eruditionis ut non semel exposuimus.

ut si quis eloquens vellet facta principum referare, materiam non requireret, habiturus meos libellos ministros eloquii. [1] Te quæso sis contentus, [2] nosque sic voluisse scribere meliùs quam potuisse, contendas.

1 *Te quæso sis contentus : nosque sic voluisse scribere, meliusque potuisse contendas.*] Nos quoque, Lector candide, te quæsumus, quicquid hoc est operæ, quod ad istorum auctorum lucem contulimus, æquus ac εὐφρονι θυμῷ accipias : credasque de nobis, non quod Vopiscus de se credi postulat, sic voluisse scribere, potuisse melius: sed persuadeas tibi, cum sit oppido exiguum illud omne quod in literis possumus; augendæ tamen rei literariæ, & juventutis φιλομαθοῦς studiis commodandi, infinitam quandam inesse nobis cupiditatem. hæc sola scribendi caussa nobis & fuit hactenus, & porro semper erit. Nunc igitur hac cura defuncti, ad aliam transibimus cum benigno & propitio numine.

SALMASIUS.

2 *Nosque voluisse scribere melius quam potuisse contendas.*] Sic edi curavimus, cum omnes retro editiones, etiam illa Casauboniana omnium facile optima, vulgo præferrent : *nosque sic voluisse scribere, meliusque potuisse contendas.* quæ verba sic concepta contrariam Vopisci menti sententiam aperte continebant. Te quoque quæso lector, ut contentus sis, & nobis in his juvenilibus Notis, melius commentandi potestatem potius quam voluntatem defuisse contendas: dum tamen etiam scias, tibi non esse desperandum, fore ut aliquando & majora audeamus, & meliora possimus, nec in hoc tantum litterarum genere, si modo nobis Deus ad ea quæ paramus, aut parata habemus, peragenda vitam longiorem largiri dignatus fuerit, ac labori conatibusque nostris secundus adspiraverit. interim his fruere.

FINIS.

INDEX PRIMUS
RERUM ET VERBORUM
MEMORABILIUM,

Quæ in contextu horum Scriptorum occurrunt.

Numeri paginas designant.

Biblio-

D.

Diocle-

F.

G.

Gor-

Marius

N.

O.

P.

Sam-

T. *Ta-*

T.

V.

FINIS PRIMI INDICIS.

INDEX

INDEX SECUNDUS RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM

Quæ in Commentariis memoratu digna occurrunt.

Litera *a* primam; *b* secundam paginæ columnam designant.

A.

Amba-

 Aqui-

Braca.

Capitol

D.

Dili-

E.

Embole

Exter-

G.

Gallica.

H.

I.

Jacta-

L.

M.

Minutia.

N.

Negle-

P.

Pala-

Pran-

Q.

R.

Repa-

S.

Sceptus,

Servi.

V. V&

V.

Vestes

Unde

X.

Z.

FINIS SECUNDI INDICIS.

INDEX TERTIUS RERUM ET VERBORUM GRÆCORUM,

Quæ in Commentariis memoratu digna occurrunt.

Litera *a* primam; *b* secundam paginæ columnam designant.

A.

καὶ

Ἄχαλ.

Γλυ-

Θ.

I.

K.

Κρυστ

 Μείραξ,

Ὀξυ-

Ῥαφαὶ

T.

Υ.

Φ.

Χ.

Χλα-

FINIS.